
NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
14
23 F
8 M

Qui prius fuit Doni Matthie ...

Catalogus sanctorum e[t gesto]rum eorũ ex diuersis vo[lumi]nibus collectus: edit[us a] reuerẽdissimo in chri[sto] patre domino Pet[ro] de natalibus de V[e]netijs dei gratia epõ Equilino







Ad usum mon. s. C...

onius verius vincentinus christianis salutem. Possemus et merito quidem ingratitudinis ac
idie nota suggillari: quum omnium pene autorum volumina in medium prodierunt: si cata
um sanctorum: tam coccum: elegans: luculentum et rarum: ut feremnicum opus omnibus coem cum auto
cturam in lucem pariter non ederemus: et eo amplius: quod ex ipsiusmet artificis manu fidelem ha
is archetypum. Idcirco cumvt fidei nostre conducibile quicquam ageremus: tum et apprime: ut torquen
nos tamquam laudis aliene interceptores: iacula declinaremus. Hunc quoque nobis non accuratissime
mentum pluribus exemplaribus effigiandum curavimus: tot labores et exactas lucubrationes: que vt
uerant. ab interitu vendicaturi. Quod omnibus perutile: et multis fore non iniucundum arbitramur: nec
calent igne: huic mystico diuinoque codici boni aliquid ocyus tritum irevt hinc discere valeat etbi
i nulla aut rara sit tam remota: tamque abstrusa barbaries: cui nature vel dei nutu aliqua: quis
tur. Quam, vt omittamus assyrios: egyptios: hebreos: quibus semper cure fuit vt pontifi
fecerint romani patres: quo cultu: qua reuerentia excoluerint: ex decem principum filiis
vt ita dicam: vicatim destinatis: sacrorum disciplina imbuendis: ex paucis etiam duobus
io fabio sacris onusto: satis luculenter habemus. Et vt cetera non obticeamus: nonne exim
n ebur melitam remisit masanissa. Quorsum hec: profecto vt intelligamus: quod nos deceat: qui
ibilis ac vera religio est propalata. Constanter incumbendum est: sedulo nitendum deo famulandum
tigalia: florent vrbes procera pullulat soboles: omnia ad vota succedunt: et hoc ipsos non latuit qui
na post religionem duxerunt: dys curiose libando: se orbi posse imperare non dubitantes quod nisi
s: ecce sitio torret humus. degenerat progenies. irrepunt pestes diruta iacent menia. cuncta ruunt
iserabilius est: illibata nusquam seruatur pudicitia. Hanc ob causam potiorum puberes perylle:
ium vertisse: et varrone consule ad cannas infeliciter dimicatum: senatorumque patres veret optime iu
ffertur ira: non irritatur. Eia agite nobis nosmetipsi consulamus: perimus profecto in dies peri
n habemus horam: diuinis igitur litteris vacandum est: quibus celum expugnare instruamur: vbi
itam degamus. Non desunt quidem libri: qui hac de re nos affatim instituant: sed qui lenius exci
otentur: et exempla que emulari debeamus magis idonea subyciant oculis: aliunde magis: quam ex
cerpere non possumus: que concinna hystoriarum annexione: vitas sanctorum omnium: sic inuen
refatione duodecimi huius innotescit: tam succincte tam perfecte per anni curricula complectum
cultum: nihil probatissimorum virorum autoritatibus non fulcitum enarratur: vt ne doctissimi
uere: qui tametsi ferulis subtraxerint manus: et aliunde didicerint: discent tamen hinc bene viue
i doctrina tantum vendicatur celum: vt illud. Indocti rapiunt celum: cum scientys mergimur in
preterea et fidelibus inesse vim animi non exiguam: vt non vlterius tantopere penelopes: aut lu
dicem: seeuole constantiam mirentur: et attily fidem super astra tollant. Intelligent christicolas
rari: cesarum immanitates parum valere: inter miranda obstupescere: et profiteri: se orbem pos
s. Ecquid sunt hec egregia facinora: tu rectores fidei nostre inolumina: non inspicienda: minime quod
it nulle domus: nulle vrbes: nulle nationes nisi pro rebelles: que hinc aliquid emolumenti sibi ad
im facile: qui per templa declamationibus insudant: his autoritatibus et exemplis regiam au
lebunt: hinc docemur: virtutes sequi: vitia debellare: et nos: quod nequiuit orbis domitor alexan
endo subiugare: celum pro stipendio consecuturi: et famam in terris haud obscuriorem: quam qui
ere. Exinde namque famam tantum et quidem breuem traxerunt: tot erumnis vix partam.
elebile nomen: et quod heroum nulli contigit: diuum insuper sibi perpetuo colendum: syncera
tutius profecto quam credere nos pelago tumidis fluctibus circunquaque vallantibus: sem
proferre: animas gerentes: vt fecundi opibus sardonicati et conchyliati ad infructuosam hu
inter vrbium primates incedere valeamus. Heu homo infelix: et vanum animal. longe: ni
rumne pro tam momentaneis voluptatibus: quibus euo tam diuturno acquisitis: tam bre
eterna manat gloria et verus delitiarum thesaurus: multis incognitus: non qualem tagus
herinus harenis: sed quali fruitur ipsa celi curia. hoc est ditandum. hoc sunt implende cru
licuerimus: pecunys hospitaturi: dicas nobis sunt hec cesaris numismata. hic non adimit
is itaque diuitys insudemus: ciuili rabie: tyrannica cupiditate: et hostilibus rapinis non surri
letati decoratique celestem hierusalem ingredientes nobis inter summi regis paranymphos lo
rpetua in terris gloria: eternis in celo delitys in eternum fruituri. Valete.

¶ In christi nomine amen. Incipit prologus totius
operis Catalogi sanctorum et gestorum eorum ex diuersis et mul-
tis voluminibus collecti editi a reuerendissimo in christo
patre domino petro de natalibus de venetijs dei gratia episcopo equlino.



Increata sapiētia summi verbi ex
substantia patris ante secula eter
naliter generata secundum ordinatissimam
sui dispositionem: ex substantia ma-
tris in seculo temporaliter huma-
nata: volens omnes homines sal-
uos fieri: vt electas sanctorum aīas
vocaret ad arcem et ad superne me-
nia ciuitatis: edificauit sibi domum ecclesie sacrosancte
septem excisis columnis fundatam septemplici funda-
mento: videlicet septiformis gratie stabilitā: muris mu
nitissimis: et turribus altissimis circumseptam: nō qui-
dem sculptis lapidibus: aut manufactis lateribus cre-
ctis: sed sanctorum meritis inuisibiliter fabrefactis: in-
cohatam equidem vite presentis decursu: in qua ipsam
peregrinari voluit et cum martha sollicite ministrare: per-
ficiendam deo predestinatorum numero future vite suc-
cessu: in qua in electis dei singulis iā stolis amictis: rur
sumque resumptis corporibus duplicibus vestiendis trium
phatura speratur: et cum maria sedule contemplationi
vacare. In cuius nempe celestis structura palatij quasi
tot inseruntur lapides: quot beatorum merita cumulantur:
cuius ecclesie caput christus describitur: ipsiusque corpus vnū effi
ciuntur instar membrorum cōpagis diuersa officia mi-
nistrantium fideles cuncti in vnitate fidei omniquaque
diuersis ex nationibus congregati. Ita quidem vt ipso
capite per membra singula vitalem spiritum influente
sic inuicem connectantur: vt alter alterius officio egeat:
dum christi legem adimplent: alter alterius onera sup-
portando. Et sicuti viatorum cura sollicita currēs in sta
dio: quatenus brauium apprehendat: comprehensorum
precibus iuuari desiderat: sic et triumphantium gloriosa
sublimitas dum dei visione beatur in celis: militantium
celebritate deuota venerari letatur in terris. Ac per hoc
quod vtrique amant: illi iam adepti per hos optant obti-
neri. hi deo obtinendum per illos sperant adipisci. Con-
uenit itaque deuotioni fidelium sanctorum certamina di
ligenter recolere: quatenus eorum exemplis atque suffra
gijs sic dirigamur in via: vt eorum cōsortio sociemur in
patria. Quis autem mortalium intellectus finiti sancto
rum numerum infinitū deprehendere valeat? Quis enim
stellas dinumerare queat: nisi solus ille qui stellas clau
dit sub signaculo: qui et numerat multitudinem stellarum
et omnibus eis nomina vocat. Si enim abrahe a deo pro
impossibili suadetur: inspice celum et numera stellas: si
potes: et additur: sic erit et semen tuum: quod certe nō de
filijs abrae ex voluptate carnis et hominis semine pro-
pagandis: sed de filijs ecclesie ex dei bonitate et spiritus
adoptione generandis dabatur intelligi. dum soli eter
ne sapientie stellarum numerositas nominanda seruatur
humane cognitioni sanctorum infinitas cognoscenda
precluditur. Quomodo enim vel facile curiosus quisque
cunctator etiam omnium si facultas adsit: que a mūdi
exordio conscripta sunt rimator voluminum: sanctorum
gesta: vitas: passiones: et nomina colligere audebit: cum
ex martyrologio beati hieronymi chronographorum cun
ctorum scrutatoris solliciti: certo et vnico die anni deci-
mo scilicet calendas martij apud tyrum ciuitatem bea-
torum martyrum quorum numerum solius dei scientia
colligit pro christo passorum: festum contingere legatur: et
in eiusdē prefatione libelli quē chromatio et heliodoro epi
scopis dirigit: eundem doctorem astruentē audiat: nul-
lum dierum per totum anni circulum pertransire: in quo
plusque octingentorum vel nongentorum milium marty-
rum in diuersis mundi partibus occisorum anniuersa-
rium non occurrat. Ultra quos etiam sanctorum vete-
ris testamenti patrum et prophetarū: nouique pariter apo
stolorum discipulorum doctorum confessorum anachori-
tarum et sanctarū virginum ordines superadditi: qui plu
res martyribus extitisse creduntur: infinite martyrum in-
finitatem excellunt. Porro et si ubi sanctorum omnium ge
sta a maioribus descripta fuissent: quod nec asserere quis
presumit: ea tamen videre nec tempus ad legendum suf-
ficeret: nec studium preualeret. Cum igitur sanctorum in
finitatem numerare vel nominare non liceat: de multis
vel paucissima breuius exarare sufficiat: ceterorum igno
torum numero diuine notioni relicto: exemplo peritorum
qui de astrorum scientia philosophati sunt potissime au
tem famosissimi illius astrologi ptolomei: qui ex omni
celorum ambitu preter septem planetas centum et quin-
quaginta septem astra tantummodo sibi nota: eorumque
proprietates et motus descripta dimisit. Ad quorum instar
doctores eximij et sacrorum voluminum historiographi ex
infinito sanctorum numero summam exiguam militan
tis ecclesie notam decerptamque collegerunt et venerandam
in eorum opusculis posteris reliquerunt: per hoc arbi-
trantes: vt pie creditur: sic in paucorum notorum modi-
citate ceterorum ignotorum infinitatem a fidelibus co-
li: sicuti eterna sunt in patria charitate coniuncti: vbi
gloria singulorum est gloria cunctorum et gloria cuncto-
rum est gloria singulorum. Ex quibus post diuine pagi-
ne veteris et noui testamenti elogium a sanctis patribus
diuino flante spiritu diuersis voluminibus compilate:
in qua nonnulla sanctorum christum humanitate prece
dentium et primitiue ecclesie fundatorum acta cōscripta
sunt. Que petrus comestor hystorie scholastice opere ele
gantius declarauit. Prior et potior ille eusebius cesarien
sis ecclesiastice hystorie volumine: a capite ecclesie chri-
sto initians et vsque ad sua tempora chronicam protendēs
omnium pene martyrum cunctarum prouinciarum hy-
storias texuit et passiones et certamina luculenti stilo di-
gessit. Cuius opus ruffinus aquileiēsis presbyter de gre
co transferens in latinum: et nonnulla sanctorum acta in
termiscens ac subsequentis adijciens temporis conti-
nuando protraxit. Inde quoque hieronymus prenomina-
tis episcopis martyrologium omnium quos vtcunque in-
uenire potuit pro christo passorum vsque ad sua tempora co
piose dictauit. Eundem quoque libellum vsuardus et ado
chronographi insignes: confessorum festiuitates: que in
primitiua ecclesia minime colebantur addentes: cele-
britatibus martyrum ampliarunt. Ceterum et his excer-
ptis alij pluresque fuerunt legendarum sanctorum scri-
ptores illustres: vtpote Ambrosius et Augustinus docto-
res egregij in pluribus eorum voluminibus et libellis.
Gregorius in libro dialogorum. Hieronymus in vitis pa
trum: et in libro de viris illustribus. Gennadius in eius-
dem nominis intitulato libello. Beda presbyter in ge-
stis anglorum. Gregorius turonensis in gestis francorū
Heraclides in libro de paradiso. Odo viennensis archi-
episcopus. Hugo de sanctovictore. Helinandus et Sigi
bertus ac Guilelmus antisiodorensis. Necnon frater
Bartholomeus in chronicis suis. Cassiodorus insuper
in hystoria tripartita quam de greco transtulit in latinū
frater Uincentius in speculo hystoriali. Et frater Mar
tinus in sua chronica martiniana: alijque multi quorum et
si opuscula leguntur: nomina subticentur. Demum fra
ter Jacobus de voragine ordinis predicatorum venerabi-
lis archiepiscopus ianuensis sanctorum gesta quorū so-
lennia ab ecclesia precipue recoluntur: et in calendario ge

ascribuntur: generaliter collegit: et compendio breuiauit Nouissimus omnium frater Petrus calo venetus eiusdem ordinis: sanctorum multorum quorum vitas passiones et nomina vndecunque sumere valuit grandi volumine et diffuso opere dilatauit: quod eius prolixitate nedum commendare memorie: sed nec integre quis legere poterit: nisi longeuitate temporis et assiduitate lectionis. ¶ Hec igitur attendens ego petrus de natalibus venetus equilinus episcopus inter sacerdotes minimus et ecclesie prelatos indignus sanctorum exiguitatem ecclesie notam ex prenominatis omnibus codicibus et voluminibus: necnon ex alijs pluribus diuersarum ecclesiarum antiquis libris et passionarijs: quoscunque inuenire potui non sine multis laboribus crebrisque vigilijs studiosius recollectam: et per consequens ceterorum beatorum nobis ignotorum infinitam multitudinem breui opusculo cupiens vt deus annuerit honorare: quatenus eorum meritis post agonem coronam excipiam: et ne talentum mihi qualiscunque gratie creditum terre suffodiam: quinimmo domino meo si non quintuplatum vel saltem restituam duplicatum: ad vtilitatem filiorum militantis ecclesie: sanctorum omnium noui ac veteris testamenti nomina gesta: vitas: passiones et triumphos compendioso stilo substantialiter recollecta illustrium virorum fretus autoritate sanctorumque omnium capitis iesu christi et beate ipsius genitricis Marie duodecim apostolorum atque cunctorum supernorum ciuium confisus patrocinio: presenti catalogo curaui retexere et breuissima oratione enarrare. Studiosum lectorem obsecrans vt si in opusculo nouo grata reppererit: gratias agens deo totum attribuat. Si vero incomposita asperserit humane fragilitati ascribat: quod si dubia aut forte minus credibilia legerit: autoritati eorum a quibus sumpta sunt fidem adhibeat. Cum libellus noster nulla referat nouo edita: nisi que sola nouit magnis ab autoribus compilata.

¶ Diuisio totius operis: per tempora reuolutionis anni.



Quoniam autem tam sacre pagine quam sanctorum testimonio christi domini et sanctorum ecclesie vnio humano matrimonio comparatur: ipsa veritate in parabolis attestante. Quod simile factum est regnum celorum homini regi qui fecit nuptias filio suo: quod de verbi dei et nostre humanitatis commertio doctores exponunt: merito ad instar temporalium nuptiarum in agni nuptijs quinque concurrere manifestum est: videlicet ipsius matrimonij pertractatio: consensus mutui pollicitatio: sponse per anulum subarratio: eiusdemque a sponso solennis transductio et per carnalem copulam matrimonij consumatio: et quia sequitur sextum: quod est liberorum propagatio. Hec enim omnia in viri et mulieris connubio conuenire nulli ambiguum esse potest. Totius igitur vite humane decursus a mundi exordio vsque ad finem in quinque partes diuiditur: in quibus premissa quinque in diuino coniugio concurrentia liquido colligere possumus: que omnia sancta mater ecclesia per anni circulum in quinque eius diuisionibus representat. ¶ Primum ergo tempus in quo facta fuit agni nuptiarum pertractatio: fuit ab adam vsque ad aduentum christi: in quo more humani contubernij tractatus plurimique matrimoniales precesserunt: ipsius scilicet verbi et ecclesie vnionis: quorum tractatuum et colloquiorum hincinde habitatorum mediatores fuerunt patres et prophete veteris testamenti: incarnationem christi nedum fiendam summis affectibus poptantes: sed etiam affuturam assiduis oraculis prophetantes. Hoc autem tempus representat ab aduentus principio vsque ad natiuitatem domini: in persona patrum et prophetarum ipsis diebus christi venturum flagitans: et quodammodo vaticinans. Et quia tractatus ijdem connubiales quadriformiter precesserunt: scilicet per legis naturalis inspirationem ab adam vsque ad abraham. Per indictam patribus circuncisionem: ab abraham vsque ad moysen. Per collatam legis scripte impositionem a moyse vsque ad dauid. Et inspiratam prophetie contestationem a dauid vsque ad ipsum christum. Que quidem quattuor fuerunt quasi mutui per mediatores sponsi et sponse tractatus et collocutiones diuinum coniugium precedentes: non ab re tempus dominici aduentus in quattuor diuiditur septimanas. Quarum prima denotat legis naturalis aspirationem: vnde in dominicali epistola mandata naturalis legis continentur: que sunt honeste viuere et proximum non ledere: dicitur enim ibi: induamur arma lucis: sic vt in die honeste ambulemus: non in commessationibus et ebrietatibus non in cubilibus et impudicicijs: quod est honeste viuere non in contentione et emulatione: quod est proximum non offendere. ¶ Secunda designat indictam patribus circuncisionem: vnde et in epistola paulus exclamat dicens: dico enim christum iesum ministrum fuisse circuncisionis ad euacuandas promissiones patrum. ¶ Tertia figurat legis scripte collationem: vnde et in epistola paulus in persona moysi legislatoris et ministri dicit: sic vos existimet homo vt ministros christi et dispensatores ministeriorum dei. ¶ Quarta representat prophetie attestationem: vnde et apostolus in epistola: personam induens prophetarum christum venturum et propinquum asseuerat dicens: gaudete in domino semper: iterum dico gaudete: dominus enim prope est.

¶ Secundum tempus: in quo facta est verbi et hominis mutui consensus obligatio et stipulatio: fuit a christi incarnatione vsque ad eius baptismum: in quo tempore verbum caro factum est: et habitauit in nobis: et per incrementa puerilia educatus apparuit quasi vnus ex nobis. Hoc vero tempus representat ecclesia a christi natiuitate vsque ad septuagesimam quando videlicet incarnati verbi ortus et actus infantie recoluntur: quod etiam tempus in tres subdiuisum est decisiones. ¶ Nam quia filius dei descendit ad homines principaliter pro salute peculiaris populi iudeorum. Primo agitur de matrimonio inter dei verbum et hebreorum populum contracto: a festo videlicet natiuitatis in qua ipse mundo editus confestim et primotenus pastoribus iudeis per angelos reuelatur: et ab eis vt notissimis visitatur: vsque ad epiphaniam. ¶ Secundo agitur de eodem commertio inter idem verbum et gentilium populum approbato: a festo scilicet epiphanie: in qua magis primitie gentium filius dei natus stella apparente nunciatur: et ab eisdem oblatis muneribus adoratur: vsque ad ipsius octauam epiphanie. ¶ Tertio agitur de vtroque populo in vnum ouile per idem coniugium copulato ab octaua epiphanie vsque ad septuagesimam. Tunc enim pauli leguntur epistole: in quibus et potissime in epistola ad romanos Christum deum nedum iudeorum immo et gentium apostolus affirmat: et pro vtriusque plebis salute aduenisse euidentius probat. ¶ Tertium vero tempus in quo facta est dei sponse ecclesie per annulum subarratio fuit a christi baptismate vsque ad resurrectionem: in quo christus eam vti regina et sponsam illustrissimam triplici aureo anulo trium gemmarum incomparabilium desponsauit: scilicet anulo saphiri coloris celestis fidei: videlicet superne eidem ecclesie per triennium predicando. Anulo smaragdi hoc est virentis spei per eadem se quadragena penitentia affligendo. Et anulo carbunculi: igniti videlicet charitatis per eadem mortem acerrimam patiendo eamque suo precioso sanguine redimendo: hoc autem tempus ecclesia representat a septuagesima vsque ad pascha: in quo nempe tempore primis tribus dominicis humanitas nostra anulo fidei desponsatur per christi predicationem: de qua tunc in officijs agitur.

¶ Quam

¶ Quam predicationem in ipsa septuagesima christus primo per discipulos adimpleuit quando septuagintaduos predicatores ante faciem suam misit: quod in euangelio mystice denotatur in patrefamilias: qui exyt conducere operarios in vineam suã: christo domino: scilicet qui predicatores in ecclesiam intromisit. ¶ In sexagesima s(ecun)do christus eiusdem predicationis officium per seipsum perfecit: quod vtique in euangelio figuratur in seminatore christo: qui semen diuini verbi exyt seminare: q(uo)d ipsa veritas de semine predicationis exponit. ¶ In quinquagesima autem eandem predicationem dei filius miraculis confirmauit: quod etiam in euangelio per illuminatum cecum exprimitur: genus humanum significans a cecitate culpe per verbi dei predicationem illustratum.

¶ Sequentibus autem quattuor dominicis: hoc est ab initio quadragesime vsque ad dominicã passionis: dei sponsa anulo spei subarratur per christi penitẽtiam: de qua tũc insignius memoria celebratur: cuius opera in quattuor principaliter consistunt scilicet in ieiunio: in oratione: elemosyna: et peregrinatione: que christus tunc cepit facere et docere. ¶ Idcirco in prima dominica quadragesime agitur de christi ieiunio: de quo in euangelio specialiter commemoratur. Nam cum ieiunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus: postea esuryt. ¶ In s(ecun)da agitur de oratione: de qua in euangelio mentio fit. Nam ideo christus montem thabor excelsum subyt vt oraret solusque orans transfiguratus est: quod licet Mattheus taceat: Marcus et Lucas testantur. ¶ In tertia agit(ur) de elemosyna non quidem materialis pecunie: quã christus pauper vnde daret: non habuit: sed spiritualis gratie quã egros sanando concessit. Ideo in euangelio cec(us) surdus: mutus et demoniacus ab omnibus ipsis passionibus liberatus introducitur. ¶ In quarta agitur de peregrinatione: ideo in euangelio christi itineratio recolitur. Abyt enim iesus trans mare galilee: etc. ¶ Ultimis s(ecun)do duabus dominicis passionis: videlicet et palmarum ecclesia sancto anulo charitatis decoratur per christi passionem: que tunc deuotius excolitur. Et quia duo sunt precepta charitatis dei: videlicet amor dei et proximi: ideo talis anulus duabus hebdomadis confert(ur). ¶ In quarum prima agitur de christi passione mentali: quã pertulit a iudeis expulsus et effugatus: quod ad litteram in dominicali euangelio et per totam septimanam ostenditur.

¶ In secunda agitur de christi passione corporali: quam sustinuit in carne passus et crucifixus: quod ad litteram in quattuor passionibus quattuor euangelistarum exhibetur. ¶ Quartum quoque tempus in quo facta fuit sponse per sponsum solẽnis traunsductio: fuit a resurrectione domini vsque ad pentecosten: quo tẽpore dominus sponsam suam ecclesiam cuius precioso sanguine desponsatam in persona sanctorum patrũ de manu inferi eruit: et quodammodo de domo paterna: hoc est de p(re)senti seculo nequã eduxit: in animabus et corporibus mirifice dotauit: et secum ascendente ad celestem et propriam patriam feliciter introduxit: quod tempus ad litteram representat ecclesia a resurrectione domini vsque ad penthecosten. In quo quidem tempore pronuba christi figuratiue in festo resurrectionis et per octauam de domo patris imo victricis tyrãni scilicet diaboli: qui pater eius factus fuerat decipiendo educitur: cui et dicitur per psalmistam. Obliuiscere populum tuum et domũ patris tui quod Ambrosius exponit: vt dictum est. ideoque tale festũ pascha: idest transitus dicitur: quia scilicet humana natura de tartaro erepta ad celos ascensura transiuit. ¶ Secũdo ipsa eadem nupta ab octaua pasche vsque ad ascensionem mystice induitur: colitur: et dotatur. ¶ Nam in prima dominica post pascha glorificatur in corpore: et dotatur immortalitate. In cuius figura dominica ipsa vocatur in albis stolisque candidis neophiti vestiuntur: quod dotes corporis immortalis et in euangelio de gloria corporis christi ad discipulos ianuis clausis intrantis agitur: quod est figura future corporalis glorificationis.

¶ In reliquis quattuor dominicis subsequentibus glorificatur in anima: cuius dotes s(ecundu)m augustinum sunt visio et dilectio. ¶ Ideo in secunda et tertia dominica representatur visio beata in libro apocalipsis: qui tunc legitur vbi fit mentio de vigintiquattuor senioribus et de angelis ac turba magna sanctorum stantibus ante thronum diuina fruentibus visione. ¶ In quarta et quinta dominica representatur dilectio in epistolis canonicis: que tunc leguntur: in quibus de dilectione p(re)cipue pertractatur.

¶ Tertio ip(s)a eadem sponsa a die ascensionis vsque ad penthecosten: vt dictum est: subarrata et feliciter dotata in domum sponsi solẽniter introducitur: et hoc in persona christi et patrum glorificatorum. Ideoque tunc cantatur. Ascẽdit deus in iubilatione et ascendit deus in altum captiuã duxit captiuitatem. ¶ Quintum denique et vltimum tempus in quo facta est diuini matrimonij consummatio: ex qua sequitur iugis liberorum procreatio fuit a die penthecostes: et durabit vsque ad secundum christi aduentum quo quidem tempore christus dominus coniugi sue ecclesie per spiritus infusionem spiritualiter vnitus: immo et per sacre eucharistie sumptionem corporaliter quodammodo copulatus filios adoptiõis: neque ex voluptate carnis: neque ex volũtate viri: sed ex deo et spiritu propagare nõ desistit. Et ipsum tempus ecclesia representat a die penthecostes vsque ad aduentum: quod etiã tempus in duas subdiuisum est partes. In prima quarum agitur de matrimonij cõsummatione. In secunda de filiorum propagatione. Ideoque coniugium christi et ecclesie in principio huius temporis consummatur. Primo per spiritualem vnionẽ que principalis esse debet. Hoc autem ecclesia representat in festo penthecostes et per octauam: in quo promisso spiritusancto in filios adoptionis effuso: membra capiti speciali compaginatione connectũtur. Secundo etiã per corporum copulationem quod ecclesia representat in subsequente festo corporis christi vsque ad eius octauam: in quo agitur memoria illius venerabilis sacramenti per cuius sumptionem fideles christo etiam corporaliter coniunguntur. ¶ In secundo autem tempore: videlicet ab octaua corporis christi vsque ad aduentum filiorum ecclesie generatio p(ro)pagatur: quorum quidam fuerunt fundatores: vt apostoli quidam edificatores: vt doctores: quidam conseruatores vt confessores: quidam defensores: vt martyres: quidam augmẽtatores: vt virgines. ¶ Reliquum itaque tempus quod restat in quinque partes subdiuisum est. Nam primo mystice figurantur filij ecclesie fundatores scilicet apostoli a festo corporis christi vsque ad calẽ. augusti. Et hoc sub typo regũ isr(ae)l et iuda: quorum tunc libri ponunt(ur): per quos ap(osto)li designant(ur): q(ui) certe principes populorum facti et a deo sup(er) omẽ terrã principes constituti cũ christo in duodecim sedibus in die iudicij cõsessuri eidem regi regũ conregnare credunt(ur). Nã et mattheus euãgelista in generatiõe christi sexdecim reges a dauid vsque ieconiam ponit: a quib(us) christus est per carnem editus significantes vtique duodecim apostolos quorum duo euãgeliste fuerũt et alios duos euangelistas: necnõ paulũ et barnabã doctores gẽtiũ: a quib(us) dei filius per euãgeliũ quo ad mũdi noticiã quodãmõ est regñatu(s). ¶ S(ecun)do figurant(ur) eccl(esi)e constructores s(cilicet) doctores a calẽdis augusti vsque ad calẽ. septẽbris sub figura sapiẽtissimi salomonis cuius tũc libri legunt(ur): cuiusque vices gerũt in ecclesia sancti doctores diuina sapiẽtia imbuti: ex q(ui)b(us) tã i(n) grecorum q(uam) latinorum eccl(esi)a q(ua)ttuor principaliores existũt p(er) q(ua)ttuor libros sapiẽtie designati. ¶ Tertio figurant(ur) eccl(esi)e conser

natores videlicet sancti confessores per totum mensem septembris. Et hoc sub figura sanctorum iob tobie: esdre iudith: ⁊ hester quorum tunc gesta recoluntur: confessionem ⁊ patientiam confessorum notant ia: qui in tribulatione positi mundum carnem ⁊ dyabolum triumpharũt. ¶ Quarto figurantur ecclesie defensores: hoc est sancti martyres per totum mensem octobris: sub typo sanctorum machabeorum: quorum tunc libri leguntur: qui vti sancti martyres pro fide: sic ⁊ illi pro dei lege vsq; ad effusionẽ sanguinis viriliter decertauerunt. ¶ Quinto figurantur ecclesie augmentatores: scilicet virgines per totum mensem nouembris vsq; ad aduentum: ⁊ hoc sub figura prophetarum: quorum tunc vaticinia recoluntur: qui vt plurimum spreto carnali coniugio: in corporis ⁊ mentis integritate domino seruientes: aduentum christi ⁊ futura tẽpora per spiritum predixerunt. ¶ Nec est mirandum quare doctorum ⁊ confessorum tempus ante martyres ponatur: quia enim martyres merito ⁊ honore vtrosq; precedant: ⁊ ideo in ordinibus sanctorum immediate post apostolos locantur: doctores tamen quia ecclesie magis vtilitati profuerunt: in tempore precedunt: nam vt dictum est: doctores fuerunt ecclesie constructores: martyres vero defensores. Confessores autem ideo premittuntur: qr nemo martyr extitit: qui prius confessor fuerit: quod similiter ⁊ de doctoribus dici potest. Ideo enim martyres passi sunt: quia christum docebant ⁊ confitebantur.

¶ Opus ergo presens in duodecim partes siue libellos ad instar duodecim apostolorum: quorum profectu ecclesie librum presentem inchoaui: diuidendũ fore disposui. ¶ In primo libro agetur de festiuitatibus sanctorum occurrentibus infra tempus in quo ecclesia representat nuptiarum christi per tractationem ⁊ collocationem: quod est ab aduentu domini vsq; ad natiuitatem. ¶ In secundo agetur de festis que occurrunt infra tempus in quo ecclesia representat mutui consensus obligationem ⁊ cõtractationem: quod est a natiuitate vsq; ad septuagesimam. ¶ In tertio de illis que occurrunt infra tempus representans sponse subarrationem ⁊ desponsationẽ: quod est a septuagesima vsq; ad pascha. ¶ In quarto de his que occurrunt infra tempus representans solennem spõse transductionem ⁊ dotationem: quod est a pascha vsq; ad penthecosten. ¶ In quinto de his que occurrunt infra tempus representans matrimonij consummationẽ ⁊ confirmationem: a penthecoste vsq; ad octauam corporis christi. ¶ In alijs quinq; libris agetur de festis occurrentibus infra tempus representans liberorum generationem ⁊ propagationem. ¶ Ita q in sexto libro agetur de festis occurrentibus infra tempus representans filios ecclesie fundatores scilicet apostolos ab octaua scilicet corporis christi vsq; ad calendas augusti. ¶ In septimo agetur de festis que veniunt infra tempus representans filios ecclie ꝯstructores scȝ doctores p totũ videlȝ mẽsem augusti. ¶ In octauo de festis que veniunt infra tempus representans filios ecclesie conseruatores scilicet confessores per totum scilicet mensem septembris. ¶ In nono de his que veniunt infra tempus representans ecclesie defensores scilicet martyres per totum videlicet mensem octobris. ¶ In decimo de his que veniunt infra tempus representans ecclesie augmentatores hoc est virgines scilicet per totum mensem nouembris vsq; ad aduentum.

¶ Hoc addito q quia multorum sanctorum festa: quibus diebus per annum occurrant inuenire nõ valui quorũdã ex eis gesta aliquorum sanctorum festiuitatibus subieci: put inibi cõgruẽtius visum fuit ex aliqua similitudine vel attinẽtia pcedẽti aut ex nois equocatiõe: vtpote sancti iuliani cenomanensis festo: cui subijciuntur acta plurium eiusdem nominis sanctorum: quorum festiuitates nesciuntur aut ex aliqua temporis congruitate: vtpote gesta patrum omnium prime etatis: quorum dies ignoti sunt: que septuagesime applicantur: quia tunc eorum tempora ab ecclesia leguntur: ⁊ sanctorũ secunde etatis que sexagesime subijciuntur: quorum etiam acta tunc ab ecclesia recoluntur. ¶ Et notandum q aduentus domini ⁊ cetera festa mobilia vt est pascha cum precedentibus ⁊ subsequentibus dependentibus ab eadem: qualia sunt septuagesima ⁊ sexagesima quinq̃gesima quadragesima passio domini ascensio ⁊c. quia in calendarijs sedem certam non habent: sed diuersimode contingunt: iuxta quod mihi melius visum fuit: certis diebus apposui. Nam vt festum sancti andree quod est primum in officijs aduentus continetur. Idcirco aduentum domini tertio calendas decembris: hoc est in vigilia sancti andree locaui. Resurrectionis vero dominice diem sexto calendas aprilis posui: eo quod ad litteram tali die dominus resurrexit: ⁊ per consequẽs omnia festa a die pasche dependentia tam precedentia q subsequentia illis diebus locanda decreui: quibus eo anno cõtigissent: quo dominus ad litteram passus est: si tũc temporis celebrata fuissent. ¶ In vndecimo vero huius voluminis libro illorum sanctorum gesta describentur: quorũ dies festiui penitus sunt ignoti: ⁊ quorum legende in aliqua ceterorum librorum parte nequiuerunt cõmode collocari: aut illorum qui forent per obliuionem quam humana fragilitas euadere plerumq; non valet: suis locis ponendi forent omissi: vel eorum etiam quorum legende post ceptum opus de nouo apparere contingerent: quod propter numerositatem sanctorum facile satis esset. ¶ In duodecimo vero ⁊ vltimo libro tabula totius voluminis supponetur: in qua sanctorum omnium per alphabetum nomina conscribentur: ⁊ vbi reperiri debeant: quo scilicet libro vel capitulo designata: vt facilius quod quisq; optauerit eidem occurrat: sicq; totius presentis catalogi materia concludetur.

¶ Explicit diuisio totius voluminis.

¶ Prologus libri primi.




Primus ergo liber huius catalogi continet sanctorum gesta: quorum festiuitates occurrunt infra tempus: in quo ecclesia representat christi sponsalium collationem ⁊ tractationem: quod fuit ab adam vsq; ad filij dei natiuitatem. Et hoc tempus ecclesia pretendit ab aduentus initio vsq; ad diem natalis dominici in persona patrum ⁊ pphetarum christum venturum prenuncians: ⁊ assiduis clamoribus deposcens. Quattuor vero dominicis ipse aduentus celebratur: eo quod tractatus ipsarum nuptiarum quattuor modis pcesserunt: scȝ per legis naturalis inspirationem: per indictam patribus circũcisionem: per imposite legis scripte collationem: ⁊ p afflictam pphetie testificationem. ¶ Primũ tempus fuit ab adã vsq; ad abrahã decursu duarũ etatũ: in quo tpe lex naturalis hoies docebat de duobus. s. q honeste viuerent ⁊ pximum non lederent. Hoc aũt in pma hebdomada figuratur: eo quod in dominicali epistola mandata legis naturalis continentur. Dicendo eñ apostolus. In die honeste ambulemus nõ in cõmessationibus ⁊ ebrietatibus: nõ in cubilibus ⁊ impudicitijs: docet honeste viuere. Et subdendo: nõ in cõtẽtione ⁊ emulatione: admonet pximũ nõ offendere. ¶ Secundum fuit ab abraham vsq; ad moysen decursu

sen decursu tertie etatis: in quo tempore circuncisio patribus indicta dei populum a gentilibus superauit. Hoc vero in secunda hebdomada pretenditur: vbi paulus in epistola dominicali dicit: christum iesum ministrum fuisse circuncisionis ad euacuandas promissiones patrum. ¶ Tertius fuit a moyse vsque ad dauid decursu quarte etatis: in quo tempore lex scripta ad beneviuendum hominibus collata fuit: cuius lator et minister extitit moyses. Hoc autem etiam in tertia hebdomada ostenditur in qua paulus in epistola dominicali in persona moysi dicat. Sic vos existimet homo vt ministros christi et dispensatores ministeriorum dei: videlicet legis scripte. ¶ Quartum fuit a dauid vsque ad christum decursu quinte etatis: in quo tempore prophetia sanctis vatibus inspirata christum affuturum et propinquum personabat: et futura tempora predicebat. Hoc etiam declaratur in quarta hebdomada: in qua in epistola dominice apostolus in persona prophetarum dominum esse prope cum gaudio quodam modo prophetizat. Ad huius ergo temporis festa describenda procedamus.

¶ Finis prologi.







Qui prius fuit domi Matthei de Salaris nunc ...



¶ Reuerendissimi patris et domini petri de natalibus veneti episcopi equilini cathalogi sanctorum opus feliciter incipit.

¶ Liber primus ab aduentu domini vsq3 ad eius natiuitatem.

¶ De aduentu domini in carnem.



Aduētus domini generalis duplex ab ecclesia colitur. Primus ad saluādū. Secūdus ad iudicandum. Primus de preterito celebratur. Scōs de futuro formidat. De primo luce. xix. Venit filius hoīs querere et saluū facere: qđ perierat. De scđo Esa. iij. Dominus ad iudicium veniet cum senatorib⁹ populi. ¶ Aduētus ergo in carnem: qui fuit ad saluandum quattuor agit septimanis: propter causam superi⁹ assignatam: q3 scilicet ipm aduentum christi precesserūt legis naturalis inspiratio: circūcisiōis indictio: legis scripte impositio: et prophetie attestatio: que omnia in quattuor dominicas vt supius ponitur figurantur. ¶ Circa aduentum autem ad saluandum duo videnda sunt scilicet aduenieendi oportunitas: et aduentus vtilitas. Oportunitas ostenditur. Primo ex parte hominis: qui conuictus fuit: primo de malicia tempore legis naturalis: quia cum ipsa lex iuberet proximum non ledere: primogenit⁹ ade cain abel fratrem innocentem occidit. Secundo de ignorantia tēpore circuncisionis quando videlicet homo idolatrans in pessimos errores decidit: nam et tunc temporis idolatria incepit. Tertio de impotentia tempore legis scripte: que quidem lex iugum importabile et mandatum homini fragili impossibile imposuit. Oportuit ergo filius dei venit: quando homo de malitia: ignorantia: et impotentia conuictus fuit: ne si ante venisset: homo medicine gratus non fuisset. Ipse etiā veniens sua potentia hominis impotentiam sublevauit: sua sapiētia ignorantiam illustrauit: suaq3 gratia maliciam expugnauit. ¶ Secundo ex parte temporis: quia vbi venit plenitudo temporis misit deus filiū suū et c. gal. iiij. quod quidem tempus adimpletum fuit per quattuor premissa: que aduentum dominicum precesserunt. Cum enim vidit dei filius hominem nec lege nature nec circuncisionis signaculo: nec lege scripta nec prophetarum oraculis a peccato liberari posse: descendit conferre



Ad usum mon.rij S.ti Francis in Hierusalem

gratiam: in qua nos deo gratificans a peccato redemit
Tertio ex parte vulneris et morbi vniuersalis. Nam cum
morbus erat vniuersalis oportunum fuit vniuersalem
adhibere medelam. Etenim ante aduentum christi era
mus ignorantes siue ceci: penis eterni obligati: serui
dyaboli: mala peccati consuetudine vincti: in tenebris
obuoluti exules a patria expulsi. Ideo egebamus docto
re: redemptore: liberatore: eductore: illuminatore: et sal-
uatore. Hec autem omnia in septem antiphonis maio
ribus habentur que cantantur ante christi natiuitatem
ostenduntur. In prima dicitur: veni ad docendum nos
viam prudentie. In secunda veni ad redimendum nos
in brachio extento. In tertia: veni ad liberandum nos
iam noli tardare. In quarta veni et educ vinctum de do-
mo carceris etc. In quinta: veni et illumina sedentes in te
nebris etc. In sexta: veni salua hominem: et hoc in perso-
nam gentium: qui illa antiphona incipit. O rex gentium
In septima vero clamatur pro salute iudeorum: quibus
deus dederat legem: ideo incipit. O emanuel rex et legi-
fer noster: et infra: veni ad saluandum nos etc. ¶ Utilitas
autem ipsius aduentus patet Luce. iiij. vbi se missum te
statur dicens. Spiritus domini super me etc. Ad paupe
rum consolationem. Ad contritorum sanationem. Ad
captiuorum liberationem. Ad indoctorum instructio-
nem. Ad peccatorum remissionem. Ad humani generis
redemptionem. Et ad meritorum retributionem. Hec
omnia originaliter prophetantur de christo Esa. lxj.
¶ Augustinus autem ponit alias vtilitates dicens: quod
xps more mercatoris veniens dedit et accepit. Accepit: quod
hic abundat scilicet nasci: mori: et laborare: dedit rena-
sci: resurgere et in eternum regnare. ¶ Bernardus insu
per ponit tres vtilitates supra tactas dicens: quod necessa
rius fuit nobis saluatoris aduentus: vt in nobis per fi-
dem habitans illuminet cecitatem nostram: et nobiscum
manens adiuuet infirmitatem nostram: et pro nobis stans
propugnet: et purget iniquitatem nostram.

¶ De aduentu domini ad iudicium. Capitulum. ij.




Duentus domini ad iudicium: sicut et
aduentus in carnem quattuor agitur se
ptimanis eo quod et ipsum aduentum sicut
et primum quattuor tempora precedere de
bent. ¶ Primum fuit tempus apostolo
rum: in quo fuit persecutio iudeorum: qui
christum ecclesie caput primo in seipso deinde in suis apo
stolis persecuti sunt: et durauit vsque ad tempora neronis
imperatoris. ¶ Secundum fuit tempus martyrum: in
quo fuit persecutio paganorum a nerone primo christia
norum persecutore vsque ad Constantinum augustum.
¶ Tertium fuit tempus doctorum: in quo fuit persecu
tio hereticorum a Constantino imperatore vsque ad cha
rolum magnum. ¶ Quartum est tempus confessorum
in quo ad presens sumus a karolo magno vsque ad anti-
christum. Et notandum quod ecclesia in aduentu domini
quedam cantica leticie canit: vt alleluya: et hoc propter
primi aduentus consolationem: quedam vero deponit:
vt te deum laudamus: et gloria in excelsis propter secun
di aduentus trepidationem. ¶ Circa secundum aduen
tum duo videnda sunt: scilicet antecedentia iudicium
et comitantia. Antecedentia sunt tria: scilicet signa ter-
ribilia: antichristi fallacia: et ignis vehementia. Signa
terribilia ponuntur luce. xxj. Erunt signa in sole etc. quod
Apocalipsis. vj. declaratur. Sol factus est niger tanquam
saccus cilicinus: et luna facta est sicut sanguis: et stelle
celi ceciderunt super terram: quod ad litteram de ecli-
psi solis et lune: et de superabundantia intelligi potest:
vel metaphorice de imperio romano eclipsato: et ecclesia
sanguine innocentium maculata: et de predicatoribus
de celo ecclesie cadentibus propter errores potest expo-
ni. ¶ Hieronymus autem in annalibus hebreorum in
uenit quindecim signa iudicium precedentia: sed vtrum
continua an interpolata non expressit. Prima die ma-
re se eriget quadraginta cubitis super montes stans in
loco suo quasi murus. Secunda die tantum descendet:
quod vix possit videri. Tertia marine belue apparentes su-
per mare dabunt mugitus vsque ad celum. Quarta arde
bit mare et aqua. Quinta arbores et herbe dabunt rorem
sanguineum volatilibus congregatis in campis. Sexta
ruent edificia: et flumen ignis ab occasu vsque ad oriens
contra celum exurget. Septima petre adinuicem colli
dentur et scindentur. Octaua erit generalis terremotus
ita vt nullum animal stare possit. Nona montes solo
equabuntur. Decima exibunt homines de cauernis et
velut amentes ibunt: nec loqui poterunt. Undecima
ossa mortuorum super sepultura colligentur. Duodeci-
ma stelle ex se igneas comas emittent: animalibus cun
ctis in campis spetentus congregatis. Decimatertia mo
rientur viuentes: vt cum mortuis resurgant. Decima-
quarta ardebit celum et terra. Decimaquinta fiet celum
nouum et terra: et resurgent omnes. ¶ Antichristi autem
fallacia fiet quattuor modis. Primo per callidam sua-
sionem et falsam scripturarum opiniones. Nitetur enim
ex scriptura ostendere se messiam in lege promissum: et
legem christi destruere. Ps. Constitue domine legislato
rem super eos. glosa. i. antichristum legis praue latorem
Secundo per miraculorum operationem. secunda the.
ij. Cuius aduentus secundum operationem sathane in
omnibus virtutibus et signis et prodigijs mendacibus.
Tertio per donorum largitionem. Daniel. xj. Dabit
eis potestatem in multis: et terram diuidet gratuito: quod
glosa de antichristo exponit. Quarto per tormentorum
illationem. Daniel. viij. supra quam credi potest: vniuersa
vastabit. ¶ Ignis autem vehementiam dominus pre-
mittet. Primo propter mundi innouationem: quia pur
gabit et renouabit elementa. Secundo propter hominum
purgationem: vt sit tunc bonis viuentibus in locum pur
gatorij. Tertio propter maiorem malorum damnationem
et sanctorum illuminationem: quia secundum Basil. Deus
facta mundi purgatione in igne illo diuidet calorem a
splendore: et totum calorem mittet ad regionem damna
torum: vt amplius crucientur: et totum splendorem ad re
gionem bonorum: vt amplius iocundentur. ¶ Conco-
mitantia

militãtia aut iudiciū erūt octo. Primū est disceptatio iudicis. Joel. iij. Cōgregabo oēs gētes ivallē iosaphat: et disceptabo cū eis: statuet en i oues a dextris hedos aūt a sinistris: et cū eis disceptabit vt dr Mat. xxv. ¶ Sōm est differentia ordinis nā in iudicio illo. Quidā iudicant et pereūt: sicut mali xpiani qbus dicet. Esuriui: et nō dedistis mihi mãducare etc. Quidā nō iudicant: et pereūt: sicut infideles: de qbus dr: q nō credit: iā iudicat est. Quidā iudicant et regnāt sicut iusti qbus dicet. Esuriui: et dedistis mihi mãducare. Quidā non iudicantur: et regnāt: sicut apli qbus promittitur: sedebitis super sedes iudicantes duodecim trib israel: id est iudicāti assistētes et sniaz approbãtes: et hoc fiet eis: ppter ipoz honorē ppter sniē cōfirmationē: et maloz reprobationē. ¶ Tertiū erit isignia passiōis: scz crux: claui: et cicatrices in corpore: vnde cãtat ecclesia: hoc signū crucis erit in celo cū dñs ad iudicandū venerit: et hoc faciet xps ad ostēsionē sue victorie vt ostēdat signa: in qb triūphauit. Ad declaratiōnē sue mieve ostēdat qualr boni misericorditer saluãtur. Et sue iusticie vt ostēdat qliter praui iuste dãnantur. ¶ Quartū erit seueritas iudicantis: non enim flectetur timore: cum sit omnipotens: nec odio vel amore cum sit iustus: nec errore: cum sit sapientissimus. ps. Deus iudex iustus fortis et patiens: id est sapiens: quia qui patiens est: multa gubernatur sapientia. ¶ Quintum erit accusatio horribilis: habebit enim homo accusatores. Primo dyabolum. Apoca. xij. Proiectus est accusator fratrum nostrorum etc. ¶ Secundo propriumvitium Sapien. iiij. Uenient in cognitionem peccatorum suorum et traducent illos ex aduerso iniquitates eorum. Tertio totum mundum. grego. Si queris quis te accuset: dico totus mundus: qui offenditur creator offenso. ¶ Sextum erit testis infallibilis: habebit enim peccator tres testes vnus supra se: scz deū q est iudex et testis. Hier. xxix. Aliū intra se: scz ppriā cōsciētiā. Tertiū iuxta se: scz ppriū angelum. ¶ Septimū erit artatio petõis: de quo grego. Latere inqt erit ipossibile apparere itolerabile. ¶ Octauū erit sententia irreuocabilis. Nam tribus ex causis appellatio non recipitur. Primo propter iudicis excellentiam: vnde non appellatur a sententia pape vel imperatoris: qz nō hz supiorē. Scdo ppter criminis euidentiā. Nā in crimine notorio nō pōt appellari. Tertio ppt rē nō differēdã: vt est in snia capitali: q nō exigit dilationē: sz statim exequi. Propt hec tria xpi snia irreuocabilis erit qz nec supiorē hz: et ola ibi notoria erūt: nihil qd ibi agetur dilationē patief. Ola eni fient i momēto: i ictu oculi etc.

¶ De aduentu domini in speciali. Capitulum. iij.



Duentus dñi specialis duplex ē. Primus in mēte ad sanctificandum: de quo Johan. xiiij. Ad eum veniemus: et mansionem apud eum faciemus. Secundus in morte ad premiandum: de quo Luce. xij. Et vos estote parati quia qua hora nō putatis filius hominis veniet. Horum duorum aduentuum festa q nis ab eccl'ia nun q commemorentur a pluribus tamen deuotius frequentissime recoluntur.

¶ De sanctis saturnino et sisinnio martyribus. Capitulum. iiij.



Aturninus et sisinnius martyres Rome passi sunt sub maximiano imperatore: qui rediens de partibus aphrice dum omnes christianos ad afflictionē laboris compelleret ad thermas edificandas ad fodicudam barenam: et saturninus iam senex farcinam ferre nō posset: sisinnius et cyriacus dyacones marcelli pape eum iuuabant: vt dicetur infra in passione marcelli. xxvij. kalendas february. Quod dum maximiano nūciatum fuisset: iussit eos teneri in carcerem a lauditio prefecto: qui eos. xvij. diebus carceri mancipauit. A quibus multi paganorum conuersi sunt. Deinde prefecto presentati saturninus senex et sisinnius dyaconus dū ydola sibi oblata comminuissent: conuersi sunt duo milites papias et maurus: tunc laudatius iussit saturninum et sisinnium in eculeo leuatos attrahi: neruis et fustibus et scorpionibus cedi. Papiam vero et maurum se christianos profitētes ora lapidibus cesos carceri trudi fecit. Saturninum vero et sisinnium eculeo depositos decollari mandauit: qui ducti via numentana miliario secundo ab vrbe capite cesi sunt: quorum corpora tarson cum Johanne presbytero sepelierunt in predio suo via salaria vetere. iij. kalē. Decembris.

¶ De sancto saturnino epo et martyre. Capitulum. v.



Aturninus episcopus et martyr ab apostolorum discipulis ordinatus est: qui prim episcopus tholosane vrbi directus christū predicauit: et dum sepius iuxta capitolium quod inter domum suam et ecclesiam situm erat: iter ageret: demones a responsis cessabant. Quod dum gentiles virtute sancti fieri cognouissent: saturninum comprehensum in arce capitolij statuunt compellentes ad immolandum: qui dum nisi vni deo se immolaturum assereret: fune ab vno capite tauri latera alligantes: qui ad immolandum ductus fuerat: ab alio vero pedes sancti vincientes stimulatum taurum per scalas precipitant. Qui sanctum sibi alligatum post se trahens per capitolij gradus eliso capite cerebroque excusso christi martyrem fecit. Cuius corpus occulte propter metum gentilium duc christiane femine sepelierūt quod post modum a successoribus sancti martyris honorifice tumulatum est: passus est autem tempore decij. iij. kalen. Decembris.

¶ De sancto amos egyptio abbate. Capitulum. vj.



Mos egyptius floruit tempore Constantini magni: de quo refert Sozomenus primo historie tripartite: q inuitus ipse parentibus cogentibus duxit vxorem: nec tamen eam expertus fuit. Nam primo die nuptiarum solus cum sola in thalamo: dum sibi virginitatem laudaret eam ad virginitatem seruandam induxit: vnde et ambo virginitatem vouentes in singulis cubilibus separatim dormierunt annis. xviij. deinum communi voto ab inuicem diuisi sunt: ipseq mulieri domum ppriã concessit: et ad eremum properauit. Atq in monte nitrie. xxij. annis permansit eremiticam vitam ducens: de quo refert Hieronymus in vitis patrum: q apud thebaides fuerit pater trium milium monachorum. Dum autem

ainos cum discipulo suo theodoro iter agens ad flumen deuenisset: dum alter alterum nollet nudum videre mādauit discipulo ad horam secedere. Et dum seipsum etiā nudum videre paueret: diuina virtute ad aliam partem fluminis translatus est. De quo discipulus transiens miratus: quia nec vestem nec pedes infusos haberet aduertit miraculum: adiuratus a magistro: vt illud ꝙdiu viueret nemini reuelaret. Hic filiuz hominis qui bouem rapuerat: quez canis rabidus momorderat: postꝙ pater bouem restituit a morsu canis rabidi liberauit ¶ Dum autem latrones panem quo vescebatur eidem auferrēt: duos drachones eductos ex antro ad custodiā celle misit. Sed venientes fures ⁊ drachones vidētes pre timore quasi mortui ceciderunt: quos ipse exiens confortans erexit ⁊ ad penitentiam prouocauit: optimosq3 cunctorum monachos effecit. ¶ Eodem etiam tempore dū drachon alius immanis regionem vastaret: ⁊ multos perimeret. oblatum sibi puerum ex solo visu bestie extinctuz suscitauit: ⁊ drachonem oratione de antro eductum: in duas partes discerptum occidit. Cuius animam cum gloria ad celum tendentem antonius abbas longe positus vidit et discipulis nunciauit: notatoq3 die et hora repertum est amonem eodem tempore a corpore migrauisse: quieuit in christo die .iij. kalen. decembris.

¶ De sancto pafnutio abbate. Capitulum. vij.





Pafnutius abbas eremi cultor vltimiq3 deserti in regione heraclee: cum esset angelicevite orauit deum vt sibi reuelaret cui sanctorum bene viuentiuz similis haberetur Cui angelus reuelauit ꝙ similis ipse esset symphoniaco cuidam in ciuitate cantando victum querenti. Ad quem sanctus admirans accessit: ⁊ eum repertum secreto de sua vita quesiuit. Qui respondit se fuisse predonem: ⁊ ex illo statu ad officium ioculatoris venisse: nihilq3 sibi boni conscium: nisi ꝙ aliquando virginem deo consecratam a sex collegis raptas dum ceteri deflorare vellent ab eis eripuit: ⁊ noctu eam domum intactam reduxit. Et alia vice mulierem profugam in eremo repertam: dum quo tenderet quesiuisset ⁊ illa virum cum filijs pro fiscali debito carceratos ⁊ flagellis afflictos respondisset se etiam eadem causa perquiri ob idq3 fugere. triduo sine cibo peracto assereret ipse illam ad antrum suum: duce eia refecerat: ⁊ trecentos solidos pro viri ⁊ filiorum redemptione sibi dederat. Que illo precio dato virum et filios de carcere eduxerat. Quod audiens pafnutius ⁊ nihil se tale fecisse protestans dum sibi a deo reuelata homini retulit: ille abbatem ad eremum secutus in melius vitam mutauit. Cuius animam ab angelis in celum deferri post modicum tempus sanctus conspexit pafnutius. ¶ Item idem quod prius querens a deo sibi reuelari per angelum edocetur se fore similem tali primario ciuitatis. Ad quem sanctus veniens eumq3 de ipsius sanctitate secrete requirens dixit ille se habere vxorem cum qua annis triginta continuerat eamq3 nunꝙ nisi affectione sobolis primis temporibus cognouisse: ex qua tribus susceptis filijs abinde in castitate permanserant: hospitez nunꝙ dimiserat: nec pauperem sine cibo vel alia stirpe licentiauerat: contra iusticiam nunꝙ iudicauerat: ⁊ discordes pro viribus ad concordiam reduxerat: que audiēs pafnutius reuelata sibi a deo narrat. Illeq3 relicto seculo abbatem ad eremum secutus est: venientesq3 ad fluuiuz profundum transierunt ita vt nudavix genua pertingeret. Cui dum sanctus cellam in eremo designasset illeq3 ad vite perfectionis apicem ascendisset postmodum anima illius ad celos deferri ab angelis eidem patri reuelatur. ¶ Pafnutius vero bis a deo petita: tertio quesiuit. Cui reuelatur ipsum esse similem mercatori ad se venienti. Cui supra occurrens nullo ab eo amplius quesito visa et audita narrauit. Isq3 statim per famulos mandato vt merces ad vrbem delatas ⁊ cetera sua bona pauperibus erogarent: cū abbate mansit in eremo: qui etiā breui tempore ad celestia migrauit. Pafnutius vero in extremis constitutus: admonuit fratres: neminem etiā peccatorem vel cuiusuis status contemnendum premissas tres referens visiones qui etiam in pace quieuit .iij. kalen. decembris videntibus presbyteris ⁊ fratribus animam eius in celum ab angelis subleuari.

¶ De sancto Andrea apostolo. Capitulum. viij.





Andreas apostolus fuit Johannis ⁊ frater symonis petri de ciuitate Bethsaida galilee: qui primo fuit discipulus Johannis baptiste tribus vicibus a domino vocatus est. Primo ad sui noticiam quando videlicet audiuit a Johanne de christo Ecce agnus dei: ⁊ cum alio discipulo secutus iesum: vidit vbi manebat: ⁊ mansit apud eum die illo: inueniēsq3 fratrem suum Symonem adduxit ad Jesum. Secundo ad sui familiaritatem: quando scilicet iuxta mare genesareth turbis concurrentibus: christus intrauit nauem Symonis: ⁊ capta multitudine piscium: vocatisq3 Jacobo ⁊ Johanne secuti sunt Jesum. Tertio ad sui discipulatum: quando ambulans iesus iuxta mare galilee petrum ⁊ Andream de piscatione: vocauit: promisso sibi ꝙ fierent hominum piscatores: qui relictis rhetibus secuti sunt eum: eiq3 de cetero adheserunt. ¶ Post ascensionem domini diuisis discipulis Andreas apud achaiam predicans multos ad fidem christi conuertit: ⁊ ecclesijs prouinciam repleuit. Et dum quidam nobilis iuuenis inuitis parentibus apostolo adhesisset: parentes domū

in qua

in qua morabatur cum apostolo succenderunt: sed puer iussu apostoli tectum ascedens: et aquam ampulle super ignes spargens flammas extinxit: et dum illi per scalas ad euvellent ascedere: subito execcantur multisque conuersis: parentes iuuenis post dies quinquaginta defuncti sunt. ¶ Uxor cuiusdam homicide parere non valens: sed in partu periclitans: sororem ad deam suam dianam placandam misit. Idolum vero sorori respondit quod eam iuuare non poterat: monuitque: ut Andream apostolum pro auxilio adiret. Ad quam vocatus apostolus eam primo de idolatria redarguit: deinde pro ea orauit: illaque mox fetum mortuum emitt ens liberatur: et baptizatur. ¶ Senex quidam nicolaus venit ad apostolum: dicens septuaginta annis quibus vixerat continere non potuisse: sed semper luxurie deseruisse. Et quod aliquando ad carnis concupiscentiam refrenandam euangelium super se ferebat: et dum lupanar intrasset oblitus euangelium deponere: audiuit a meretrice quod videbat super eum mirabilia: que etiam se ab illo tangi non permisit. Pro quo dum apostolus a tertia usque ad nonam ieiunus orasset: et se non comedere vouisset: nisi deus peccatori subueniret: post quinque dierum abstinentiam audiuit se obtinuisse pro sene. Sicque apostolus Nicolao penitentiam sex menses in pane et aqua imposuit: qua peracta senex in domino feliciter expirauit. ¶ Dum iuuenis christianus et pulcherrimus a matre lasciua de crimine nephando attemptatus fuisset: illeque flagitium execraretur: mater in iuuenem crimen retorsit: et eum iudici accusaunt: qui dum apostolum in suum patrocinium aduocasset. Iudex iratus puerum in saccum pice linitum iussit mitti et in flumine iactari. Andream vero qui pro eo intercesserat in carcerem mitti: sed orante apostolo tonitruo terribili et terremotu facto: omnibus exterritis mulier a fulmine percussa interiit: iuuenisque mortem euasit: et iudex cum multis fidem christi suscepit. ¶ Cum apud niceam ciuitatem septem demones multos infestarent: et plures transeuntes occiderent: apostolus vocatus illuc accessit: demones in specie canum aduenire iussit: eisque in christi nomine ut inde discederent mandauit: quo miraculo multi conuersi sunt. ¶ Post modicum apostolo nunciatur: quod iuuenis quidam iuxta portam alterius urbis a septem canibus fuerat prefocatus. Intellexit igitur illos fuisse demones: quos ab oppido nicee expulerat: et compatiens patri defuncti: illuc accessit: mortuum excitauit: et discipulum christi fecit.

¶ Quadraginta viri ad apostolum venientes: ut ab eo fidei doctrinam perciperent excitata tempestate a diabolo: nauique submersa in mare necantur. Quorum corpora ut apostolus vidit ad litus deiecta: et que facta fuerant per spiritum cognoscens: oratione sua viros suscitauit: et baptizauit. ¶ Uxorem etiam egee proconsulis et maximillam senatricem et multos de populo ad christum conuertit: plurésque discipulos acquisiuit.

¶ Cum ergo egeas proconsul patras ciuitatem ingressus christianos ad sacrificia idolorum compelleret. eidem Andreas occurrens ipsum de impietate redarguit: eo quod ipse iudex hominum constitutus iudicem suum celestem agnoscere debuit. Quem dum proconsul vanum et superstitiosum diceret: eo quod christum a iudeis crucifixum coleret: apostolus christum sponte crucem subiisse respondit: ex eo quod mortem suam discipulis predixit: et proditorem cognouit: addens mysterium crucis magnum esse. Cui proconsul respondit quod mysterium dici non poterat sed supplicium: comminans apostolo ut nisi sibi obtemperaret: ipsum mysterium in se experiri faceret. Tunc apostolus mysterium crucis cepit exponere: et quod fuerat necessarium saluti hominum multis rationibus suadere. Et dum in confessione crucis persisteret immobilis: iubente proconsule in carcerem recluditur: sed a populo visitatur: volentibus proconsulem occidere: et apostolum fractis ianuis liberare: quod apostolus sua predicatione ad patientiam inuitauit. Mane autem facto Andreas de carcere educitur: et dum christum crucifixum constantissime confiteretur: iussu egee a triginta hominibus fustigatur: deinde in cruce suspendi iubetur: non quidem clauis confixus sed quasi in eculeo extensus funibus alligatus: populi multitudine insequente et ipsum innocenter mori clamante. Qui dum crucem a longe salutans adorasset: vestibus suis exutus in cruce suspensus est. In qua biduo viuens viginti milibus astantium hominum predicauit. Sed dum turba egee mortem minaretur: territus proconsul venit ut eum deponeret: quem dum ministri vellent soluere brachiis in aerem stupidis effectis nullo modo ad eum potuerunt pertingere. Et dum fideles eum deponere vellent apostolus orauit ad dominum: ut in pace suum susciperet spiritum. Statimque splendor nimius instar fulguris per horam dimidiam ipsum obtexit: cum quo lumine abscedente apostolus deo spiritum emisit. Cuius corpus maximilla senatrix cum aromatibus sepeliuit .ij. kalen. decembris. Iuxta ciuitatem patracensem. Indeque processu temporis corpus eius Constantinopolim translatum est: ut habetur .viij. idus maij. Egeas vero antequam domum rediret arreptus a dyabolo expirauit. Cuius frater nomine stratocles cum omni eius familia ad christum conuersus est.

¶ De sancto Nathanaele discipulo. Capitulum .ix.

Nathanael discipulus de oppido chana galilee: unus fuit ex septuaginta duobus christi discipulis: quem christus commendat Johannis primo: dicens ipsum esse israelitam in quo dolus non est. Hic etiam post resurrectionem christi unus fuit ex numero illorum septem discipulorum: quibus christus apparuit iuxta mare galilee quando petrus piscando traxit rhetem in terram plenum magnis piscibus .cliij. ut habetur Johannis ultimo: qui etiam a plerisque scribitur fuisse alio nomine vocatus ursinus: qui et ab apostolis episcopus bituricensis constitutus post completum predicationis officium in deo feliciter requieuit .ij. kalen. decembris: quod tamen falsum esse reputatur. Nam corpus huius nathanaelis apud treugrensem ciuitatem quiescit. Corpus ursini in bituricensi urbe sepultum veneratur. hec frater vincentius.

¶ De sancto nathanaele anachorita. Capitulum .x.




Nathanael anachorita vt dicit heraclides: fraude demonis accidiam passus ex priore cella recessit: et aliam quidam vico vicinam sibi collocauit. Ubi dū habitare cepisset: demon ad eum noctu veniens in specie carnificis pennis sordidis indutus flagris strepitum facere cepit: dicens se fore demonem qui eum de priori cella eiecerat: qui et eum de ista fugare cupiebat. Mox sanctus compunctus ad priorem locum rediit: et adeo se inclusit: vt .xxxvij. annis nunq̄ limen excederet. Multasq; diaboli insidias pertulit: vt propositum frangeret: quas tamen omnes deuicit. Septem episcopos ad se venientes gratanter suscepit et abeuntes vsq; ad limen associauit. Quem dum diaconi eo q̄ non egrederetur redarguerent: se omnino seculo mortuum esse respondit. ¶ Nocte quadam demon in specie pueri sibi apparuit asinum panibus oneratū deferens. Et dum asellum in terram corruisse fingeret et abbatis auxilium peteret: ille perplexitate circunclusus: ne aut misericordie opus negligeret aut propositū frangeret: oratione fusa puero suasit: vt si vera esset visio deum inuocaret: sibi subuenire paratum. Si autem tēptatio esset euanesceret. Moxq; puer cum asino euanuerunt cum turbine maximo strepitantes: hec omnia heraclides in libro qui dicitur paradisus.

¶ De sancto Trophiano episcopo. Capitulum .xj.


Trophianus episcopus magne sanctitatis vir: et miraculorum gloria preclarus pridie calen. decembris apud santonas in domino feliciter requieuit. Cuius corpus tolose translatum: ibiq; terris sepultum in celis viuere multis miraculis manifestat: vt dicit Ado.

¶ De sanctis Diodoro et Mariano et eorum socijs martyribus. Capitulum .xij.


Diodorus presbyter et marianus diaconus cum multitudine innumerabilium hominum vtriusq; sexus et diuersarum etatum: quorum numerum et nomina solus dei scientia nouit: passi sunt rome sub numeriano imperatore tempore Stephani pape primi. Qui die anniuersaria dedicationis sanctorum martyrum chrysanti et darie in loco crypte: vbi eorum corpora sepulta erant diuina celebrantes via salaria videlicet extra portam vrbis in harenario vbi prefati martyres terra et lapidibus obrupti fuerant: accusati sunt imperatori. Tunc imperator iussit in introitu crypte parietem leuari: et montem qui crypte imminebat ad sublonem super eos deijci: et sic omnes prefocati sunt. Quorum corpora ibidem iacuerunt vsq; ad tempora Stephani pape .vj. anno domini .i.cccccccclxxvj. ¶ Qui venerabilis pater effosa crypta reliquias sanctorum innumerabiles inde collegit: ex quibus quasdā laterani: aliquas apud sanctū petrum: aliquas ad basilicam .xij. apostolorum quam a fundamentis renouauerat: aliquas vero per alias ecclesias et monasteria sepelienda diuisit: in quorum ossium collectione odor mirabilis quasi florum et rosarum respersus est: et lampas in crypta accensa .vj. diebus continuis arsit: in qua nec quicq̄ de oleo consumptum est nec flamma extincta: donec omnia sanctorum ossa a congerie lapidum sunt collecta. ¶ Quidam autem cum de reliquijs aliquas questus grat a subtraxisset: continuo in lectum decidit graui lāguore detentus: et commissum furtum cōfessus reliquias restituit: et sic sanitatem recepit. Horum omnium martyrum passio die calendarum decembrium celebratur.

¶ De sancto Diodoro episcopo et confessore. Cap. .xiij.


Diodorus alexandrinus cesariensis: episcopus: dum antiochenus esset presbyter: clarus sapientia habebatur. Qui electus antistes multa opuscula compilauit. In apostolum cōmentarios edidit: aliaq; multa Eusebij cesariensis secutus characterem. Cuius licet sensum imitatus fuerit: eius tamen attingere non potuit eloquentiam: ignarus secularium litterarum. Floruit tempore imperatoris valentis: vt dicit Hieronymus libro de illustribus viris.

¶ De sancto Ansano martyre et maxima virgine et martyre. Capitulum .xiiij.


Ansanus martyr ciuis romanus filius nobilis tranquillini duodecim annorum occulte inscio patre a protasio presbytero in christi fide doctus et baptizatus est atq; a Maxima virgine de territorio tonagritano de sacro fonte leuatus: qui a patre imperatoribus Diocletiano et Maximiano delatus decimotertio anno imperij eorum cum ipsa maxima virgine ab eisdem tentus et carceri traditus est diebus multis. Quam quidem sacram virginē prefati imperatores tandiu fustibus cedi fecerunt: donec spiritū exhalaret. Ansanus vero de carcere fugiens venit balneoregium: vbi visione angelica confortatus est. Deinde veniens ad ciuitatem senarum: dum christum dominum predicaret a proconsule lysia tentus in ignem missus est: quo diuina virtute extincto: dum permansisset illesus iuxta fluuium arbiam eductus: ibiq; iussu presidijs decollatus est: et sepultus calendis decembris.

¶ De sancto Proculo episcopo et martyre. Cap. .xv.




Proculus episcopus et martyr de syria veniens romam tempore Iustini imperatoris totamq; romanam prouinciā discurrens christum predicabat: miraculis et vita refulgēs. Quem sanctus Ualentinus episcopus interanen. constituit sacerdotem. Et dum die quadam celebraret presente predicto

episcopo

episcopo: angelus domini acceptum de altari calicem in aera videntibus omnibus sublevauit: ⁊ deinde in altari reposuit sanguine consecrato. Sanctus autem presbyter de mandato angeli sanguinem consecratum libauit. Deinde propter persecutionem paganorum fugit de tyro siue interano cum episcopo valentino: ⁊ veniens ad ciuitatem nequinam a gentilibus gothis tentus ⁊ verberibus afflictus atq; in carcere missus est: sed per angelum eductus venit lazanum: vbi sancto Valentino per martyrium assumpto: constitutus episcopus totam ciuitatē per multa miracula conuertit ad christum. Deinde veniens spoletum christum predicauit. Inde a deo monitus persecutionem fugiens venit bononiam: vbi theodori filiam: que manum habebat aridam sanauit: ⁊ patrem cum filia conuertit ad fidem: et filium beroniani a demonio liberauit. Et post multorum conuersionem a totilla rege gothorum captus oblatis sibi binis locis a tergo decollatus est: ⁊ iuxta ciuitatez humatus: vbi processu temporis puer mortuus iuxta ipsum sepultus reuixit. Tuncq; corpus ipsius integrum repertum honorifice leuatum est: huius passio agitur die calen. decembris.

¶ De sancto Albano martyre.　Cap. xvj.


Albanus martyr in ciuitate maguntia passus est: ⁊ ibi sepultus. Hic habuit patrem christianum imperatorem de partibus aquilonis: qui mortua coniuge filiam decoram ex ea habens: incepteq; diligens: eam nuptui multis principibus petentibus tradere recusabat. Quam tandem flagitioso amore carnaliter cognouit: ⁊ ex illa albanum filium suscepit. Mater igitur de consensu imperatoris ad tegendam infamiam filium in capsella pallio inuolutum in partibus vngarie exponendum mandauit: qui repertus iuxta nemus a rege vngarie carente liberis suscipitur: ⁊ ob eius elegātiam occulte in rure nutritur: simulataq; regina pregnante: tempore partus puer natus fingitur: ⁊ a rege adoptatus vt naturalis tractatur: ab omnibusq; baronibus ⁊ ciuibus filius regis vere putatur: tam ipsis ꝙ iuuene predictorum ignaris. Factus ergo iuuenis gratus ⁊ strenuus: filia imperatoris aquilonis: que est propria mater: eidē a patre putatiuo in coniugium queritur: ⁊ ab imperatore traditur: vere putante filiam tradere filio vero regis. Post tempus modicum rex vngarie infirmatur: ⁊ ad extrema veniens filio adoptiuo regnum committens: eo ꝙ alium non haberet: eidem seriem facti reuelat: ⁊ qualiter ab eo repertus non eius filius naturalis erat. In cuius euidentiaz pallium in quo ipsum inuolutum ex nemore susceperat vsq; tunc reseruatum albano tradidit. Quod iuuenis audiens: consternatus ad vxorem ingreditur. Et dum sibi causam tristitie querenti factum pandere nollet: eo ꝙ se ex hoc contēnendum ab vxore putaret: pallium quo silue expositus inuolutus fuerat: quod tunc eidem a rege traditum fuerat de sinu iuuenis cecidit quod dū mater vidit agnouit: ⁊ mutua collocutione habita: repertum est albanum incestu genitum: matre incestuoso connubio cognouisse. Consilio inter eos habito tristitiam ex morte regis simulant: mortuumq; regem vngarie iuxta condecentiam regiam tumulant. Deinde ad vtriusq; patrem imperatorem properant: vt eidem seriem facti pandant. Quos ille vt filiam ⁊ generum cū magna leticia ⁊ solennitate suscepit. Sed die sequenti peracta leticia mutue visionis: imperatorem solum albanus ⁊ mater in cameram vocāt: eidemq; cum lachrymis factum seriosius explicant: et ad diuinam misericordiam implorandam per penitentiam regem confortant. Qui omnes sancto cuidam episcopo reatum confessi: de ipsius consilio eremitam sanctissimum adeunt pro penitentia assumenda. Qui eis septennem peregrinandi penitentiam imponit. Sicq; vtroq; regno episcopo regendo commisso septem annis peregrinantur: cōtinue annis singulis eremitā reuisentes. Peracta igitur penitentia dum eremum sancti viri petunt in silua deperreunt ⁊ superueniente nocte iuuenis parentes in lecto eiusdem de folijs arborū strato collocat: ipse vero in arborem se locabat. Ac instigante diabolo parentes vigilantes ad vomitum redeūt: ⁊ in abominandum antiquum scelus inuicem coeuntes recidiuant. Quod albanus sentiens turbatus ex arbore preceps irruit: ⁊ parentes baculo impatiens peremit. Facto mane ad eremitam redyt: qui iam omnia per spiritum precognita que contigerant reuelauit. Iussu ergo ipsius albanus iterato septennem peregrinationem assumit: qua perfecta ad eremitam redyt. Et dum semper peregrinari decreuisset: vitam suam per eremitam conscribere fecit. Quam in pyxide locatam ad collum suum alligauit et abyt. Sicq; relicto regno factus anachorita ⁊ peregrinus apud ciuitatem maguntiam in nemore a latronibus paganis inuentus: dum se christianum diceret iugulatus est: quoq; in flumine iactatum est. Quo cursu fluminis ad molendinum delato: dum filia militis cuiusdam leprosa se in flumine balnearet repente a lepra mundatur. Quod dum admirans deferret in vrbe multi leprosi venientes ⁊ se in amnem tingentes mundabantur. Et mirantibus cunctis vnde talem aqua virtutem haberet perquirentes corpus martyris inuenerūt: ⁊ reperta pyxide vitaq; ipsius perlecta deo gratias agentes corpus cum honore ad ciuitatem portantes venerabiliter condiderunt calen. decembris vbi requiescat miraculis clarens.

¶ De sancto Eligio episcopo.　Capitulum. xvij.


Eligius nouiomensis episcopus vt ait Sigibertus claruit anno sexto constantis: qui ⁊ Constantinus. Hic de ciuitate lemomcensis oriundus patre eutherio matre terrigia: dum ab annis puerilibus artem aurificum didicisset: omnia que lucrabatur: pauperibus erogabat: ⁊ multa miracula operabatur. Inter que contracto cuidam elemosynam prebena dum ille manuz porrigeret sanus efficitur. Et dū iam optimus magister in arte sua factus esset: ⁊ aurum certo sub pondere sibi a rege traditum fuisset: vt inde sibi sellam fabricaret: ipse sibi binas sellas fabricatas opere curioso regi tradidit: quibus ponderatis in vtraq; auri pondus quod sibi dederat reppererit sicq; miraculose aurum duplicatum inuenit. ¶ Deinde factus est episcopus nouionen. Et dum die quadam hominem ex iusticia damnatum patibulo: pietate motus depositum sepeliret: eum manibus contractando suscitauit.

¶ Multa corpora sanctorum reppererit deo sibi reuelante: in ciuitate nouionen. corpus sancti Quintini martyris: ⁊ in suessionen. corpora martyrum Crispini et crispiniani: et in beluacen. corpus sancti martyris luciani. Defunctus est autem anno vite sue. lxx. miraculis clarus. Sed dum anno reuoluto corpus eius transferri deberet incorruptum inuentum est: et barba sibi renata que die sepulture sue sibi fuerat abrasa. Quieuit autem in domino die kalen. decembris.

¶ De sancta Natalia vxore hadriani martyre.　Capitulum. xviij.

Natalia vxor olim sancti hadriani martyris corporeviri et aliorum martyrum cum eo passorum Constantinopolim translatisvt in eorum legetur passione sexto idus septembris manumviri sibi in solatium retinuit: et nicomedie vbi vir passus fuerat remansit. Quam dux tribunus devoluntate maximiani imperatoris propter eius decorem et diuitias in coniugium peteret et assentire simulauit triduana inducia postulata. Et dum deum ꝓ sui corporis castitate oraret: admonetur in somnis ab viro et maris nabusviri consocysvt Cōstantinopolim fugiat. Que manu hadriani sumpta nauem cum pluribus christianis ascendit: quam tribunus: dum insequitur vento insurgente contrario: et pluribus submersis redire compellitur. ¶ Media vero nocte dyabolus in specie naute cum naui fantastica fugientibus christianis apparuit: et q̃ viam errarent asseruit atq; ad sinistram pergere docuit. Hoc autem faciebat vt eos perderet. Mox dum vela verterent: hadrianus cum nauicula natalie apparuit et demonem illum fuisse reuelauit: cosꝗ precedens Constantinopolis saluos mane perduxit. Quo dum introissent. Natalia domumvbi martyrum corpora seruabantur intrauit: manumviri iuxta corpus posuit: et post orationem dormitans a sancto martyre inuitata ad celestia peruium euigilans reuelata narrauit: et vale faciēs omnibus spiritum emisit kalendas decembris. Cuius corpus a comitibus iuxta aliorum corpora sepultum est.

¶ De sancta Bibiana virgine et martyre. Capitulum .xix.

Bibiana virgo sub iuliano apostata passa est rome. Cuius pater flauianus christianus fuit habens coniugem et filias christianas. Qui accusatus apud iulianū imperatorem: q̃ martyres plurimos sepelisset: ab eodem in exilio damnatus in pace quieuit. Post cuius obitum iulianus matrem Bibiane et filias comprehensas tradidit fausto presidi: vt eas ad sacrificandum compelleret: a quibus ille conuersus et ab imperatore martyrizatus atq; ab eisdem sanctis sepultus est. Quod iulianus comperiens matrem et filias perquirebat. Sed post dies modicos Bibiane mater dafrosa et germana latentes in christo quieuerunt. Bibiana vero a iuliano reperta et tenta: dum ydolis sacrificare nollet plumbatis diutissime verberatur: et superuiuens triduo propter nimiam cedem emisso: per os sanguinis pro fluuio ad dominum per martyrium perrexit quarto nonas decembris. Cuius corpus a Johanne presbytero positum est apud palatium lucinianum iuxta corpora genitricis: et sororis.

¶ De sancto Petro chrysologo episcopo. Capitulum .xx.

Petrus chrysologus archiepiscopus rauennas de ciuitate imolensi oriundus a sancto Cornelio imolensi nutritus et doctus atq; in dyaconum consecratus est: vite sanctitate et sapientia insigniter pollens. Igitur episcopatu rauenne vacante: dum quidam ciuitatis rauennatis ciuis a clero et populo electus esset: et pro confirmatione habenda multi nobiles romam ad Sixtum papam tertium accessissent: anteq̃ illi ad vrbem peruenirent. Sixtus papa a beato Petro apostolo et sancto apollinare sibi apparentibus per visum admonetur: vt nullum alium in rauenne archiepiscopum consecraret: nisi illum quem ipsi in eorum medio eidem ostendebāt. Venientibus ergo ciuibus ad vrbem ab eisdem papa per triduum requisitus: vt electum suum consecraret: omnino renuit: iussa sibi a sanctis referens et ostensum requirens. Cuius dum nomen ignoraret: sed eundem ex vultu cognoscendum diceret per tres dies inter omnes sibi assistentes ostensum videre nequiuit. Post triduum autem imolensis episcopus cum Petro eius dyacono coram papa comparuit: qui eidem pro electi confirmatione instanter supplicauit. Sed dum pontifex petrum in medio multorum aspexit: etiam a longe eundem mox recognouit et q̃ ille esset qui sibi ostensus fuerat asseruit atq; ipsum cunctis approbantibus in episcopum consecrauit. Qui sanctus laudabiliter viuens: doctrina: vita et miraculis floruit. Tandem obitu suo sibi diuina monitione reuelato imolam perrexit: et iuxta corpus sancti cassiani martyris: vbi et nutritus fuerat: orans ad christum migrauit: et iuxta eundem martyrem sepultus est quarto nonas decembris. Cuius calix et patena eorum cōtactu sanant a morsu rabidi canis. Hic multas homelias super euangelia: et sermones elegantes composuit: et propter sermonis sui venustatem Petrus chrysologus quod est sermo aureus vel aureus sermocinator cognomen accepit. ¶ Extat et eius epistola contra eutycetem tempore leonis primi imperatoris conscripta: cuius sententie auctoritate postq̃ in consilio calcedonensi lecta est: eutyces hereticus damnatus est.

¶ De sanctis Vero et securo martyribus. Capitulum .xxi.

Verus et securus germani apud aphricā sub persecutione vandalica passi: glorioso martyrio coronati sunt quarto nonas Decembris vt in martylogio adonis legitur.

¶ De sancto Cassiano martyre. Capitulum .xxii.

Cassianus martyr in ciuitate tingitana que est metropolis mauritanie passus est: qui exceptoris diu gerens officium tandem celitus inspiratus execrabile duxit christianorum neci deseruire: vnde renuncians eidem officio sub christiana confessione triumphum meruit obtinere martyrij die tertio nonas decembris vt dicitur in martylogio adonis: cuius corpus in prefata ciuitate tumulatum: inde processu temporis ad ciuitatem imolensem translatum est: vbi et quiescit miraculis clarēs.

¶ De sanctis Claudio Hilaria et socijs martyribus. Capitulum .xxiii.

Claudius tribunus et hilaria vxor eius et filij eius Jason et maurus cum militibus septuaginta sub numeriano imperatore passi sunt. Nam vt in passione chrysanti et darie dicetur: dum sanctus Chrysantus ab imperatore traditus esset tribuno claudio ad torquendum. Videns claudius

claudius qualiter omnia tormenta superaret ⁊ qualiter deos gentium apertis rationibus confutaret: ⁊ quia fu stes quibus cedebatur molles reddebantur: cõuersus est ad dominum cum vxore et filijs et septuaginta suis mi litibus sibi cõmissis. Quod imperator audiens iussit claudium ligato ad collum eius saxo in mari precipitez dari. Milites quoq; singulatim audiri: itavt qui se chri stianum confiteretur capite cederetur: qui vero se chri sticolam negaret: dimitteretur. Pueri ergo iason ⁊ mau rus filij Claudij non interrogati se christianos confiten tes decollati sunt. Quos omnes ceteri imitantes infra horam eodem martyrio coronati sunt. Quorum corpora a christianis in cuniculo vbi decollati fuerant condita sunt noctu non longe ab vrbe via salaria. Filiorum vero corpora hilaria mater in suo predio sepeliuit. Et dum ad tumulum oraret: ⁊ pagani superuenientes eam occide re vellent: orandi spacio accepto in confessione spiritum emisit. Cuius corpus iuxta filiorum cadauera due eius ancille clandestine sepelierunt. Horum omnium mar tyrum passio recolitur die tertio nonas decembris. De quibus infra in passione chrysantis ⁊ darie octauo kalen. nouembris dicetur.

¶ De sancto Lucio rege ⁊ confessore. Cap. xxiiij.



Ucius beatus confessor fuit rex bri tannie baptisatus a thimotheo di scipulo sancti pauli. Qui regno cõ posito ⁊ bene ordinato relictis om nibus secularibus põpis multisq; ad deum conuersis: veniens per au gustam in ciuitatem curie multis ad vite perfectionem exemplo ⁊ do ctrinis inductis die tertio decem bris in pace quieuit: vt dicit frater Bartholomeus.

¶ De sancta Barbara virgine et martyre. Capitulum xxv.



Arbara virgo pas sa est in ciuitate nicho medie tẽ pore maximiani impe ratoris sub preside mar tiano. Cuius pater dioscorus nomine eius dem ciuitatis nobilis ⁊ paganus: turri ex celsa fabricata filiam pulcherrimam barba ram intromisit: ne ab hominibus videretur Cumq; plurimi eam in coniugium pete rent: illa iam animo christiana diuinitus inspirata: consensum denegabat. Et dum pater in balneo quod edificabatur in turri iussisset artificibus duas fieri fenestras: eo discedente bar bara tertiam erigi fecit. Et descendens in balneum de pingensq; digito in marmore crucis signum: mox in pe tra signum crucis apparuit ac si ferro sculptum esset. Similiter ⁊ in silice vestigia pedum illius impressa sũt Et descendens puella in concam inundantibus aquis orauit vt sanctificaretur aqua ⁊ submergens corpus se ipsam baptizauit in nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritus san cti. Egressa igitur de aqua turrem conscendens in ido lorum facies conspuit: ⁊ respiciens in celum deum verũ adorauit. ¶ Rediens ergo pater ⁊ eam interrogãs cur tres fenestras in balneo fieri iusserat audiuit ab ea: qz tres sunt qui mundum illuminant: pater ⁊ filius ⁊ spi ritus sanctus. Quod audiens pater arrepto gladio eã insequitur vt occideret illam: que dum fugeret ⁊ a mon tis crepidine preclusa artaretur orauit ad dominum: et scisso lapide mons per medium diuisus virginem susce pit: ⁊ ad aliam partem eiecit. Quo dum pater ascendẽs duos pastores greges pascentes interrogasset an puel lam fugientem vidissent: vnus eorum cum iuramento negauit eam saluare cupiens: alter vero ipsam digito ostendit eam occidi volens. Moxq; ipse cum pecoribus suis in lapides conuersi sunt vsq; in presens ibi manen tes. Quam pater apprehensam ⁊ per capillos tractam ⁊ durissime cesam Martiano presidi die sequenti tra didit puniendam. Et dum christum confiteretur ⁊ ido la gentium demonia esse contestaretur: iussit eam pre ses spoliatam suspendi ⁊ crudis neruis cedi ac cilicinis saccis plagas eius extergi: deinde carceri immissam pe dibus in ligno constringi: vbi domino sibi noctu appa rente confortatur: ipsiusq; vulnera consolidantur. Qđ dum die sequenti preses deorum pietati ascriberet: et virgo eius insentiam derideret iussit eam versis pedi bus suspendi: ⁊ latera eius vnguibus radi atq; arden tes lampades applicari. Insuper ⁊ caput malleis con tundi donec de naribus ipsius sanguis abunde stilla ret in terram. Deinde mamillas fecit precidi ipsamq; nudam per ciuitatem circunduci. Dum autem sic du cta orasset ad dominum angelus sibi apparens denu datum corpus eius candida stola contexit et mamil lis restitutis plagas omnes sanauit: quod dum preses cerneret furore nimio repletus eam decollari manda uit. Quam pater ad montem vbi eam comprehenderat adducens: caput eiusdem manibus proprijs amputa uit. Moxq; ab igne celesti consumptus est. Corpus aũt virginis a Ualentiano quodam christiano nicomedie sepultum est die secundo nonas decembris. Indeq; tem poris processu constantinopolim translatum postmo dum a venetis quibusdam nobilibus venetias delatũ: requiescere dicitur in ecclesia sancte marie cruciferorum.

¶ De sancto Meletio episcopo ponti. Cap. xxvj.



Eletius episcopus ⁊ cõfessor apud pon tum floruit. Qui cum esset eruditio num cura magnificus virtus tamẽ am ni vite sinceritas longe in eo magnifi centior extitit: vt dicitur in martyrolo gio vsuardi: qui etiam post laudabi

lem vitam ibidem in pace quieuit pridie nonas Decembris.

¶ De sctō Meletio episcopo antiocheṅ. Cap. xvij.



Eletius episcopus antiochenus: vt scribit theodoricus in hystoria tripartita tempore constantij imperatoris arriani claruit. Hic dum ciuitatem quandam armenie regeret: barbaros doceret ꝓpter sui eloquij venustatem ab arrianis: catholicis pariter antiochie episcopus postulatur. Quem imperator constantius videre volens: probare vtrum esset arrianus an catholicus iussit vt exponeret. Dominus possedit me ꝛc. quod ille exponens trinitatem publice docuit et aptissimis rationibus comprobauit: propter quod ab arrianis electus: a constantio reprobatus: et ab ecclesia sua expulsus reuersus a meniam eusebio episcopo adhesit: ꝛ clarus miraculis vita ꝛ scientia in pace quieuit.

¶ De sancto Clemente presbytero et confessore. Capl'm. xviij.



Lemens presbyter alexādrinus qui vt dicit ado in diuinarum eruditionum scholis ꝑmaxime floruit: panthei auditor: origenis vero preceptor fuit. Hic libros octo condidit stromatum: quod sonat opus varie contextum. Composuit ꝛ libros octo quos informationum vel dispositionum nominare possumus. Item librum ad gentiles exhortationum. Item librum qui dicitur pedagogus libris tribus distinctum. Item librum qui scribitur: quis est qui saluus fieri possit diues. Item librum alium de pascha ꝛ de disputatione: de ieiunio ꝛ obtrectatione. Item alium exhortatorium ad patientiam. Item ad neophytos. Item alium qui inscribitur canon ecclesiasticus. Item de his qui iudaicum sensum requirunt: quem ad alexandrum hierosolymorum episcopum scripsit. Item librum contra hereses. Extat ꝛ eius tam diuinarum scripturarum ꝙ litterature secularis volumina, eruditionis: ꝛ eloquentie referta in genesim etiam commētarios scribere pollicitus est. Hec hieronymus de viris illustribus. Quieuit in pace die secundo nonas decembris. Seueri imperatoris tempore florens.

¶ De sancto Sabba abbate. Capl'm. xix.





Abbas abbas ex prouincia capadocie ciuitate mutalapsis patre Johanne matre sophia: claris ꝛ christianis originem traxit. xvij. theodosij imperatoris anno. Dum autem pater eius militaturus cum vxore alexandriā pergeret: filium paruulum hieremie fratri commendauit. Quem dum vxor illius inuite conspiceret: puer relicto seculo occulte patruum deserens: ꝛ ad monasterium quod dicitur scando fugiens: ab abbate gregorio susceptus est monachus effectus: ꝗ in omni sanctitate viuens: etatis processu summa preditus abstinentia cepit etiam clarere miraculis. Inter ꝗ dum tempore hyemali pistor vestes lothas siccādas in furno adhuc calido posuisset: ꝛ oblitus ipsarum clibanum pro pane coquendo ex incuria accendisset: deinde recordatus vestium damnum suum desleret. Sabbas compassiōe motus furnum ingressus accēsum illesas vestes illesus eduxit. ¶ Post hec perrexit ad eremum ad gerasimum abbatem: vbi multa dyaboli figmenta et certamina superans dudum mansit. Deinde veniens hierosolymam sibi locellum edificauit: ꝛ sacra loca quotidie perlustrās ad locellum redibat contemplationi vacās. ¶ Hic quadam apud ecclesiam sancti Johannis baptiste mulierē dudum fluxum sanguinis passam sanam effecit. ¶ Quendam etiam a demone obsessum liberauit. ¶ Et cum siccitas nimia populum vrgeret: adeo vt neqꝫ in puteis neqꝫ in foueis aqua reperiri posset: ꝛ ex hoc ciuitas periclitaretur: fodientibus ciuibus in locis plurimis si forte aqua aliunde prorumperet: oratione sancti pluuia largissima noctu descendit: que foueas et cisternas repleuit: omnemqꝫ populum satiauit. Sicqꝫ multorum signorum gloria clarus virtutibus pollens: sub Johanne archiepiscopo quieuit in pace die sabbati nonas decembris Anno domini .ccccc.xxxiiij. sepultus hierosolymis inter duas ecclesias: cuius corpus inde processu tēporis venetias delatum: quiescit in ecclesia sancti Anthonini martyris.

¶ De sancto Basso epō ꝛ martyre. Capl'm. xx.





Assus episcopus ex nicea prouincia dum christum predicaret a perennio preside detentus et ad deorum sacrificia inuitatus cum ydolis immolare contemneret: primo in eculeo suspensus ac diutius tortus est: deinde laminis ardentibus circa latera

latera appositis excruciatus iesum christum dominum maiori constantia profitebatur. Quapropter in eculeo leuatus fustibus ⁊ scorpionibus presidis iussu diutissime cesus est. Post hoc depositus ad statuas deorum ligna pro sacrificio portare compellitur data sententia vt si non sacrificaret eodem igne consumeretur: qui dum sacrificare contemneret: in ignem missus sed in eo diu manens illesus educitur. Sicq; a preside adinuicem nicee prouincie destinatur cum litteris sibi mandantibus vt bassum: aut sacrificare compelleret: aut excogitatis supplicijs perimeret. Sed dum a iudice suasus sacrificare nollet: fabricatis duobus clauis ad mensuram longitudinis corporis eiusq; a plantis pedum per medium corporis vsq; ad verticem confixus in christi confessione emisit spiritum nonas decembris tempore decij ⁊ valeriani. Cuius corpus a christianis in nicea ciuitate sepultum est.

De sancta Crispina virgine et martyre. Capitulum .xxxj.


Rispina virgo in aphrica apud coloniam thebestinam tempore diocletiani ⁊ maximiani imperatorum cum sacrificare nollet iussu anolini proconsulis decollata est ibiq; sepulta nonas decembris.

De sancto Dalmatio epo ⁊ martyre. Cap. xxxij.


Almatius martyr episcopus de italia oriundus patre senatore: dum christianus esset occulte omnia deserens ad albam ciuitatem deuenit: ibiq; christum predicare cepit ⁊ miraculis clarere ad quem quidam valentianus magister militum de rauenna veniens eius audita fama pro filio suo graui infirmitate detento supplicare cepit: orationeq; fusa sanctus filium liberatum eidem nunciat: quod ille repatrians dum verum esse cognouit ad dalmatium redijt: ⁊ conuersus ad christum ab eodem cum filio baptismum suscepit Iterumq; ad propria remeans ⁊ christum annuncians miraculi testimonio multos ad fidem conuertit: deinde dalmatius angelo duce ticenum veniens dum flumen sine ponte vel naui ab angelo in momento transuectus multis coram positis transiuisset: populum multum conuertit ad christum. Ibiq; constitutus episcopus predicationis officium fideliter perficiebat: deinde ad gallias transiens: plurimos infidelium christianos effecit. Et post hec reuelatione diuina: dum ad suam rediret ecclesiam iuxta flumen ticeni ab infidelibus captus ⁊ in cerebro gladijs percussus per martyrium migrauit ad christum. Sed dum corpus eius exanime staret nec dudum cecidisset viso miraculo multi ex infidelibus conuersi sunt Sepultusq; est ibidem miraculis clarus. Passus est autem die nonas decembris.

De sancto Nicholao episcopo et confessore. Capitulum .xxxiij.




Icholaus episcopus ciuis patere vrbis patre epiphanio matre Iohanna diuitibus claris ⁊ sanctis exortus prima die sue natiuitatis dum balnearetur erectus stetit in peluí fere dimidia hora. Ad vbera matris positus quarta et sexta feria semel in die mammas sugebat: qui ex nomine auunculi sui Nicholai myreorum antistitis vocatus est Nicholaus. Dum adhuc puer imbuendus litteris a scholis rediret: claude femine eidem obuie gressum rectum tribuit.

Cuidam seruo dei nomine sabbatio in extasi posito palatium mirificum auro et gemmis fabricatum cum sede mirabilis claritatis intro posita ostenditur: que omnia Nicholao adhuc puero in celestibus preparata reuelantur. Factus autem iuuenis coetaneorum consortia et mores deuitans ecclesiam frequentabat: et que de scripturis audiebat memoriter retinebat. Parentibus defunctis quid de diuitijs sibi dimissis domino gratum ageret cogitabat. Hinc inanem gloriam si preberet incurrere formidabat. Sed post dies modicos dum quidam conciuis nobilis ad extremam deductus inopiam: tres filias suas virgines fornicari disponeret: vt inde miserrimus quicquam pro victu acquireret. Nicholaus hoc audiens noctu domum viri latenter adiens per fenestram auri pondus intro clam proicit clamq; discessit. Quod homo ille reperiens ex eo primogenitam maritauit. Et dum idem secundo sanctus confessor peregisset: secundam filiam similiter pater nuptui tradidit. Dum autem tertio dei famulus idem opus perfecisset homo ille qui vigilans benefactorem suum studio obseruabat: sanctum fugientem cepit: eumq; cognouit: et ad pedes eius se prostrauit. Quem ille erigens eidem superinde silentium quoad viueret imperauit: illeq; tertiam filiam coniugio dedit. Post hoc defuncto archiepiscopo myreorum dum episcopi suffraganei pro eligendo presule orantes conuenissent: reuelatur cuidam episcopo magne auctoritatis: in quem vota omnium dependebant: quod illum eligere deberent: quem hora matutinali primum ad ianuam ecclesie Nicholaum nomine reperirent. Cum autem Nicholaum mane expectantem episcopus reperisset et nomen ipsius didicisset: eundem licet satis renitentem in cathedra collocarunt. Qui gregi dominico prefectus ad amplioris perfectionis apicem: omni decoratus virtute

attingere satagebat multisqꝫ miraculis chorruscabat.
¶ Quadam die cum suis clericis ad refectionem discūbens deficiente sibi vino modicum vini in vasculo allatum quod vix tribus in mensa sufficeret cunctis infundi precepit: ⁊ ad sufficientiam omnibus fuit satis.
¶ Alio quoqꝫ tempore dum vnicus solummodo panis in cellario repertus esset operarijs in ecclesia sua laborantibus apposuit. Indeqꝫ plene omnes refecit.
¶ Virum ⁊ vxorem qui triginta fere annis sine prole fuerant: ad se venientes: ⁊ pro filio supplicantes oleo lampadis ecclesie inunxit ⁊ orationem premisit. Eodemqꝫ anno mulier filium enixa: eundem in ministrum viro domini obtulit: quem ille baptisauit: ⁊ sacris litteris erudiuit. ¶ Obsessum a demonio de regione andronica liberauit: puellam manibus aridis de castello euandis sanauit: ⁊ alios multos a diuersis passionibus de virtute curauit. ¶ Dum ecclesiam cōstrui faceret ⁊ lapis magnus in edificium opus esset: qui a .lx. hominibus nullatenus moueri poterat: sanctus dei superueniēs signo crucis premisso cum duobus clericis ipsum amouit: et ad locum detulit ordinatum. ¶ Quadam die tempestate seuissima quassati quidam naute Nicholaum aduocant: ⁊ continuo vir quidam eis apparuit dicens se esse Nicholaum ab eis aduocatum. Qui eos in antennis ⁊ rudentibus iuuare cepit statimqꝫ tempestas cessauit. Et dum ad eius venissent ecclesiam: quem nunꝙ viderant sine iudice cognouerunt. Quod ille non suis meritis sed eorum fidei attribuere docuit. ¶ Dum quodā tempore fame valida regio esset oppressa ⁊ naues onerate tritico ad portuꝫ myree deuenissent: rogauit sanctus nautas vt saltem pro quaqꝫ naue in centum modijs eorum inopie subuenirent. Cumqꝫ illi responderent non audere hoc facere: eo quod mensuratum alexandrie granum eadem mensura constantinopoli in horrea imperatoris eos reddere oportebat: instat sibi: vt petita adimpleant: confisus in christi gratia: ꝙ nihil diminutionis in eorum mensura recipient: quod cum fecissent: mēsuram quam receperant integre ministris regijs reddiderunt: ⁊ miraculum narrauerunt. granuꝫ autem illud quod sanctus acceperat miraculose per biennium ad victum ⁊ vsum seminis abundauit. ¶ Sed cum adhuc in regione illa aliquis cultus ydolorum superesset: arborē quandam diane consecratam quam quidam colebant rustici sanctus precidit: dyabolo in aera vlulante se de sua sede per Nicholaum eiectum. Et dum quidam viri ad sanctum visitandum nauigio pergerēt: demon in specie deuote mulieris eisdem in sagenula apparuit: oleuꝫ in vase tribuit: rogans vt ex eo parietes ecclesie sancti nicholai perungerent: eo quod ipsa tunc ad ipsum locum accedere non posset. Qua discedēte: in alia nauicula eisdem cum pluribus vir apparuit Nicholao simillimus: mulierem illam dianam fuisse docuit: et vt oleum sibi datum in mari iactarent admonuit. Quod proiectum in mare contra naturam aquam inflammauit: qui duꝫ myream veniunt: Nicholaum conspiciunt: ipsumqꝫ esse qui sibi apparuerat recognoscunt. ¶ Eodem tempore dum imperator constantinus tres principes nepotianum: vrsum: ⁊ neapoleonem contra hostes imperij misisset: ⁊ illos ad portum myree applicantes vir sanctus ad prandium inuitasset: cum essent in mensa nunciatur viro dei: consulem pecunia corruptum tres iuuenes milites innocentes decollari mandasse. Illico sanctus tribus illis principibus sibi associatis ad locum properauit: ⁊ iuuenes iam genuflexo gladium vibrantis expectātes repperit. Audacter igitur se in spiculatorē ingerēs gladium sibi extorsit: innocentes ex soluit: quos secum adducens consulem adijt: eumqꝫ durius obiurgans: tādē penitentem suscepit. ¶ Dum autē principes imperiales cum victoria redeuntes: ab imperatore magnis honoribus sublimati fuissent: ex inuidia apud eum de proditione delati sunt: quos ille carceri traditos precepit mane sine audientia decollari. Qui liberationem triuꝫ iuuenum factam a viro dei recolentes eiusdem se meritis commēdarunt. Eadem nocte vir dei imperatori per visionem apparuit: ipsum de impietate redarguit: et nisi innocentes dimittat exitiale bellum eidem comminatur ad mortem. Interrogatus quis esset: dixit se esse Nicholaum episcopum myreorum: similiqꝫ visione prefectum exterruit. Euigilans princeps viros aduocat: et si cui sancto se commendassent interrogat. Qui dum se sancto Nicholao commendasse dicerent. Miratus imperator veniam petijt: innocentes absoluit: ⁊ eosdem ad virum dei cum muneribus destinauit. ¶ Fertur beatuꝫ Nicholaum iam senem niceno concilio interfuisse: et quendam arrianum zelo fidei in maxillam percussisse: ob idqꝫ a concilio mitra et pallio priuatum extitisse: propter quod vt plurimum sine mitra depingitur. Sed dum aliquando missam beate virginis cuius erat deuotus in pontificalibus celebraret: ⁊ priuationem mitre ⁊ pallij defleret: quasi zelo nimio fidei ablata: ecce cunctis videntibus duo angeli eidem astiterunt: quorum vnus mitram: alius pallium sibi diuinitus restituerūt. Et extunc insignia reassumpsit sibi celitus restituta.
Qui ad vltimam horam deueniens: angelos sibi occurrentes conspexit: ⁊ suum commendans spiritum domino in pace quieuit die octauo iduum Decembris anno domini .cccxliij. Ex cuius ossibus oleum iugiter emanare consueuit: quo liniti languidi a cunctis infirmitatibus sanabantur. ¶ In multis chronicis inuenitur: ꝙ post multum temporis destructa a turchis myrea ciuitate a mercatoribus barrensibus corpus sancti Nicholai barrum translatum est: ibiqꝫ iacere vsqꝫ in presens: vt plurimum creditur ⁊ a multis peregrinantibus visitatur. Veneti autem idem corpus asserunt venetijs delatum. Cuius hystoria translationis debito loco vi delicet tertio kalendas Junij ponetur. ¶ Miracula autē sancti: tum quia infinita esse dicuntur ⁊ innumera: prout collecta eius festiuitatis asserit: tum etiam quia ea sola de sanctis ponere curauimus: que vel in vita eius vel circa mortem: aut erga eorum corpora contigerunt: ex alijs voluminibus lectori legenda dimittimus.
¶ Hoc solo ad eius venerationem exarato: ꝙ dum beati Nicholai hystoria de nouo edita esset que notata cū suo cantu ad manus quorundam fratrum monasterij sancte crucis de cesena deuenisset: ⁊ fratres eam in eius festo canere ad officium vellent: eorum prior omnino recusauit: ⁊ fratres redarguit: dicens ioculatoria in ecclesia non esse licituꝫ decantare. Nocte superueniente sanctus Nicholaus priori apparuit: eumqꝫ vultu terribili lecto abstrahit: pauimento collisit: ⁊ incipiens antiphonam. O pastor eterne ⁊c. per singulas differentias vocum fuste quem tenebat ictus supra dorsum patientis ingeminans: per ordinem ad finem vsqꝫ decantauit.
Qui semiuiuus dimissus clamoribus fratres excitans visa ⁊ gesta narrauit: antiphonam quam nunꝙ audierat rettulit: ⁊ centum notas in ipsa consistere didicisse ex centum percussionibus quas susceperat adiecit: et prout dixerat sic esse compertum fuit. Data qꝫ licentia fratres nouam hystoriam eo die deinceps, tam ipsi ꝙ alij in multis ecclesijs celebrarunt.

¶ De sancto Nicholao papa primo. Capitulum .xxiiij.

Nicholaus


Nicholaus papa huius nominis prim⁹ natiōe romanus ex patre theodoro suc cessit benedicto.iij. ⁊ sedit annos nouē mēses.ij.dies.xx. Et vt in chronica mar tiniana habetur post magnum gregorium papam nullus vsqꝫ ad eum appa ruit in sede romana eidem sanctitate comparandus. Floruit autem tempore Ludouici secun di imperatoris. Hic michaelem constantinopolitanum imperatorem excommunicauit propter ignatij patriar che iniustam depositionem. Excommunicauit etiam lo tharium regem gallie propter gualderade pelicis sue so cietatem. Qui rex tempore hadriani successoris nicholai pape romam veniens concubina dimissa: absolutionem ab eo recepit ⁊ non multo post vita decessit. ❡ Huius tempore sanctus Cyrillus pene omnium sclauorum apo stolus corpus sancti Clementis pape a tersona vbi in mare ponticum proiectum fuerat: ex mari exiccato au ferens Romam detulit. Quod per Nicholaum papaꝫ in ecclesia sancti Clementis reconditum fuit: vbi ⁊ ipse Cyrillus pauci expletis diebus sepelitur miraculis cho ruscando. Nicholaus vero papa post multas et vberes collatas elemosynas et alia multa bona que fecerat in Christo quieuit: et in ecclesia sancti Petri apostoli se pultus est.

❡ De sanctis Dionysia datiua et so cijs martyribus. Capitulum.xxv.


Dionysia: datiua: leontia et Emilianus medicus ⁊ religiosus vir nomine tertius necnō Bonifacius et seruus ⁊ victric⁹ atqꝫ maioricus adolescens: apud aphri cam martyrio coronati sunt. Qui om nes persecutione vandalica sub Hune rico rege arriano pro confessione fidei catholice: et ne ab arrianis rebaptizarentur decertan tes: grauissimis et innumeris supplicijs excruciati: con fessorum christi numero sociati sunt. octauo Idus De cembris. Ex quibus maioricus adolescens: dionysie ma tris sue eidem in tormentis assistētis exhortationib⁹ roboratus in certamine confessionis spiritum reddi dit. Hec ado.

❡ De sancto Ambrosio episco po ⁊ doctore. Capitulum.xxvi.




Ambrosius episcopus ⁊ doctor: cuius festum obitus occurrit.ij.nonas apri lis. Hoc vero die quo episcopus est or dinatus ab ecclesia romana celebra tur filius Ambrosij romani tunc pre fecti galliarū in gallijs natus ⁊ in cu nabulis in pretorio positus: dum dor miret aperto ore: examen apum faciem eius ⁊ os imple uit: vt quasi in aluecolum suum intrarent et exirēt: que postea euolantes in tantam altitudinem aeris eleuate sunt: vt humanis oculis minime viderentur. Quod pa ter cernens ⁊ territus infantulum predixit aliquid ma gni futurum. Et cum puer esset matri et sorori manum osculandam porrigebat: vt sacerdotibus fieri conspexe rat: quod soror tunc deridebat. ❡ Cum ergo rome fa ctus iuuenis et litteris eruditus causas peroraret: a Probo prefecto pretorij missus ad liguriam emiliamqꝫ regendam prouinciam: venit mediolanum. Mortuo vero auxentio episcopo arriano: cum populus propter presulis electionem in seditionem positus esset: et ipse pro seditione sedenda ad ecclesiam pertexisset: voce in fantis subito ambrosium episcopum clamante: ab om nibus tam arrianis ꝙ catholicis pontifex eligitur. Quo ille audiens contra morem suum homines torqueri fe cit: vt sic ab eius electione cessarent. Deinde profiteri philosophiam volens quasi rem christianis suspectam dum non permissus esset publicas meretrices ad se in gredi fecit: populoqꝫ magis acclamante: peccatū tuum super nos: noctu aufugit. Et dum se ticenum ire puta ret: mane ad portam romanam ciuitatis se reppererit. Interim missa electione ad valentinianum imperato rem eam approbauit gaudens ꝙ iudices a se directi ad sacerdotium peterentur. Ambrosius vero in possessio ne leontij latuit. Sed relatione imperatoris veniente producitur. Et cum multum renitens: tandem ele ctioni consentire compellitur. Et cum adhuc esset ca thecuminus baptizatur: ⁊ octauo die in episcopum cō secratur. Qui cum post annos quattuor romam venis set matre defuncta: ⁊ germana manum eius osculare tur subridens dixit in se iam impletum: quod puer va ticinatus fuerat. Ubi etiam paralyticam in lecto cu bantem: solo vestimenti eius contactu: sanam effecit. ❡ Sed ⁊ cum contra voluntatem Iustine imperatri cis arriane catholicum in episcopum promouisset mul tas ab ea insidias ⁊ persecutiones passus est: adeo vt etiam vna ex virginibus arrianorum vt eum ad reli quas cedendum traheret: ipsum per pallium cepisset: quā die sequenti Ambrosius morte defunctam subita honorifice sepeliuit gratiam pro contumelia rependēs Rediens qꝫ mediolanum ad suggestionem auguste mul ti sibi calumniantur: ⁊ multas iniurias patitur.
❡ Et dum in exilium mittendus putaretur: ⁊ quidam vicinus quadrigam ad eum exportandum parasset iu sto dei iudicio anno vertente ipse in eadem carruca in exilium missus est. Cum autem plures obsessi a demo nibus se ab Ambrosio torqueri dicerent ⁊ Iustina cum arrianis Ambrosio imponerent: quod pecunia compa raret qui se ab immūdis spiritibus torqueri asseuerēt: subito vnus ex illis demone oppressus clamabat ꝙ vti nam qui non credunt Ambrosio vt ipse torquerentur: quem ceteri arriani in piscinam necauerunt.
❡ Hereticus quidam inconuertibilis: dum predi cante episcopo: vidit angelum ad aures eius loquen tem conuersus est: et fidem quam persequebatur: de fendebat. ❡ Quidam magus qui demones ad eum cedendum inuocabat: audiuit ab eis: ꝙ nec ad fores

ei us appropinquare presumerent: quoniam ignis de domo eius exibat: qui etiam eos longe positos cruciabat. ❡ Quodam demoniaco Mediolanum intrante: demon ex illo exiens alium ex urbe egredientem invasit dicens q̄ Ambrosium timebat: ⁊ ob id urbem ingredi formidabat. ❡ Dum quidam ad preces auguste eum noctu volens gladio percutere brachium elevasset: subito manus eius exaruit. ❡ Cum apud thessalicam ex seditione populus iudices lapidasset: iratus Theodosius imperator omnes Thessalonicenses perimi iussit: nocentes ab innocentibus non secernens. Et cum mediolanū venisset volens intrare ecclesiam ab Ambrosio prohibetur: ⁊ de tanto scelere audacius increpatur. Qui cū david homicidam ⁊ adulterum allegasset: audivit ab eo q̄ quem allegaverat delinquentem imitaretur ⁊ penitentem. Et a doctore sancto suasus publicam agere penitētiam non est dedignatus. Cūq̄ penitentia peracta die pasche pro communione sumenda cancellos ecclesie intrasset. Ambrosius eum extra chorum repulit: dicens locum illum clericis assignatum: ⁊ q̄ purpura facit imperatores non sacerdotes: cui imperator humiliter obedivit: ⁊ reversus constantinopolim: dum in ecclesia extra cancellos maneret invitatus a patriarcha ut intraret. miratus ait: se unum vidisse Ambrosium sacerdotem.

❡ Dum ad palatium macedonij magistri officiorum p̄ cuiusdam intercessione accessisset: ⁊ fores clausas reppe risset: comminatus est illi: q̄ cito ad ecclesiam veniens apertis ianuis intrare non posset. Post modicum tempus macedonius ad ecclesiam fugiens timore inimicorum patentibus ianuis aditum reperire non valuit.

❡ In civitate florentie filium cuiusdam nobilis nomine pansonem puerum obsessum a demonio liberavit. Et dum post dies modicos puer subito expirasset: mater ipsum in lecto sancti defunctum locavit: quē ille suis pervigilibus orationes ⁊ lachrymis suscitavit. ❡ Nicetius quidam notarius dolore pedum vexatus: dum ad episcopum celebrantem pro communione accessisset: ⁊ ille pedes ipsius casu calcasset: exinde a dolore ereptus est.

❡ Hospitatus in quadam villa tuscie apud quendam divitem filijs ⁊ familia abundantem: dum vir se de cunctis sibi ad votum succedentibus iactasset: ⁊ q̄ nihil sibi adversum in vita sua aliquando contigisset. Ambrosius territus inde cum socijs festinus discessit: dicens ibi tutum non esse permanere: ubi dominus non erat. Quo abeunte ⁊ aliquantulum procedente vir ille cū domo ⁊ omni familia terre hiatu absorptus est: usq̄ in presens quadam fovea ibidem in testimonium permanente. ❡ Ipse suum obitum prescivit ⁊ revelavit: q̄ usq̄ pascha cum fratribus esset. Et dum die quodam psalmum xliij. cum notario dictaret: vidit notarius ignem caput eius in modum scuti operientem ⁊ per os eius intrantē faciesq̄ eius: ut nix effecta post modicum ad colorē pristinum redijt: quo die dictandi ⁊ scribendi finem fecit. Post dies modicos graviter egrotare cepit. Et dū ad extrema propinquaret ⁊ quattuor eius dyaconi de eligendo episcopo inter se tractantes: simplicianum nominassent ita silenter: ut vix mutuo se audirent: ipse longe positus tertio clamavit: senex. sed bonus. Quod audientes illi mirati sunt: ⁊ non nisi illum post eius obitum elegerunt. Honoratus quoq̄ presbyter ecclesie vercelensis expectans eius obitum: cum se sopori dedisset: audivit se tertio vocari: ut surgeret festinanter: quia statim erat recessurus: qui surgens ei corpus domini obtulit: quo sumpto vir domini manus in modū crucis expandit: ⁊ orās sub silentio expiravit die secunda nonas aprilis Anno domini.ccclxx. celebratur autem eius festum ab ecclesia die quo episcopus est ordinatus: ut dictum est: scilicet die septimo idus decembris. ❡ Eadem hora visus est in quodā monasterio in partibus orientis inter monachos psallentes orans: ⁊ notato tempore repertuz est beatum virum tunc a corpore migrasse. Et cum in nocte pasche corpus eius ad ecclesiam delatum fuisset: plurimi infantes baptizati eum viderunt sedentem quasi in cathedra tribunali ut dicebant. Alij eum ascendentē digito parentibus ostendebant: plurimi quoq̄ stellam supra corpus eius vidisse testati sunt. Sepultus est die pasche apud basilicam ambrosianam: ubi demoniuz turba se ab illo torqueri clamabat ubi ⁊ infirmitates curantur: ⁊ demones usq̄ in presens effugantur. ❡ Hic doctor sanctissimus multa utilia opuscula in ecclesia dei composuit: videlicet librum exameron. Item librum de officijs. Item de conflictu vitiorum ⁊ virtutum. Item librum de virginibus. Item vitam beate agnetis. Item librum de paradiso ⁊ eiectione primi hominis. Item de oblatione Cain ⁊ Abel: ⁊ quid ipsa oblatio significet.

❡ Item de recessu abrae de mesopotamia. Item ad flaccellam reginam de spiritu sancto. Item cōtra arrianos libros plures. Item contra apollinarem librum.j. Item ad Sabinum episcopum de trinitate librum.j. Itē commentariorum in Lucam libros plures. Item librū christianorum. Item ad diversos libros.lxv. Item tractatus.xiiij. Epistolas breves.lxxvij. Sermones declamatorios.lxv. Scripsit ⁊ libros de spiritu sancto quos gratiano principi direxit. Item librum de excessu satyri. Item rhythmos super deprecatione pluvie et serenitatis: ⁊ alia multa que enumerare longum esset. Composuit ⁊ officium et hymnos ac ordinem misse: qui in eius ecclesia observantur.

❡ De sancto Agathone martyre. Capl'm.xxxvij.



gathon martyr apud alexandriam sub decio imperatore passus est. Qui cum esset miles ⁊ prohiberet quosdam gentiles volentes illudere cadaveribus martyrum. clamor repente totius vulgi adversus euz extollitur. Oblatusq̄ iudici cum in confessione christi persisteret: capite pro pietate damnatus est septimo idus decembris. hec ado.

❡ De sancto Agathone abbate. Capl'm.xxxviij.





gathon abbas per triennium lapidem in os tenuit donec taciturnitatem disceret. Interrogatus que virtus plus haberet laboris: respondit orare deum: eo quod demones orantē semper impugnāt ut orationem

vt orationem interrumpant. Interrogatus a quodam quomodo cum fratribus habitare deberet. Respondit sicut in prima die nunq̄ fiduciam assumendo: eo quod fiducia sit genitrix passionum. ¶ Dixit quoqȝ ꝙ si iracundus etiam mortuos suscitaret non placeret alicui: nec ipsi deo propter iracundiam suam.

¶ Fuit autem agathon sapiens ad intelligendum: impiger ad laborandum: parcus in cibo et vestimento: qui dicebat se nunq̄ dormiuisse habens aliquid aduersus quēquam nec dormire permisisse habentem aliquid aduersum se. Moriturus triduo apertis oculis in extasi mansit: et pulsatus a fratribus dixit se diuino iudicio assistere: et anxie timere: eo ꝙ q̄uis in mādatis dei laborasset pro viribus nesciebat adhuc vtrum deo placerent opera sua: quia aliter sunt iudicia dei: aliter hominum. Quo dicto spiritum cum gaudio emisit: videbant enim eum colligentem spiritum quemadmodum siquis salutat amicos suos dilectos. hec in vitas patrum.

¶ De sancta Fara virgine. Capitulum .xxxix.


Ara virgo de francia tempore heraclij imperatoris claruit. Cuius pater hagerricus de burgundia duxit originem. Hic claris natalibus ortus: in aula theodoberti regis francorum inclytus ex vxore sua leodegunda: tres filios procreauit omnes sanctos scilicet faronem valpertum et canoalduȝ: filiā quoqȝ virginem Faram. Que dum iuuenilibus annis virginitatem suaȝ deuouere cuperet: sed a patre prohiberetur qui filiam nobilem nobili sponso tradere disponebat: tanta lachrymarum inundantia fleuit: ꝙ visum amisit quem tamen dominus ei per beatum eustasium episcopum restituit. Adhuc quoqȝ patre ad eius nuptias intēdente. Fara ad ecclesiam apostolorum principis confugit: quam pater cum ministris vt eam perimeret insecutus: tentam tandem carceri mancipauit. Interea beato eustasio de legatione regis lotharij redeunte: multa precum instantia patre eius placato procurauit: vt virgo dei de carcere educeretur et sanctimonialis consecraretur: quod vix a patre annuente factum est. Et a sancto gūdoaldo melden. episcopo habitu virginitatis assumpto cenobio quoqȝ eidem virgini in solo paterno edificato: ipsa in pudicitia et sanctimonia perseuerans plena virtutibus quieuit in pace septimo idus decembris: vt scribit Sigibertus.

¶ De sancto Martino abbate. Capitulum .xl.


Artinus abbas apud ciuitateȝ santonas vite sanctitate et mirabilibus signis prepollens die .vij. iduum Decembris in christo feliciter obdormiuit: ad cuius tumulum creberrime diuinitus miracula multa fiūt vt dicitur in martyrologio adonis.

¶ De sancto genebaudo episcopo. Capitulum .xlj.

Latro episcopus.


Enebaudus episcopus laudunēsis a sancto remigio episcopo Remensi. sub clodoueo rege cōstitutus est. Qui vxorem habebat neptem sancti remigij quam quidem reliquerat: tamē secum cohabitabat vnde ex frequenti conuersatione cū ea peccauit: que filium concepit et peperit: quem episcopus latronem nominandum mandauit: eo ꝙ in latrocinio genitus esset. ¶ Verum ne suspitio oriretur adhuc coniugem ad se venire permittebat. Penitentiaqȝ de peccato peracta: iterum eam cognouit: et filiam genuit quaȝ vulpeculam nominauit. In se tandem reuersus pro remigio misit: qui laudunum venit. Et dum sibi episcopus pontificatum cum lachrymis resignaret: illeqȝ causam quereret: eidem ipse peccatum suum confessus est. Remigius autem eum in ecclesia septem annis inclusit. Interimqȝ pro eo episcopatum gubernauit. ¶ Post septennium nocte dominice cene genebaudo flenti: et quia ipse qui penitentes reconciliare consueuerat: nec locum inter penitentes haberet conquerenti angelus astitit. peccata sibi dimissa nunciauit: et vt exiens in crastinum penitentes reconciliaret admonuit. Cumqȝ ille se exire non posse diceret: eo quod hostium clausum et signatum esset: remigiusqȝ claues haberet: angelus saluo sigillo hostium reserauit. Iterumqȝ illo respondente: etiam si ipse Christus sibi mandaret: tamen egredi nollet: nisi q̄ eum incluserat adesset angelus eadem hora remigio pene vigilanti et oranti in crypta beate virginis remis apparuit: rei seriem pandit: et ad genebaudum educendū vt veniret ex dei parte mandauit: qui etiam in momento se iuxta cellam genebaudi translatum reppererit: et iussa complens ad locum suum eodē instanti se reductum inuenit. Sanctus quoqȝ genebaudus in sanctitate vite perseuerans in pace quieuit septimo idus decembris. Cui et filius eius latro in episcopatu successit: qui etiā sanctus fuit.

¶ De conceptione beate marie virginis. Capitulum .xlij.



Onceptio sancte dei genitricis marie: nō quidem ex generali ecclesie institutione: sed ex speciali quorundam deuotione in plerisqȝ ecclesijs celebratur: Q̄uis enim beata virgo fuerit in vtero matris etiam ab ipsa anime infusionis die sanctificata fuit tamen in peccato originali concepta: quod tribus rationibus comprobatur. Primo quia si fuisset sine peccato originali concepta: sequeretur ꝙ non fuisset filia ioachim sed solum anne: et sic quodammodo quātum ad humanitatem esset equalis Christo quod est absurdum et erroneum. Consequentia probatur: quia non potest esse permixtio seminum viri et mulieris sine pruritu libidinis et delectationis. Constat autem: ꝙ talis pruritus et delectatio habet annexum peccatum originale: vt probat Augustinus in libro de peccato originali. Et ideo conceptio christi fuit absqȝ tali peccato: quia ibi non fuit permixtio alicuius seminis virilis: et per consequens nec pruritus libidinis. ¶ Secundo quia si fuisset sine tali peccato concepta: sequeretur: ꝙ non fuisset christi sanguine per eius passionem redempta: quod est falsum et pessime dictum. Et probatur consequentia: quia Christi passio fuit ordinata ad pec-

catum omne delendum siue originale per baptismum
siue actuale per penitentiam: sed cum in beata virgine
nullum fuisset peccatum actuale abolendū: si sine pctō ori
ginali concepta fuisset christi passio nihil delendū in ea
repperisset: et sic per christi passionem non fuisset redē
pta. ¶ Tertio quia ex hoc sequeretur: quod si beata virgo
ante christū decessisset: quod fuit possibile: ipsa imme
diate paradisum ingressa esset: sed hoc est falsum: vt
patet Johannis. iij. Nemo ascendit in celum. scz ante
xpm: nisi qui descendit de celo et cetera. Consequentia pbat:
quia sola originali culpa aditus regni celorum precludeba
tur decedentibus sine pctō actuali. ¶ Uerum ad rōnes
que in cōtrarium a pluribus allegant: sic respondet. Et
primo vbi dicit quod xps non venit soluere legem sed adim-
plere. Cū igit ipse in lege mandauerit: honora patrem
tuū et matrē tuā et cetera. credendū est ipm etiam matrē suam
in hoc potissime honorasse: respondetur quod honorauit
eam inquantum fuit conueniens: non tamen tantū quod ipse ex
hoc exhonoraret seipm. Nam dicere quod virgo maria esset
equalis in gratia humanitati xpi: esset ignominia ipsi
xpo. ¶ Scdo cū dr a talibus quod augustinus dicit. Cum
de peccatis agitur mentio: nullam volo de beata virgi
ne fieri mentionem: intelligendū est de peccato actua-
li etiam veniali: a quo omnino immunis fuit. ¶ Tertio
cū opponit quod ecclesia dei pmittit fieri solennitatē de
eius cōceptione: quod idē est ac si iuberet: et etiam in curia
romana fit tale festū per papā et cardinales. Respōdetur
quod licet istud festū sortiat nomen cōceptionis: est poti9
festū de eius in vtero sanctificatione. Sed quia tps sancti
ficationis est ignotū sub nomine et vocabulo cōceptio-
nis agitur festum de tali sanctificatione. ¶ Hui9 aūt
celebrationis festi pncipiū fuit beatus anselmus prior
monasterij becensis postmodū cātuariensis archieps:
ppter miraculū quod eidem apparuit. quod tale fuit
Dum enim ipse tunc dicti monasterij prior: pro quibus-
dam vigentibus ad partes britannie nauigasset: dispo
sitisque agendis repatriaret: contigit tēpestate nimia ex
orta: et intumescēte procella nauē periclitari. Et dū cūcti in
discrimine mortis positi: omnique spe humana deserti di
uinum adiutorium et beate virginis flagitarent: potissi
me aūt prior anselmus: qui beate dei genitricis fuerat
singularis deuotus: subito conspiciunt quendam mi-
rabili claritate fulgentem: pontificali habitu decora-
tū sup vndas maris versus nauē ambulādo venire. Qui
proximus naui anselmum vocat: eumque alloquitur: vt
si periculum maris euadere cupit et in patriam saluus
redire eidem promittat coram deo: quod festum cōceptio
nis matris christi: annis singulis solēniter celebraret
et celebrandū quibuscunque poterit suaderet. Et cum il
le de die festi et officio fiendo interrogasset: respondit:
quod sexto idus decembris festum illud celebrandum erat
quo die beata virgo concepta fuerat: et quod idem officiū
quo ecclesia vtitur in eius natiuitate: in hoc festo dicē
dum erat mutato solum nomine natiuitatis in nomē
conceptionis. Et cum prior de nomine nuncij interro
gasset: respondit se esse Nicholaum episcopum a bea-
ta dei genitrice pro tali reuelatione et eorum liberatio
ne transmissum: mox anselmus iussa promisit: et voto
interposito confirmauit: statimque sedata tempestate:
et flante vento prospero ad propria redierunt. Et sic ab
eodem anselmo primus in monasterio suo: et deinde in ec
clesia cantuariensi: cui prefuit dictum festum celebra-
ri cepit. Deinde in pluribus ecclesijs huiusmodi con-
suetudo inoleuit. Ut festum conceptionis beate virgi-
nis sexto idus decembris: et in kalendarijs ascribatur
et solenni officio recolatur. ¶ Hystoria vero conceptio
nis beate Marie in festo eiusdē natiuitatis scribetur.

¶ De sancto zenone episcopo. Capitulum. xliij.



Zeno veronen. episcopus et doctor claruit tē-
pore galieni imperatoris. Qui a cunabulis
sanctus et eadem ciuitate oriundus in iu-
uenili etate monachus factus: deo sanctis
operibus seruiebat: orans ad dominum:
vt sibi aditum predicationis in populis aperiret.
Egressus aliquando de monasterio ad piscandum vi-
dit hominem in plaustro bobus a demone arreptis p-
cipitantibus per abrupta ad Athesim fluuium velo-
cissime festinare: quos ille nullatenus poterat retinere
Sanctus autem signo crucis edito dyabolum a bobus
effugauit: et boues retinuit: vlulante demone et commi-
nante quod ad iniuriam sancti viri de bobus eiectus: ad
homines vexandos transiret. Post modicum tempus
in episcopum Ueronensem electus gregem domini ver
bo et exemplo pascebat. ¶ Post hec dum filia galie-
ni imperatoris ab eodem demonio esset oppressa: et de-
mon per os eius clamaret: inde non egressurum nisi ze
no episcopus adueniret: misit imperatoris nuncios ad
ipsum requirēdum. Quem missi veronā venientes piscā
tem in flumine athesi reperiunt: eumque ad imperato-
rem inuitant negocium exponentes. Quos ille se prece
dere iussit: et ex eius piscatione tres pisces de dolio su-
mere concessit. Illi vero quattuor abstulerunt. Et dum
eos ad coquendum in cacabo feruentis aque posuissent
tribus piscibus decoctis quartus subreptus viuus in va
se. ac si in flumine natabat: donec ipsi redeuntes sanctō
piscatori veniam petunt et furtum restituunt. Quibus il
le et piscem concessit et culpam indulsit. Dum ergo romā
ad palatium imperatoris aduenisset: et demon per os
puelle clamaret: se ibidem amplius manere non posse.
zeno a virgine immundum spiritū eiecit et coronam im
peratoris ab eodem sibi pro mercede traditam incom-
parabilis precij pauperibus erogauit: atque ab eodem
principis christianorum persecutore: licentiam edificande
ecclesie in eius diocesi impetrauit. ¶ Rediens igitur
zeno verbum domini instanter predicabat libros et volu
mina compilabat: idola vbique destruebat: et ecclesias
fundabat multitudinem quoque populi ad christum con
uertebat. Quem et ciues nimia dilectione reuere-
bantur. Sicque signis et virtutibus clarus ecclesia sua
feliciter gubernata: in pace migrauit ad dominum sex
to idus decembris sepultus in monasterio suo vbi et mul
tiplicibus signorum virtutibus claret. Refert grego.
in tertio dialog. capi. xix. quod dum fluuius athesis maxi-
ma inundatione adeo creuisset: quod ciuitatem veronen.
vsque ad fenestras magnorum palatiorum occupasset: ex
crescens aqua ad ecclesiam beati zenonis deuenit et aper
tis ianuis minime introiuit: et paulisper vsque ad fenestras
ecclesie tecto proximās peruenit: sicque stans aqua eccle
sie ianuas et fenestras clausit: ac si elementum liqdū in
parietem fuisset mutatum. Et cum multitudo populi
vtriusque sexus intra ecclesiam reperta fuisset: et fame ac
siti deficere formidarent: nec inde egredi possent ad ia-
nuam

nuam ecclesie venientes aquam ad bibendum hauriebant: qua vt aque hauriri poterat: sed defluere vt aqua: non valebat. Orantibus autem populis aqua ad alueũ suum decrescens reuersa est: aqua muri ciuitatis parte ex impetu magno dirupta: et que per apertam ecclesie ianuam intrare non valuit: firmissima vrbis munimenta diminuit hec gregorius. ¶ Scripsit autem hic venerandus antistes libros: de patientia: pudicitia: fide: spe et charitate. iij. De iusticia tractatum. j. De timore domini. j. De spiritu et corpore. j. De eo qđ scriptum est. Cũ tradiderit regnum deo et patri tractatum. j. De edificatione domus dei a salomone expositionẽ pulcherrimã. De continentia tractatũ. j. De baptismo tractatus. iij De natiuitate domini et maiestate tractatũ. j. De hoc verbo attende tibi ne forte fiat &c. tractatum vnum. De circũcisione tractatum. j. De ieiunio. iiij. temporum. j. Super ps. lxxx. tractatum. j. De auaritia. iij. Sup genesi viij. Super exodo. ix. Super Isaia. vij. Sup daniele. iij. Sup Job. j. De festo pasche. viij. De inuitatione ad fontes. v. De somnio Jacob sermonem. j. De. xij. signis celi ad neophytos tractatum. j. De fide duo. Sup Jona. j. Super historia susanne. j. De die dominico tractat⁹. ij De abraam. ij. De natiuitate domini. ij. Epistolã arcadij martyris tpe suo apud mauritaniam passi.

¶ De sancto Romarico abbate. Capitulum. xliiij.

Romaricus abbas vt ait sigisbertus: floruit tempore heraclij imperatoris: et temporibus sigisberti regis austrasiorũ et cloderici regis francorum. Hic magnus in palatio regis theodeberti renũciãs seculo fact⁹ ẽ mõach⁹ in monasterio luxouiẽ. sub amato abbate. Quo hũanis exempto eidem in abbatie regimine successit vita et miraculis clarus. Existens aliquando in oppido vosagi: vas quoddam sicere quod pridie fuerat multis ex eo potantibus vacuatum: dum sitientibus fratribus vinum defuisset: et vnde apponeretur non adesset oratiõe facta diuinitus: repletum apportari iussit: et omnibus eadem sicera satiatis: de reliquo egri quicũqz bibentes sanabãtur. ¶ Dum aliquãdo se balneasset: eo de balneo egresso puella leprosa ipsius balnei aqua respersa confestim a lepra mundatur. Quieuit in domino plenus sanctitate. vj. idus decembris.

¶ De sancto Eutyciano papa et martyre. Cap. xlv.

Eutycianus papa et martyr natiõe tuscus de ciuitate luna ex patre marino: marco pape primo i episcopatu successit: seditqz annis. viij. mensib⁹. x. diebus. iiij. Hic cõstituit: vt fruges noue super altare benedicantur fabe et vue solummodo. Hic sanctissimus papa per diuersa loca. cccxlij. martyres manu sua sepeliuit. Et hoc constituit vt nullus fidelium martyrem sine colobio aut dalmatica sepeliret: qui sub persecutione aureliani imperatoris martyrio coronatur: et sepultus est via apia in cimiterio calixti. vj. idus decembris. et cessauit episcopatus diebus. x.

¶ De sancto Eutyciano confessore. Capitulum. xlvj.

Eutycianus confessor floruit tempore Cõstantini magni imperatoris: de quo i primo libro historie tripartite dicitur: q in bithynia circa montem olympum morabatur diuina repletus gratia in miraculis ostendendis: cuius tempore quidã spatarius imperatoris ex suspitione tyrannidis habita cõtra eum requisitus dum fugeret circa montem olympũ repertus grauibus vinculis astrictus est. Quem ad preces parentum sanctus confessor oratione premissa. primo quidem ianuis carcerum sponte diuinitus apertis a vinculis absoluit: deinde ad imperatorẽ accedẽs: eius innocentiam allegans et comprobans eundem plenius liberauit: eo q imperator sanctum in maxima reuerentia haberet.

¶ De sancto Macario martyre. Capitulum. xlvij.

Macarius martyr gente libycus apud alexandriam tempore Decij martyrium passus est: qui cum a iudice multis verbis ad negandum fidem suaderetur: et eo maiori constantia christum profiteretur: viuus ad vltimum iubetur exuri: sicqz martyr efficitur. vj. idus decembris. hec ado.

¶ De sancta Leocadia virgine et martyre. Cap. xlviij.

Leocadia virgo genere hispana et nobilis sub Daciano preside in ciuitate toletana passa est temporibus Diocletiani et maximiani imperatorum: que dum sacrificare dolis contẽpsisset: a iudice dira carceris custodia maceratur donec cogitaret qualiter eam grauioribus afficeret penis. Qui cum in emeritana vrbe beatam Eulaliam virginem et multos alios seruos christi diuersis et excogitatis supplicijs interemisset. et hec omnia Leocadia in carcere posita audiuisset: genibus in terra positis orans in confessiõe domini impollutum christo spiritum reddidit. v. idus decembris. sepulta in eadem ciuitate.

¶ De sancto Proculo episcopo et confessore. Cap. xlix.

Proculus quartus episcopus Veronensis. claruit tempore maximini imperatoris: q dum apud mediolanum degens christianos persequeretur. Proculus persecutionem decliniãs extra menia vrbis Veronẽ. in parua cellula latebat: gregem domini sibi commissum sermone vt poterat reficiens et exẽplo. Dum autẽ martyres christi firmus et rusticus ab anolino proconsule Veronensi in carcere tenti essent. Proculus animo senex desiderio martyrij flagrans se sponte gentilibus obtulit: ac christum professus ab eisdem vinctus proconsuli presentatur. Quem ille delirum putãs et pre nimia iam senectute amentia ductum solutũ abire permisit: qui a ministris colaphis et fustibus cesus extra vrbis menia pulsus ad suos redijt: dolens q eum deus indignum martyrio iudicasset. Illi vero eum vti patrem gratissime receperunt. Deinde persecutione sedata: loca terre sancte visitauit cura ecclesie presbyteris suis cõmissa: reuersus autem dum venisset vngariam: barbam et comam prolixam minuere decreuit iuxta sacrorũ canonum instituta. Et dum esset in via fontem orando de terra produxit: quo in loco plures viatores viso miraculo conuersi sunt et in ipso fonte sunt baptizati. Ipse autẽ ibidem aqua eiusdẽ fontis perfusus barbam totondit et comam quodam hebeti ferreo et rubiginoso sic leniter acsi nouacula fuisset acuta. Indeqz Veronam rediens signis et virtutibus clarus quieuit in pace. v. idus decẽbris. sepultus in ecclesia sua.

¶ De sancto Syro episcopo et confessore. Capitulum. l.



SYrus episcopus discipulus beati Her macore aquilegiēsis episcopi ab eodē ordinatus antistes papiam ciuitatem missus est ad predicandum iuuētio discipulo eidē associato. Qui venientes ad ciuitatē Ueronensē. dum Syrus filium cuiusdā nobilissime vidue defunctum sua oratione a mortuis excitasset: eandem dominam cū filio ⁊ familia ⁊ magna populi multitudine ad christum conuertit ⁊ baptizauit. Ingredienti vero papiā multitudo populi audita signorum illius fama eidem occurrit: ⁊ vt eos errantes institutis salutaribus informaret: vnanimes acclamabant. Ipse vero eisdem verbū domini predicare cepit: ⁊ quicūq; eum tangebant egroti: saluti sunt integerrime restituti. Sicq; cunctum populum ad fidem christi conuertit ⁊ baptizauit. ¶ Sed postq̄ sancti martyres Geruasius ⁊ Protasius in ciuitate mediolanensi pro christo passi sunt. quidā liberius christianus de reliquijs eorūdem martyrum btō Syro amicabiliter detulit: quas ille deuote suscipiens multis in eis virtutibus visus est. deinde extra vrbis menia ecclesiam in honore eorūdem martyrum fabricauit. In qua dum sepius celebraret: die quadā iudeus inter christianos ad communionem accessit vt sacrā sumens eucharistiam luto deijceret. Sed mox vt eam ore suscepit clamoribus diris se ignem ore accepisse dicebat: cruciatusq; ardentissimos pati. Corpore autem domini a beato viro ex ore prophano resumpto: quod miraculose fauces nulla parte tangebat sed quasi in aere pendebat: iudeus a cruciatu eripitur ⁊ peccatum confitens baptizatur. ¶ In ipsa etiam ecclesia beatus Syrus discipulos suos iuuentium ⁊ pompeium diacones: chrysantum et fortunatum presbyteros ordinauit. Qui vicos et villas predicando circuiens viri cuiusdam natum surdum et mutum ab vtraq; passione curauit. ¶ Et veniens ad ciuitatem brixieñ. puerulum obsessum a diabolo liberauit: ⁊ apud laudeñ. ciuitatem cecum quendam a natiuitate illuminauit. Sicq; in ipsa vrbe multos ad fidem cōuertit. Deinde repatrians persecutione christianorū exorta: dum pagani circunquaq; missi fideles opprimerent: venientes ad vrbem papiam christianos appetere minime ausi sunt eo q̄ multitudinem timuerunt. Sed dum blandis sermonibus Syrum ad sacrificia deorum mollire nituntur: eiusdem predicatiōe versa vice ad dominum conuertuntur. Sicq; multorum signorum gloria coruscans. lvij. annis episcopatum tenuit: ⁊ plenus sanctis operibus annorum. cxij. ad christum migrauit. v. idus decembris. Sepultusq; est in ecclesia sanctorum Geruasij ⁊ Protasij quā ipse cōstruxerat ⁊ dedicauerat.

¶ De sancto Cypriano abbate.
Capitulum. lj.



CYprianus abbas peragoricensis apud eandē peragorice ciuitatem vir magnifice sanctitatis ⁊ clarissimus in miraculis. v. idus decembris. in domino feliciter requieuit. ibidemq; sepultus est: vt dicit in martyrologio adonis.

¶ De sancto Melchiade papa ⁊ martyre. Cap. lij.



MElchiades papa natione apher Eusebio in episcopatu successit: ⁊ sedit annis. iij. mensibus. vj. diebus. xv. hic constituit nulla rōne die dominica aut quinta feria ieiunium celebrandum: quia eos dies pagani quasi sacrum ieiunium celebrabant. Et manichei ab eodem in vrbe inuenti sunt. Fecit quoq; ordinationem vnam mense decembris presbyteros. vij. diacones. v. episcopos per diuersa loca numero. vij. Qui persecutione constantini imperatoris anteq̄ fieret christianus martyrio coronatus. sepultus est in cimiterio calixti via apia. iiij. idus decēbris. ⁊ cessauit episcopatus dies. xvj. ¶ Hic ad vtilitatē fidei plures edidit libros aduersus gentiles. Itē contra iudeos. Item cōtra hereticos cathaphrigas volumen precipuum. Ad principes etiā romanos Marcum Antonium ⁊ Lucium verum librum apologeticū pro christi religione conscripsit.

¶ De sanctis Carpophoro ⁊ Abundio martyribus.
Capitulum. liij.



CArpophorus presbyter ⁊ Abundius diaconus apud hispalim ciuitatem hispanie passi sunt sub diocletiani ⁊ maximiani persecutione agente preside martiano Qui ab eo comprehensi. primo fustibus cesi sunt. deinde in carcerem pluribꝰ diebus negato omni cibo ⁊ potu reclusi: inde miraculose p angelum educti sunt. Et dum christum populis annūciarent: iterum tenti: ora eorum lapidibus contusa sunt post hec in equuleo leuati ac diutiꝰ torti: rursumq; diu in carcere macerati. Nouissime in confessione fidei gladio percussi sunt. iiij. idus decembris.

¶ De sancta Eulalia virgine ⁊ martyre. Cap. liiij.



EUlalia virgo in ciuitate barcinona prouincie hyspanie martyrium passa est sub preside daciano. Que a sancto donato presbytero docta: ⁊ ad martyriū animata cū esset annorum. xiiij. a preside detēta ad sacrificia deorum compellitur. Et cum se soli deo celi sacrificare diceret: ⁊ christum sponsum sibi eē assereret. primo nodosis fustibus ex arbore cum stirpibus raptis expoliata ceditur. Dehinc mamillis oleo candenti perfundit. Inde in massam calcis viue demergitur. Et cum hec omnia constantius superasset: iussu Daciani olla plumbo liquefacto repletur. ipsaq; nuda super lectum ferreum extenditur: vt si dijs imolare renueret plumbo perfunderetur. Que dum passionem thyrsi martyris commemoraret ⁊ ad christum oratioē fudisset: plumbum manus infundentium exurebat: virgini autem tepidum erat. Quā decianus rursū virgis durissime cedi: ⁊ fragmentis minutis testularū plagas eius confricari iussit. Et cū ad hec omnia supplicia redderetur immobilis: ⁊ christum pro salute hominis passum apertis rationibus comprobaret: deosq; gentium confutaret: fecit eam preses candelis accensis in genis exuri. Deinde sinapim aceto liquefactū naribus eius infundi: nec non calcem oleo permixtam super vulnera ipsius aspergi: et sic in caminū succensum mitti. Ubi
dum

dum psallendo in medio flammarum maneret illesa: iussit eam Decianus inde eductam ad cõfusionẽ eius nudatam & decaluatam per totam ciuitatem circunduci. Deinde extra vrbis muros decollari. Cuius constantia multi ad martyrium animati sunt. Et dum esset decollata exijt de corpore eius quasi species columbe: que ad celos deuolauit. Cuius corpus donatus presbyter sepeliuit .iiij. idus decembris in eadem ciuitate.

De sancta Julia virgine & martyre. Capl'm. lv.



Julia virgo apud ciuitatem eandem barcinone martyrium sub eodem preside passa est .iiij. idus decembris. Que fuit conuirginalis beate Eulalie & comes indiuidua eidem ad passionem properanti: propter quod ab eodem Deciano in ipso loco sine audiẽtia decollata est. & a presbytero donato sepulta: vt dicit ado.

De sancto Damaso papa & confessore. Capl'm. lvj.



Damasus papa huius nominis primus natione hispanus ex patre antonio felici pape secundo in episcopatu successit: & sedit annis .xviij. mensis .xj. diebus .x. Et cũ eodem ordinatur sub contentione visinus: & facto concilio sacerdotum: constituerũt damasum: quia fortior & plurima populi multitudo cum eo erat: visinum vero eiecerunt ab vrbe: & constituerunt episcopum neapoli. Damasus in synodali iudicio damnauit liberium papam eius predecessorem hereticum: & omnia facta eius cassauit. Huic sanctissimo viro beatus Hieronymus multa ecclesie religiõis scripta misit & ad eius instantiã ipse Hieronymus officium in ecclesia romana celebrandum excepto cantu composuit: psalterium per nocturnos diuisit: & versiculum gloria patri post ps cantari instituit: que omnia papa damasus approbauit: & per ecclesias cantari constituit: & vt chori in duas partes diuisi psalmos alternatim canerent mandauit. Precepit etiam: vt presbyter celebraturus confessionem faciat: priusq̃ ad altare accedat. Hic inuidiose accusatur de adulterio: & facta synodo corã .xliiij. episcopis se purgauit: & dãnauerunt diacones concordium & calixtum eius accusatores. Hic elegans in metro componẽdo ingenium habuit. Fecitq̃ basilicas duas: vnam iuxta theatrum sancti Laurentij: & alteram in catacumba vbi iacuerunt corpora apostolorum petri & pauli: in quo loco platoniam ipsam versibus adornauit. Multaq̃ corpora sanctorum requirẽs inuenit quorum etiam tumbas versibus adornauit. Huius temporibus secunda synodus .cl. patrum apud constantinopolim celebratur: in qua macedonius damnatur: qui spiritumsanctum deum esse negabat: & assertum est spiritumsanctum esse consubstantialem patri & filio: dataq̃ est forma symbolo quã latina cõfessio professio predicat in ecclesijs. Hic fecit ordinationes quinq̃ per mensem decembrium presbyteros .xxxj. diacones .ij. episcopos per diuersa loca numero .lxij. Octogenarius moritur .iij. idus decembris. & sepultus est in basilica sua via ardeatina iuxta matrem suam germanam: & cessauit episcopatus dies .xxxj. Multa opuscula breuia heroico carmine composuisse fertur. Scripsit ad beatũ Hieronymum libellum de gestis pontificum & epistolas plures: floruit tempore Theodosij senioris.

De sanctis Fusciano & Victorico mar. Capl'm. lvij.



Fuscianus & Victoricus martyres vrbis romane ciues omnium: inde egressi in franciam ad sanctum quintinum eorum socium qui illuc accesserat requirendum adierunt. Venientesq̃ ad ciuitatem arbianis: & ipsum inde abysse audientes: inde recedentes vt parisius tenderẽt obuiam cuidam christiano nomine gentiano: qui eis quintinum pro christo passum nunciauit: & ad domum suam adduxit: & dum essent in mensa nuncij rictionari presidis superuenientes hospites cum gentiano capiunt: & ad presidem adducunt: quibus ille: dum in christi confessione persisterent: iussit sudes ferreas in nares et aures eorum immitti: & clauis candentibus eorum tempora transfigi: oculos quoq̃ erui mandauit: deinde sanctorum corpora lanceis transforari: & dum adhuc palpitarent: capita eorum precidi fecit. Super quorum corpora luce ingenti de celo perfusa: erecta busta capita precisa in manibus sumpserunt: & vsq̃ ad hospitium sancti gentiani eorum hospitis deuenerunt: vbi & sepulta sunt tertio idus decembris.

De sanctis Tarsone Pontiano & Pretextato martyribus. Capl'm. lviij.



Tarson martyr & Pontianus ac pretextatus eius socij sub maximiano imperatore martyrium passi sunt: hic Tarson in vrbe roma locuplex vir & facultatibus plenus christianis damnatus ad fodiẽdã harenam: dũ therme edificabãtur multa necessaria ministrabat: que eisdem per sisinnium & cyriacũ ecclesie romane diacones transmittebat: vt in passiõe Marcelli pape legitur .xvij. kal. februarij. Qui post obitũ marcelli pape prefati tentus a maximiano cum pontiano & pretextato eo q̃ christiani essent capitalem iussi sunt subire sententiam. Sicq̃ coronam martyrij perceperunt tertio idus decembris.

De sancto Sauino episcopo. Capl'm. lix.



Sauinus episcopus placentinus vt scribit gregorius .iij. dialo. cap. x. vir magne sanctitatis & virtutis fuit: cui dum quidam eius diaconus nunciasset: q̃ padus fluuius alueum suũ egressus agros ecclesie occupasset: mandauit sauinus diacono: vt ex parte sua pado mandaret: quatenus se compesceret: et ad alueum suũ rediret: quod diaconus audiens & despexit & irrisit. Episcopus autem aduocato notario eidem dictauit epistolam dicens. Sauinus iesu christi seruus commonitorium pado: precipio tibi in nomine domini iesu christi: vt de alueo tuo in locis istis vlterius non exeas: nec terras ecclesie ledere presumas. Quod scriptum per notarium in aquã fluminis proijci iussit. Mox se a terris ecclesie fluminis aqua compescuit: ad alueum proprium redijt: & exire vlterius in loca eadẽ nõ presumpsit. Huic sancto viro diuina reuelatione ostensum est corpus sancti martyris antonini: quod diu in ipsa ciuitate latuerat. Ipseq̃ iuxta sibi datam reuelationẽ corpus inuenit: & honorabiliter tumulauit: vt habebitur debito loco pridie calen. octobris. Qui etiã post multa laudabilia opera quieuit in pace .iij. idus decembris.

De sancto Paulo sergio episcopo. Capl'm. lx.



Paulus sergius episcopus discipulus sancti Pauli de ciuitate papho insule cypri: vt habetur actuum .xiij. Dum paulus apostolus peruenisset paphum cum coapostolo eius barnaba predicantes & ipse existens proconsul desideraret audire verbum dei apostolos gratanter suscepit: vbi dũ elimmas iudeus magus apostolo resisteret querens auertere proconsulem a fide: et paulus ipsum ad tempus lumine oculorum priuasset credidit procõsul admirans super doctrina domini. Qui ab apostolo

baptisatus post aliquod tempus relicto seculo discipulus pauli effectus ipsum vsq; ad passionem secutus est. Quem ⁊ idem apostolus ante eius obitum in epm consecrauit. ¶ Post passionē ergo suam beat⁹ paul⁹ apud paphum eidem per visionem mandauit: vt ad partes hispanie ⁊ gallie pergeret ad pdicandum. Quod ⁊ ipse fideliter adimplere curauit. Et post aliquot dies veniens romā cum ruffo ⁊ stephano dyaconib⁹ suis: ecclesiam bti apli consecrauit. Deinde pergens ad ciuitatem lune filiū cecum mulieris vidue: que ipm hospitio susceperat illuminauit: eamq; cum filio ⁊ multis ad xpm conuertit. Qui a sapritio pconsule captus: dum ille subito morit: paul⁹ a populo liberat. Deinde veniens galliam ebredunensi ⁊ auriensiv bibus xpm euangelisauit. Et a beato apostolo paulo monitus veniens narbonam dum arelatensi vrbi appropinquaret: ⁊ rodani flumen transiret: nauta in flumen cecidit: ⁊ absorpto corpore necatus est. Sed orante sancto corpus de pfundo enatauit: ⁊ ipm paulus sergius suscitauit. Quo viso miraculo multi ad fidem conuersi sunt: veniensq; narbonam filium olim principis ciuitatis nuper defuncti a demonio obsessum pcib⁹ matris vidue ab immundo spiritu liberauit: eundēq; cum matre ⁊ populi multitudie baptisauit. Indeq; hispaniā circuiens pdicauit. Et rediens narbonam: postq totam ciuitatem ⁊ regionem ad xpm conuerterat trina visione beati pauli apli monitus: obitum suum appropinquare cognoscens ecclesiam narbonesi. stephano dyacono suo in epm consecrato commisit regendā. Ruffumq; psbyterum in auinonensem epm ordinauit. Et omnibus fideliter dispositis: orans in ecclesia sua in pace quieuit. pridie idus Decembris: vbi ⁊ sepultus iacet miraculis clarus.

¶ De sanctis Eustratio ⁊ socijs martyrib⁹. Cap. lxi.

Eustratius scriniarius ordinis ducalis ⁊ primarius ciuitatis auraricen orū tēporibus dyocletiani ⁊ maximiani imperatorum cum socijs suis martyrium passus est. Qui pmo in ciuitate satalia a lysia pside tentus: eo quod esset xpianus ⁊ cigulo militari exutus: dum xpm confiterer a terra leuatus igne subterposito: semiustus depositus grauiter cesus est. Deinde sale ⁊ aceto mixtī vulneribus perfusus. Dum hec omnia patientissime tolerasset: omnia eius vulnera tanq squame ab eius corpore diuinitus exciderunt. Quo viso miraculo eugenius conciuis ⁊ officialis conuersus est. Tunc ambos ferro victos lysias incarcerauit: deinde in pedibus amborum imposita crepidine cum clauis: ⁊ pedibus eorum trāssossis ducit eos secum ad ciuitatem auraris: quorum exemplo auxentius ⁊ mardarius qui vxorē ⁊ liberos dimiserat ad iudicem accedentes xpm publice nunciabant: lysias igitur ambobus ipsis comphensis: pmo quidem auxentiū decollauit: deinde mardarium immissis funibus per pedes ipsius transforatos: a terra suspensum: ⁊ baculis ferreis ignitis cesum interemit. Interea dum orestes quidam xpianus occultus ⁊ miles cum ceteris commilitonibus iacularetur: ⁊ crux quam ad collum appensam gestabat in publicum psilisset: ⁊ hoc psidi nunciatū esset eum cum multis alijs xpianis: quos in eadem reppent ciuitate teneri fecit. Et dum seditionem populi formidaret: ipsos omnes cum eustratio ad agricolaum psidem ciuitatis sabastensis puniendos transmisit. Qui pmo quidem orestem super lectum ferreum ignitum ⁊ flammis suppositis extendi fecit. Quo post lōgos cruciatus migrante ad dominum eustratium carceri mancipauit. Ad quem eps ciuitatis occulte noctu veniens ipsum cōmunicauit: vbi ⁊ postmodum voce celica confortatur.

Quem mane preses eductū igne consumi fecit: reliquos christianos decollauit. Quorum omnium corpora in ciuitate auraricenorum a xpianis sepulta sunt. Horū omnium passio recolitur pridie idus decembris.

¶ De sanctis Epimacho ⁊ Alexandro martyribus. Capitulum. lxij.

Epimachus ⁊ alexāder martyres apud alexandriam passi sunt. Qui cum multo tempore in vinculis extitissent: ⁊ diuersis cōfecti supplicijs perdurassent in fide: ignibus tandem consumi iubētur. pridie idus decembris. hec in sanctorum martyrologio.

¶ De sanctis Amonaria ⁊ Mercuria ⁊ sociabus martyribus. Cap. lxiij.

Quattuor sancte mulieres scilʒ amonaria mercuria: dionysia ⁊ alia amonaria apud alexandriā passe sunt vt scribit dionysius libro de martyribus. Quarum primam iudex in mensis cruciatibus afflictam capite puniri fecit. Secundam vero venerabilem anum ⁊ facundissimam virginem scʒ mercuriam prefatus iudex: nec non reliquas duas videlicet dionysiam ⁊ amonariam diuersis similiter penis cruciatas tandē ferro peremit. Harum passio pridie idus decembris.

¶ De sancta Lucia virgine ⁊ martyre. Cap. lxiiij.



Lucia virgo nobilissima syracusanorum: cum fama miraculorum beate Agathe per totā siciliam diuulgaretur: ⁊ syracusanus populus ad ciuitatem cathanen. per. xlv. miliaria ad sepulchrum ipsius virginis pergeret visitādus gratia ⁊ ipsa cum matre eutitya q fuerat p quattuor annos incurabili fluxu sanguinis fatigata: vbi inter ipsa missarum solennia contigit euangelium legi: quo narratur dominum mulierem a fluxu sanguinis liberasse. Tunc Lucia matrem admonuit credere his que legebātur: ⁊ sepulchrum virginis Agathe deuote contingere: quod si faceret: plenius sanaretur. Igitur recedentibus cunctis ⁊ matre ac si filia ad sepulchrum orantibus. Luciam somnus arripuit: cui beata Agatha gemmis ornata stans in medio angelorum apparuit: ⁊ propter ipsius fidem matrem sanatam eadem hora nunciauit. Euigilans ergo ⁊ matrem sanam aspiciens: amore beate Agathe que ipsam saluam fecerat adiurauit: vt omnia que sibi datura erat in dotem eunti ad integritatis sue corruptorē mortalē: videlicet holeʒ: cui fuerat despōsata: eidem daret ad integritatis sue factorem christuʒ cui erat spiritualiter in cōiugio copulata: ⁊ ne sibi de cetero spōsum temporalem nominaret: ⁊ cum eutitya eidem respōdisset: vt post eius mortem de facultatibus suis faceret quicquid vellet probauit eidem Lucia non esse deo gratum

tum quicquid post mortem impenditur: eo ꝙ ideo quis dat: quod tunc secum ferre non poterit. Redeuntes igitur syracusas possessiones ⁊ predia distrahebant: et precia pauperibus erogabant: quod vbi Lucie sponsus comperit: nutricem puelle cur hec fierent interrogauit. Illa autem sponsam eius asseruit inuenisse possessionem magni precij vtilem ⁊ venalem: quam vt nomine sponsi emeret aliqua distrahebat. Credidit stultus carnale commercium ⁊ cepit etiam ipse auctor esse vendentium. Post ꝙ autem omnia districta sunt: sponsus luciam accusat paschasio consulari: dicens ipsam esse christianam ⁊ contra leges viuere augustorum. Quam paschasius comprehensam cepit ad sacrificia deorum inuitare. Illa vero respondebat sacrificium verum ⁊ immaculatum esse pauperibus in eorum inopia subuenire: obiecitque sibi paschasius ꝙ patrimonium suum cum eius corruptoribus impenderat. ⁊ ideo vt meretrix loquebatur. Cui illa se corruptores corporis nec mentis aliquando cognouisse respondit. Et cum paschasius eidem comminaretur ꝙ verba cessarent: cum ad verbera peruentum esset: respondit dei verba cessare non posse: adyciens in se loqui spiritumsanctum: eo ꝙ pudice viuentes secundum apostolum templum sunt spiritussancti. Paschasius vero eidem comminatur: ꝙ ipsam faciet trahi ad lupanar: vt sic virginitate amissa spiritumsanctum perdat. Illa autem econtra asserebat: ꝙ nunquam inquinatur corpus nisi de consensu mentis: ⁊ ꝙ si inuitam eam faceret violari: castitas sibi duplicabitur ad coronam. Tunc paschasius vocatis lenonibus iussit eam ad lupanar duci: vt omni populo ad eam inuitato tamdiu illuderet: donec deficeret. Volentes autem ipsam trahere: tanto tempore eam firmat spiritussanctus: vt penitus moueri non posset: ligatisque manibus eius ⁊ pedibus a mille viris insuper et a pluribus paribus boum trahi nullatenus poterat. Et conuocatis magis nullis etiam incantationibus potuit amoueri. Et dum quidam dicerent ꝙ lotio perfusa maleficia solueret: lotio perfunditur: sed immobilior reddit. Iratus consularis circa eam adhibitis lignis oleo ⁊ pice ⁊ resina copiosum fecit ignem accendi: in quo ipsa incolumis permanebat: dicens a domino inducias martyrij impetrasse: vt credentibus timorem tolleret passionis. Videntes autem amici paschasij ipsum angustiari: in eius gutture gladium immerserunt. Que nequaquam loquelam amittens pacem ecclesie dei redditam nunciauit maximiano imperatore defuncto et diocletiano de regno eiecto: addiditque se a domino syracusane ciuitati interuentricem concessam. Eadem hora ministri romanorum veniunt: ⁊ paschasium comprehensum romam adducunt: vbi a senatu romano depredatione bonorum fiscalium conuictus capitalem sententiam accepit. Virgo autem domini de loco in quo erat non est mota nec mortua: quousque venientibus sacerdotibus sacram communionem accepit: ⁊ sic in confessione christi spiritum emisit idus decembris circa annum domini. ccc. Sepultaque est syracusis: inde processu temporis corpus eius Constantinopolim: ⁊ inde venetias translatum creditur: vt ponitur in festo eiusdem translationis: xv. cal. februarij.

De sancto Iudoco confessore. Capitulum. lxv.

Iudocus regis britonum filius anno decimo Constantini qui ⁊ constantius relicto regno vliisque sumpto habitu per orbem diu peregrinatus est. Post hec cum vndecim peregrinis in clericali habitu romam veniens visitatis apostolorum liminibus: inde discedens venit ad pagum ponticum: vbi a duce aymone susceptus ⁊ eius instantia presbyter ordinatus: filium eius vrsinum de sacro fonte leuauit: inde venit ad locum qui dicitur baraic: ⁊ hereniticam vitam duxit miraculis clarus. Adeo enim mirabilis sanctitatis fuit: vt columbe siluestres et pisces de manibus eius pascendi ad eum conuenirent. ¶ Et cum habitaret in cellula cum quodam discipulo eisdem ministrante vnicum solummodo habens panem quattuor pauperibus pro elemosyna successiue venientibus diuidi fecit. Et cum discipulus hesitans murmuraret eadem hora quattuor nauicule panibus onuste sine duce vel remige ad eum per fluuium aduenerunt: diuinitus vt creditur procurate. Deinde dum ducem aymonem in nemore reppetisset: qui aprum ceperat ⁊ cum suis anxiabatur siti: baculo terram percutiens aquam produxit ad eorum satietatem. Et cum iterum romam visitasset puellam a natiuitate cecam ibidem illuminauit. Et ad cellam suam rediens post modicum in pace quieuit: idibus decembris. Sepultus est in pago pontino signis coruscans.

De sancto spiridione episcopo. Capitulum. lxvi.

Spiridion episcopus in cypro fuit: de quo cassiodorus in historia tripartita refert ꝙ fuit de numero illorum confessorum quos maximianus imperator dextris oculis effossis ⁊ sinistro pollice preciso ad metalla damnauerat. Hic cum propheticam duceret vitam: etiam signorum gloria inclytus fuit. Inter que dum latrones ad furandum sibi nocte venissent: eos diuinitus alligatos mane cepit: eosque dissoluit: de scelere eos corripuit: eisque pie arietem concessit. ¶ Apud filiam eius hyrenem quidam pecuniam deposuerat: qua subito decedente: nec inuento deposito. Sanctus eam in christi nomine de tumulo vocauit: ⁊ ab ea vbi depositum erat interrogata sibi respondente didicit: ⁊ homini receptum restituit. Mos erat sibi cuicunque petenti ex fructibus collectis mutuare. Dum ergo cuidam granum mutuasset ⁊ ille ad arcam restituendum detulisset manu apposita nihil restituit: quod sanctus per spiritum cognoscens tacuit. Se dum ille alias ad arcam pro alio mutuo sumendo venisset: nihil in ea repperit: que tamen frugibus plena erat: ⁊ sic peccatum suum confessus est. Quieuit in pace. xix. cal. ianuarij.

De sancto Agnello abbate. Capitulum. lxvii.

Agnellus abbas a pueritia innocenter viuens: prefectus est in abbatem monasterij quod beatus gaudiosus cognomento septimius celius bitanensis ⁊ aphricane ecclesie pontifex condidit in parthenope ciuitate tempore quo ex aphrica fugerat persecutionem vandalorum: sicut dicit augustinus. Ibique diu in sanctitate vite permansit: subditum sibi domini gregem verbo ⁊ exemplo reficiens: qui etiam. xix. kalen. ianuarij quieuit in pace. Cuius corpus Neapolim delatum sepultum est: iuxta ecclesiam sancte dei genitricis marie: vbi ⁊ multorum deuotione venerabiliter colitur.

De sanctis Herone arsenio isidoro ⁊ dioscoro martyribus. Capitulum. lxviii.

Hero arsenius isidorus ⁊ dioscorus alexandrie passi sunt sub persecutione decij. Ex quibus dioscorus eo ꝙ iunior: videlicet annorum. xv. primo a iudice auditus: diu dium verberatus est. Ceteros vero cum videret iudex pari constantia fidei armatos varijs tormentis dilanians: tandem ignibus consumi iubet. Dioscorus vero ob eius nimiam iuuentutem: diuino nutu ad consolationem fidelium dimissus est. Horum martyrium celebratur. xix. calen. ianuarij. Hec ado in martyrologio suo.


De sanctis Nicasio episcopo ⁊ Eutropia martyrum. Capitulum. lxix.


Nicasius remensis episcopus passus est tē pore vandalice psecutionis cū sorore eutropia: beato Auiano tunc apud aurelianum episcopante. Nam dum vandali ciuitatem remēsem diu obsedissent: vltimo subuersionis eiusdem vrbis die: expugnātibus hostibus ciuitatem Nicasium ciues consulunt quid vtilius fiendum aut hostibus se tradere aut ꝑriaꝫ defendere. Qui diuina reuelatione vrbem presciēs subuertendam constanter ait mortis esse periculum subeū dum: quod multis dudū iminere didicerat ꝑpter pctā sua offerens se morti paratum. Apertisq; ianuis cū sctā eutropia sorore sua furibundus occurrit, aduersarijs in hostio basilice beate marie ab eodem constructe. Et dū vix facto silentio inimicos ab ouium suarum lesiōe monuisset: ab eisdem decollatus est. Germanam vo eius propter pulchritudinem ipsius: infideles ad illudendū seruauerunt. Quod dum ipsa cerneret martyrium potius q̄ violationem eligens occasionem captauit: vt hostes de impietate i sanctum epm exhibita redargueret: vni ex carnificibus oculos digitis quasi i vltionem euellens. Et sic ī eam ceteri insurgentes trucidarunt cum alijs ciuibus multis. Ceterisq; fugatis ciuitas depopulatur plurimis captiuatis. Sanctorum autem occisoꝝ corpora relicta sunt in expugnata ciuitate. Supra que noctibus celestia luminaria refulgebāt ꝛ angelica cantica resonabant: donec reuelatione diuina post vandalorum abscessum: a ciuibus qui remanserāt corpora sanctorum fragrantia: digno honore locis congruentibus tumulata sunt. Passio horum in martyrum.xix.calen. ianuarij.

De sancto Ualeriano episcopo. Capitlm.lxx.


Ualerianus episcopus apud aphricā passus ē tempore psecutionis vandalice. Nam cū ex precepto genserici regis ad tradendum infidelibus diuina mysteria cuncti sacerdotes artarentur: ita vt arriani de pallijs altaris sibi camisias ꝛ femoralia facerent: sanct⁹ episcopus ad hec compulsus viriliter contradixit: propter qđ annoꝝ plus.lxxx.extra ciuitatez expelli singulariter iussus est. Et ita preceptum: vt nullus eum in domo neq; in agro dimitteret habitare. Sicq; in strata publica multo tēpe nudus sub aere iacens in cōfessione ꝛ defensione catholice veritatis cursum beate vite compleuit.xviij.calen. ianuarij.

De sctis Anania: azaria ꝛ misaele pueris. Cap.lxxj.


Ananias azarias ꝛ misael pueri nobiles d̄ populo iudeorum: cum daniele ꝓpheta ꝛ alijs multis iudeis et cum Joachim rege iuda a Nabuchodonosor rege chaldeoꝝ rapti de hierusalem in babylonē adducti sunt vt scribitur dan.j. Quos vti pulchriores ꝛ doctiores rex castrauit vt ait Josephus: ꝛ tradidit eos preposito eunuchorum aphanaz: ꝛ fecit eos erudiri prouincialibus litteris pariter ꝛ chaldeorum lingua: ꝛ mutauit eis rex nomina danieli balthasar: ananie sydrac: azarie misach: ꝛ misaeli abdenago. His quattuor prepositus eunuchorum specialem posuit procuratorez malasar. Hi proposuerunt non contaminari cibis gentilium: ꝛ a preposito eorum obtinuerunt diebus.x. leguminibus ꝛ aqua tentari. Et cum probasset: ꝛ eos ex hoc in nullo ceteris macilentiores vidisset: accipiebat cibaria regia ꝛ vinum potus eorum: ꝛ dabat eis legumina ꝛ aquam. Et transactis tribus annis comparuerūt corā rege prout ille statuerat: nec sunt inuenti eis similes in regno in omni sapientia ꝛ disciplina. Postq̄ autem daniel visionem statue ꝛ eis expositionem deo sibi reuelante reseraurit: vt dicitur dan.ij. Et Nabuchodonosor rex danielem plurimum honorauit: ad petitionem eius ananias azarias ꝛ misael constituti sunt a rege sup opa prouinciarū babylonis. Post hoc nabuchodonosor rex fecit statuam auream: ꝛ statuit eam in campo durā fluminis iuxta quem gigantes edificauerant turrē babel: ꝛ conuocatis omnibus principib⁹ ꝛ populis ad dedicationem ꝛ adorationem statue: vt habetur dan.iij. ꝛ oēs iussu regis statuā adorassent: tres pueri statuā adorare nolentes iussu regis vincti cum vestibus in fornacem ignis septuplo accensam missi sunt. Cū quibus angelus domini descendit ꝛ eos vinctos exoluit: flammā ignis excussit: ꝛ quasi ventū roris flantem in fornacis medium redegit. Flamma autem se cubitis.xlix. diffundēs ministros regis eam incendentes incendit. Tres autē pueri in medio flamme ambulantes quasi ex vno ore benedicebant dominum ꝛ hymnum Benedicite componentes: omnem creaturam ad dei benedictionem inuitabant. Cum autem rex tres viros in fornacem missos diceret: ꝛ quartum similem filio dei se videre stuperet: quod de angelo intelligendum est: eos de fornace vocauit. Qui egressi corporibus ꝛ capillis ꝛ vestib⁹ omnino inusti apparuerunt. Quo miraculo stupefactus rex posuit edictum q̄ sub pena capitis ꝛ domus diruende nemo blasphemare presumeret deum sidrac misac ꝛ abdenago: eisdemq; ampliorez contulit dignitatē. Qui post multum tempus in babylonem quieuerūt in pace. Qui ꝛ inter sanctos veteris testamenti connumerati sunt a mathatia primo machabeoꝝ.ij.cap. Quorum corpora sub quodam specu posita sunt: i sepulchro quod daniel sibi ꝛ socijs preparauit: vbi ꝛ ipse postmodū tumulatus est. Horum dies dormitionis apud hebreos agit.xvj.calē. ianuarij: vt i eius martyrologio Hiero. scriptū ostendit.

De sancto Lazaro episcopo. Capitlm.lxxij.



Lazarus epūs frater marthe ꝛ marie magdalene xpi discipulus nobilis de genere iudeorum: diues ac prepotēs patre syro matre eucharia exortus: quatriduanus defunctus a dn̄o ex mortuis suscitatus: discipulus xpi ꝛ apostolorum consocius fuit: ꝛ i die penthecostes vnus ex numero.cxx. discipulorum extitit: i quos spiritussanctus corporaliter effusus est. Et deinde vna cum ceteris predicationi verbi domini instabat: distractisq; omnib⁹ sicut et ceteri precium apostolorum pedibus presentauit: ꝛ apostolicam vitam ꝛ formam assumpsit. Uerum persecutione iudeorum que facta est post stephani lapidationem: ita vt cuncti discipuli dispergerentur per ciuitates preter apostolos: vt dicitur actuum.viij. Ipse vna cum sororibus suis et sancto maximiano ꝛ sancto celidonio: qui fuerat cecus a natiuitate: ꝛ cum marcilla pedisequa marthe nauiculе sine remo vel duce impositi sunt ꝛ mari expositi a iudeorum finibus expulsi. Qui deo duce massiliam peruenerunt: vbi predicante magdalena ꝛ omni prouincia ad deum

deum conuersa: vt in eius legenda debito loco dicetur. Ipse anno .xiiij. a clero ⁊ populo episcopus massilien. cõstitutus est. Et postq̃ magdalena deserta montium petijt: ipse massilie degens dei populum feliciter gubernauit: vbi ⁊ in domino requieuit. xvj. calen. ianuarij. Cuius ibidem in matrice ecclesia caput ostendit. Dicitur q̃ Lazarus a domino suscitatus: consertim ciuitũ interrogauit an eum iterum mori oporteret: ⁊ q̃ deccetero nunq̃ risit.

De sanctis Floriano Calanico ⁊ socijs martyribus. Capitulum. lxxiij.

Floranus ⁊ calanicus ⁊ alij. xl. martyres passi sunt ab athesis saracenis apud ciuitatem gazam anno. xxvij. Heraclij imperatoris: q̃ dum candem vrbem diudum impugnatam cepissent: iussit aberuus eorum princeps oẽs prefatos christianos ibidem repertos captos in vinculis ferreis in carcerem mitti: ⁊ post dies. xxx. ad ciuitatẽ eletheoropolim adductos iterum vinculari: deinde calanicum cum alijs. xv. ad terrorem aliorum decollauit: quorum nomina hec sunt: fildeuandus: citon: calanius bimerius: pluscius: theodorus: stephanus: deuandus: rolus: tarsius: petrus: paulus: alius theodorus: ⁊ duo Joannes: qui passi sunt die. ij. nouembris: quos Florianus sepeliuit.: ⁊ post alios dies. xxx. iussu principis. Florianus cum ceteris a saracenis cesi sunt: quorum oium passio recolitur. xvj. calen. ianuarij.

De translatione sancti ignatij. Capitulum. lxxiiij.

Translatio corporis sancti ignatij episcopi ⁊ martyris die. xvj. calen. ianuarij celebratur: qui tertius post petrũ apostolum antiochenam rexit ecclesiam. Hic rome dentibus bestiarum passus. calendas februarij: inde delatus iacet antiochie: vt dicit ado.

De sanctis Rufo ⁊ cosmo martyribus. Cap. lxxv.

Rufus ⁊ Cosmus apud macedoniam ciuitate philippis passi sunt: ibiq; tumulati requiescunt. Hi ex eo numero discipulorum fuerunt: per quos primitiua ecclesia in iudeis, ⁊ grecis fundata est. De quorum etiam felici agone sanctus polycarpus scribit in epistola ad philippenses hortans fratres in domino: vt sequantur vestigia martyrum predictorum in constantia martyrij tolerandi. Qui passi sunt die. xv. calendas ianuarij.

De sancto Hildefonso episcopo. Capitulum. lxxvj.

Hildefonsus episcopus toletanus adhuc puer dei amore relictis parentibus spretoq; seculo agalliensis monasterij monachus factus annis multis in sanctitate vite permansit. Tandem in toletanum episcopum promouetur. Inter alia sanctitatis merita beatam virginem in summa deuotione habuit: ⁊ in ipsa ecclesia constituit: vt festum eius octaua die ante natale domini celebraret: quod vsq; hodie ibi seruatur. Que eidem per visionem apparens stolam candidam ⁊ cathedram sibi assignauit: dicens q̃ ipse solus eisdem xenijs potiretur: successoribus cunctis eisdẽ sede ac veste reputatis indignis. Sed post eius obitum dum siagrius eius successor eadem indutus stola: ⁊ ipsa se sede posuisset: totus contractus in terrã decidit: artus sustinere non valens: qui post multos dies ad penitentiam rediens sanatus est. Et vestis ac sedes in ipsa ecclesia pro reliquijs conseruantur. Hec in marial. Multa alia virtutum opera per sancti merita ibidem ostensa sunt. Qui eodem die quo festum virginis in ecclesia sua constituit celebrari: videlicet octaua die natiuitatẽ domini precedente feliciter in pace quieuit: que dies est. xv. calen. ianuarij. Nam eo die quo matrem domini venerabatur in terris: eodẽ cum illa voluit honorare i celis.

De sancto Nemesio martyre. Capitulum. lxxvij.

Nemesius martyr passus est apud egyptũ. Qui primo emiliano iudici per calũniam quasi latro delatus: sed ab eodẽ crimĩe purgatus ⁊ absolutus est. deinde ab ipso iudice tanq̃ christianus deprehẽsus geminatis supplicijs excruciatus: ab eodẽ magistratu cum latronibus incendi iussus est: saluatoris preferens similitudinem: qui cum latronibus pertulit crucem: qui passus est. xiij. cal en. ianuarij. Hec ado.

De sanctis Amone zenone ⁊ socijs martyribus. Capitulum. lxxviij.

Amon: zeno: Ptolomeus: Igenius ⁊ theophilus apud alexãdriã martyrium passi sunt. Qui tribunalibus astantes: cũ quidam christianus a iudice tortus in supplicijs trepidaret: ⁊ iam pene ad negandum declinaret: vultu oculis ad nutibus conabantur illum erigere. Cũq; hac de causa clamor totius vulgi in eos prosiliret: prorumpentes in medium christianos se esse testantur: pro quorum victoria christus illico gloriosissime triumphauit: suisq; constantiã animi dedit. Qui passi sunt die. xiij. calen. ianuarij: vt ait ado in martylogio.

De sancto Thoma apostolo. Capitulum. lxxix.



Thomas apostolus qui dicitur didymus quasi in fide dubius post resurrectionem christi corpus dominicum ⁊ membra palpauit: et dum in christo vulnera tetigit carnis: in nobis vulnera sanauit infidelitatis: vt dicit Gregorius. Post ascensionem domini dum apud cesaream predicaret: christus sibi apparens dixit regem indorum gundaphorum prepositum suum abanem ad syriam destinasse querere hominem architectonico opere eruditum pro palatio sibi construendo: quem vna secum volebat ad indiam mittere. Ut eius indos christo acquisisset: ad se cum palma martyrij perueniret. Dominus ergo preposito Thomam tradidit asserens eum suum seruum in tali arte peritum. Nauigantes autem simul dum abanes eum interrogasset: an ille dominus suus rex esset: dixit Thomas eum esse filium magni regis q̃ tenet regnum in supernis montibus quo hostis propinquare non valet: ipsumq; multos seruos diuersarum peritos artium habere: quos ad multa destinat opera et quicquid lucri acquirunt: suo regi redeuntes attribuũt Et cum multa de celesti palatio metaphorice loqueretur

ille de terreno edificio intelligebat. ¶ Cumq; die .vij. andrinopolim peruenissent: vbi rex filie sue nuptias celebrabat ⁊ omnes tam ciues ꝙ aduene vocati a rege nuptijs interessent: abanes ⁊ apostolus similiter cum ceteris discubuerunt. Puella autem hebrea dum curiam cū fistula letificaret: ⁊ Thomam apostolū non manducantem: sed celo intentum vidisset: intelligens ipsum hebreum cepit iudaice canere dicens vnus est deus hebreorū qui creauit omnia. ⁊ cetera. Que dum crebro ad complacendum apostolo repeteret: pincerna Thomam alapa percussit: eo ꝙ quasi dedignans fercula apposita non comederet. Apostolus autem non optando: sed prenosticando predixit: se inde non surrecturum nisi manus que eum percusserat a canibus in medio conuiuio portaretur. Quod quia hebraice dixit: sola puella intellexit. Dum ergo pincerna ad fontem pro aqua haurienda iuisset: ipsum leo inuadēs occidit: sanguinem bibit manumq; eius canis niger in cōuiuio detulit. Quod puella videns factum ceteris narrauit: fistulam proiecit ⁊ apostolum adorauit. Et stupentibus cunctis apostolus ad regis instantiam sponsum ⁊ sponsam benedixit. Quo abeunte dum illi sero thalamū introissent: in manu sponsi ramus palme dactilis plenus apparuit. De quo ambo gustantes obdormierunt: ⁊ gemmatum regem per somnum viderunt: qui eos vt consilio apostoli crederent admonuit eisq; benedixit. Quibus euigilātibus ⁊ mutuo somnium eisdem referentibus apostolus ad eos ianuis clausis ingreditur: eisq; christum annuncians ad seruandam virginitatem hortatur. Tunc eisdem duo angeli splendidi astiterunt dicentes se fore angelos a deo ad eorum custodiam delegatos: vt si apostoli monitis obedirent omnia que poscerent a domino impetrarent. Quos apostolus baptizauit: ⁊ de fide diligenter instruxit. ¶ Cū autem Thomas abanes iam propter miracula visa conuerso indiam introisset: ⁊ eum prepositus regi presentasset: ac apostolus sibi mirum palatium fabricandum promisisset: ⁊ modum edificationis opere romano designasset: placuit regi: eidēq; copiosum thesaurum assignauit: ⁊ in aliam prouinciā abijt. Per totum autem biennium quo rex abfuit: apostolus predicationi christi insistit: ⁊ innumerabilem populum acquisiuit: thesaurum pauperibus erogauit: ⁊ multas ecclesias fabricauit. ¶ Rex autem rediens ⁊ ꝙ Thomas fecerat discens: apostolum cum abane in imo reclusit: cogitans eos viuos excoriatos incendere. Interea gad frater regis moritur: ⁊ dum ei sepulchrum preciosum paratur: quarto die gad mortuus resurrexit: et fugientibus cunctis ac stupentibus regi dixit: ꝙ homo ille quem rex perdere querebat: amicus omnipotentis dei erat cui ⁊ ipsi angeli seruiebant: qui etiam eum defunctum in paradisum adduxerunt: ⁊ ei palatium quod sibi Thomas fabricauit ostenderūt. Et quia rex se eodē palatio indignum fecerat: ipse illud reddens sibi pecuniam emere poterat: quā rex amissam existimabat. Quo audito territus rex cum fratre Thomam absoluunt: ad pedes eius procidunt: ⁊ veniam petunt. Et cum de palatio fabricato in celis ꝯtēderent: quod gad omnino cupiebat redimere: ⁊ gundaphorus pro se retinere: vel saltem cum fratre communiter habere: docuit eos apostolus innumerabilia palatia a mundi principio in celis ꝑparata: que fidei precio ⁊ elemosynis comparant. Sicq; regem ⁊ fratrem ad fidem conuertit ⁊ baptizauit. Et dū per vnum mensem omnes egrotos regionis congregari fecisset: orationem pro salute illorum fudit: et statim splendor sicut fulgur de celo veniens omnes territos ꝓstrauit. Et post hore spatium cōfortati ab apostolo oēs incolumes surrexerunt. Tunc apostolus tam eisdem ꝙ omni populo predicauit: ⁊ nouem milia hominum exceptis mulieribus ⁊ paruulis ad christum conuertit. ¶ Post hec profectus est ad superiorem indiam per reuelationes insignibus miraculis coruscando: inter que sintecem cecam amicam migdonie sororis regine illuminauit. Et dum migdonia regis cognata vxor carisij apostolum videre quereret: deposito cultu ⁊ ornamētis ⁊ induta habitu humili inter alios pauperes ad eū intrauit: vt ei sintices suaserat. Uidens ergo migdonia apostolum miracula facientem ⁊ eum audiens predicātem credidit: factaq; eius discipula viro adherere nolebat. Tunc carisius regem rogauit: vt reginam ad sororem mitteret: quatenus ei suaderet vt ad se virem more solito ingredi permitteret. Quod dum regina nomina trepcia faceret: sed soror ipsi econtra miracula que ostendebat apostolus enarrasset: regina Thomam videre cupiens ad domum symphorij vbi ipse predicabat cum sorore accessit: ⁊ multitudinem infirmorum ante ianuam reppererit: quos omnes apostolus manu eis imposita sanauit: inter quos dum elephantiosus toto vlceratus corpore introisset predicante apostolo: apparuit puer splendidus: qui leprosum ad partem traxit: ⁊ cum vt excoriasset vitulum pelle nudauit ⁊ omni lepra mundatum emisit. Quod videns trepcia regina ⁊ ipsa conuersa est. Et dum reuersa hec regi asmodeo retulisset: ⁊ exinde eius thorum exemplo sororis abhorreret rex vocans carisium conqueritur: quia dum vxorem eius sibi acquirere voluerat suam amiserat. ¶ Igitur de consilio Carisij rex apostolum carceri durissimo tradidit. Ad quem veniēs migdonia veniam petijt: eo ꝙ ipsius causa in carcerem missus esset. Quam ille consolatus hec pro christo libenter pati asserebat. Post hec de mandato regis apostolus educitur: ⁊ super laminas ferri candentis nudis pedibus sistitur. Statimq; fons erupit ⁊ laminas extinxit. Quem de cognati consilio rex in fornacem ardentem emisit: que tamē adeo refriguit ꝙ die sequenti Thomas inde illesus exiuit. Demū carisius regi suadet vt apostolum deos ipsorum adorare cōpellat: vt vel sic dei sui iram incurrat. Cūq; ad hoc compelleretur veniens Thomas ad templū solis: hebraice demoni precepit vt ꝙ cito ipse genua flecteret: demon idolum comminueret. Demon autem apostolum rogabat vt sibi templum diruere permitteret: quatenus omnes eius aduersarij interirent. Quod thomas eidem minime concessit: quin potius: vt neminem lederet eidē imperauit. Apostolus ergo genibus positis hebraice christum adorauit: mandans demoni vt simulacrum euerteret ⁊ in abyssum iret. Statimq; idolum solis: sicut cera liquefactum est. Tunc mugientibus sacerdotibus pontifex templi gladium sustulit: ⁊ in vitionem dei sui apostolum transuerberauit. Rex autem ⁊ Carisius videntes populum velle necem apostoli vindicare aufugerunt: christiani autem corpus eius tulerunt ⁊ honorifice sepelierunt. Quod tamen processu temporis inde translatum est ad ciuitatem edissam vt habebitur in festo eiusdem translationis: videlicet quinto nonas iulij. Passus est autem beatus apostolus .xij. calē. ianuarij.

¶ De sanctis Dionysio episcopo ⁊ Pelagia virgine et martyre. Capitulum .lxx.



Dionysius episcopus discipulus sancti thome apostoli fuit ille sponsus filie regis quem apostolus vna cum sponsa eius regis filia nomine pelagia conuertit ad christum in andronopoli ciuitate: vt superius habet. Qui ab apostolo baptizatus dionysius: sponsaq; eius pelagia noiata est

est. A quibus thomas abiens post aliquot annos misit ad eos quendam discipulum suum presbyterũ: qui eos in fide confirmauit ⁊ ecclesiam edificauit. In qua relicto seculo dionysius episcopus factus est: totumq; populum ciuitatis cõuertit ad christum: pelagiam quoq; sponsam suam matrem virginum cõsecrauit. Et est ibi sedes sancti thome apostoli vsq; in hodiernum diem. Quam sedem beatus episcopus dionysius strenue gubernauit: ⁊ post hec ad dominum plenus sanctitate perrexit. Pelagia vero vxor eius post ipsius obitum: cum nollet nubere nec idolis immolare sententiam decollationis accepit. Et sepulta est in ipsa ciuitate in eodem tumulo cum dionysio viro suo.

¶ De sanctis triginta martyribus. Capitulum .lxxxi.



Riginta sancti martyres rome via lauicana inter duas lauros sub persecutione diocletiani ⁊ maximiani imperatorum omnes vna die videlicet sexto calen. ianuarij passi sũt ⁊ glorioso martyrio coronati: vt dicit ado in suo martyrologio.

¶ De sancto Chiridonio martyre. Capitulum .lxxxij.



Hiridonius martyr apud alexandriam passus est. Qui cum ad sacrificia deorum primo blandicijs suaderetur: deinde iniurijs ⁊ comminationibus atq; supplicijs cogeretur: ⁊ sacrificare contẽneret: gladio per viscera transuerberatus neci traditur: et martyrio coronatur .vj. calen. ianuarij.

¶ De sancta Victoria virgine ⁊ martyre. Cap. lxxxiij.



Ictoria virgo nobilissima ciuis romana tempore Decij apud ciuitatem tibulanã martyriũ passa est. Que illustrissimo cuidam Eugenio fuerat desponsata tamen a cunabulis christiana. Dum autem quidam titus aurelius virginem anatholiã siue calistenem christianam per matronas vxorem peteret: ⁊ illa multis postulatis inducijs interim omne patrimonium suum pauperibus erogasset: deinde se infirmam fingeret: vt sic in virginitate perseueraret: cũq; titus aurelius christianam didicisset: rogauit Eugeniũ vt victoriam sponsam suam ad anatholiam mitteret: vt eidem christiana christiane coniugium suaderet. Quod dum eugenius fecisset: ⁊ victoria anatholiam ad matrimonium hortaretur: dicens ⁊ se christianã sponsum habere mox virum futurum: quia christus nuptias nõ contẽnat: eo q ⁊ patriarche ⁊ prophete coniuges habuerũt ⁊ posteritas eorum a deo benedicta est. Ecõtra anatholia virginitatem matrimonio preferebat: ⁊ coniugia primis temporibus fuisse necessaria propter terre repletionem astruebat. Sed heliam qui celum lingua clauserat virginem allegabat. Dixitq; preterea se ab angelo qui sibi apparuerat fuisse in obseruande virginitatis proposito confirmatam. Cũq; ⁊ victoria eundem angelum videre flagitaret vt sic ⁊ ipsam ad pudicitiam prouocaret angelus domini splendidus veste niuea eisdẽ apparuit qui victoriam de virginitate admonuit: assimilans virginitatem auro castitatem argento: ⁊ iugalitatem metallo. Quibus confortatis post multa verba angelus disparuit: ⁊ victoria votum virginitatis emisit: ⁊ facultates suas pauperibus largiri cepit. Quod vbi sponsus eius cognouit: tito conquestus est q propter coniugem sibi acquirendam ipse amiserat propriam. Et dum eam vt christianam Eugenius accusare vellet: titus eidem hoc dissuasit: eo q sponsa occideret: ⁊ bona sua fisco applicarentur. Sed consuluit vt a Decio impetraret quatenus sponsam suam extra vrbem ad predium duceret: vbi ipsam penis afflictam ad votum suum facilius inclinaret. Quod ⁊ ille fecit: ⁊ sponsam eius victoriam in suburbio tibulani territorij adduxit. Quã fame diebꝰ pluribus affligit. ¶ Post dies aliquot venit ad eam Domitianus patronus tibulane ciuitatis: qui virgini panes detulit: ⁊ se ab vrbe sua fugisse nunciauit eo q draco pessimus iuxta ciuitatem erat: qui plurimos perimebat: ⁊ flatu aerẽ inficiebat. Cui virgo si populus vellet in christum credere: promisit se draconem ab oppido effugare: quod ⁊ ille populum facturum spopondit. Igitur post biduanum ieiunium victoria die dominico vt promiserat ad tibulanam ciuitatem angelo duce deuenit: ⁊ assumpto populo ad specus draconis excessit eiq; in christi nomine confestim abire precepit: ⁊ sic draco cursu rapidissimo exiliens nusq̃ comparuit. Tũc populus ad fidem conuertitur: ⁊ victoria in ipso draconis specu includitur: eidemq; mox nouem virgines a parentibus oblate associantur. Et post modum temporis monasterio constructo mater .lxiij. virginum facta est: quas diligenter instruxit: ⁊ in dei laudibus ⁊ vite sanctitate perseuerauit. ¶ Post triennium autem Eugenius rogauit Iulianum pontificem capitolij: qui misit ad eam templorum comitem taliarchum: vt victoriam sacrificare compelleret: aut gladio necaret. Qui veniens ad eã dum dee veste immolare renueret: ipsam gladio in corde percussit: ⁊ timens populum statim aufugit. Quam sacerdotes cum populo ciuitatis in eodem loco sepelierunt .x. calen. ianuarij.

¶ De sanctis viginti martyribus. Cap. lxxxiiij.



Iginti martyres apud nicomediam passi sunt: quos omnes diocletiana persecutio grauissimis cruciatos tormentis vno et eodem die martyres christi fecit: et sanctorũ numero in celis collocauit .x. calẽ. ianuarij: vt dicit ado.

¶ De sancto Seruulo confessore. Cap. lxxxv.



Eruulus confessor christi vir summe patientie sanctitatis fuit de quo gregoriꝰ .iiij. dialo. cap. xv. scribit q a prima etate vsq; ad vite sue finẽ paraliticus iacebat in porticu sancti clementis rome: nec tamẽ aliquando visus est vlla tristicia aut perturbatione moueri. Sed quicquid ex elemosyna percipiebat pauperibus errogabat. Et cũ litteras ignoraret: libros diuine scripture emerat: ⁊ religiosos hospitate recipiẽs eos sibi legi faciebat: qui ad extremam horam veniens vocẽ in celo psallentium se audire dixit: ⁊ inter eos cantus spiritum emisit: corpore magno odore fragrãte. Ad cuius tumbam rome apud sanctum petrum sepulti miracula diuinitus creberrime fiunt. Quieuit autem in christo .x. calen. ianuarij.

¶ De sancto Abdia propheta. Capitulum .lxxxvi.





Abdias ꝓpheta vt hebrei tradunt: tꝑe achab regis israel ⁊ iosaphath regis iuda prophetauit in samaria. Hic etiam hebreos fuisse dicitur ille vir: cuius vxor relicta cū filio heli sei liberata est a creditorib⁹ oleo superabundante. Et fuit abdias de terra sichem de agro bethamar: quinquagenarius ille terti⁹ cui pepercit helyas duobus primis cum suis quinquagenis igne celesti consumptis: qui relicto obsequio regis helye discipulus factus est. Hic dum impyssima iezabel vxor achab ꝓphetas domini occideret: ⁊ centum ꝓphete in spelunca laterent: eos abdias pauit: panem ⁊ aquam sibi quotidie deferens vsq; ad mortem achab: ꝓpter quod accepit gratiam ꝓphetandi: cuius ꝓphetia dirigitur contra filios edom: qui descenderunt ab esau ⁊ filiis israel siue iacob semꝑ infesti fuerūt: eo q ipsi esau filij siue idumei gloriabant de pluribus prelijs in qbus filij iacob pugnantes cum gentibus succubuerāt: vnde ⁊ ꝓpheta non gentium virtute sed dei indignatione ꝓpter peccata populi factum asseuerat: pmittens filijs iuda regnum eoꝝ ꝑpetuo duraturum. Qui etiā ꝓpheta tꝑe ioram regis israel quieuit in samaria: que postmodum sabasten dicta est: vbi ⁊ sepultus est helyseus propheta ⁊ Joannes baptista. Dies aūt depositiōis abdie a iudeis agitur .ix. calen. ianuarij. Hec hieronymus et iosephus ex voluminibus hebreorum.

De sancto Naum propheta. Cap. lxxvij.





Naum ꝓpheta hebreoꝝ traditōe de elchesi que est in tribu symeon ante aduentū regis assirioꝝ: qui .x. tribus israel captiuauit fuisse dicitur. Naam ⁊ circa finem prophetie sue predicti regis aduentum idest propheta nunciare videtur: qui etiā predictis .x. tribubus captiuatis tēpore ezechie regis iuda prophetauit: cuius vaticinium ꝯtra niniuitas inuehit. Nam cum ionas ꝓpheta ipsius vrbis subuersionē predixisset: ⁊ populo ad penitentiam conuerso: deus placatus sententiam reuocasset: vidētes niniuite ionā fuisse mentitum diuina ingrati misericordia grauioribus se criminibus implicarunt: ꝓpter qd dictus ꝓpheta iudicium dei ꝯtra ipsam ciuitatē affuturū pnunciat i ei⁹ prophetia. Nō quidem nedum transmigratis .x. tribubus extitit consolatio sed etiam reliquijs iuda: qui sub ezechia rege ab eisdem assyrijs impugnabantur. Dum ex prophete naum prenunciatione didicerant eosdem a chaldeis fore capiendos: sicut in ipsius libro legentib⁹ apparet. Qui etiam ꝓpheta in diebus pfati regis iuda die .ix. calē. ianuarij quieuit in pace in terra sua in qua sepultus ē. Hec hieronymus ⁊ iosephus. Predicti duo prophete ex numero .xij. ꝓphetaꝝ sunt qui minores vocantur: qui in catalogo sanctorum veteris testamenti numerantur ecclesiastici .xlix.

De sancto Gregorio presbytero et martyre. Capitulum. lxxviij.



Gregorius martyr in ciuitate spoletana passus est tꝑibus diocletiani ⁊ maximiani imperatoꝝ sub flacco pside tyranno. Qui cū de mādato imperatoꝝ ipsam ciuitatē ingressus oēs ad sacrificia deoꝝ cōpelleret: nūciat eidē gregoriū pꝛsbyterū in eadē vrbe xp̄m colere: ⁊ aliqs cruciixum pdicare: nec nō plurima simulachra deorū destruxisse. Qui missis .xx. militibus ipm cōprehensū sibi psētari fecit: ⁊ cepit agere vt dijs thura incenderet: qui dum ꝯstanti aīo psidis minas vt blāditias derideret: iussit eū colaphis cedi: deinde ipm nodosis fustib⁹ in dorso flagellari: ⁊ post hec eundē volutatū sup ventrē sic̄ acrius verberibus affligi. ⁊ dū hec oīa supasset fecit eum pses in craticula alligari: ⁊ ignē subterponi. Sz dū scūs gregorius orasset: terremotus magnus factus est qui totā concussit ciuitatē: ⁊ cecidit pars vrbis q̄ subintrata dr̄: ⁊ oppressit .ccl. paganoꝝ: ignis quoq; extinct⁹ ē ⁊ scūs illesus pmāsit. Flaccus ꝟo ⁊ tyranus territi fugerunt. Sedato ꝟo terremotu fecit eum flaccus ferro vinctū in carcerē trudi: vbi angelo sibi apparente ꝯfortatus est. Sequēti die educt⁹ de carcere iussu psidis linolare ꝯtēnens cordis ferreis in genib⁹ cedit: deinde lampadibus circa latera inflāmatur. Et cum ad oīa immobilis redderet: mandauit flaccus tyranno vt eum duceret ad decollandū ad amphitheatrū. Quē tyranus in medium amphitheatri duxit: vbi sancto orāte angelus dn̄i eidem apparuit: ⁊ ipm ad celestia inuitauit: quē aquilinus spatarius decollauit. Et de mādato tyranni dimisse sunt fere plurime: vt corpus deuorarēt: q corpus intactū custodiētes adorabāt. Flaccus ꝟo eadē hora vomēs interiora expirauit. Sz quedā matrona christiana nole abundantia .xxv. aureis corpus martyris a tyranno redemit qd aromatibus conditum iuxta muros ciuitatis ad pontem lapideum ⁊ riuum qui sanguinarius dicit sepeliuit. Passus est autem die nono calen. ianuarij.

De sanctis quadraginta virginibus ⁊ martyribus. Capitulum. lxxix.



Quadraginta sancte virgines apd antiochiā syrie martyriū passe sunt. Que sub psecutiōe deciana p diuersa tormētaꝝ supplicia laniate: passionis coronā a dn̄o pcipere meruerūt nono calē. ianuarij. hec i martyrologio adonis

Explicit liber primus.

Incipit prologus libri secundi.



Secundus liber presentis catalogi cōtinet sanctos: quoꝝ festiuitates occurrūt infra tempus in quo ecclesia representat ipsius christi ⁊ ecclesie mutuū ꝯsensus obligationem ⁊ matrimonialem ꝯtrectationem: qd fuit ab incarnatione verbi vsq; ad baptismum dn̄i. Et hoc tp̄s ecclesia designat a natiuitate saluatoris vsq; ad septuagesimā: qn videlz incarnationis ⁊ natiuitatis dn̄ice festū: necnon actus infantie: vt est circūcisio: magoꝝ adoratio: purificatio: ⁊ in egyptū fugatio recolunt. Hoc aūt tp̄s in tres partes subdiuisum est. Primo em agit de coniugio inter deum ⁊ ppl̄m iudeoꝝ ꝯtracto: pro quoꝝ salute pncipalr fili⁹ dei venit in mundū: dicens Matth. xv. Non sum missus nisi ad oues q perierūt domus israel. Et hoc tp̄s ecclesia representat a natiuitate dn̄i vsq; ad epiphaniam. In quo tꝑe ipse p humanitatē mundo editus moꝝ pastorib⁹ iudeorum p angelos nunciatur: ⁊ ab eis sibi notissimus not⁹ in iudea deus visitatur. Secundo agitur de eodem commercio inter ipsum verbum ⁊ gentilium populum confirmato: a festo epiphanie vsq; ad eius octauam inclusiue. In quo tempore dei filius magis qui erant primitie gentium stella apparente reuelatur: et ab eisdem vt verus deus cum oblatione munerum adoratur.

Tertio

¶ Tertio agitur de vtroq; grege in vnum ouile ꝑ ipsū matrimonium copulato: ab octaua epiphanie vsq; ad septuagesimam: in quo tempore epistole pauli legunt: i quibus apostolus christum pro salute iudeorum ⁊ gentium aduenisse probat: ⁊ vtrūq; populum saluasse commemorat: ⁊ potissime in epistola ad romanos. Ad hui⁹ igitur temporis festa pertractanda procedendum est.

¶ Incipit liber secūdus a natiuitate domini vsq; ad septuagesimam.

¶ De natiuitate domini nostri Jesu christi. Capitulum .i.



Natiuitas domini nostri iesu xp̄i. sm carnē completis ab adam annis .v. mille .c.xcix. vt Eusebius in chronicis suis ponit facta est tempore Octauiani augusti primi. Veniente autem filio dei in carnē tanta pace totus mundus gaudebat: vt vniuerso orbi vnicus romanorum imperator pacifice presideret. Quia enim nascebat̄ q̄ pacē pectoribus ⁊ eternitatis tribueret. Voluit etiā vt ortum suum pax temporis illustraret. Cesar igitur augustus vniuerso orbi presidens scire voluit quot prouincie: quot ciuitates: quot castra: quot ville: quot homines in toto orbe forent. et .xlij. āno imperij sui iussit orbem vniuersum describi. Nam vt in historia scholastica dicitur: omnes homines ad vrbem vnde trahebant originem pergebant: ⁊ quilibet denarium offerent se romano subditum imperium ꝓfiteb̄r. Et dicebatur ꝓfessio: quia ore proprio fatebantur: ⁊ descriptio: quia eorum nomina scribebantur. Hec descriptio prima facta est a preside syrie cyrino: quia enim iudea in medio terre habitabilis esse dicitur ꝓuisum est: vt in ea incoharetur: ⁊ deinde per circunstantes regiones ꝓsequeretur. Joseph autem de genere dauid a nazareth in bethleem ꝓfectus est cum maria desponsata sibi vxore pregnante: potissime quia instante eius tempore pariendi: thesaurum sibi a deo cōmissum noluit alicui commendare. ¶ Cū ergo bethleem appropinquasset: vt legitur in libro de infantia saluatoris: vidit virgo partem populi gaudentem ⁊ partem gementem. Quod sibi angelus exponens ait partem gaudentem esse gentilem populum: qui in semine abrahe eternam benedictionem erat accepturus: gementem vero esse plebem iudaicam: a deo suis demeritis reprobatam. Et dū ambo bethleem aduenissent. ꝓpter viatorum multitudinem hospitijs occupatis steterunt eadem nocte in diuersorio qd̄ erat in cōmuni transitu inter duas domos habens operimentum: vbi ciues in diebus ocij conueniebant: vbi ⁊ presepium cum feno erat: ad quod animalia in diebus fori alligabantur. In ipsa media nocte beata virgo filium suum .viij. calen. ianuarij peperit: ⁊ cū panniculis inuolutum super fenum in presepio collocauit. Quod fenum beata helena postmodum rome transtulit.

¶ Circa christi natiuitatem tria sunt consideranda .s. nouitas admirabilis: veritas infallibilis: ⁊ vtilitas inestimabilis. ¶ Nouitas admirabilis attēditur ex parte facti: quia deus homo factus est. Nā vt dicit Bernardus in eadem persona: eternum antiquum ⁊ nouum mirabiliter conuenerunt: eternum scilicet diuinitas: antiquum .s. caro ab adam transducta: nouum .s. anima de nouo creata. Quod autem dei verbum idem ꝑmanens incarnatum fuerit: ⁊ si humanam rōnem transcendat: tamen aliquali exemplo potest ostendi. Constat enī verbum quod est in mente hominis adeo occultum: quod neq; videri neq; audiri: neq; tangi vel contrectari pōt. Si tamen litteris scribatur nullatenus in sui substantia comminutatum fit legibile: ⁊ per consequens visibile ⁊ audibile. Insuper est manibus contrectabile: immo ⁊ quantum ad litterarum formam destructibile reddit̄. Similiter verbum dei qd̄ in mente diuina eternaliter genitum est incōmutabile permanens qd̄ erat spiritiale ⁊ inuisibile per carnem assumptam visibile ⁊ contrectabile: imo ⁊ quantum ad humanitatem passibile factum est. ¶ Scd̄o attenditur ex parte modi: q2 natus est de virgine ⁊ sine dolore atq; pollutione matris ⁊ salua eius semper integritate. ¶ Hoc autē fuisse quinq; rationibus ꝓbatur. Primo per ꝓphetiam Isaie .vij. Ecce virgo concipiet ⁊ pariet filium. ¶ Scd̄o ꝑ figuram. hoc enim figuratum est per virgam aaron: que floruit ⁊ per portam ezechielis que clausa permāsit. ¶ Tertio ꝑ custodiam. Joseph enī eo ꝙ eam custodiuit testis sue virginitatis fuit: vt dicit augustinus. ¶ Quarto ꝑ experientiam. Nā vt habetur in libro de infantia. Joseph ad virginis puerperium vt morē seruaret partium: duas obstetrices aduocauit .s. zebel ⁊ salome. zebel igitur parientem considerans exclamauit virginem peperisse: eo ꝙ nulla signa corruptionis vidisset. Salome autem dū incredula probare vellet: cui manum apposuit: ꝯfestim manus eius aruit. Jussu tamen angeli sibi apparentis puerum penitens tetigit ⁊ continuo sanitatem recepit. ¶ Quinto per rationis euidentiam. Nam vt dicit Anselmus quattuor modis pōt deus ꝓducere hominem .s. sine homine: ⁊ sine femina: sicut fecit adam. De homīe sine femina: sicut fecit euam. De homine ⁊ femina: sicut communis probat vsus. Restabat igitur quartus modus de femina videlicet sine homine: sicut in christo mirabiliter factum est. Alioquin diuisio modi producendi in deo apparuisset imperfecta. ¶ Tertio attenditur talis nouitas ex parte temporis. Nam in temporis nouitate filius dei natus est. Et quantum ad annum: quia in anno pacis vniuersalis in toto mūdo vigentis: vt dictum est: ⁊ in anno descriptionis orbis: vt ꝑ hoc dare🙰 intelligi ꝙ ille veniebat in carne: qui electos suos ascriberet in eternitate: vt dicit Gregorius. Et quātum ad mensem q2 in mense inio in signo quo dies punctaliter incipiūt crescere: vt ex hoc prefiguraret qd̄ ioannes baptista dixit. Illū oportet crescere: me aūt minui. Debet enī humana vita in se deficere: in xp̄o ꝓficere. Et quātū ad diem: q2 in die dn̄ica que fuit prima dies: in qua lux corporalis a deo ṗncipium creaturarū ꝓducta est. Sic ⁊ die isto: qui est post seculi renouatio: ille qui est lux mūdi vera: ⁊ ṗmogenitus ac ṗncipiū creature dei: corporaliter natus est. Et quantū ad horam. q2 i media nocte: vt .s. medio tenebrarū tp̄e lux noua adueniēs mūdi tenebras illuminaret. ¶ Quarto attendit̄ ex parte loci: q2 natus est i bethleem quod īterpretatur domus panis. Ipse nāq; est: qui de ipso dicit Joānis .vj. ego sum panis viuus qui de celo descendi ⁊c. ¶ Veritas autem infalli

bilis natiuitatis dominice: per quam ipsa natiuitas cōprobatur: ostenditur per omnes creaturas. ¶ Et pmo per creaturam que habet purum esse que sunt elemēta ⁊ lapides. Primo enim declarata est. Per celū in parte orientali: nam in ipsa die natiuitatis: vt habet in chronicis. Tres soles in oriente in celo apparuerūt: qui paulatim in vnum corpus solare redacti sunt. Per quod innuitur ꝙ vnius ⁊ trini dei noticia mundo oriebatur. Item in parte occidentali. Nam vt ponit Orosius. Cū romani Octauianum pro deo adorare vellent: eo ꝙ ola sibi ad votum succedere conspicerent: ille triduanā induciam petyt sibyllam prophetissam aduocauit: eamqꝫ superinde cōsuluit. Cui die natalis domini in camera cesaris oranti: media die circulus aureus apparuit circa solem: ⁊ in medio virgo puerum baiulans et litteris aureis inscriptum. Hec est ara filij dei viuentis. Tunc sibylla Octauianum aduocauit: visionem ei ostendit: ⁊ puerum illum ipsa die natū dixit: quē augusto maiorē esse asseruit: quē imperator adorans eidem sacrificauit in quo loco nūc edificata est ecclesia que dicitur sancta maria ara celi. ¶ Secundo ostensa est per elementum ignis: qui ea nocte per totum orbē cunctos sodomitico vitio laborantes extinxit: vt dicit Hieronymus in glosa supra illo verbo Isaie. ix. Lux orta est eis. ¶ Tertio ꝑ elementum aeris. Nam vt dicit Chrysostomus. Ea nocte magis super victorialem montem orantibus stella i aere de nouo producta ⁊ coruscans apparuit: que eis natum dominum nunciauit: vt tractabit in festo epiphanie. ¶ Quarto per elementum aque: vt enim testat Innocentius tertius. fons aque qui de taberna emeritoria: vbi nunc est ecclesia sancte marie trans tyberim rome consurgebat in liquorem olei versus: tota die natiuitatis vsqꝫ in tyberim profluxit. ¶ Quinto per elemētum terre. Scribit nāqꝫ Damascenus super illo verbo ps. Nox sicut dies illuminabitur: ꝙ istud nocte natiuitatis dominice adimpletum fuit: que nox in hora natiuitatis eiusdem: videlicet nocte media in claritatē diei conuersa est: ⁊ quia ipsa lux ad patres: qui erant in limbo descendere non poterat: terra se in pluribus locis aperuit: ⁊ per eius rimas lux ad patres vsqꝫ descendit: ⁊ tunc adimpleta est prophetia Isaie. ix. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnā: que in missa noctis ipsius legitur prout ad litteram contigisse dicitur. ¶ Sexto per creaturam compositam: que habet purum esse: vt sunt lapides ⁊ metalla. Nam vt dicit Innocentius: romani templum pacis tempore romuli cōstruxerunt ⁊ statuam posuerunt: ⁊ petentes a dijs quantum durare debeat: audierunt: donec virgo pariat: qđ impossibile arbitrantes: templum eternum putauerūt ideo ⁊ in foribus scripserunt. Templum pacis eternum Hoc autem in nocte dominice natiuitatis cum idolis corruit. Legit etiam ꝙ Hieremia propheta in egyptū descendens post mortem godolie: signū regibus egypti dedit: ꝙ eorum idola corruerent cum virgo filium pareret. Unde sacerdotes idolorum imaginem virginis filium baiulātis in sacro loco templi statuerunt: que prophetia in nocte natiuitatis dominice adimpleta est.

¶ Septimo ostensa est per creaturam que habet esse ⁊ viuere: vt sunt plante. In hac enim nocte: vt scribit frater bartholomeus. Uinee engaddi preter consuetū tempus que. s. proferunt balsamum frondes flores ⁊ fructū protulerunt. ¶ Experimento probaui ꝙ si pulegiū collectum sit in festo natiuitatis beati Joannis baptiste in aurora diei: ⁊ ex eo factus manipulus seruet vsqꝫ ad diem dominice natiuitatis exiccabit sicut natura deposcit: ꝙ si manipulus in nocte natiuitatis ponatur in altare: in quo prima missa est decantanda: missa q̄ media nocte cantetur in hora natiuitatis dominice pulegius aridum reuirescit. ¶ Octauo per creaturam que habet esse viuere ⁊ sentire: vt sūt animalia: vt enim scribitur in libro infantie. Joseph cum maria proficiscens bethleem duxit bouem: de cuius precio venditi viueret: ⁊ asinum vt pregnantem commodius portaret. Natū ꝓo christum ipsa duo animalia cognoscentes eundem flexis genibus adorauerūt: vt impleretur illud Isaie. i. Cognouit bos possessorem suum: ⁊ asinus presepe domini sui. Modico etiam tempore ante natiuitatē christi: vt ponit Eusebius: boues arantes bubulco dixerunt: homines deficient ⁊ segetes proficient. ¶ Nono ostensa est per creaturam: que habet esse viuere sentire ⁊ intelligere: vt sunt angeli homines ⁊ demones. Nā vt dī Luc. ij. Dum pastores circa turrē hora natiuitatis dominice super gregem suum vigilarent: vt de more antiquorū pastorum fuit: in vtroqꝫ solstitio estiuali. s. ⁊ hyemali facere: angelus domini illis cum nimia claritate apparuit: eisdem natum saluatorem nunciauit: ⁊ vt ad eum visitandum pergerent admonuit: ⁊ subito facta est cum angelo multitudo militie celestis laudantiū ⁊ dicentium. gloria in altissimis deo ⁊c. ¶ Item ostensa est per hoies fideles ⁊ infideles: nā fideles pastores summo diluculo ad ꝟbum natum videndū festinarunt: ⁊ q̄ dicta erant illis: vera cognouerūt: ⁊ mirati redeūtes eiusdem natiuitatis testes fuerunt. Item ⁊ ꝓphete omnes veteris testamenti: qui huius natiuitatis nuncij ⁊ preсones extiterunt: ipsamqꝫ futuram infallibiliter verissimis oraculis predixerunt que ꝑ singula narrare nō est opus. ¶ Item cognita ⁊ manifestata fuit etiā ꝑ infideles. De hac natiuitate balaam ariolus ꝓphetauit numeri. xxiiij. Orietur stella ex iacob ⁊c. Item virgilius in bucolicis. Magnus ab integro seclorū nascit ordo. Jam redit ⁊ virgo: redeūt saturnia regna. Et noua ꝓgenies celo dimittit alto ⁊c. Itē sibylla erythrea q̄ fuit tꝑe troianorū inter cetera ait. In nouissimis aūt tꝑibus humiliabit deus ⁊ humanabit ꝓles diuina: iacebit i feno agnus: ⁊ officio puellari educabit deus ⁊ homo ⁊c. Itē scribitur in cōmēto boetij de disciplina scholastica sup illo verbo: platonis ꝓbata diuinitas: ꝙ in tumba platonis reperta est lamina aurea: i qua scriptū erat. Credo in filium dei nasciturū de virgine passurū ꝓ humano genere: ⁊ die tertia surrecturū. ¶ Itē manifestata est ꝑ demones. Refert thimotheus historiographus: se i antiquis romanorū chronicis inuenisse ꝙ octauian⁹. xxxv. anno imperij sui capitoliū ascendit ⁊ q̄s post se rēpublicam gubernaret a dijs quesiuit. Et respōsum est sibi ꝙ puer hebreus ex deo viuente ante secula genit⁹: nō multum post ex intacta virgine nascitur⁹. ¶ Utilitas autē inestimabilis est nobis collata ꝑ xpi natiuitatē. Prio quantū ad demonis ꝯfusionē. Nā antiquus hostis nobis: vt ante: preualere nō pōt. vnde legit ꝙ hugo cluniacensis in vigilia natiuitatis dn̄i vidit beatā virginē filium in vlnis gestantē: ⁊ de festo natiuitatis filij cōgaudentē: atqꝫ inimico nostro: qui ante hunc diem hoībus preualebat insultantem. Ad quam vocem diabolus de humo erupit et verba dominice exprobrare cepit. Sed mentita est iniquitas sibi: quia ab oratorio fratrum deuotio: a refectorio lectio a dormitorio stramentum vile: a capitulo patientia ipsum eiecit. ¶ Secūdo ad venie impetrationem vnde cum meretrix lasciua de venia desperaret: que ad penitentiam redire volebat: cogitans de iudicio reputabat se ream et inferno se dignam: de paradiso se immundam: de passione ingratam. Cogitans autem ꝙ pueri de facili placantur: puerum iesum per eius infantiam adiurauit: ⁊ ante christum deflens vocem de sua venia audire meruit..

¶ Tertio ad morbi curationem. Nam vt dicit Bernardus triplici morbo laborabat genus humanum.

Natiuitas

Natiuitas erat immunda: vita peruersa: mors periculosa: venit christus cuius natiuitas nostram purgauit: cuius vita nostram instruxit: cuius mors nostram destruxit. ¶ Quarto ad superbie humiliationem. Nam superbia primi hominis fuit contra deum: quia eius preceptum contempsit vsq ad deum: q2 vsq ad appetitum diuinitatis se erexit: supra deum volendo: quod deus noluit. Et filius dei: vt dicit damascenus: humiliauit se pp̄ter homines: q2 venit pp̄ter eorum salutem: vsq ad homines pp̄ter nascendi modum consimilem: et supra homines pp̄ter natiuitatis modum singularem. Hec damascenus.

¶ De sancta Anastasia martyre et socijs. Cap. iij.



Anastasia nobilissima romanorum filia pretextati illustris et gentilis a matre sua fausta christiana et a sancto chrysogono i fide christi erudita est: que tēpore diocletiani martyrium passa est. Nam tradita publio pagano in coniugem: langorem simulans se semp ab eius consortio abstinebat. Sed vir audiens eam tum vna ancilla christianis carceratis necessaria ministrare: eā in artissima custodia reclusit: ita vt etiā alimoniam denegaret. Que vincta sancto chrysogono amarissimas epistolas destinabat: ille vero cōsolatorias remittebat. Inter hec vir eius moritur et sancta a carceribus liberatur. Hec habebat. iij. ancillas et sorores virgines. s. agapē: thioniā et hyrenē. Quas vrbis prefectus dulcius vti christianas tenuit et eas nolentes cōsentire sibi nec dijs sacrificare martyrium pati fecit: vt habebitur. iij. nonas aprilis. Post quarum passionē anastasiā de cōsensu diocletiani cōprehendit: vt si eam sacrificare faceret in coniugium haberet. Quā cum ductam in cubiculum amplexaretur subito cecus efficitur et ad deos accedens si a cecitate liberari possit sciscitat. Qui eos contra se indignatos audiuit: eo q2 anastasiā cōtristauit. Et rediens domum inter manus ducentium expirauit. ¶ Post hec anastasia ab eius successore detenta ē. Qui audito q2 multas possessiones haberet: eidem suadere cepit: vt si vellet libere christianitate perfrui possessiones suas sibi daret: et tunc vera christiana eēt: eo q2 xp̄s omnia eroganda iussisset. Que cum eidem responderet facultates pauperibus: non aūt diuitibus erogandas diro carceri fame cruciāda tradit: sed a sancta Theodora: que iam martyriū passa fuerat: duobus mensibus celesti pane reficitur. Tandem cū ducentis virginibus ad insulas palmarias ducta est vbi multi christiani fuerant relegati. Inde post aliquot dies a prefecto reuocata et ad palos ligata ignibus concrematur: ceteri vero diuersis supplicijs perierunt. Inter quos vnus erat qui pluribus diuitijs spoliatus dicebat: saltem christum sibi auferri non posse. Corpus autem sancte anastasie in eius viridario quedam apollonia sepeliuit: vbi postmodum in eius honore ecclesia fabricata est. Passa est aūt viij. calen. ianuarij circa annum domini. cclxx.

¶ De sancta Eugenia virgine et martyre. Cap. iiij.



Eugenia filia philippi nobilissimi romanorum fuit tēpore valeriani et galieni imperatorum: qui quidem philippus a senatu prefectus alexandrie constitutus claudiam vxorem suam: et filios adiutum et sergium ac filiam eugeniam secū duxit. Que eugenia vna cum proto et hiacyntho eunuchis et seruis suis studens: oībus liberalibus artibus erudita. anno xv. etatis sue ab aquilino aquilini consulis filio in coniugium petitur: sed ipse ab eadem in virum cōtēnit. Et dum in libris apostoli studuisset animo iam christiana protum et hiacynthū conuertit. Et assumpto habitu viri ad monasterium monachorum: quod erat extra ciuitatem alexandrie: quibus pmittebatur a paganis ibidem habitare: ipsa accessit et se virum simulans cum proto et hiacyntho fieri monachus postulauit. Quā abbas helenus per spiritum feminam cognoscēs eam nihilominus de virili animo commendauit: et ipsam vna cum socijs monachos fecit: que in dei timore permansit: et eugenius vocatus i sanctitate vite pseuerās: post abbatis obitū in regimine successit. Parentes igit eā diudū requirētes et nō inuenientes lugebāt: sz vates gentiliū vaticinant filiā et socios inter deos trāslatos. Qua de re pf filie imaginē fecit: et eā vt deā adorari mādauit. ¶ Tpis processu dū matronā melanthiā noīe eugenia oleo pungens a quartana liberasset. Illa fratrē eugeniū virū eē arbitrās: eūq3 sepius visitās in eius amorē exarsit: et cogitās qualr secū cōmisceri posset: langorē simulās p eo misit. Que tanq̄ virū dū illa osculis et amplexibus ad concupiscentiā pvocaret: eiq3 amorē suū panderet: et ille sermonibus et actibus facinus oīmode recusaret: cōfusa mulier et dubitās ne eugenius factū pderet et sic verecundiā ipsa incurreret: clamare cepit: q2 se eugenius voluerit violare: prefectūq3 philippū adijt: et de crimie eugeniū accusauit. Tunc pfectus ira accensus tā ipsam q̄ cūctos xp̄ianos reptos cōprehēdi iussit: diemq3 statuit: quo oēs interirēt morsibus bestiarū. Eugeniumq3 sibi astantē interrogat: an xp̄s adulteria doceat. Cūq3 hoc virgo cōmisisse negasset: et melanthia seruos et ancillas prout ab ea docti fuerāt: testes adhibuisset. Eugenia p defensione veritatis: et ne christianū noīe falsitate confunderet: a summo vsq3 deorsum coram prefecto vestem scidit: et se feminā eē ostendit: eugeniam videlicet philippi filiā et socios protum et hiacynthū omnibus declarauit. Moxq3 pater filiam cognoscens cū matre et fratribus in eius amplexus irruit: et pre gaudio lachrymas fudit. Melantia aūt cum oībus suis a fulmine interēpta est. Sicq3 eugenia parentes et fratres ad fidē conuertit:

unde ⁊ philosophus prefecturam deserens a christianis episcopus ordinatur: quo per martyriū assumpta claudia cum filijs ⁊ eugenia romam rediyt: vbi ⁊ virgo multos ad christum conuertit. Quā prefectus nicenus tentam fecit adduci ad templum diane vt sacrificaret. Sz dum eugenia orationem fudit: templum cum idolo subuersum est multis paganoꝝ eam clamantibus innocentem. Jussu igitur presidis ligato saxo ad collum eius in tyberim iactatur: sed sup aquas manens minime mergitur: inde in fornaces thermarū mittitur: sed igne extincto illesa educitur. Post hec per dies .xx. sine lumine ⁊ cibo carceri mancipata: sed a christo eam celesti pane reficiente confortata est: qui die quo ad terras descenderat: promisit eam ad celestia subleuare. Die igit natalis domini misso spiculatore a prefecto in carcere decollatur: videlicet .viij. calen. ianuarij. Cuius corpus a christianis iuxta vrbem in proprio predio sepultum est. Ad cuius tumulum dum mater oraret: eidem apparuit eamqꝫ confortans die dominico proximo in christo pausaturam nunciauit. Que die sibi predicto ad christū migrauit: ⁊ a filijs adiuto ⁊ sergio iuxta eugeniam sepulta est: qui ⁊ post tempus multis paganorū conuersis quieuerūt in domino: sepulti ⁊ ipsi a fidelibus iuxta matrē ⁊ germanam.

¶ De sancto Stephano prothomartyre. Capitulum .iiij.



Stephanus prothomartyr vnus de septem diaconibus ab apostolis ordinatus est in ministerium viduarū vt habetur actuum .vj. Crescente enim numero discipulorum conuersi ex gentibus aduersus cōuersos ex iudeis murmurare ceperunt: eo ꝙ despicerentur in ministerio quotidiano vidue eorū. Conuocata ergo multitudine per apostolos decreuerunt eligere septem viros boni testimonij super tali opere constituendos: ad hoc vt ipsi omnibus curis tēporalibus depositis predicationi intentius vacare possent. Sicqꝫ elegerūt septem diacones primos: quorum prior ⁊ primicerius extitit stephanus protomartyr: philippus qui eunuchū baptizauit: ⁊ fuit episcopus in thracia asie: et procorus qui fuit episcopus nicomedie bithynie: ⁊ nicanor: ⁊ parmenas: ⁊ timon: ⁊ nicolaus: qui postea apostatans hereticus fuit: a quo ⁊ nicolaite dicūtur: ⁊ orantes eis manus imposuerunt ⁊ diacones ordinauerūt. ¶ Stephanus autem plenus gratia ⁊ fortitudine: faciebat signa magna in populo: inuidentes igitur sibi iudei: triplici modo eum superare studuerunt: scilicet disputatione: testium productione: ⁊ tormentoꝝ illatione. Et in qualibet pugna adiutorium de celo sibi datū est. In prima datus est ei spiritussanctus: qui facūdiam ministrauit. In secūda vultus angelicus: qui falsos testes confutauit. In tertia christus visus est adiuuare paratus: qui martyrem cōfortauit. ¶ Ponitur ergo prima pugna. Surrexerunt autem quidam de synagoga libertinorū idest de seruitute manumissorum ⁊ cyrenensium ⁊ alexandrinorum ⁊c. disputantes cum stephano. Ecce primū prelium. Et non poterant resistere sapientie ⁊ spiritui qui loquebatur. Ecce adiutorium. ¶ Ponitur post hoc secunda pugna. Quia submiserunt falsos testes: qui eum accusabant de blasphemia in deum: in moysen: in legē: ⁊ in templum. Ecce secundum prelium. Et intuētes in eum omnes qui sedebant in concilio videbant faciem eius tanꝙ faciem angeli. Ecce auxilium. ¶ Deinde ponitur secunde pugne victoria. Nam principe sacerdotū eū interrogante: si hec ita se haberent de quattuor blasphemijs sibi impositis se excusat. ¶ Primo de blasphemia in deum: dicens deum qui locutus est patribus deū glorie fuisse. ¶ Secundo de blasphemia in moysen cōmendans moysen: a feruore zeli: quia percutientem iudeum egyptum interfecit ab operatione miraculorum que in egypto ⁊ deserto ostēdit: ⁊ a familiaritate dei: quia cum deo locutus fuit. ¶ Tertio de blasphemia in legē Nam commendat legez ex parte dantis: qui fuit deus: ex parte ministrantis qui fuit moyses: ⁊ ex parte finis qui dat gratiam. ¶ Quarto de blasphemia in tabernaculum ⁊ templum: commendans tabernaculum quod fuit a deo fieri preceptum: in visione ostensum: a moyse perfectum: ⁊ arce testimonij contentiuum: templū autē dixit tabernaculo successisse. Hec omnia legentibus textum act. vij. satis patere possunt. ¶ Ultimo ponitur tertia pugna. Nam audientes hec dissecabant cordibus suis: ⁊ stridebant dentibus in eum: quasi iam illum animis lapidantes. Quos beatus stephanus tribus modis conatus est corrigere. s. ¶ Primo pudore eis duritiam cordis ⁊ necis sanctorum scuitiam improperās. Dura inquit ceruice ⁊ incircuncisis cordibus ⁊c. Et increpabat eos ꝙ spiritui sancto restiterunt ꝙ prophetas psecuti sunt ⁊ ꝙ crescēte malitia eos occiderūt ¶ Secundo corripit eos timore: ꝫ hoc ꝙ iesum stantem a dexteris dei perhibuit: quasi ad suum adiutorium preparatum. Ecce inquit video celos apertos ⁊c. quod audientes iudei clamantes voce magna continuerūt aures suas: quasi blasphemiam abhorrentes: ⁊ impetum facientes in eum: ⁊ eijcientes eum extra ciuitatem lapidabant: quorū priores testes lapidare incipientes sm legem: vt expeditiores essent deposuerunt vestimenta sua secus pedes Sauli adolescentis: qui manibus omnium lapidabat. ¶ Tertio corripit eos amore: dum pro se ⁊ pro ipsis orauit: pro se ne passio sua prolongaretur. dicens: domine accipe spiritum meum: pro ipsis: ne sibi peccatum imputaretur. Nam positis genibus clamauit voce magna dicens. Domine ne statuas illis hoc peccatum. Et vide amorē mirabilem: quia pro se orando stetit: pro lapidantibus genua flexit: pro se silenter orauit: pro illis voce magna clamauit. In hoc etiā christum imitatus in passione: qui pro se orauit dicens. Pater in manus tuas commendo spiritum meum: et pro inimicis dicens. Pater ignosce illis: non enim sciunt quid faciunt. Et cum hoc stephanus dixisset obdormiuit in domino. Cuius corpus gamaliel et nicodemus occulti christi discipuli in agro ipsius gamalielis sepelierunt: ⁊ fecerunt planctum magnum super eum. ¶ Et celebratur hoc festum ab ecclesia sequenti die post natiuitatē domini. s. vij. calen. ianuarij. Reuera tamen lapidatio sancti stephani facta fuit eodem ascensionis anno .iij. videlz nonas augusti quo die festū inuentionis eius celebrat. Inuentio aūt ad litterā cōtigit .vij. calen. ianuarij. Ecclesia tamē hec festa cōmutauit duplici de causa. ¶ Primo ꝙ vt dicit in sermōe augustini: hesterna die dominus natus est in terris vt stephanus hodie

nasceretur

nasceretur in celis. ¶ Secundo quoniam propter festū natiuitatis domini precedens festum inuentionis solennius celebratur ꝙ festum passionis: quod inconueniens erat: ⁊ ob hoc festa mutata sunt: vt dies passiōis eius solennius celebretur.

¶ De sancto Dionysio papa ⁊ martyre. Capitulum .v.

Dionysius papa ⁊ martyr: cuius genus non inuenit. Sixto scdō in episcopatu successit: ⁊ sedit annis .ij. et mensib⁹ .iij. qui vt dicit ado fidei documentis sub Claudio secundo imperatore clarus effulsit. Hic ī vrbe diuisit perecias: singulis singulos dans presbyteros propter penitentes suscipiendos ⁊ propter baptisma. Hic etiā pecias ⁊ cymiteria per regiones diuisit: ⁊ vnicuiqꝫ ius proprium statuit: mandans vt singuli terminis suis cōtenti eēnt ⁊ alienos non vsurparent. Qui et martyrio coronatus sepultus est cum fratribus suis .vij. calen. ianuarij. ⁊ cessauit episcopatus dies .viij.

¶ De sancto Marino martyre. Capitulum .vj.



Marinus puer ⁊ martyr passus est in vrbe sub prefecto martiano: qui fuit filius senatoris ⁊ primarij ciuitatis. Hic a prefecto tentus dum se christianum profiteretur. Primo quidem extensus ⁊ loris durissimis dorso ⁊ ventre flagellatus: deinde vinctus in custodiam missus est. die vō sequēti eductus equuleo suspenditur: ⁊ vngulis laniatur: post modum sera lignea ⁊ machina lapidea alligatur: vt membra eius diuiderentur. Sed dum tracta machina puer illesus permaneret: in arborem scissam immittitur: vt constrictus spiritum exhalaret. Dei tamen virtute arbore in duas partes diuisa: craticule accense superponitur plumboqꝫ perfunditur liquefacto: moxqꝫ nutu dei fluuius aque inundans ignis calorē extinxit. Post hec supplicio commentariensi traditus est: a quo in furno accenso mittitur: sed rore celesti refrigeratur. Deinde a prefecto martiano in caldariam plenam pice liquefacta iactatur: que hincinde ebulliens sanctum dimisit intactum. Preter hoc in harenario bestijs subiect⁹ est: ⁊ leone quidem collum eius leniter amplexante: leopardo pedes lingente parda cum tigride man⁹ ipsius osculabantur. Leena vō ⁊ vrsus que vestes sancti dilaniare ceperunt: confestim extincte sunt. Postmoduꝫ in flammas iniectus dum illesus exisset in caminum ignis missus est: cum quo duo angeli descendentes eum incolumem die sequenti eduxerunt. Nouissime autem dum a prefecto suasus se deos adorare velle simularet omni populo romano vocato statuam serapis orans in puluerem redegit. Quem prefectus decollari precepit. Corpusqꝫ ei⁹ in precipitium mitti: vbi ⁊ latronum corpora iactabant vt sepultura careret. Orta autem tempestate cum coruscatiōib⁹ nimijs fugientibusqꝫ ministris a sancto theophilo episcopo corpus raptum digna veneratiōe sepultum est .vij. calen. ianuarij. Martianus autem pro hoc scelere ⁊ alijs a deo percussus vermibus ex ipsi⁹ ebullientibus ore infelicem animam exhalauit.

¶ De sancto Joanne apostolo ⁊ euangelista. Cap. vij.



Joannes apostolus ⁊ euāgelista quē iesus amauit plurimum: filius zebedei fuit et frater iacobi maioris: quem christus vocauit de nuptijs: qui supra pectus dn̄i in cena recumbens fluenta euāgelij de ipso sacro dominici pectoris fonte potauit: et ceteris apostolis fugientibus magistrū nunꝙ ī passione deseruit: cui ⁊ iesus in cruce moriēs matrem virginē virgini commendauit: ⁊ post eius ascensionem vsqꝫ ad obitum virginis ad eius semper custodiam permansit: vt dicit hieronymus. Huius vitam inclytus episcopus discipulus eius scripsit. Hic apostolis ad predicādū diuisis apud asiam predicauit: vbi ⁊ multas fundauit ecclesias. Qui sub secunda post Neronem persecutione christianorum quam Domitianus exercuit: apud ephesum a consule comprehensus ⁊ romam ductus: dū apud portam latinam in dolio feruentis olei missus illesus exisset: vt in alio eius festo .ij. nonas maij dicetur: ab eodem pcōsule in pathmos insula relegatus apocalypsim conscripsit. Eodem autem anno Domicianus a senatu romano interfectus est: omniaqꝫ eius acta ⁊ per ipsum ⁊ eius officiales iudicata cassata fuerunt. Sicqꝫ factuꝫ est: vt sanctus ioannes qui cum iniuria ad exilium fuerat deportatus: cum honore ad ephesum reductus eēt: omni populo sibi occurrente ⁊ clamante: benedict⁹ qui venit in nomine domini. Cum autem ingrederetur ciuitatem drusiana eius discipula: que aduentus ipsi⁹ desiderio fuerat fatigata: efferebatur mortua flentibus et lamentantibus grauiter tam parentibus ꝙ pauperibus orphanis ⁊ viduis: quibus indigentibus ministrabat. Apostolus ergo feretrum iussit deponi: ⁊ corpus resolui: eamqꝫ propū nomine vocans: mandauit vt surgeret: ⁊ domum rediens refectioneꝫ sibi prepararet. Que statim quasi non de morte sed de somno vocata surrexit: ⁊ iussa perfecit. Ad quod miraculum multi conuersi sunt. ¶ Altera die Craton philosophus vt ostenderet qualiter mundus esset contēnendus duos fratres iuuenes ditissimos omnibus venditis duas gemmas emere fecerat easqꝫ in conspectu populi frangi iusserat. Quod videns apostolus philosophum aduocauit: ⁊ talem mundi contēptum damnauit: tum qꝛ ore hominuꝫ laudabat: ⁊ a deo reprobabat: tū quia sine vllo merito fiebat: eo ꝙ sua pauperibus non largirentur: ostendēs mundum esse ꝯtēnendum facultates hoīs pauperibus

erogando. Sed dum philosophus post disputationem ad hoc deuenisset: vt si Joannes gemmas confractas reintegraret: craton eius dictis fidem adhiberet. Apostolus oratione fusa fragmenta gemmarum colligēs ipsas consolidauit: statimq; craton cum duobus iuuenibus christo credidit. Illi vero iuuenes gemmis distractis precium pauperibus erogarunt. ⁋ Horum exemplo duo alij iuuenes cunctis pro christo datis discipuli Joānis effecti sunt. Sed die quadam videntes seruos olim suos vestibus fulgentes: ⁊ se vili pallio contectos contristari ceperunt: quod Joannes per spiritum cognoscens precepit: vt ad nemus ⁊ littus accederent: sibiq; lignorum fasces ⁊ lapillos apportarent. Et facta oratione virgas in aurum ⁊ lapillos in gemmas conuertit: quas eisdem apostolus tradidit dicens: vt per dies septem aurifices omnes ⁊ gemmarios circuirent: ⁊ aurum ac gemmas probari facerent. Qui post dies septem reuersi dixerūt: oēs illos operarios concordari se nunq̄ tam purum aurum ⁊ tam preciosas gemmas conspexisse. Tunc apostolus p̄dicta omnia sibi tradēs dixit: vt irent ⁊ possessiones distractas redimerent: ⁊ abinde diuites essent: vt in perpetuum mendicarent. Et quia nō valet deus coacta seruitia: pro libito gauderent libertate sua. Et introducta christi parabola de diuite epulone ⁊ lazaro vlceroso: cepit apostolus contra diuitias multa predicare. ⁋ Contigit autem stacteum quendam iuuenē qui triginta diebus ante vxorem duxerat defunctum tumulandū quem apostolus matris vidue ⁊ parentum precibus et lachrymis compassione motus: orans a mortuis suscitauit: ⁊ suscitato mandauit: vt que in alio seculo de duobus illis iuuenibus viderat enarraret. Qui multa de paradisi gloria quam ipsi amiserant: ⁊ de penis inferni quas acquisierant: prout sibi ostensum fuerat coram omnibus patefecit. Propter quod iuuenes compuncti vna cum stacteo resuscitato: pedibus apostoli prouoluti diuinā misericordiam implorabant. Apostolus ergo iuuenibus triginta dierum penitentiam imposuit: qua peracta gemme ⁊ aurum in priorem materiam virgarum ⁊ lapillorum redierunt: quas iuuenes ad sua loca pristina reportantes: in dei seruitio perseuerauerunt: ⁊ ceperūt cū apostolo miraculis coruscare. ⁋ Et dum tota ciuitas ephesiorum ioannem extollerent: pontifices idolorum seditionem in populo excitarunt: ita vt a multis de plebe Joannes traheretur ad templum diane: vt sacrificaret. Quibus ille hanc conditionem proposuit: vt aut ad inuocationem diane ipsi ecclesiam christi diruerent et ipse idolis sacrificaret: aut ipse ad inuocationem christi templum diane subuerteret: ⁊ ipsi in christum crederēt. Et cum huic sententie maior pars populi cōsensisset ad preces Joannis: omnes templum exeuntes a longe steterunt: ⁊ orante apostolo: templum funditus corruit: et imago diane penitus comminuta est. Aristodemus autē pontifex idolorū seditionem in populo concitauit. Quē dum Joannes interrogaret quomodo ipsum placare posset: respondit ei. si venenum bibens: quod ille sibi porrigeret: illesus permaneret. Et cum apostolus acquiesceret aristodemus vt eum a poculo subtraheret vel saltem deterreret: duos viros impetrauit a proconsule qui fuerant decollandi: quibus venenum potandum corā omnibus tribuit. Quod vt illi biberunt: confestim spiritū emiserunt: apostolus autem calicem accipiens et signo crucis se muniens venenum bibit: ⁊ per tres horas obseruatur nullam lesionem incurrit. Et dum populus christum verum deum clamaret. Aristodemus adhuc obstinatus apostolo instabat: vt si veneno defunctos excitare posset ipse proculdubio christo crederet. Cui Joannes pallium suum dedit ⁊ ipse in tunica mansit: eidēq; iussit vt inuocato christi nomine pallium sup corpora defunctorum poneret: eisdemq; vt resurgerent mādaret. Quod dum ille fecisset illico surrexerunt. Sicq; pontifex cum omni familia ⁊ parentela ⁊ multitudine maxima cōuertuntur: et .xij. milia virorum: exceptis paruulis et mulieribus a beato apostolo baptizantur. ⁋ Reperitur in x. libro historie ecclesiastice: ꝙ apostolus quendam iuuenem ferocem conuersum: cuidam episcopo depositi nomine commendauit: ⁊ ad partes alias accessit: post aliquod tempus iuuenis relicto episcopo: factus est princeps latronum. Rediens apostolus depositum repetit ⁊ episcopus de pecunia intelligēs quasi ignarus obstupuit. Cui apostolus de iuuene sibi commendato se querere declarauit. Et dum episcopus ioanni cum rubore factum narrasset: apostolus eum increpat eo ꝙ malum suo deposito custodem dimisit. Equum sibi parari iussit: ⁊ ad montem vbi iuuenis erat: festinus properauit. Quē iuuenis statim recognoscens pre verecūdia equū ascendēs fugiebat. Apostolus senectutis oblitus equū calcaribus vrget: ⁊ fugientem vocat: ⁊ ne patrem suum fugiat vel expauescat: post ipsum clamabat. Et vt ad penitentiam rediret dulciter admonebat offerens se pro eo christo responsurum: compunctus iuuenis reuertitur: ⁊ cū lachrymis conuertitur: ⁊ ab apostolo benigne suscipitur: ⁊ in virtutibus perseuerans tandem a magistro episcopus ordinatur. ⁋ Legitur etiam vbi supra: ꝙ cum Joannes ephesi balneum lauandi gratia introisset: et ibidem cerinthum hereticum inuenisset inde protinus exiuit: quo egresso balneum cecidit ⁊ hereticum cū suis oppressit. ⁋ Predicationem autem suā miraculis confirmabat: ita vt tactu vestimentorum eius egri curarentur: ⁊ demones fugarentur. Et vt dicit Hieronymus in sua decrepita senectute: vix ad ecclesiam discipulorum manibus ferebatur nec cum plura verba dicere posset: ad quālibet pausam hoc solum dicebat: filioli diligite alterutrum. Ibiq; vsq; ad Traiani tempora perseuerās totius asie fundauit ⁊ rexit ecclesias. ⁋ Et cū esset annorum .lxxix. sm Isidorum .lxviij. a passione domini anno apparuit ei christus cum discipulis alijs: qui iā oēs ad celestia migrauerant: eumq; ad eternas epulas inuitauit: ⁊ dominica futura die ad se illum venturum esse predixit. Igitur in subsequenti dominica omni populo ad ecclesiam conueniente: que in eius adhuc in carne agentis nomine fuerat fabricata a primo pullorum cantu vsq; ad sextam predicauit eisdem: hortans illos: vt in fide essent stabiles ⁊ in mandatis feruentes. Post hec iuxta altare foueam quadratam fieri iussit ⁊ terram extra ecclesiam iactari. In quā beatus euangelista descēdens expansis manibus gratias deo egit: ⁊ orationem deuotissimam fudit. Qua finita tanta super eū lux emicuit: ꝙ a nemine videri potuit. Recedenteq; lumine fouea reperta est manna repleta: quod ibidem vsq; hodie generatur. Ita vt in fundo fouee instar minute harene scaturire videatur: sicut in fontibus fieri consueuit: propter quod ipsum in corpore ⁊ anima celo assumptū plurimi asseuerant. Cuius depositionis dies ab ecclesia celebratur .vj. calen. ianuarij.

⁋ De sctō Maximo episcopo alexandrino. Cap. viij.



Aximus episcopus alexādrinus fuit. Qui satis clarus ⁊ insignis de titulo confessionis factus est. Qui ⁊ in pace quieuit .vj. calen. ianuarij: apud eandem vrbem condigne cumulatus. hec vsuardus.

⁋ De sancto Maximo episcopo taurinen. Capitulum. ix.

Maximus



Maximus eps taurineñ. claruit tpe honorij imperatoris: qui in homelijs ⁊ sermonib⁹ componendis: ⁊ in ecclesia declamādis studuit eleganter: vir in diuinis scripturis intentus: ⁊ ad plebē instruendā sufficiēs. In apostolorum laudes ⁊ Johannis baptiste ⁊ generales omnium martyrum homelias ⁊ tractatus edidit. De sancto Eusebio Vercelleñ. duos tractatus composuit. Et sancti Cypriani specialem de baptismi gratia Librum de auaricia ⁊ hospitalitate. De defectu lune De elemosynis. De ieiunio seruorū dei generali. De ieiunio speciali quadragesime. De eo quod in Esaia scribitur Caupones tui miscent vino aquā. De passione domini. De iuda ꝓditore. De cruce domini. De sepulchro eius. De resurrectione ipsius. De accusato ⁊ incusato domino apud Pilatū. De calendis ianuarij. Composuit etiam homelias plurimas: videlicet. De natiuitate domini. De epyphania. De penthecoste. De hostibus carnalibus non timendis. De gratia post cibum deo agenda. De penitentia niniuitarum: ⁊ alias multas. Quieuit autem honorio ⁊ theodosio iuniore imperantibus. Hec gennadius de illustribus viris.

¶ De sanctis Innocentibus martyribus. Cap.x.



Innocentes martyres ab herode ascalonita interfecti sunt. Tres enim fuerunt herodes propter eorum infamem crudelitatem famosi. Primus fuit herodes dictus ascalonita: sub quo natus est dominus: et pueri occisi sunt. Secundus fuit herodes antipas: qui Johannem decollauit. Tertius agrippa q̄ Jacobum occidit: ⁊ petrum incarcerauit. ¶ Herodes ergo ascalonita fuit filius antipatris idumei: qui neptē regis arabum duxit vxorem: ex qua hunc filium habuit herodem: vt dicitur in hystoria scolastica: qui postmodum ascalonita dictus a cesare augusto primus ex gentibus iudee regnum accepit: ⁊ tunc ablatum est sceptrū de iuda iuxta prophetiam iacob. Huic sex filij nati sunt: scilicet antipater: alexander: aristobolus: archelaus: herodes antipas: ⁊ philippus. Alexandrum autem ⁊ aristobolum ex eadem matre iudea genitos romam misit liberalibus artibus imbuendos: qui facti acerrimi oratores de susceptione regni cum patre contendebant. Pater vero antipatrem illis preponere satagebat. Cumq̃ illi de patris morte tractassent ab eo deȝ reiecti: cesarē adeunt de patris iniuria conquesturi. ¶ Interea magi hierusalem veniunt: ⁊ de ortu regis iudeorū querunt. Herodes hec audiens turbatur: timens ne de iudeoruȝ semine natus esset: qui ipsum alienigenaȝ expelleret. Rogatq̃ magos: vt inuentū regem sibi renuncient: simulans se adorare velle: quem perdere iam cogitabat. Verumtamen magi per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Videns herodes eos nequaq̄ ad se reuersos: stelle visione deceptos ad se redire erubuisse putauit: ⁊ ideo ab inquisitione pueri animum reuocauit. Sed audito que pastores dixerant: ⁊ que symeon ⁊ anna prophetauerant: vehementer timuit: ⁊ se a magis illusum cognouit. Et ex tunc de nece puerorum: qui erant in bethleem: tractare cepit: vt cum eis illum quem ignorabat occideret. Et ad monitionem angeli ioseph cum puero ⁊ matre in egyptum in ciuitatem hermopolim fugit: ibiq̃ septem annis vsq̃ ad obitum herodis permāsit. Ingresso igitur domino in egypto secundum Ysaie prophetiaȝ. Vniuersa ydola corruerūt. ¶ Refert cassiodor⁹ in triptita ꝙ in hermopoli thebaide dicitur esse arbor que vocatur persidis valens in salutem egrorum: si fructus vel folium vel cortex collo languientis alligetur. Hec arbor vsq̃ ad terram inclinata virginem cum filio fugientem adorauit. ¶ Dum igitur herodes de nece puerorum disponeret: a cesare citatus est filiorū accusationibus responsurus qui cum per tarsum iter faceret. Intellexit ꝙ magos naues tarsensium transiuissent: quas omnes in spiritu vehementi combussit: vt fuerat predictum. Et dum ipse coram imperatore disputans contra filios obtinuisset: et in regnum confirmatus audacior factus esset: reuersus hierusalē occidit omnes pueros: qui erant in bethleem a bimatu ⁊ infra: secundum tempus quod exquisierat a magis id est infantibus duorum annorū vsq̃ ad pueros vnius noctis. Didicerat enim a magis ea die: qua eis stella apparuit dominum natum esset quia annus fluxerat ex quo romam ierat christum anniculum et aliquorum dierum supra esse credebat. Ideoq̃ supra etatem eius vsq̃ ad bimos descendit in pueros. In qua persecutione centum ⁊ quadragintaquattuor milia infantes interfecti esse creduntur: qui ⁊ in Apocalypsi capitulo .xiiij. describuntur. Inter quos dei iudicio vnus paruulus filius herodis ad nutriendum traditus ignoranter a carnificibus est occisus. vt dicit Macrobius. ¶ Herodes autem de tanto scelere a deo acriter punitus est: vt in scholastica dicitur. Vt qui multos orbauerat filijs: ipse suis miserabiliter orbaretur. Nam alexander ⁊ aristobolus iterum patri suspecti confessi sunt ab eo contorti: ꝙ tonsori pecuniam promiserant: si eum iugularet. Ob hoc pater iratus eos occidi fecit. Antipatrem autem futurum regem constituit: ⁊ eidem herodem antipam substituit. Et cum herodem agrippam ⁊ herodiadem vxorem philippi: quos ex aristobolo susceperat: paterna dilectione foueret. His duabus de causis antipater contra eum odium concepit intantum: ꝙ eum veneno perimere attentauit. Quod sentiens herodes eum in carcerem posuit. Ipse autem annorum septuaginta grauissimam infirmitatem incurrit. Nam febre valida: prurigine corporis colli continuis tormentis pedū inflatione vermescē-

t bus testiculis: intolerabili fetore ⁊ crebro anhelitu tor-
quebatur. Audiensqꝫ iudeos mortem suam cum gaudio
expectare nobiles multos iudeorum carcerauit mandans
salome eius sorori: vt cum spiritum emitteret omnes de
tentos occideret: vt sic omnis iudea ipsum defleret vel
inuita. Et cum sumpto cibo iuxta morem suum pomum
purgare vellet quod comederet: tenens manu gladium
tussi violenta fatigatus seipsum percussit: non tamen to-
taliter se occidit eo quod a consobrino aliqualiter deten
tus fuit. Et cum sonitus in aula de morte regis percur-
reret: ⁊ antipater se relaxandum exultaret. Herodes hoc
audiens eum occidi fecit: ⁊ archelaum post se regnaturū
instituit. Sicqꝫ post dies quinqꝫ infelicissimus vitam fi-
niuit. Salome autem soror eius omnes quos rex occidi
mandauerat relaxauit. Innocētes autem martyres sub
dievno passi ab ecclesia recoluntur videlicet quinto calē
das Januarij.

¶ De sanctis Eutityo ⁊ florentio
confessoribus. Cap. xl.


Eutitryus ⁊ florentius serui dei circa tē-
pora gothorū in nursie partibus floruе
runt: quorum primus actiue viter predi
cationi: secundus vero contemplatiue ⁊
orationi vacabat. Eutitryus vero in ab-
batem cuiusdam monasterij in partibꝰ
illis positi electus: licet dudum renue-
ret tamen pro salute proximi animatus consensit: ⁊ solū
socium dereliquit. Florentius ergo solus existens orauit
ad dominum vt sibi consortiū aliquid largiretur. Moxqꝫ
ante fores cellule vrsum reppererit: demisso capite nihil
feritatis ostendentem: quasi ad viri dei obsequium pre-
paratum. Cui vir imposuit vt quattuor vel quinqꝫ oues
quas habebat ad pastum duceret ⁊ custodiret: ⁊ ad sextā
vel nonam hore rediret. Qui iussa complens pastoris cu
ram gerebat: ⁊ hora sibi semper assignata cum omnibus
redibat: ⁊ quas manducare consueuerat: pascebat oues
bestia ieiuna: atqꝫ in omnibus mandato viri dei obtem-
perabat: vt neqꝫ ad sextam iussus rediret ad nonam neqꝫ
ad nonam iussus rediret ad sextam. Sed dum tanti mi-
raculi fama crebresceret quattuor ex discipulis eutitrij quasi
inuidentes quod eorum magister miracula non faceret sicut
florentius faciebat: vrsum latenter occiderunt. Quē die
altero percussum sanctus inueniens ⁊ dolens admodum
inquirens diligenter: qui fuerant occisores cognouit fra
trumqꝫ maliciam ⁊ vrsi consocij mortem deplorans.
Quem eutitryus ad se deductum consolari cepit florētius
vero imprecans se habere spem in deum aiebat quod in hac
vita vindictam manifestam reciperent: qui nil se leden-
tem vrsum eius occiderant. Et post dies modicos quat-
tuor monachi qui vrsum occiderant: elephantie morbo
percussi membris putrescentibus interierūt. Quod san
ctus florentius omni vite sue tempore flebat: quia exau-
ditus fuerat: ⁊ se quodammodo in eorum morte homici-
dam reputabat. ¶ Dyaconus quidam ad eum veniens
vt se eius orationibus commendaret cellulam eius ser-
pentibus reperit in circuitu plenam: ⁊ timens sanctum
inuocauit. Qui egressus orauit: et cum nimia serenitas
esset: subito tonitruum factum est: quod serpentes om-
nes interemit. Moxqꝫ tot aues venerunt quot serpētes
occisi fuerant: ⁊ singule singulos rapientes asportarunt
¶ Eutitryus vero magis post mortem miraculis claruit
Inter que illud precipuum fertur quod vsqꝫ ad longobar
dorum tempora perdurauit. Nam quotiens pluuia de-
ficiente estu nimio terra exureretur ciues vrbis tunicam
illius leuatam circumferebant: cum qua dum per agros
orantes pergerent repente pluuia tribuebatur: que ple
ne terrā satiare potuisset. Quieuit autem in christo san-
ctus eutitryus quinto calen. Januarij: quo etiam die fe-
stum consocij florētij in illis partibus colebat. Hec gre
gorius in dyalo. cap. xv.

¶ De sctō elphego epō ⁊ martyre. Cap. xlj.


Elphegus cantuarien. archiepiscopus
⁊ martyr floruit tempore henrici secun
di imperatoris. Qui nobili genere lit-
terarum scientia imbutus in loco qui
dicitur balneum adhuc iuuenis se in-
clusit: ⁊ heremiticam vitā ducens post
quam plures discipulos congregauit: mo-
nasterium construxit: fratribusqꝫ prepositum delegauit
se quoqꝫ separatim in arta cellula posuit maiora tamen
quedam sibi delata corrigebat. Dum autem quidam ex
frenes monachi medijs noctibus in certo loco ieiunia co
medentes frangerent: vno ipsorum repente defuncto
strepitus maximi per cenobium sonuerunt vocesqꝫ per-
cutientium ⁊ percussi lamenta audita sunt. Quod san-
ctus audiens monasterium intrans corpus defuncti in
terra prostratum reperit ictibus contusum. Quod dum
socij ceteri mane vidissent compuncti ad penitentiam
redierunt: et locum vbi corpus defuncti inuentum est:
illud esse in quo deliquerant confessi sunt. ¶ Inter-
ea defuncto ventono episcopo dum pro electione multi
desiderent: sancto dūstano archiepiscopo apparuit san
ctus andreas apostolus qui ei elphegum eligendum im
perauit. Et dum ille visa narrasset vota omniū in elphe-
gum concurrerunt. Qui factus episcopus mira se peni-
tentia affligebat: ⁊ pauperibus liberaliter erogabat: re
uelatur: quoqꝫ sancto dūstano elphegum sibi successorem
futurum quod anno domini. cvj. impletum est elphego
de ventona cantuariam translato. Hic post dies paucos
romam peregrinus adiens: dum ausonie hospitatus es-
set a quibusdam ex ciuibus noctu eum inuadētibus om
nibus suis spoliatus ⁊ ex vrbe eiectus est. Necdum longe
discesserat: ⁊ ecce subito tota ciuitas ausonie inflamma
tur. Quod illi conspicientes ⁊ sanctum insequentes abla
ta sibi restituere se offerunt: eiusqꝫ misericordiam petūt
eo quod diuinam ex hoc vltionem in se recognoscunt.
Sanctus igitur ad vrbem rediens oratione breui: quod
dictu mirum est: flammam prius in aere suspendit: ⁊ post
hec ab vrbe totaliter incendium excussit: multisqꝫ obla-
tis sola sua recepit: eosqꝫ de sibi illata iniuria corripuit.
¶ Dum igitur danicum duce suo thurolo pirate pessi-
mi tam mare britannicum quam terras predarentur: a
rege elthbredo: qui omnino imbellis ⁊ pusillanimis erat
eijci non valebant. Sanctus autem archiepiscopus ho-
stes adibat: captiuos redimebat: ⁊ multos sua doctrina
conuertebat: ceteri vero in eum insanientes ipsum occi-
dere satagebant. Cumqꝫ hedricus prepositus regni in
quosdam olim fratris sui interfectores vindictam expe-
teret: ⁊ rex illos vtpote nobiles ⁊ qui illum vti predonem
iuste se defendentes occiderant iure perimere denega-
ret: indignatus hedricus ⁊ danis confederatus cum mul
tis de regno ciuitatem aggressus obsedit: eamqꝫ pluri-
mis bellis crudelitatis agitauit. Sanctus vero elphe-
gus populum hortabatur: sed peccatis exigentibus dum
ciuitas ab hostibus impugnatur: aduersarij per murum
diruptum introeunt innocentes perimunt: domos spo
liant: ⁊ incendunt. Quos sanctus archiepiscopus de im
pietate redarguēs ab eisdē multis verberibus cesus hu-
mero pene exciso: manibus vinctis ad ecclesiam suā du-
cit: ⁊ in conspectu ipsius templū inflāmat: monachi occi
duntur: ⁊ quattuor solummodo captiuum dimittunt. In-
de sanctus ad portam septētrionis in carcerem asperrimū
vinculatus includit: ibiqꝫ septem mensibus custoditur.
¶ Uerū ira dei in hostes seuiente duo milia ex ipsis pe
stilentia

silentia extincti sunt: ceteris graui infirmitate percussis: quod illi cernentes: cuiusq3 suffragia petunt. Pro quibus dum orasset: ⁊ panem benedixisset: in eisdē tribuisset: omnes ex eo gustantes sanati sunt. ¶ Post hec autem dux ab archiepo thesauros multos peterent: vt sic abeūtes ecclesiam suam in pace dimitterent: ⁊ ille omnino denegaret: dicens que xpi sunt minime xpi aduersarys concedenda: rursum in carcere claudit: cui dyabolus in specie angeli apparens eum de carcere eduxit: ⁊ abire suadens: plures aquarꝫ abluuiones transire fecit. Hesitante autem sancto an a bono angelo a martyrio phiberet: oratione fusa dyabolus euanuit angelus sanctus astitit ⁊ eū ad locum certaminis reduxit. Qui iuxta carcerē extrinis: ab hostibus tentus pluribus plagis confossus: tādem cerebro percussus semiuiuus in carcere reponit: vbi nocte a sancto dunstano ⁊ angelis sibi apparentibus cū luce nimia confortat: ⁊ ad eternam gloriam inuitatur. Sicq3 omnibus eius sanatis vulneribus vinculisq3 solutis custodes hec videntes territi fugerunt. Nouissime autem martyr christi iumento impositus ab infidelibus secundo miliario a cantuario ductus ⁊ lapidatus est. Cuius sanguine lignum aridum conspersum reuixꝫ ⁊ ppter quod miraculum dani corpus eius londoñ. deportari permiserunt: vbi ⁊ sepultum est: ⁊ post annos decem incorruptum inuentum vsq3 in p̄sens durat ⁊ sanguis recēs acsi hodie esset effusus. Qui passus est. v. Idus ian. ianuary die videlz p̄cedente festum thome martyris eius in pontificatu eodem ⁊ martyrio successoris.

¶ De sancto Thoma epo ⁊ martyre. Cap. xiij.



Thomas cantuarien. archieps ⁊ martyr tempore federici imperatoris primi p libertate ecclesie martyrium passus est. Hic ciuitatis londoñ. parentibus ortus nobilibus in adolescentie annis litterarꝫ studio ⁊ honestati morū operam dabat: quem mater eius crebat a viro in virtutum sanctarꝫ exercitatione ⁊ beate virginis deuotione specialiter informabat. Qui adhuc iuuenis liberalibus instructus: secularibus curis implicatus cuꝫ plurima contra cleri honestatem geri conspiceret: relicta seculari vita a sancto theobaldo cantuarien. archiepo clericus effectus in eadem ecclesia modico post tēpore archidyaconus est institutus. Et deinde ad eius instantiam henricus rex anglorum eundem cancellarium suum fecit: in quo officio strenue se gerens: omnibꝰ amabilem se p̄bebat: cuiusq3 ope ⁊ consilio multa contra ecclesie libertatem pcurata fieri compescebat: ex qua sola cā dictum officium de sui archiepi mandato q̄uis inuitꝰ assumpserat. Quē adeo rex dilexit: vt post archiepi theobaldi decessum. Thomam in archiepiscopalem cathedram pcurauerit sublimari: qui consecratus subito in virum alium mutatus est: carnem cilicio ⁊ ieiuniys maceerans: non solum camisiam: sed etiam femoralia cilicina vsq3 ad poplites deferebat. Sanctitatem autem suam subtiliter occultabat: vt saluo honestatis rigore sub decentia vestium ⁊ apparatu vtensilium conformaret se moribus singulorum. Pauperibus munificus elemosynas consuetas quas eius predecessor duplicauerat. ipse etiaꝫ duplices duplicauit: ⁊ ad hoc omnes sibi puenientes decimas deputauit. Quotidie. xiij. pauperum pedes abluebat: ⁊ refectos datis cuilibet quattuor argenteis remittebat. ¶ Sacerdos quidam quotidie missam de btā virgine celebrabat: eo quod aliam dicere nesciebat: qui accusatus ab archiepiscopo tanq̄ idiota ab officio suspensus est. Cum ergo Thomas cilicium suum assuendū sub lecto abscondisset vt hora captata ipsum latenter consueret. Beata virgo sacerdoti apparuit: eiq3 mandauit: vt ad archiepiscopum pergeret: eiq3 diceret q illa ob cuius amorem missam dicebat: cilicium eius quod est in tali loco consueuerat: ⁊ setam rubeam de qua illud cōsuit pro signo dimiserat. Illa ergo domina sibi dicendo mittebat q presbytero suo officium ablatum restituere debeat. Quod ille audiens obstupuit: ⁊ ita eē vt sacerdos retulerat inuenit: ac eidem celebrandum potestatem concessit. ¶ Dum ergo rex henricus archiepiscopum ad voluntatem suam inflectere vellet: vt scilicet consuetudines quasdam: quas regis predecessores contra ecclesie libertatem habuerant: tam archiepi q̄ episcoporum suffraganeorum omnium scriptura ⁊ consensu expresso firmaretur. Negans hoc fieri beatus Thomas constantissime: manifestam in eis asserens libertatis ecclesiastice subuersionem contra se iram regis ⁊ principum non mediocriter incitauit. Quadam autem vice sic ipse cuꝫ suis suffraganeis episcopis est arctatus: vt sibi mortis sententiam rex minaret. Qui magnorum virorum deceptus cōsilys consensum verbotenus prebuit: verum ex hoc cernens animarum periculum seipsum mira penitentia afflixit: ⁊ ab altaris officio se suspēdit: donec a summo pōtifice absolutus fuit. Requisiuit deniq3 rex: vt quod verbo dixerat scripto firmaret. Et dum contradiceret affectus est iniuriys ⁊ conuitys ac damnis multimodis lacessitus. Deinde occasione contra eum captata pro administratione officy cancellarie coram seculari iudicio euocat. Et dum nullo fori priuilegio nulla exceptiōe vel appellatione admissa cōtra ipsum seculares iudices ad regis instantiam sententiam proferre vellent. Sanctus dei crucem quā corde gestabat manu protulit: ⁊ crucifixum interpellans discessit clamantibus cunctis contra ipsum furentibus proditorem suspendio ⁊ incendio dignum. Cui nocte duo magnates secreto intimarunt: q in eius mortem multi proceres conurassent: vir ergo sanctꝰ magis ecclesie q̄ sibi metuens: eo quod causa nondum pape innotuerat: ⁊ personalis persecutio videbat fugam cepit: ⁊ parua nauicula cum duobus clericis mare trāsiēs ⁊ senonas veniens a papa alexandro. iij. ibidem reperto honorifice suscipitur: ⁊ in monasterio pontiniacen. commendatur. Rex vero dum ad curiam romanam misisset vt legati aliqui mitterentur: qui causam huiusmodi terminarent: a papa repulsam patitur: ⁊ ob hoc magis contra archiepiscopum concitatur. Unde omnia que erant sancti martyris ⁊ suorum diripuit: ⁊ totaꝫ eius progeniē ⁊ amicos exilio damnauit: nequaq̄ deferens conditioni vel sexui ordini vel etati. Nam ⁊ mulieres in puerperio ⁊ infantes in cunis: clerici ⁊ layci iuuenes ⁊ decrepiti in exilium acti sunt. Omnes qui poterant iuramēto astringi: vt se cantuariensi episcopo presentarent: vt passiōis gladio professus animum ad regis votum inflecteret. phibitum quoq3 est clericis in toto regno ne quis pro ipso oratione in publico proferret. Que omnia christi martyr contemnens in cōstantia veritatis permāsit immobi

lis: ieiunijs quoqꝫ ꝛ orationibus intentus pro ecclesia et regno continuo exorabat. ¶ Post hoc misit rex comminatoria quedam monachis pontiniacen. monasterij per nuosdam abbates ordinis cisterciensis. que dum sanctus cognouit: nolens religiosis viris sui occasione dispendiũ imminuere: inde sponte recessit: ꝛ ad ludouicum regẽ francorum se contulit: qui eum humanissime tractauit. De inde misso guillelmo senonen. episcopo ad sedem apostolicam procurauit: vt papa regem anglorum compelleret: quatenus archiepiscopum ad ecclesiam suam redire permitteret. Interim rex in despectum archiepiscopi procurauit: vt rugerius archiepiscopus eboracen. in ecclesia cantuarien. henricum eius filium coronaret. Dũ ergo summus pontifex regi mandasset sub excommunicationis ꝛ interdicti pena canonica quatenus archiepiscopum redire permitteret: coactus rex assensum prebuit ꝛ simulatam pacem cum archiepiscopo tractauit. Sed antequã rediret sibi a domino reuelatur: ꝙ ad ecclesiam suã cum gloria reductus: post modicũ per martyrij palmã ad dominum esset migraturus. Et sic post sex annos exilij sui completos redire conceditur: ꝛ a cunctis cum honore suscipitur. Per aliquot dies ante ipsius martyrium iuuenis quidam defunctus: ꝛ postea miraculose suscitatus dixit ꝙ vsqꝫ ad supremum sanctorum ordinem deductus sedem vacuam inter apostolos vidit: quam cuidã sacerdoti anglorum audiuit a domino reseruatam.

¶ Rediens igitur pastor nobilis dum adhuc iura ecclesie sicut prius defenderet: ꝛ nec vi nec precibus flecti posset maiorem regis indignationem incurrit: ꝛ magnatũ animos adhuc fortius contra se accendit. Et dum ex querela beati Thome summus pontifex archiepiscopum eboracen. excommunicasset: eo quod in ecclesia sua auctoritate propria imo temeritate nepharia regis coronasset filium: adeo cunctorum procerum animi contra sanctũ archiepiscopum accensi sunt: ꝙ eius mortem quotidie procurabãt. Et procedente furore ecclesie sue inepta edicto publico exire prohibitus est. Die igitur festum innocentum subsequente quattuor barones cum militibus armati ad ecclesiam suam veniunt: ꝛ archiepiscopum requirunt. Et dum monachi ecclesie fores clauderent: iussit eas reserari: ꝛ hostibus futurus christi hostia mox occurrit: se pro deo mori paratum offerens ꝛ ecclesie libertate. Eisqꝫ ex parte dei omnipotẽtis ꝛ sub anathemate mãdans: ne suorum cuiquã lesionem inferrent. Deo ꝛ beate marie ꝛ sancto Dionysio ꝛ ecclesie sue sanctis patronis seipsum commendans ꝛ ecclesie causam. His dictis gladijs impiorum impetitur: sacra capitis corona preciditur: cerebrum cum sanguine per pauimentum ecclesie spargitur: ꝛ sic martyr domini consecratur anno domini. M.C.lxxiij. ¶ Dum ergo clerici corpus in pheretro posuissent: ꝛ pro eo missam defunctorum inciperent. Angelorum chori astantes voces cantantium interrumpũt ꝛ officiũ martyris inceperunt. Letabitur iustus inchoãt ꝛ ceteri prosequuntur. Et sic martyrum honore venerandus: martyris reuerentia honorifice tumulatur. Sepultusqꝫ est in precioso tumulo auro ꝛ gemmis decorato in ecclesia sua signis ꝛ miraculis clarens innumeris. Passus est autem .iiij. kalen. Januarij.

¶ De sancto Jesse patre dauid. Capitulum .xiij.



Iesse siue isai pater dauid prophete ꝛ regis ꝛ filius obeth filij booz ꝛ sctẽ ruth moabitis: in catalogo sanctorũ patrum veteris testamenti idcirco ab hebreis ponitur vt Josephus scribit: eo quod talibus ꝛ tam sanctis parentibus genitus ꝛ tãti prophete pater fuisse sctissimus arbitratur. Hic de tribu iuda ciuitatis bethleem indigena fuit: qui genuit septem filios scilicet heliab: aminadab: samaba: nathanael: naddai: ꝛ ason: iuniorem quoqꝫ genuit dauid: qui erat ruffus ꝛ pulcher aspectu ꝛ decora facie: qui solus ex omnibus fratribus suis a spiritusancto electus est: ꝛ a samuele propheta diuino iussu preuentus: atqꝫ ex pastorali officio ad regni gubernacula miraculose promotus: vt habetur primo regum cap. xvj. Jesse autẽ patris dauid sepulchrum apud bethleem monstrauit Josephus qui supra commemorat.

¶ De sancto Nathan propheta. Capitulum .xv.

Nathan propheta in diebus dauid spiritu prophetico claruit: ꝛ in diebus salomonis vita excessit: qui multa prefatis regibus diuinitus reuelauit. Dauid enim a domino missus de adulterio in bersabee commisso redarguit: eiqꝫ proditionem ꝛ homicidium in quo de vria fecerat patefecit. Et cum dauid compunctus se peccasse confessus est: dominum quoqꝫ peccatum suum remisisse misericorditer nunciauit: eiqꝫ penitendum indixit: ꝛ filiũ ex adulterio conceptũ propter peccatum suũ moriturũ esse predixit: vt habetur lib. regũ .ij. cap. xij. Salomoni quoqꝫ eo quod deos adorasset alienos vaticinatus est: vt hystoria scholastica tradit ꝙ dominus aduersario suo ꝛ seruo decẽ tribus ex regno traderet: eo quod a domino recessisset. Et si prophetia expressa nathã prophete conscripta nõ reperitur: quod tamen in quodam volumine gesta regis dauid scripserit vltimo capitulo primi libri paralipomenon commemoratur. Hic propheta in catalogo sanctorum ecclesiastici .xlvij. cap. expresse ponitur inter alios patres veteris testamenti: quos sapiens laudare disponit. Hunc sanctum ꝛ precedentem regi dauid prophete premisi: quorum depositionis dies reperire nequiui.

¶ De sancto Dauid rege ꝛ propheta. Cap. xv.





Dauid rex israel ⁊ ꝓpheta non solum ab ecclesiastico capitulo.xlvij.⁊ a sancto mathathia primo machabeorum.ij.cap̄.in catalogo sanctorum connumeratur: sed etiam ab apostolis ⁊ euangelistis ⁊ alijs doctoribus ⁊ diuinorum voluminum scriptoribus multis sanctificatus reputatur qui de numero illorum patrum creditur extitisse: qui cum domino resurgētes beata etiam corporaliter immortalitate in celestibus vestiri creduntur. Hic de tribu iuda iesse vel isai filius ciuitate bethleem oriundus ex omnibus fratribus suis minimus a deo electus est: vt de pastore gregis dux princeps fieret plebis: ⁊ repulso saul a domino diuina iussione a samuele ꝓpheta in regē inunctus est. Et exinde spiritus domini a saul discedens in dauid directꝰ est. Adeo vt quandocunq̄ saul a maligno spiritu agitabatur: dauid in cythara psallente mitius ferebatur. ¶ Post hec dum philistei israel impugnarent: ⁊ habentes secum gigantem goliad populum dei ad singulare certamen prouocarent: cunctiq̄ gigantem impetere formidarent: solus dauid diuino agente p̄sidio in funda ⁊ lapide percussit eum: ⁊ ꝓstratum ꝓprio gladio interemit: ꝓpter quod saul inuidie liuore audiens qualiter cum victoria gloriose ciuitatem esset ingressus: emulus eius factus eū omnibus diebus vite sue persecutus est: ita vt dauid hinc inde fugiente pluries vix euaserit manus eius que omnia diffuse traduntur in primo libro regum a capitulo decimosexto vsq̄ ꝓpe finē. ¶ Deinde saul in monte gelboe in pugna philistinorum cum ionatha eius filio īterfectus: dauid consulto domino cum achinaam iezrahelite: et abigail olim vxore nabal carmeli coniugibus suis ascendit in hebron: vbi a sola tribu iuda inunctus in regem ab eadem in regno constitutus est. ⁊ isboseth saul filio super.x.tribus biennio regnante. Regnauit autē dauid in hebron septem annis ⁊ sex mēsibus. Interfecto autem isboseth filio saul ꝓditorie in domo sua: ⁊ omni parētela saul exterminata vniuerse tribus israel venientes ad dauid in hebron vnxerunt eum tertio in regem sup israel vniuersum: ⁊ extunc regnare pacifice cepit super omnem populum hebreorū. Eratq̄ annorum quinquaginta qn̄ regnare cepit ⁊ quadraginta annis regnauit. In hebron septem annis: ⁊ in hierusalem triginta tres habuitq̄ dauid filios qui nati sunt ei in hebron videlicet amon de achinaam iezrahelite chilaab de abigail vxore nabal: absalon filiꝰ macha filie ptolomai regis gessur: adonias filius agith: saphatia filius abithal: iethra filius aegla. Hos quoq̄ habuit qui nati sunt ei in hierusalē: samua ⁊ sobab: ⁊ nathā: ⁊ salomon: ⁊ hisbaal: ⁊ elisua: ⁊ nephec: ⁊ iaphia: ⁊ elisama: ⁊ elida: ⁊ heliphelech: habuit quoq̄ ioab principem militie strenuum ⁊ victoriosum: ⁊ sadoch summum constituit sacerdotem hierusalem quoq̄ muniuit arce: que postmodū dicta est munitio dauid: que vocabatur mello. Habuit quoq̄ dauid bellum cum philisteis omnibus diebus: ⁊ percussit eos ⁊ humiliauit pluribus victorijs obtentis. Fecitq̄ cunctas in circuitu nationes tributarias. Ita vt in omnibus ad que ingrediebatur ꝓsperrime ei succederet: q2 dominus erat cum eo: qui ⁊ regnum suum in sempiternum firmauit. Arcā etiā domini que pluribus annis fuerat in gabaa.i.in colle cariathiarim in domo aminadab cum multitudine populorum ⁊ sacerdotum ⁊ magna psallentium leticia transtulit in hierusalem: eamq̄ in tabernaculo domini collocauit. ¶ Sed dum inimicos suos in circuitu per omnia cōtriuisset: ⁊ populum in pace posuisset: voluit edificare tēplum dn̄i: lignaq̄ sibi missa per hyram regem tyri: ⁊ alia plurima in edificium p̄parauit: verum diuino responso ad se facto q̄ nō ipse sed filius eius nasciturus a domino p̄electus videlicet salomon templum esset edificaturus ab ope destitit: tamen vasa aurea ⁊ argentea ⁊ erea non modica fabricata in ministerium domus ⁊ altaris filio rum dimisit. ¶ Post hoc dum dauid per manum ioab principis militie haberet bellum contra filios amon inimicos dauid: ⁊ rex post meridiem deambulans in solario vidisset in domo sua bersabee vxorem vrie cethei se lauantem que erat pulchritudinis elegantis: ⁊ eam adamasset vocatam ad se cognouit illam: que statim concepit. Quod sentiens dauid virum eius ab exercitu reuocauit: vt partus sibi ascriberet: ⁊ ex hoc mulier infamiam euitaret. Quē post dies aliquot ad exercitum misit scribens ioab l̄ras ꝓditiōis de morte vrie vt vxorē eiꝰ pacifice possideret: vria quoq̄ in bello defuncto dauid vxorē eiꝰ in domum suam introduxit: ⁊ facta est ei cōiunx. Ad quē de tanto scelere redarguendum missus est a domino nathan ꝓpheta: verūtamen q2 dauid peccatū recognouit ⁊ penitentiam agere ꝓposuit: dominus sibi q̄tum ad ipsius internitionem peccatum remisit: vltionē tamen in mortem filij iā nati ⁊ in alias regis p̄secutiones commutauit. Rex autem postmodum de bersabee genuit salomonem: eūq̄ sibi successurum in regno cum iuramento matri ꝓmisit. ¶ Prima autem p̄secutio quā dominus in domo dauid excitauit ꝓpter peccatū vrie fuit mutua interfectio filiorū. Nam cum amon primogenitus eius thamar vterinam sororem absalonis inepto amore diligeret simulataq̄ infirmitate thamar ad fratrem fouendum accessisset: eamq̄ oppressit: moxq̄ sibi exosam abiecit Qua propter absalon fratrem odiens post biennū ipsum ad conuiuium inuitans dolose occidit: et ad auum eius maternū regē gessur aufugit: cum quo p triennū stetit. Deinde consilio ⁊ tractatu ioab diligentis absalonē rex ipsum hierusalem reduxit vbi ⁊ biennio mansit q̄ regis faciem non vidit. Tandē ioab interuētu eidem reconciliatus filium ad gratiam reuocauit. ¶ Secunda diuina vltio facta in dauid fuit conspiratio filij contra eum. Nā cū absalon filius eius ex pulchritudine ⁊ facundia populo dilectus aspiraret ad regnū mira sagacitate solicitare cepit corda virorū ⁊ populum sibi attrahere: intantum vt post annos quattuor reuersionis sue recedens de hierusalem cum licentia patris p̄textu soluēdi quēdam vota domino in hebron: vsus consilio achitofelis olim consiliarij regis: multis de populo secum assumptis conspirauerunt contra regem: ⁊ congregata multitudine inuiualida venit hierusalem: quem dauid timens cū paucis fugam petijt. Et dum absalon eū persequi decreuisset consilio architofelis: tandem ipsum distulit inuadēdum suasus acchusi archita absalonem decipere cupiente. Inter que dauid fidelibꝰ suis euocatis misso ioab cōtra absalonem cesa multitudine expoditoribus absalon fugiens suspensus est capillis quercui inherētibus: quē superueniens ioab tribus lanceis interfecit: ⁊ victoriam reportauit. Dauid quoq̄ hierusalem post mēses sex triū phator rediuit. Et deinde multis habitis victorijs contra philisteos populū feliciter gubernauit. Et dū quasi de regno gloriatus: ⁊ de populi numerositate supbiens populum omnem israel dinumerari iussisset: indignatus dominus populum epidemia magna percussit. Ita q̄ sm̄ Josephum de mane vsq̄ ad horam nonam repentina morte.lxx.milia virorum de nobilibus.⁊.cc.milia de plebeis ⁊ rusticis in populo israel extincti sunt. Et cum vidisset dauid angelum percussorem venientem hierusalem ⁊ dominum pro populo exorasset oblato sacrificio: quieuit indignatio dei: angelusq̄ manum contra hierusalem continuit. Et deinde vsq̄ ad vite sue finem dauid in pace regnauit. ¶ Dum senectute nimia frigidatus calefieri non posset: ⁊ abisag sunamitis puella: vt ipsum calefaceret cum rege iaceret. Adonias filius agith qui maior inter regis filios remāserat regnum ambiens no

biliores quosque ad conuiuium inuitauit. Uerum consi-
lio nathan prophete: bersabee vna secum ad regē ingres
sa: promissionem de regno sibi factam pro salomone ei-
dem commemorauit. Propter quod dauid salomonem
per manum sadoch sacerdotis assistentibus sibi banaia
principe militie et nathan propheta et militibus dauid in
regem inungi mandauit. Quod adonias audiens et ti-
mens fugit in tabernaculum: donec sibi salomon fidem
prestitit. Dauid autem rex salomonem aduocans regnū
sibi gubernandum commisit: et de parendo mandatis do
mini plenius informauit: omnibusque dispositis cum qua
draginta annis regnasset: dormiuit cum patribus suis
die .iiij. calen. Januarij: vt beatus ponit Hieronymus:
prout et ipse repperit in archiuis iudeorum. Sepultusque
est in ciuitate dauid: hoc est bethleem: licet quidam asse
rant eum in horto in quo dominus crucifixus et sepultus
extitit: fuisse postmodum tumulatum. Hec omnia tam
in secundo libro regum per totum quam in tertio usque ad ca-
pitulum .ij. et in primo paralipomenon atque in hystoria
scholastica distinctius traduntur vbi et latiori narratione
dauid gesta particularius legenti patebunt. his modi-
cis de multis substantialiter et compendiose collectis.

¶ Hic gloriosus propheta domini diuino afflatus spi
ritu centum et quinquaginta psalmorum psalterij volu-
men cōpilauit. In quibus sub dei laudibus et orationibus
sacris incarnationis et passionis ac resurrectionis cetero
rumque beneficiorum christi mysteria non tam prophetie
oraculo futura predixit: quam euangelico stilo quasi iam ge
sta contexuit. Qui liber inter cuncta diuine scripture vo
lumina: vti sacramentorum noui testamenti secundus et
laudum diuinarum hymnidicus: in officijs ac ecclesia
frequentatur. Nam et eosdem psalmos diuersis tempo-
ribus et modis: ipse dauid conditor nedum coram arca do
mini sepissime cecinit: verumetiam per cantores quos
in domo dei ad celebrandum posuit: deputatis diebus
cantari constituit. Quem quidem librum deuotissimus
heroico carmine in hebrea lingua vt tradit hieronymus
compilatum: primo a septuaginta interpretibus de he-
braico in grecum translatum. Idem hieronymus de gre
co interpretatus est in latinum: quod hodie dicitur psal
terium romanum: eo quod in romana vrbe ecclesia vtit
tur. Quod postea prefatus doctor in aliquibus emenda
uit: et illud emendatum cantari cepit in ecclesia gallica-
na: dumtamen postea in vtroque comperisset defectus no
tabiles hebraicum psalterium de hebreo verbotenus et
immediate transtulit in latinum: quo licet alicubi cleri
ci non vtantur: ab eis tamen qui linguam nouerūt hebrai
cam vt verior pre ceteris approbatur.

¶ De sctō Dauid monacho et cōfessore. Cap. xvij.



Dauid monachus fuit: primo magnus la-
tro in partibus hermopolis: qui oēs trāseū
tes predabatur habens secū triginta conso
cios. Tandem cōpunctus ad monasteriū
accessit: et se monachum fieri postulauit.
Quem dū abbas et fratres recusarent eum
iam senem videntes: et qualis fuerat agnoscentes: cōmi-
natus est illis: quod nisi eum susciperent monachum: eum
exciperent predatorem et inimicum: ita vt cum socijs suis
illuc rediens omnes iugularet: et monasterium euerte-
ret. Sicque receptus et monachus factus in summa absti-
nentia et humilitate viuebat: oēsque fratres numero .lxx.
operantes iuuabat. Cui die quodam in cella sedenti an
gelus apparens nunciauit ei omnia peccata sua dimis-
sa. Quod dum ille se credere nolle respondisset: quod tā im
mania et tot scelera deus sibi tam cito dimisisset: angelus
eidem subiunxit: quod eodem signo deus ipsum propter incru
delitatem percuteret quo percussus fuerat zacharias: vt
scilicet ex illo die semper mutus existeret: quo signo disceret
omnia possibilia apud deum. Cūque de hoc ille conque-
reretur: maxime quia mutus existēs psallere vel orare nō pos-
set: angelus ei dixit: quod extūc extra psalmos et dei laudes
omnino lingua eius liganda foret. Ex quo die officium
quidem dicebat: et orandi potestatem habebat: aliud ve
ro verbum omnino proferre non poterat: qui in eius san
ctitatis testimonio pluribus claruit signis. Hec in vi-
tas patrum.

¶ De sancto Trophino epo. Cap. xviij.

Trophinus eps et confessor discipulus aposto
lorum Petri et Pauli: cuius meminit Pau
lus apostolus scribens ad Timotheum: ab
eodem apostolo eps ordinatus ciuitati are-
laten. ad predicandum christi euangelium pri
mus directus est. Ex cuius fonte vt papa zosimus scri-
bit: tota gallia fidei riuulos accepit. Qui doctrina et mi
raculis clarus quieuit in pace .iiij. calen. januarij. Quo
etiam tempore sanctus crescentius eius pauli discipulus vien
nam peruenit: ibique miraculis effulsit.

¶ De sancti Sabino et socijs martyribus. Cap. xix.

Sabinus eps cū exuperantio et marcello
dyaconibus et venustiano cum vxore et filijs
passi sunt apud assisium ciuitatem tē-
pore maximiani imperatoris. Qui bea
tus eps cum duobus dyaconibus suis
exuperātio et marcello a venustiano au-
gustali tuscie in ciuitate assisina tētus
dum ad sacrificia suaderetur: petijt sibi deos presidis pre
sentari vt eis immolaret. Ille vero statuam iouis ex pre-
cioso corallio sibi adduci fecit. Quam sanctus in terram
elidens confregit. Propter quod iussu venustiani manus
eius precise sunt. Deinde duos dyacones fecit in eculeo
leuari diuque fustibus cedi: et latera eorū vnguibus radi:
et ignem subterponi. Tunc ambo spiritum emiserunt.
Quorum corpora in fluuiū iactata a piscatoribus presby
teris collecta iuxta viam sepulta sunt. Sabinus vero in
carcere clausus: nocte a serena matrona fouebatur: que
manus eius truncas pro reliquijs reseruabat. Cuius et ne
potem cecum illuminauit: quo miraculo quingenti gē-
tilium ad christum conuersi sunt. Post hoc dum venu-
stianus preses oculis grauiter langueret. Sabinum ad
se adductum cum honore rogabat: vt sicut nepotem sere
ne illuminauerat: sic et se ab oculorum passione sanaret.
Quem sanctus sabinus penitentia eidem imposita cum
vxore et duobus filijs conuertit et baptizauit: eumque ab in
firmitate liberauit. Hoc audiens maximianus impera
tor misit illuc lucium tribunum. Qui venustianum cum
vxore et duobus filijs christū confitentes decollauit. Sa
binum vero ad ciuitatem spoletanam adductum tā diu
plumbatis cedi fecit: donec spiritum exhalaret. Cuius
corpus vna cum manibus serena sepeliuit. Horum hoīs
passio colitur .iij. calen. Januarij.

¶ De sancto liberale epo et martyre. Cap. xx.



Liberalis eps cannen. que ciuitas est apu
lie: passus est sub hadriano imperatore.
Quem pater ciuis romanus nobilis se-
nator eleutherius nomine decedens com
mendauit euāthie vxori sue. Illa vero chri
stiana puerum cuidam sancto epo tradi-
dit et sacris litteris imbuendum. Episcopus vero libera-
lem eruditum: cum esset annorum .xvj. ad dyaconatum
deinde annorum .xviij. ad sacerdotium promouit. Et cū
multis iam signis clareret eundem annorum .xx. ciuita
tis cannen. episcopum ordinauit ad populi preces. Im-
perator vero veniens romam: audita liberalis fama: mis
so felice comite ad cānen. ciuitatem iussit eum sibi ro-
mam adduci. Sanctus vero felicem ad deum conuer-
tit: et veniens secum romam in via baptisauit. Presenta
tus igitur

tus igitur hadriano: dum christum libere confiteretur super lectum ereum extensus igne supposito: cum sic per horam mansisset: imperator eum solui precepit. Et videns ipsum immobilem in craticula oleo peruncta: prunis subterstratis eum poni fecit: statimque ignis diminutus extinctus est: ⁊ craticula tepefacta. Deinde missus in sartaginem oleo plenam ⁊ adipe liquefactis: quasi in rore permansit. Tunc de consilio cerberi prefecti imperator ipsum in furnum accensum misit sudibus ferreis circumpositis ⁊ oleo superinfuso. Et cum permansisset illesus cerberus conuersus est ad christum quem imperator in eodem clibano mitti fecit: qui ⁊ ipse permansit inustus. Imperator vero cerberum decollari mandauit: cui vnda sanguinis pro baptismate fuit: liberalis vero diebus pluribus in custodia detentus inde eductus mittitur in amphitheatrum laxata sibi leena: que sancti pedibus prouoluta: eum omnino non tetigit. Inde dimissus est sibi leo ferocissimus: qui ⁊ ipse eum non tangens circumplexus est sanctum: propter quod multi paganorum in domino crediderunt. Et alijs quidem hec magicis artibus ascribentibus alijs christi virtuti: orta seditione plusquam quingenti gentilium interfecti sunt. Quod audiens imperator eum gladio animaduerti iussit. Mater vero eius thia que ipsum rome secuta fuerat dum super corpus filij iaceret deprehensa ab imperatore quod esset christiana: ab eodem in confessione fidei ⁊ ipsa pariter decollatur. Quorum corpora ciues cannen. ad suam ciuitatem transtulerunt: ⁊ ibidem honorifice condiderunt: passi sunt autem .iiij. calen. Ianuarij.

¶ De sancto felice papa tertio ⁊ confessore. Cap. xxi.



Elix papa ⁊ confessor huius nominis tertius in episcopatu successit Simplicio pape qui felix fuit natione romanus ex patre felice presbytero de regione fasciole: ⁊ sedit annis .viij. mensibus .xi. diebus .xvij. Hic fecit basilicam sancti agapiti iuxta basilicam sancti Laurentij. Hic constituit ecclesias ab episcopo consecrandas: ⁊ quod accusato dande sunt inducie: vt ad respondendum preparare se possit. Et quod accusatores et iudices tales esse debeant quod omni careant suspitione. Sub huius episcopatu venit relatio de grecia Petrum alexandrinum presbyterum propter heresim damnatum ab achacio constantinopolitano episcopo reuocatum. Qui papa facto concilio damnauit achacium cum Petro. Post annos iterum tres venit relatio ab imperatore zenone: vt penitens rediret achacius. Papa vero misit messenum ⁊ vitalem episcopos: vt si inuenirent complicem petri achacium iterum damnarent eos: si non offerrent libellum penitentie. Corrupti sunt autem pecunia supradicti episcopi: ⁊ non fecerunt secundum preceptum sedis apostolice. Tunc felix fecit discussionem et inuenit ambos episcopos pecunia corruptos ⁊ eiecit eos a communione vna cum achacio ⁊ petro. Hoc factum est tempore oldouacri regis. Hic fecit ordinationes duas per mensem decembris presbyteros .xxviij. dyacones .v. episcopos per diuersa loca numero .xxxi. qui sepultus est in basilica beati pauli apostoli .iiij. calen. Ianuarij tempore zenonis imperatoris. Et cessauit episcopatus dies quinque.

¶ De sancto Siluestro papa ⁊ confessore. Cap. xxij.





Iluester papa huius nominis primus natione romanus ex patre ruffino melchiadis pape successor sedit annis viginti tribus mensibus vndecim. Hic a matre iustina christiana post patris obitum traditus est cyrino presbytero: a quo sacris litteris eruditus ⁊ ipse presbyter ordinatus hospitalitatem summopere exercebat: vnde ⁊ thimotheum christianum ab antiochia venientem hospitio suscepit. Qui post annum predicans christum martyrium passus est: vt dicetur in eius passione .x. calen. septembris. Sed dum tarquinius prefectus qui thimotheum occiderat: eius diuitias a siluestro ipsius hospite requireret: postquam siluestrum huius facti nescium comperit: eum sacrificare precepit: ⁊ immolare renuentem cedi fecit: ⁊ in carcerem trudi comminans eidem omnia genera tormentorum. Quem siluester in ipsa nocte moriturum predixit: quod ⁊ factum est. Nam dum tarquinius cenaret: os piscis in eius guttur reuersatum ipsum nocte media suffocauit: ⁊ siluester mane a populo de carcere liberatur. ¶ Verum dum persecutione constantini imperatoris adhuc gentilis melchiades papa per martyrium ad christum migrasset. Siluester presbyter quamuis diu renitens ab omni clero ⁊ populo in summum pontificem electus est: qui fide feruentissimus ⁊ sapientia ac consilio clarus: charitate diffusus etiam a gentilibus amabatur. Hic omnium orphanorum viduarum ⁊ pauperum nomina in matricula habebat: ⁊ omnibus necessaria prouidebat. Constituit quartam sextam ferias ⁊ sabbatum ieiunijs obseruandas: quintam vero feriam quasi dominicam celebrandam. Grecisque dicentibus christianis sabbatum potius quam quintam feriam celebrandam. Respondit siluester hoc fieri non debere: ⁊ quia est traditionis apostolice: ⁊ quia dominice debetur compassio sepulture: quinte vero ferie dignitatem ostendit: quia eo die dominus celos ascendit ⁊ sacramentum eucharistie instituit: ⁊ ecclesia crisma conficit. ¶ Dum autem constantinus imperator christianos persequeretur: in incurabilem cecidit plagam lepre. Cui pontifices idolorum deorum responso consuluerunt: vt tribus milibus infantibus adductis romam eorum sanguinis piscina repleatur: in quem calidum imperator balneandus descendens a lepra protinus mundaretur: quod ⁊ decretum est. Egrediente autem constantino ad locum vbi balneum parari debebat infantium occidendorum matres puerorum ei obuiant que resolutis crinibus miserabiliter vlulabant. Quod videns imperator abhorruit facinus ⁊ iussit stare carrucam: ⁊ erigens se facundissima oratione populum allocutus est. Ostendens qualiter dignitas imperij romani de fonte nascitur pietatis: que hanc etiam legem dedit: vt capitali sententie subderetur quicunque in bello aliquem occidisset infantem: quod amplius augustum adimplere decebat: multisque rationibus persuasit a tanto omnimode facinore desistendum. Et dum

in eius laudem populus dictum principis approbans acclamasset: matribus pueros cum multis donis restituit: ipse vero ad palatium rediit. Nocte igitur sequenti eidem beati petrus et paulus apostoli in somnis astiterunt: et quia innocentis sanguinis effusionem exhorruerat: se sibi missos a domino dicunt dare imperatori recuperande consilium sanitatis admonentes ut silvestrum urbis rome episcopum: qui persecutiones suas fugiens in montem soracte cum suis clericis latitat: ad se intro ducat: qui sibi piscinam pietatis ostendet: ex qua lotus et mundus a lepra pariter ascendet. In cuius beneficii vicissitudinem: christo credens ydolorum templa destruat et ecclesias erigens, deinde vere fidei cultor existat. Evigilans constantinus pro silvestro ad montem soracte misit. Qui videns milites credidit se ad martyrium vocari: et socios hortans cum suis presbyteris et clericis ad imperatorem accessit: cui assurgens: eum gratanter recepit: a silvestroque resalutatus narravit ei sui somnii visionem. Percunctati vero qui essent illi dii qui sibi apparuerant: qui vocantur petrus et paulus. Silvester respondit illos esse christi apostolos et non deos: et ad preces imperatoris missa dyacone apostolorum imagines presentari fecit. Quas ut imperator aspexit: illos esse qui sibi apparuerant exclamavit: nec iam differendam pietatis piscinam in qua lotus posset a lepra mundari: cum sanctus silvester piscinam hanc baptisma sacrum exposuit: et imperatorem de christi fide diligenter instruxit catechuminum fecit: et biduanum sexte ferie et sabbati ieiunium ei indixit: et ut carceres aperiret commonuit. Vespere ergo sabbati in palatio lateranensi intra thermas imperatoris balneum iussit preparari: et fontem benedixit: constantinumque vestibus exutum firmiter credentem in aquam demersit et baptizavit: ubi ex mirabilis emicuit splendor lucis: sicque constantinus a lepra mentis et corporis de fonte mundus ascendens: christum se vidisse testatus est: qui prima sui baptismi die hanc legem dedit: ut christus tanquam verus deus ab omni urbe romana coleretur. Deinde per duodecim dies subsequentes singulis diebus singulas protulit leges in favorem christiane fidei et ecclesiastice libertatis: de quibus in eius hystoria tractabitur duodecimo calen. iunii. ¶ Post hec edificatis basilicis salvatoris iuxta suum lateranense palatium et apostolorum petri et pauli lateranense palatium pape concessit: romanam ecclesiam cunctarum ecclesiarum matrem ecclesie constituit: et sedem apostolicam multis insignibus privilegiis decoravit. Multasque in urbe ecclesias fabricavit. ¶ Hec postquam helena constantini mater bithynie consistens audivit: per litteras laudat filium de relicta cultura ydolorum: sed ipsum increpat quod relicto deo iudeorum in crucifixum hominem credat. Rescribit augustus ut ad se veniens iudeorum magistros adducat: ut ex disputatione mutua appareat fides vera. Duxit igitur helena centumquadraginta doctissimos iudeorum: inter quos erant duodecim sapientia preceteris rutilantes. Qui ad disputandum coram imperatore cum silvestro convenerunt: statutis duobus philosophis gentilibus sapientissimis et iustissimis cratone et zenophilo ad quos tanquam iudices partium pertineret sententia dicendorum. Nomina autem sapientum iudeorum sunt hec abiathar: ionathas: godolias: anna: doeth chusi: beniamin: aroel: iubal: athan: fileon: zambri. Cum quibus silvester solus disputans fidem christi evidentissimis rationibus comprobavit: et ex sententia iudicum iudeos mirabiliter confutavit. Et dum de mutuo consensu partium ad miraculorum experientiam ventum esset: ultimus ex iudeorum sapientibus zambri qui erat magus: iactavit se nomen ineffabile dei scire: cuius virtutem audire non valet aliquod animal: quin continuo moriatur. Et cum adductus fuisset taurus ferocissimus vix a centum hominibus tractus: statim ut zambri in aure tauri verbum protulit: taurus mugiens eiectisque oculis expiravit. Iudeis ergo silvestro insultantibus. Sanctus hoc nomen non dei sed demonis esse ostendit: cuius prolatione viventes mortificantur ex eo quod nomen veri dei virtutem habet etiam mortuos suscitandos. Cumque zambri ad taurum suscitandum a iudicibus urgeretur: et ille econtra tauri suscitationem virtuti iesu christi si posset referret: seque cum suis crediturum exinde promitteret: silvester oratione premissa christi nomine invocato: non solum taurum mortuum excitavit: quinetiam de ferocissimo mansuetissimum remisit. Sicque reginam et iudeos ac iudices et multos de populo ad fidem christi convertit.

¶ Post hec dum ad imperatoris aures venisset drachonem in fovea quadam latere qui ex quo ipse fidem christi receperat: operante dyabolo plusquam .ccc. solo flatu perimerat: et imperator hoc sancto pontifici retulisset. ille ad dominum oravit et se drachonem alligaturum obtulit. Cui beatus petrus apparuit: et ut securus ad drachonem descenderet imperavit: ac ut ipsius os filo ligaret in christi nomine monuit. Descendens ergo silvester in foveam duobus solum presbyteris assumptis per centumquinquaginta gradus duas secum ferens lanternas ibi drachonis sibilantis os ut ei iussum fuerat alligavit et usque ad diem iudicii ibidem inclusit. Et ascendens duos magos repperit qui eum secuti fuerant ut viderent quid ageret: ne populum decipere posset: quos drachonis flatu fetido pene mortuos secum eduxit, incolumes atque sanos. ¶ Deinde constantinus imperator romanam provinciam cum tota urbe dei ecclesie donavit: et bizantium mutato nomine constantinopolis reedificavit istucque imperium transtulit. Et beatus silvester in urbe remansit.

¶ Huius precepto assentiente imperatore constantino et presidente concilio in nicea bithynie civitate celebrata est prima synodus .cccxviii. patrum qui fidem catholicam exposuerunt: et multa decreta constituerunt. in quo concilio silvester episcopus osio episcopo cordubensi et victori abitalensi vices apostolicas commisit ubi damnati sunt arrius et photinus et sabellius heretici et eorum sequaces. in urbe vero roma cum auxilio augusti celebravit ipse concilium .cc. episcoporum ubi eosdem hereticos damnavit. ¶ Hic constituit chrisma ab episcopo confici: et ut episcopus baptizatum consignet propter hereticam suasionem: et ut baptizatum statim a fonte levatum liniat chrismate presbyter in vertice propter mortis periculum. Constituit etiam ut nullus laycus clerico crimen audeat inferre: et ut romanus presul a nullo iudicetur: et ut presbyter non condemnetur nisi sub quadraginta testium certa comprobatione. Et ut minoris ordinis maiorem nullus possit accusare: et ut clericus ante laicos non iudicetur: et ut nullus clericus propter causam quamlibet in curiam introiret nisi in ecclesia tantum. ¶ Hic constituit ut dyaconi dalmaticis uterentur: et ut sacrificium altaris non in serico neque in panno tincto nisi tantum in lintheo terreno procreato et mundo celebretur: sicut et corpus domini nostri in sindone munda sepultum est. Constituit etiam ut si quis desiderasset in ecclesia militare, vel proficere: ut esset lector dies triginta exorcista sexaginta acolythus annos tres. Subdyaconus annos quinque dyaconus septem presbyter annos tres probatus et sic in episcopum consecraretur. Constituit insuper ut si quis mortis reus ad ecclesiam confugeret iudicium mortis euadat: et alias multas constitutiones decrevit. Qui post opera multa laudabilia quievit in pace .ii. calen. ianuarii. Imperante constantino circa annum domini .cccxc. sepultusque est rome iuxta palatium octaviani in loco qui dicitur ac caput: et cessavit episcopatus dies quindecim.

¶ De sancto

¶ De sctō Barbatiano p̄sbytero ꝛ ꝯfessore. Cap.xxiij.


Arbatianus presbyter cum timotheo p̄s-
bytero de antiochia venit romam: qui sa
nantes egrotos multa miracula ꝑgaban
tur. Quorum famam audiens galla placi
dia augusta: que tunc cum filio suo valen
tiniano imperatore rauēne residebat: cuꝫ
eodem principe venit romam ad p̄dictos dei famulos
visitandos. Honorio altero imperatore eiusdem filio
tunc mediolani degente. Dum ergo regina romā perue-
nisset: inuenit Thimotheum presbyterū ad christū mi-
grasse. Barbatianus vero in cimiterio sancti calixti mo
rabatur occulte ieiunijs ꝛ oratiōnibus intentus. Qui
ab augusta requisitus ꝛ cognitus rogatus est ab ea vt
quandam eius ancillam oculoꝝ grauem langorem pati
entem sanaret. Cui ille sudarium suuꝫ misit: eiusqꝫ con
tactu oculi ancille sanati sunt. Deinde gallogenē quen
dam imperatoris famulum: qui de scala cadens pedes
contriuerat liberauit. Theodoꝝ quendam cecum illu-
minauit: ꝛ alia plura miracula fecit. Quē multis p̄ci
bus augusta galla ꝛ filius eius valentinianus impera-
tor secum rauennam duxerunt: vbi iuxta palatium edi-
ficauit ecclesiam sancti Joannis baptiste: ꝛ cenobiū mo-
nachorum ꝯstruxit. Sed dū regina ecclesiam sancti Joan
nis euangeliste a fundamentis erexisset: quā in eius no
mine ꝯsecrari volebat: ꝛ affligeretur multum eo ꝙ nul-
las reliquias beati apostoli ibi ponēdas habere posset:
orantibus nocte barbatiano ꝛ regina: apparuit sancto
dei beatus euangelista altare thurificans: sanctusqꝫ p̄s
byter reginam que aliquantulum dormitauerat excita
uit: que etiam euangelistam conspiciens dum propius
festinasset: vt pedes eius teneret: ipse disparuit vnū tn̄
ex sandalibus in manibus auguste reliquit: qd̄ ibidem
repositum pro magna reliquia conseruatur. Post hec
dum theodoram quandam nobilem a fluxu sanguinis
liberasset: ꝛ ob hoc illa virum dei frequentaret: visitius
vir eius zelotypie spiritu ductus barbatianum summo
mane ad ecclesiam tendentē occidere voluit: ꝙ educto
gladio ꝛ erecto brachio ita detentus est ꝛ factus immo
bilis: ꝙ nec loqui potuit nec brachiū deponere: nec in-
de se mouere donec clara die inuentus peccatum suum
cunctis confessus est. Quieuit autem sanctus in pace.
ij. calen. ianuarij sepultus i monasterio suo ab augusta
galla ꝛ a sancto petro archiepiscopo: vbi ꝛ quiescit mira
culis coruscans.

¶ De sancta Columba virgine ꝛ martyre. Cap.xxiiij.


Olumba virgo passa est in ciuitate seno-
nensi sub aureliano imperatore: ꝙ apud
ipsam vrbem residens virginem sibi dela
tam vt christianam teneri fecit: que dum
sacrificare nollet: nec nubere: iussu impe
ratoris adducta est ad locum publicū me
retricum: vt omnibus sibi illudere volentibus expone-
retur. Ad quam dum iuuenis quidam lasciuus nomine
baruchain esset ingressus: visa ferocissima de cauea fu-
giens illuc accessit: ꝛ ipsum apprehensum ad terrā stra-
uit: intendens in columbam: nutibus quodāmodo in-
terrogans quid iuberet: sed ea mandante iuuenis sine
lesione dimissus conuersus est. Ursa vero ante ianuā se
ponens: neminem ingredi ꝑmittebat: quod audiēs im
perator ignem circa cellam accendi fecit. Ursa autem
iubente virgine per tectum ascendens aufugit. Moxqꝫ
imber ab aplexico veniens ignem extinxit. Quā aurelia
nus extra ciuitatem adductā decollari mandauit. Se-
pultaqꝫ est apud senoñ. ij. calen. ianuarij.

¶ De sanctis Sauiniano ꝛ socijs episcopis ꝛ martyri-
bus. Capitulum.xxv.


Auinianus: potētianus: ꝛ altinus epi-
scopi fuerunt ex septuaginta duob⁹ di-
scipulis xp̄i missis a beato Petro apo-
stolo ad gallias predicandas. Ubi saui
nianus primas totius galliarum pro-
uincie constitutus verboꝝ exemplo vna
cum sibi adiunctis socijs populum in-
stāter docebat: ꝛ multa miracula faciebat. Sed dū apd̄
senoñ. predicaret: tentus ab infidelibus pro christi nomi
ne decollatus est: ibiqꝫ tumulatus: cui successit in episco
patu potentianus: qui ꝛ ipse verbo predicatiōis insistēs
post modicum tempus martyrium passus est. Corpusqꝫ
eius auibus ꝛ feris expositum diuina gratia intactū per
manens: a fidelibus recollectum vna cum sauiniani cor
pore sepultum est. ij. calen. ianuarij. vbi multa miracula
in egrotantium membris ꝛ obsessis a demonibus deus
operabatur. Post quos passi sunt etiam sancti altinus
serotinus ꝛ edoardus: sepulti apud martyres prefatos.
Quorum omnium corpora postmodum a ceuilone eius-
dem vrbis antistite translata sunt in beati petri basilicā
contiguam anno domini. dcccxlvij. vij. calen. septem
bris tempore lotharij ꝛ ludouici ꝛ caroli imperatoꝝ. Ubi
audite sunt voces angelice deo gratias agentes.

¶ De sancto Odilone abbate. Cap.xxvj.



Dilo abbas cluniacēsis floruit tpe othonis
iij. cui⁹ vitā scripsit hugo cluniacen. ꝙ aluer
nia natus militis fili⁹: adhuc infans oīꝫ mē
broꝝ impos ex egritudine factus incedere ne
quibat. Dū aūt die quadā nutrix alijs intē-
ta: eū iuxta ianuā ecclesie btē virginis reliqꝫsset: puer q̄si
diuino instinctu manibus ꝛ pedibus reptās ecclāꝫ intra
uit altare p̄ertyt se studēs erigere arā ꝯtingēs sanitateꝫ
moꝝ recepit. Igit in adolescētia sua p̄mo fact⁹ est cleric⁹
ecclie sancti iuliani mris in aluernia: de hinc sub sancto
maiolo abbate cluniacen. monachus effect⁹ in sctā con
uersatiōe q̄driēnio viuēs: defuncto maiolo abbas a mo-
nachis elect⁹ ē. Qui inter cetera ei⁹ sanctitatis insignia:
nulla cura vel solicitudine potuit ꝓhiberi: q̄n quotidie
celebraret: vn̄ in extremis posit⁹ adraldū monachū fecit
calculare quot missas celebrasset. lvj. ānis qb⁹ monaste-
riū rexerat: q̄si declis a dn̄o iuxta numeꝝ p̄cij̄ recepturꝰ
Pauperib⁹ cōpatiēs manu largissima tribuebat vt etiā
famis tpe sacra vasa ꝛ coronas ab imꝑatore oblatas eccle
sie distraheret: ꝛ pecuniā susceptā erogaret. Beāꝫ quo-
qꝫ dei genitricē in summa deuotiōe habebat ꝛ vitā artissi
mā obseruabat. Hic pueꝝ cecū a natiuitate illuminauit.
¶ Dū in. xl. ad mēsaꝫ ederet panē cineribꝰ inuolutū aquā
a ministro in potū petyt: ille eā obtulit. Et dū sensus vini sa
porē gustasset: ministrū ꝙ sibi vinū porrexisset redarguit
Iterūqꝫ aquā sibi de fonte allatā in vinū ꝯuersaꝫ gustādo
cognouit. Apd̄ ticenū latro velamē altaris ei⁹ furat⁹ vēdere
ipꝫ nullatenꝰ i foro potuit ꝛ rediēs manū aridā repēte sen
sit: furtūqꝫ reportāſ ꝛ vēiā petēs orōe scti sanitatē meruit

¶ Dum Odilo ticenum festinaret: flumen intumescēs quia cuncti vadare timebant singlusione cum suis transiuit: quod dum quidam alij attentarent vix euaserunt. Sequenti nocte apud quendam hospitatus est: vbi lucerna accensa vento extinguitur: ⁊ dum vir ille odilonem inuocasset celesti luce tota nocte domus illustratur.

¶ Ueniens autem ad monasterium sancti marcelli matris fluuium inundantem mirabiliter impetuosum cum omnibus transuadauit ⁊ ceteris vsque ad femora madefactis: quod etiā preter naturam fuit: aqua sibi adhuc maiori miraculo vix vsque ad talos attingit. ¶ In monasterio sancti martini apud stratam publicam receptus cū omnium copiam advescendum exceptis piscibus haberet: pisces modicos allatos benedixit ⁊ iussit apponi. Et cum essent multi discumbentes omnes inde abundanter refecti sunt: ⁊ adhuc plurima superfuerūt. ¶ Rome etiam degens apud monasteriū dei genitricis quod est in monte auentino dum vinum sibi ⁊ socijs habile defuisset: vasculum melioris vini sibi oblatum est: de quo omnibus abundanter infuso cunctis ad sufficientiam fuit adeo vt nihil alicui defuerit neque superent. ¶ Apud taurinum quidam febricitans dum aquam lotionis manuū odilonis collectam gustasset continuo a febre liberatus est. In monte iouiani pauperibus peregrinis sitientibus obuians vinum modicum quod in fiascone habebat propinari iussit: ⁊ omnibus potu satiatis vas postmodum plenum repertum fuit. ¶ Imperator henricus cuppam vitream damasceno opere pulcherrime depictam sibi presentandam misit: quam dum fratres mirarentur nuncio adhuc presente de manu vnius casu cecidit ⁊ confracta est. Odilo igitur timens ne ex hoc imperator contra fratrem indignaretur: fragmenta collegit ⁊ oratione fusa cuppam reintegrauit. ¶ Hic primus diuina reuelatione festum commemorationis defunctorū post festiuitatem omnium sanctorum celebrauit: et toti suo ordini celebrandum indixit. Benedictus papa decimus qui cum multo honore rome susceperat defunctus apparuit Johanni episcopo portuensi dicens q eterne pene damnatus esset: nisi odilonis merita et orationes obstitissent. Sed tamen dudum in purgatorio cruciatus sperabat eius precibus ad paradysum transire. Que dū Johannes episcopus abbati intimasset: odilo pro papa per seipsum orauit: ⁊ cunctis fratribus ordinis idem imposuit. Et post dies modicos eldeberto monacho papa benedictus apparuit nimium fulgens: ⁊ maximo cetu mirabiliter resplendente associatus. Qui odiolonis monasterium ingressus eidem gratias egit: asserens se ipsius ⁊ eius ordinis suffragijs a penis purgatorij liberatum.

¶ Ante fere quinquennium finis vite sue graui morbo cruciatus est. Mortique proximus dyabolum sibi assistētem terribiliter increpauit cur ante se venire presumpserat: morque malignus discessit. Sicque sacra sumpta cōmunione anno domini. M.xlviij. etatis autem sue. lxxvij. ordinationis vero sue. lvj. quieuit in pace. ij. calen. Januarij. ¶ Ead em hora fratri gregorio monacho velut stella splendens apparuit: seque ante conspectum domini beata vita gaudere nunciauit. Cuius corpus in ipsa ecclesia sepultum est miraculis clarens. ¶ Hic plures elegantes sermones composuit: qui a fratribus eius ordinis sepius per annum leguntur.

¶ De circuncisione domini nostri. Cap. xxvij.



Circuncisio domini nostri calen. Januarij. iiij. ex causis ab ecclesia instituta videtur videlicet festi natiuitatis repetitione: propter christi assumptam circūsionē: propter eius sanguinis primā effusionē: ⁊ propter noui nominis impositionē. ¶ Primo ergo celebratur propter natiuitatis domini repetitionem. Nam istud festū improprie vocatur octaua natiuitatis. Nā quia christi natiuitas tēdebat ad mortē. Ideo improprie octauā hēre dicatur. Obitus enim sctōrū ideo octauā habet: quia ipsi tūc nascuntur ea natiuitate q̄ est ad vitā eternā quā octaua resurrectiōis significat. Eadē rōne videtur q natiuitas virginis ⁊ Johānis baptiste improprie octauā habent. Similiter nec resurrectio dn̄i: quia iā facta erat ipsa resurrectio in re. Sz notandum quod ē octaua: suppletiōis: veneratiōis: deuotiōis ⁊ figuratiōis. ¶ Octaua suppletiōis: siue repetitiōis ē octaua natiuitatis: in q̄ supplemus: qd minus in festo factum fuerat. s. officiū de parturiēte: vnde ⁊ oratio ⁊ historia diei pertinēt ad puerperā virginē: ⁊ officiū misse in q̄ in quibusdā ecclesijs cātatur. Uultū tuū ⁊c. ¶ Octaua veneratiōis ē octaua pasche pēthecostes: natiuitas dn̄e nr̄e ⁊ Johannis baptiste. ¶ Deuotionis in cuiuslibet scti potest fieri octaue. ¶ Figuratiōis sunt octaue institute de sctis: q̄ significāt octauā future in eis resurrectiōis: vt ē octaua scti stephani: iohānis euāgeliste: laurētij: ⁊ apostolorum ⁊c. Est ergo istud festū nō octaua natiuitatis proprie: sed repetitio siue suppletio illius festi. ¶ Scdo propter a christo assumptā circūcisionē: quā christus propter sex causas assumere voluit. Primo rōne sui. s. vt verā carnē assumpsisse ostēderet: vt ex hoc confunderet errorē manicheorum dicētiū: christum corpus fantasticum habuisse. Corpus enim fantasticū nec mutilatur: nec ex eo sanguis effunditur. ¶ Scdo rōne nr̄i. Nā quia sm aug. Ois christi actio nr̄a ē instructio: ideo circūcisus est in carne vt nos circūcidi debere mōstraret in mēte: ⁊ etiā exterius in opere ⁊ sermone. Circūcisio autē nr̄a exterior dz eē in habitu: ne sit notabilis. In sermone ne sit reprehēsibilis. Et in actiōe ne sit cōtēptibilis: vt scz circūcidatur visus a superflua visiōe auditus a superflua auditiōe ⁊c. Interior autem similiter debet esse in cogitatione vt sit sctā. In affectiōe vt sit pura. Et in intētiōe vt sit recta. col. ij. Circūcisi estis circūcisione nō manufacta in expoliationē carnis: sz circūcisiōe christi. Tertio rōne iudeorum: vt inexcusabiles eēnt. Si enim circūcisus nō fuisset: iudei se excusare potuissent dicentes: dissimilis es patribus. ideo nō recipimus ⁊c. ¶ Quarto rōne demonū: ne mysteriū incarnatiōis cognoscerent. Cū enim circūcisio sit cōtra pecm̄ originale: credidit dyabolus ⁊ hūc similiter peccatorē eē. Eadē rōne voluit matrē desponsatā hēre vt crederet dyabolus iesum a ioseph genitū eē. ¶ Quinto rōne perfecte iusticie adimplēde. Sicut enim baptizari voluit vt oēm iusticiā adimpleret: sic etiā circūcidi vt eādē nobis humilitatē ostenderet. Sexto rōe legis adimplēde siue approbāde quā ei diceret nō veni soluē legē sz adimplere si circūcisiōem respuens statim

statim a mandati solutione cepisset vt dicit Ambrosius
¶ Pōt addi ⁊ septima ratio: q̄ .s. octaua die circūcisus
est: vt spiritualiter innuat: q̄ in octaua resurrectionis
ab omni pena ⁊ miseria circūcidemur. Et hoc h3 deno-
tare circūcisio: que fiebat octaua die: vt q: mundi decur
sus sex etatibus deuoluitur: septima etas morientium:
octaua resurgentium: in qua pfecta erit circuncisio fa-
cta in carne nostra: in qua oēs defectus ⁊ miserie preci-
dentur. ¶ Cause aūt quare circuncisio data fuit: sunt
sex que his versibus ptinent. Cauterium: signū: meritū
medicina: figura: Exemplum fuit olim circūcisio dura
¶ Tertio pter sanguinis xp̄i primā effusionē. Hodie
enim xp̄s sanguinē suū pro nobis fundere cepit: q̄ ipm
pluries videlicet quinq3 vicibus p nobis effundere vo
luit. Primo in circuncisione: qd̄ fuit nostre redēptiōis
initium. Scd̄o in oratione: qd̄ fuit nr̄e redemptiōis de-
siderium. Tertio in flagellatione: qd̄ fuit nr̄e redēptio
nis meritum: q: liuore eius sanati sumus. ¶ Quarto in
crucifixione: qd̄ fuit nr̄e redemptionis preciū. tūc enim
que non rapuit exoluit. ¶ Quinto in lateris aptione:
qd̄ fuit nr̄e redemptiōis sacramentū. Inde enim exiuit
sanguis ⁊ aqua: qd̄ figurauit nos p aquā baptismi mū
dari debere: qd̄ h3 efficaciam a sanguine xp̄i. ¶ Quar-
to celebraf pter noui nōis impositionē: q: vocatū est
nomen eius iesus. ¶ Hoc aūt nomē apparet mirabile
in figura: in scriptura: ⁊ operatura. Primo in figura: fi
guratum enim fuit hoc nomen in ioseph filio iacob: de
quo dicif gen.xlj. q̄ pharao appellauit nomen eius lin
gua egiptia: saluatorē mundi. q̄ autē iesus saluator in
terpretetur: ostendif matthei.j. Vocabis nomē eius ie-
sum. Ipse enim saluum faciet populū suum a peccatis
eorum. Joseph igitur qui saluator a pharaōe fuit appel
latus. figurabat xp̄m. qui a deo patre iesus. i. saluator ē
nominatus: vt sicut ioseph a fratribus venditus trigin
ta argenteis: egyptū. i. tenebras a temporalis famis op
pressione liberauit: ⁊ populum collecto frumento refe-
cit. Sic iesus saluator a iudeis emptus totidē nummis
seculum istud tenebrosum a spiritualis medie tabefa-
ctione redemit: ⁊ populum celesti pane hoc est suo sacra
tissimo corpore satiauit. Et sicut ille factus est dominꝰ
egypti: ⁊ iesus factus est iudex totius seculi. ¶ Item fi-
guratum est hoc nomen in iesu filio nun. qui alio nomi-
ne dicitur iosue: q̄ fuit successor moysi in populi hebreo
rum ducatu: vt sicut ille populum dei per desertū edu
cens: eundē ad terram promissam itroducere nequiuit:
qd̄ successor eius iesus adimpleuit. Sic p allegoriā moy
ses quidem pp̄lo dei legem dedit: ipm aūt saluare non
potuit: nec ad pmissam terram viuentiū itroduxit: qd̄
iesus saluator moysi successor legis grē lator effuso san-
guine suo pfecit. Et sicut ille apto iordanis flumine po
pulū ad terrā pmissā induxit: sic ⁊ iesus iste patefacto
baptismate: qd̄ ad lrām in eodē flumio habuit exordiū
in xp̄o pp̄lm suum ad eternā gl̄iā imisit. ¶ Itē figura-
tum est in iesu sacerdote magno: q̄ post captiuitatē ba-
bylonicā pp̄lm in hierusalē reducēs tēplū reedificauit
primo Esdre.v. figurabat eī iesum qui est sacerdos in
eternū fm ordinē melchisedech: q̄ post diaboli captiui-
tatē pp̄lm redimēs ad hierlm celestē: que est mater nr̄a
p suū sanguinē reportauit: ⁊ templū militantis eccl̄ie p
pter petm̄ hoīs dirupte refecit. ¶ Scd̄o in scriptura:
hoc est ineffabile nomē dn̄i qd̄ grece dr̄ tetragrāmaton
a tetra qd̄ est. iiij. ⁊ grāma lrā ⁊ on. deus: q̄si deꝰ. iiij. lrār
qd̄ in lamina aurea de pcepto sculptū in fronte summi
sacerdotis pendebat. Et cū inter .x. nōia hebraica qbus
deus nolatus est: nullū reperiaf. iiij. lrār: qd̄ nō sit plu
riū vel paucior3 solū hoc nomē iesus: in hebreo. iiij. lit
teris inscribif. s. ioth: he vau he. His eī lrīs nomē dei
ineffabile tetragrāmaton scriptū fuit q̄. iiij. lrē l lingua

nostra sonant pncipium vite passionis quasi dicatur: q̄
iste iesus est pncipiū vite: passionis. i. p passionē. Cū enī
hebreorū grāmatica ppositionibus careat loco ppositio
num: que seruiunt acto casui: ponunt genitiuū. ¶ Ter-
tio in operatura: vnde dicit petrus rauennas. Hoc est no
men: quod dedit cecis visum: surdis auditū: claudis cur
sum: sermonē mutis: vitā mortuis: totāq3 dyaboli pote-
statem virtus huius nōis de obsessis corporibus effuga
uit ⁊c. ¶ De carne aūt circūcisionis domini dr̄: q̄ ange
lus eā karolo magno detulit: ⁊ ipse eam aquisgrani in ec
clesia beate virginis collocauit: quā postea ferf transtu-
lisse carosium. Nunc aūt dr̄ eē rome in capella lateran̄.
que dicif sancta sanctorum: vnde ibidem scriptum legif
Circūcisa caro christi: sandalia clara. Ac vmbilici viget
hic precisio cara.

¶ De sancto Basilio epō ⁊ confessore. Cap.xxviij.

Basilius epūs doctor grecorū: cuius vitam
amphilodochiꝰ iconij epūs scripsit de cesa
rea capadocie oriūdus septēnis a parenti
bus studijs philosophie traditus studuit
apud athenas: cū gregorio nazanzeno iu
liano ⁊ libanio in doctrinis grecis. Cūq3
in scripturis illis ad sensū suū creatorē inuenire nō pos
set: eidē nocte oranti qdam splendor illuxit: ⁊ induxit eū
ad pl ustrandū totius religionis scripturā. Profectusq3
in egyptū sacrarum litterarū studio se exercitans: iam
mente xp̄ianus: reuersus in grecias multis philosophis
viā salutis ostendit. Inter quos eubolū pceptorē suū dis
putantē redarguit. Cū quo triduo sine cibo continue p-
manens: secūq3 de diuinis conferens: eū conuertit. Qui
omnibus suis p xp̄o erogatis venerunt antiochiam: vbi
⁊ libanio sophiste ⁊ discipulis eius xp̄m predicauerunt.
Inde venientes hierl3 ab epō maximino baptismū petie
runt: qui eos secum duxit ad iordanem. Dumq3 basilius
signum fidei a deo peteret: venit super eos lux immensa
sicut fulgur ⁊ columba ex fulgure descendens turbauit
aquas ⁊ auolauit. Ibiq3 baptisati antiochiā reuersi sunt
vbi sub meletio episcopo basilius dyaconus ordinatur.
Deinde venerunt cesaream: vbi eusebio episcopo diuini
tus reuelatur: basilium sibi in episcopatu successurum:
quod non multo post eo decedente factum est. ¶ Quan
te sanctitatis extiterit iste sanctus effrē heremite in vi
su monstratum est: vidit enim in extasi positus colum-
nam ignis: caput cuius ad celum pertingebat: ⁊ vocem
desuper audiuit: q̄ talis esset magnus basilius: veniens
ergo ad ciuitatem die epiphanie: vt tantum virum vide-
ret: cum ipsum conspexisset in pontificali apparatu: et
comitiua clericorum venerabiliter procedentem despe-
xit eum admirans hominem tanto honore ⁊ constipatio
ne positum esse columnam ignis. Quod basilius p spi-
ritum cognoscens eum ad se accersiuit: de cogitatiōe rē
darguit: viditq3 effrem linguam igneam loquentem per
os eius: ⁊ compunctus veniam petyt. Cumq3 ab eo peti-
uisset: quatenus vt grece loqueretur: quam linguam pe-
nitus ignorabat: sibi a deo impetraret: q̄uis difficile vi
deretur: basilius pro eo orauit: ⁊ confestim grece loqui ce
pit. ¶ Heremita quidam alius pontificaliter procedē-
tem basilium contempsit: arbitrans q̄ in tali pompa
plurimū delectaretur. Cui de celo vox facta est: q̄ ipse ma
gis peccabat ex delectatione quam habebat in palpan-
do candam catte sue: q̄ basilius in omni apparatu suo.
¶ Valens imperator fautor arrianorum ecclesiā quan-
dam catholicis ablatam contulerat arrianis: ad quem
vir sanctus accessit: et ipsum de eius iniquitate magna-
nimiter redarguere cepit. Cuius post multa verba im-
perator concessit: vt amore catholicorum remoto ipse
secundum iusticiam inter partes sententiam ferret.
¶ Episcopus vero conuocatis partibus iussit: vt fo-

res ecclesie clauderentur: et utriusque partis sigillo munirentur: et ad quorum orationes aperirentur sua esset. Quod cum omnibus placuisset: orantibus arrianis per triduum ianue semper eisdem clause manserunt. Tunc basilius processione ordinata venit ad ecclesiam: et facta oratione leui ictu baculo suo fores tetigit dicens. Tollite portas principes vestras etc. Et continuo apertis ianuis reddita est ecclesia catholicis. Cum imperator basilium: nec muneribus: nec precibus: nec comminationibus corrumpere posset: vt dicitur in tripartita: dum sententiam de ipsius exilio scribere vellet fractis tribus calamis successiue: ipse tremorem magnum incurrit: et sic chartam fregit et a scribenda sententia destitit. ¶ Nobilis quidam nomine heradius filiam eius vnicam deo vouerat: in cuius amorem instigante dyabolo vnus ex seruis exarsit: et impossibile videns: vt ad amplexus filie domini sui posset accedere: cuidam mago pecuniam magnam promisit: si taliter ageret: quod puella sibi consensum preberet. Qui scriptam epistolam ad dyabolum iuueni tradidit: et vt nocte inter sepulchra gentilium accederet monuit: et demones vocaret: atque chartam in aere exaltaret: et sic demonibus sibi apparentibus obediret. Que dum iuuenis perfecisset: adest princeps tenebrarum cum multitudine demoniorum: et lecta epistola iuuenem interrogat: si christum negare paratus erat. Qui dum christo et christiane fidei abrenunciasset: et abnegationis sue chirographum dyabolo tradidisset: princeps demoniorum spiritus fornicationis ad puellam misit in amorem iuuenis inflammandam. Que dudum vexata miserabiliter clamare cepit et patri dicere quod aut ipsam seruo in coniugem traderet: aut seipsam occideret. Pater igitur anxius et filiam perdere dubitans de consilio amicorum ipsam seruo suo manumisso in vxorem dedit: et maximam dotem concessit. Et dum dudum insimul permanerent: aduertit vxor: quod vir suus nec se signabat: nec ecclesiam introibat. Et dum huius causam sollicite per dies plurimos requisisset: quamuis dudum sibi veritatem negasset: eidem tandem cuncta que sibi contigerant enarrauit: et puella superinde basilium consulendum adyt. Qui puerum vocans: et omnia ab eo audiens: interrogauit: si ad christum redire vellet. Cui ille respondit quod vellet libenter: sed non poterat: quia abnegationis sue chirographum dyabolo fecerat. At sanctus eum in domino confortauit: et cruce signatum per triduum inclusit: postea eum visitauit: quem magnas demonum infestationes se pati dicebat: eo quod ipsum lapidantes chirographum sibi ostendebant. Cui ille dans escam modicam: iterum eum signauit: et inclusit: ac pro ipso iugiter deum orauit. Et post aliquot dies iterum ad eum veniens: ab eo percepit quod clamores eorum a longe audiebat: eos tamen non videbat: iterumque ipsum reficiens abyt: et pro eo orauit: et die quadragesimo rediens audiuit: quod viderat sanctum pro se pugnantem: et dyabolum vincentem. Quem basilius educens vocato clero et populo: et factis letanijs: puerum in ecclesia ducebat: quem demones ab alia parte trahebant. Tunc clamante puero: basilius demones increpauit: eosque dudum conquerentes effugauit. Et dum ipse cum omni populo in oratione perseuerassent: ecce scriptum iuuenis per aera in manibus basilij conuolauit quem ille iuueni ostensum lacerauit: et absolutum ac communicatum et bene instructum vxori restituit. ¶ Mulier quedam omnia peccata sua in cedula scripserat: et eam basilio dederat: supplicans vt pro se oraret: vt deus sibi peccata dimitteret: quod dum pro ea orasset: omnia peccata preter vnum grauius de charta deleta sunt. Quam basilius ad effrem eremitam misit: vt eius oratione et peccatum illud deleri posset. Tunc effrem eam ad basilium tanquam sanctiorem remisit et vt veniens festinaret admonuit: eo quod dubitabat: an ipsum viuum inuenire posset. Rediens ergo mulier virum dei defunctum repperit: qui iam ad tumulum portabatur. Et dum lamentabiliter fleret: et sedulam supra corpus defuncti posuisset: iterum eam aperuit et peccatum deletum aspexit. ¶ Dum autem sanctus dei egrotaret infirmitate: qua et decessit: quidam presbyterus medicus iudeus ioseph nomine eum visitabat: quem sanctus se conuersurum preuiderat. Sed dum in extremis positus esset: ioseph ex motu pulsus et alijs indicijs: quem eo die moriturum nouerat: famulis secreto nunciauit: et vt necessaria sepulture pararent consuluit. Quod sanctus per spiritum audiens: hoc esse futurum eo die omnino denegauit: et ioseph aliter esse impossibile constanter affirmauit: asserens se velle mori: nisi basilius eo die sole occidente occumberet. Tunc sanctus eum interrogat: si vult mori peccator viuere christo: si die sequenti vsque ad sextam horam supervixeret quod et ioseph se facturum spondet. Beatus autem basilius quamuis naturaliter illico moriturus: oratione non tantum mortis inducias quam conualescentiam a christo impetrauit: et vsque in crastinum ad horam nonam supervixit: maneque hora tertia de lecto surrexit: ad ecclesiam proprijs pedibus accessit: et ioseph conuersum baptisauit: et rediens ad lectum hora nona spiritum feliciter emisit kalen. January tempore imperatoris gratiani: sepultusque est in ecclesia sua.

¶ Hic contra eunomium insignes elaborauit libros. De spiritusancto volumen egregium. In exameron homelias nouem. Epistolas breues: variosque tractatus. Ad euchitas epistolam vnam contra hereticos. De incarnatione domini librum vnum. Vitam balaam et iosaphath. Contra iulianum apostatam libros fortissimos. De generibus peccatorum inquisitionum librum vnum. De fide catholica ad amphilocium iconij episcopum librum vnum. Scripsit etiam regulam monachorum: qua vtuntur armeni: et alia multa opuscula fecit.

¶ De sancta Martina virgine et martyre. Cap. xix.



Martina virgo et martyr rome ex patre consule nata: ibidemque sub alexandro imperatore passa est. Que ab eo vt christiana comprehensa: ad apollinis sacrificium inuitatur. Et dum orasset pars templi cum idolo cecidit: et demon per aera sicut fumus clamans euanuit. Quam alexander alapis cesam ab octo viris binatim sibi succedentibus vncinis ferreis attrahi fecit. Qui videntes quattuor angelos virginem confortantes conuersi sunt: propter quod et ipsi suspensi: et vngulis lacerati: demum decollati martyrium consummauerunt. Deinde virgo christi suspensa et post hoc in quattuor palis extensa gladijs conciditur: sed cesoribus subito decedentibus carceri traditur: vbi ab angelis visitata confortatur: et celesti cibo reficitur. Indeque educta in templo artemidis statuit et immollare compellitur. Sed corruente ydolo fugato demone iterum circa mamillas vnguibus laniatur.

Iterumque


Iterũqʒ carcerat. Deinde in amphiteatrum ducta be-
stijs subycit. Cuius pedibus leo pcidit mansuetus. Et
dum inde educta fuisset: idem leo mox eumenium alexã
dri cognatum interfecit. Iterum post duos dies suspen
sa: τ vngulis rasa: atqʒ decaluata est: eo quod virtutẽ ma
leficiorum capillis inesse putabant. Et dum in templo
eet reclusa fuisset sola: idolo corruente: audite sunt voces
angelorum concinentium a paganis. Quod imperator
comperiens ipsam extra vrbem ductam iussit decollari.
Et facto maximo terremotu.cccxx. gentiles cõuersi sunt
Cuius corpus calixtus papa cum suis clericis sepeliuit
kalen. Januarij.

De sancto Concordio pſbytero τ martyre. Cap.xxx.



Oncordius pſbyter τ martyr passus est
spoleti tempore antonini imperatoris.
Hic ex patre gordiano xpiano rome or
tus: a sancto pio vrbis epo pſbyter ordi
natus τ doctus est. Qui cum via salaria
habitaret apud sanctum eutycetẽ: ten-
tus a torquato comite tuscie: qui versa
batur spoleti: cũ xpm confiteret τ sacrificare nollet: car
ceri traditus est vbi a sanctis eutycete τ anthimo epo ami
cis torquati de eius consensu visitatus τ cõfortatus fuit
Inde eductus eculeo suspendit τ torquet. Et dum cõstã-
ter in fide persisteret: iterum carceri mancipat: et fame
triduo macerat. Nouissime cum statue iouis eidẽ in er
gastulo psentate thurificare renueret: a duobus satel-
litibus ibidẽ decollat. kal. ianua. Sepultus in loco vbi
aque plures emanant: iuxta ciuitatem spoletanam.

De sancto Almachio martyre. Capitulũ.xxxi.




Lmachius martyr rome martyrium passus
est. Qui cum sacrificantibus gentilibus di-
ceret: hodie octaue dñici diei sunt: cessate a
superstitionibus idolorum: iubente vrbis p̃-
fecto captus: τ a gladiatoribus occisus est ka
len. ianuarij: vt dicitur in martyrologio adonis.

De sancto fulgentio epo ruspensi. Cap.xxxij.




Ulgentius eps ruspẽ. ex patre fulgentio
τ matre marchiana nobilibus in ciuitate
toleto hispanie natus est. Qui grecis τ la-
tinis litteris nõ mediocriter eruditus in
annis iuuenilibus a fausto epo in exilium
relegato monachalem habitum suscepit.
Hic primo ab arrianis multas insidias τ persecutiones
perpessus τ aliquando durissime cesus est. Deinde effe-
ctus abbas monasterij sui: eadem arriana peste crescen
te ab eodem cenobio effugatus: sed auxiliante xpo post
tempus aliquod reductus in episcopum ruspeñ. electus
fuit. Qui verbo τ exemplo populum suum docens: ad de
fensionem catholice veritatis: multa opuscula cõtra ar
rianam heresim compilauit. Propter quod ab arrianis
in insula sardinie cum.lx. catholicis epis relegatus: do
mum ad ecclesiam suam reuocatus: quasi per annũ an
te obitum suum epatum cessit: τ ad monasterium suũ re
diens: ibidem nõ vt abbas: sed vt simplex monachus an
num vltimum vite sue exegit. Ibiqʒ plenus sanctitate hu
manitatis debitum soluit kalen. ianuarij: epatus sui an
no eiũ.xxv. vite vero sue anno.lxv. Hic inter cetera vite
sue artissime recolenda carnes auium nulla vnq̃ ne
cessitate vel infirmitate gustauit. Floruit aũt tpe gelasij pa
pe: τ anastasij primi imperatoris. Hic diuina τ huma
na litteratura pstantissimus: aduersus faustum elegãs
scripsit volumen. Composuit tractatus τ homelias mul
tas plurimosqʒ sermones. Scripsit τ fabularum allego-
rica: libro quem mythologiarum vocabula intitulauit.
Hec sigibertus.

De sancto fulgentio epo vruculañ. Cap.xxxiij.



Ulgẽtius eps vruculañ. vir nimie sanctita
tis fuit. Qui dũ rex gothorũ totilas ad ptes
suas accederet: eidem p clericos suos xenia
misit: vt eius insaniã mitigaret. Que rex vt
vidit: spreuit: suisqʒ holbus iussit: vt epm sub
omni feritate cõstringerẽt: eiusqʒ examini reseruarent.
Quẽ feroces gothi detẽtũ circũdãtes: cũ in vno loco sta
re pcepissẽt: sibiqʒ in terra circulũ designauerunt: extra
quẽ pedem tẽdere nullo mõ auderet. Cũqʒ in sole nimio
estuaret: nec circulũ exire presumeret: repẽte tonitrua τ
chorusca tiões: ac pluuia nimia eruperunt: ad eo vt custo
diẽtes eũ imẽsitatẽ imbris ferre nõ possent. Et cũ inun-
datio nimia vbiqʒ fieret: intra designationẽ circuli: itra
quã vir dei stetit: ne vna qdẽ aque gutta descẽdit. Quod
dũ regi nũciatũ fuisset: quẽ prius insatiabili furore sitie
bat: postmodũ reuerẽdissime ptractauit: τ cũ honore ad
ppria remisit. Hec grego.iij. dialo.cap.xij.

De sanctis triginta martyribus. Cap.xxxiiij.



Riginta milites xpiani: rome via apia mar
tyrio coronati sunt. Quos diocletian⁹ impa
tor sibi detẽtos: capitali snia cõdẽnatos: decol
lari fecit. Sicqʒ coronã martyrij pceperunt
kalen. ianuarij.

De scõ macario abbate alexandrino. Cap.xxxv.

Acharius alexãdrinus abbas vt habet i histo
ria tripartita: fuit in deserto de scythi: ad dif
ferẽtiã alteri⁹ macharij egyptij: ãthonij discı
puli: q fuit in thebaide: de quo dicet.xviij. ka
len. februarij. Hic descendẽs de scythi: vitra
uit dormire in monumẽto: vbi sepulta erant corpa paga
norũ. De quorũ vno sibi puluinar sub capite strauit. De-
mones aũt vt ipʒ terrerẽt: vocabat quasi mulierẽ ad bal
neũ inuitãtes: τ alter demõ sub ipo tãq̃ ex mortuo illo re
spõdebat se venire nõ posse: q: pegrinũ sup se habebat.
Machari⁹ aũt i nullo territ⁹ corp⁹ tũdebat dicẽs q iret
si posset. Apparuit sibi dyabol⁹ aliq̃ cũ falce messoris:
voleñqʒ eũ ferire nõ potuit. Dixit q ab eo multã violẽtiã
pateret: q: sibi p̃ualere nõ poterat. Nã q̃cq̃d macharius
faciebat: τ demõ: si vigilabat: ipe nũq̃ dormitabat: si ie-
iunabat: ipe penit⁹ nõ comedebat: verũ in sola humilita
te ipm excellebat. Uexat⁹ a tẽtatiõib⁹ carnis: saccum
magnũ harene deferebat: τ iterrogat⁹ a theosebio q̃d fa
ceret: rñdit q se vexãtẽ vexabat. Uidit alia vice dyabo
lũ habẽtẽ in veste pforata ampullas multas: quas dixit
esse tentationũ species: τ q ibat potionare fratres. Ita
vt si vni aliquã earũ nõ placeret: aliã porrigeret. Et cum
rediret: machario interrogãti quõ fecerat: rñdit: q oẽs
sanctificati erãt: pter quẽdã theotiscũ: q sibi cõsenserat.
Surgẽsqʒ macharius illuc iuit: illũqʒ fratrẽ tẽtatũ inue
niẽs cõuertit. Et post hoc iterũ demonẽ eũdẽ reptũ iter
rogat: quõ se fratres habebant: qui respondit q male: τ
qd plus erat: vnũ acq̃situ amiserat: q sanctior alijs fact⁹
erat. Dum caput defuncti repperisset: τ orasset: inter
rogauit: quis esset: qui respondit: se fuisse paganum. In
terrogatus vbi erat aĩa sua: rñdit q in inferno in tãto p
fundo: quãtũ distat celũ a terra. Addiditqʒ q adhuc p
fundiores sunt iudei. Et vltra hos pfundissimi sunt falsi
xpiani: q xpi sanguinẽ cognitũ paruipendũt. Ambu-
lans autem p pfundam solitudinem: ad quodlibet mi-
liare arundinem figebat: vt postmoduʒ redire sciret. Et
cum iam nouem dietas fecisset: eas omnes dyabol⁹ col
legit: τ ad caput eius dormientis posuit: vnde ad redeũ-
dum plurimum laborauit. Fratri cuidam longe ten-
tato q in cella sua inutiliter permaneret cõsuluit: vt co
gitationibus illis sic responderet: q saltem pro christi
amore celle parietes custodiret. Dum culicem se pun
gentem occidisset: τ ex eo sanguis exisset: redarguens se
q propriam iniuriam vindicasset: nudus sex menses in

deserto mansit: ⁊ inde a scabronibus laceratus exiuit. Post hec clarus virtutibus in pace quieuit quarto nonas Januarij. Hec in vitis patrum.

De sanctis Argeo Marcello ⁊ Marcellino martyribus. Capitulum .xxxvj.




Rgeus marcellus: atque marcellinus pueri fratres: passi sunt in ponto ciuitate tomis. Qui marcellinus sub licinio principe: inter tyrones comprehensus: cum nollet militare: dicens se christianum nulla ratione debere terreni principis ascribi militie cesus ad mortem: ⁊ diu in carcere maceratus est. Et dum sic detineretur in vinculis: ⁊ argeus ac marcellus fratres eius ipsum inuisitassent: ⁊ ipsi deprehensi quod christiani essent: coguntur idolis immolare: cum essent inter militares ascripti. Sed non consentientes a tribuno suo decollati sunt. Marcellinus vero in mari mersus martyrium consummauit: qui passi sunt .iiij. non. Januarij. hec ado.

De sancto Antherio papa ⁊ martyre. Cap. xxxvij.



Ntherius papa ⁊ martyr: natione grecus: ex patre romulo pontiano pape in episcopatu successit. ⁊ sedit annos .xij. mensem .j. dies .xj. Hic constituit: vt episcopi maxime vtilitatis vel necessitatis causa possint transferri de sede in sedem. Hicque gesta martyrum a notarijs diligenter exquisiuit: ⁊ in ecclesijs recondidit legendas. Et hic sub maximino augusto martyrio coronatur. Sepultusque est cum collegis suis in cimiterio calixti: via appia .iij. non. ianuarij. Et cessauit episcopatus dies .viij.

De sancta genouefa virgine. Capitulum .xxxviij.



Enouefa virgo parisiensis. anno .vj. martiani imperatoris claruit: vt ait sigibertus. hanc puellulam dum in domo paterna sanctus germanus parisiensis episcopus: vadens ad synodum conspexisset: prophetico spiritu pronunciauit eam maximam in sanctitate futuram: eamque tunc de pudicitia docens ad propositum virginitatis incitauit. Dum autem die quadam prohibente matre omnino ad ecclesiam ire vellet: ⁊ mater ipsam alapa percussisset: subito lumen oculorum amisit. Quod puella videns: ⁊ matri condolens: ac ream se criminis remordens: aquam de puteo haustam inuocato christi nomine oculis genitricis infudit: ⁊ mater confestim recuperauit visum. Dum autem in christi virginitatem dedicata fuisset: ⁊ ieiunijs ac orationibus vacaret: ex longa carnis tabefactione lepram incurrit: quam pluribus annis patienter pertulit: sed demum a christo mundata est. Et dum sancti dionysij basilica fabricaretur ⁊ calce deficiente operarij laborare non possent: ⁊ ex hoc diebus multis vacare ab opere necesse esset: orationes virginis effusa: cameram in quam existimabant vacuam adierunt: ⁊ eam calce miraculose plenam inuenerunt: ⁊ sic in edificio processerunt. Sed ⁊ sitientibus operarijs virgo cuppam vini porrexit: de quo refectis omnibus vsque ad completam ecclesiam non defecit. Multos ab immundorum spirituum oppressione liberauit: ⁊ alijs insignibus miraculis renitens: in pace quieuit .iij. nonas ianuarij apud sanctum dionysium sepulta.

De sancto Petro aulano martyre. Cap. xxxix.



Etrus martyr passus est in ciuitate aulana tempore diocletiani ⁊ maximiani imperatorum qui alio nomine balsamus vocatus est. Hic a preside seuero tentus: dum se christicolam confessus est crucis supplicio affictus interemptus est vere petri apostoli effectus heres nominis ac imitator passionis. Cuius passionem transtulit anastasius apostolice sedis bibliothecarius: vt scribit frater vincentius: qui passus est .iij. non. ianuarij.

De sancto Daniele martyre. Capitulum .xl.



Aniel leuita ⁊ martyr padue quiescit corpore in ecclesia cathedrali. Quod quidem hoc modo repertum est. Anno enim domini .mcccclxxvij. hic sanctus apparuit cuidam ceco in tuscia existenti monens vt si illuminari vellet ad corpus suum visitandum paduam accederet: seque danielem martyrem nominauit. Qui paduam veniens ⁊ nihil de sancto inuenire valens eo quod ciuitas a longobardis nuper diebus illis euersa fuerat ⁊ diruptis ecclesijs legende sanctorum disperse: se delusum putauit. Et dum in ecclesia sancte iustine oraret eidem ceco sanctus daniel denuo apparuit ⁊ ipsum illuminauit: ac locum sepulture demonstrauit. Illeque continuo episcopo Johanni ⁊ abbati sancte Justine: tam miraculum quam visa nunciauit. Qui congregato clero ⁊ populo: locum effodientes: corpus martyris inuenerunt: iacens super ligneam tabulam ad instar sue longitudinis supinum et extensum: habens super se aliam marmoream tabulam eiusdem longitudinis cum inferiori confixam clauis: videlicet ferreis enormibus: caput martyris: pectus ⁊ ventrem: ac omnia transfodientibus membra: ⁊ binas tabulas colligentibus: que omnia qualiter a gentilibus passus fuerat: euidentius ostenderunt. Sanguis vero a corpore diffusus ita recens in tabulis apparebat: ac si tunc ex vulneribus stillaret. Et ex parte exteriori sculptus titulus legebatur. Hic requiescit corpus sancti danielis martyris ⁊ leuite. Quo autem tempore vel qua die seu sub quo passus fuerit iudice aliter ignoratur. Leuantes igitur inde corpus ad ecclesiam maiorem dei genitricis transtulerunt: ⁊ ibidem honorifice condiderunt: vbi ⁊ quiescit miraculis fulgens. Et quia passionis eius festum ignotum est: festum ipsius martyris agitur padue die: qua corpus eius inuentum est: videlicet tertio nonas Januarij.

De sancto Theogene martyre. Cap. xlj.




Heogenes martyr filius episcopi christiani: passus est sub licinio imperatore in cyzico: que erat prima ciuitas hellesponti. Qui comprehensus ⁊ perductus ad legionem: que dicebatur sera traiana: dum se christianum confessus esset: in quatuor palis extensus: et fustibus cesus est diutius: donec .xviij. centuriones super eum mutarentur. Deinde in carcerem missus: ⁊ in neruo extensus: quattuorque clauis confixus est: vbi ab ipso christo cum sanctorum multitudine sibi apparentibus confortatur: quos ⁊ ipsi custodes audierunt psallentes. Inde eductus ⁊ tribuno suo presentatus: iussus est ab eo in mare mergi. Sed dum mergeretur: lux maxima super eum refulsit: que oculos mergentium excecauit. Postquam autem ipsi ad christi fidem conuersi fuerunt: et baptismum susceperunt: post dies .xx. lumen eis restitutum est. Corpus autem martyris a fluctibus ad littus iactatum: ⁊ a christianis repertum: sepultum est iuxta muros ciuitatis in villa: que dicitur adamanti. Qui passus est .ij. nonas Januarij.

De sanctis prisco presbitero priscilliano ⁊ benedicta martyribus. Ca. xlij.



Riscus presbyter: ⁊ priscilianus clericus atque benedicta religiosa rome martyrium passi sunt. Qui sub imperatore iuliano apostata christianorum immanissimo persecutore comprehensi: ⁊ in confessione nominis christi: gladio triumphum impleuerunt .ij. nonas Januarij. hec ado.



De sancta darfosa martyre. Cap. xliij.

Arfosa martyr rome passa est tempore decij cesaris. Que fuit vxor sancti fabiani pape ⁊ martyris. Qui diuinitus per columbam electus: vt in eius passione dicetur .xiij. kalen. februarij vrorem dimisit.

rem dimisit. Et post eius martyrium Darsosa sanctissima in castitate permanens: primum exilio relegat. Deinde a prefato principe capite iussa est puniri .ij. nonas ianuarij: vt dicitur in martylogio adonis.

¶ De sanctis Aquilino τ socijs martyri. Capitulum .xliiij.

Aquilinus: geminus: eugentius: martianus quintus: theodorus: τ triphonius martyres apud aphricam sub persecutione vandalica preclarissimo martyrio coronati sũt .ij. nonas ianuarij: vt dicit ado.

¶ De sancto Symeone monacho τ ꝯfessore. Cap. xlv.

Simeon monachus .xl. annis apud antiochiam in colũna quadam concaua stetit inclusus: mira vite sanctitate τ penitẽtia clarens. Hic a sancto Timotheo abbate: primum monachus factus est. Semel in hebdomada cibum sumens: panem videlicet solum aut herbarum radices cum aqua tantũ. Funeqꝫ colligatus adeo corpus artauit: vt carnes eius circa ligaturas putrescerent: vixqꝫ iussu abbatis hoc sentiẽtis se solui permisit. Deinde relicto monasterio ad desertũ accedens: in puteo sicco pluribus annis mirã penitentiam egit. Postea in columna .xx. cubitorum sibi a populo prope ciuitatem edificata: reliquo vite sue tẽpore videlicet annis .xl. permansit: τ adeo artissimam penitentiam egit: ꝙ femur ipsius putrefactum est ex nimia tabefactione. Anno integro super pedem vnum immobilis stetit. Multa quoqꝫ miracula deus per ipm̃ ostendit. ¶ Nam cum populus ad dracone ingentissimo vexaretur: oratiõe facta: dum draco impetu nimio versus ciuitatem moueretur: grossissimo ligno oculum eius intrante: τ oculo draconis erupto: draco velocissime rediens: deserta petijt: sicqꝫ populum ab eius infestatione liberauit. ¶ Mulierem que in potu serpentem transglutierat: serpentem euomere fecit. Et periclitanti populo nimia siccitate: aquam abundanter de terra produxit. Sicqꝫ in columna manens post vitã mirabilẽ stando spiritum emisit. Quem abbas antonius veniens visitatum: dum cum primo stantem repperit: orare putauit: sed accedens propius: illum migrasse cognouit: et sepeliuit. In cuius exequijs aues circa corpus volitantes: quasi vocibus eum deflebant. Sepultusqꝫ est apud antiochiam miraculis clarens: quieuit autem in .x. die nonas ianuarij.

¶ De sancto Thelesphoro papa τ martyre. Cap. xlvi.

Thelesphorus papa τ martyr natione grecus ex anachorita: sixto primo pape in episcopatu romano successit. τ sedit annos .xj. menses iij. dies .xj. Hic cõstituit vt missam ante tertiam nullus presumeret canere: qua hora dominus noster sm̃ euangelium marci ascendit in crucẽ. Et in missarum solẽnijs diebus celeberrimis hymnum angelicum decantari precepit. Et in natale domini tres missas instituit celebrandas. Primam in gallicantu iã nocte media proximante: quando christus in bethleem nasci dignatus est. Secundam illucescente aurora: q̃n in cunabulis adoratus est a pastoribus. Tertiam in hora diei tertia: quando illuxit nobis dies redemptiõis nr̃e. Hic etiam constituit .vij. hebdomadis ante pascha potissime omnem clerum ab esu carnium τ in ieiunijs abstinere: vt sicut discreta debet esse vita clericorum a laicorum conuersatione: sic τ ieiunium. Has aũt .vij. hebdomadas omnes clerici non in delitijs ieiunẽt. Et hic sub antonino imperatore martyrio coronatus. Sepultus est cum fratribus suis in vaticano iuxta corpus beati petri nonas ianuarij. Et cessauit episcopatus dies septem.

¶ De epiphania domini nostri. Capitulum .xlvij.



Epiphania dñi triplici miraculo decoratur. Hodie enĩ magi xp̃m adorãt Johãnes saluatorẽ baptizat: τ aquã in vinum dñs in nuptijs mutat. Pro quorũ vtroque meruit epiphania uocari: ab epi quod ẽ supra: τ phanes apparitio: quasi superna apparitio. Stella enĩ desup apparente xp̃s magis demonstrat. Et colũba spũssancti desup descendente iesus baptizatus dei filius patris voce inclamat: τ aqua in vinũ miraculose transmutata: xp̃i iesu gloria manifestat. Hoc aũt annoꝝ reuolutione factum est. Nã xp̃s dierũ .xiij. a magis est adoratus. Deinde annoꝝ xxx. τ totidẽ dieꝝ est in iordane baptizat⁹. Et post hec anno reuoluto eodẽ die fuit ad nuptias iohannis euangeliste inuitatus: vbi aquã diuina potentia conuertit in vinũ. Sed quia in hoc festo ecclesia principaliter instat circa magorũ adorationẽ: ideo τ huiusmodi materia ꝓsequẽda est. ¶ Et nota ꝙ qr christus rex pacificus venit in mũdũ: vt pacẽ faceret: τ pacem adduceret: ipse est enĩ pax nostra secundũ apostolũ: ideo triplicẽ pacẽ homini adduxit scilicet pacẽ tẽporis peccatoris τ eternitatis. Propter hec tria necesse fuit: vt esset rex: deus τ homo. Nam fuit necesse: vt eẽt ꝓ pace tp̃is rex vniuersalis. Pro pace eternitatis deus immortalis. Et ꝓ pace peccatoris homo tẽporalis. Idcirco in hystoria huius festiuitatis probatur ꝙ xp̃s fuit rex vniuersalis: τ deus immortalis: τ homo tẽporalis. Et hec tria vt dicet figurata fuerunt in triplici munere sibi a magis oblato. Nã aurũ decet regiã dignitatem: thus diuinã maiestatẽ: τ myrrha humanam mortalitatẽ. ¶ Nato ergo domino: tribus magis in oriente positis super montẽ victorialẽ orantibus: τ aduentũ stelle a balaam chaldeo in ortu christi manifestã de expectãtibus: noua stella apparuit: vt dicit Chrysostomus: habens in medio formam pulcherrimi pueri: in cuius capite crux splendebat: τ audita est vox magos alloquens vt in iudeam pergerent: τ ibi natum puerum inuenirẽt. Qui susceptis muneribus stella eadem ductrice: iudeam venerunt hierosolymam intrantes: stelle visionem amiserunt: regem iudeorum natum quesierunt: eundem nasciturum in bethleem prophetico testimonio didicerũt: quo pergentes stelle ducatum recuperauerunt: eadem stella duce ed puerum natum deuenerunt: ipsum adorauerunt: tria munera obtulerunt: admoniti in somnis ꝑ viam aliam in patriam redierunt. ¶ Ostenditur ergo ex his primo: ꝙ christus est rex vniuersalis. Et hoc patet Primo quia ex regibus generatus: et in regia ciuitate natus ꝙ enim ex regibus israel sit per carnem genitus: ostendit mattheus euangelista in principio sui euangelij antequ͂ deueniat ad hystoriã magorum dicens. Liber generationis iesu xp̃i filij dauid τc. Ideoqꝫ voluit xp̃s in bethleem nasci: que est in tribu iuda: τ appellatur ciui-

tas dauid: eo q̄d ipse vt verus rex iudeorū esset de domo familia dauid: p̄ carnis generationē ꝓpagatus. Ideoq̄ additur ꝓphetia michee. Et tu bethleem terra iuda ꝛc. In qua ad litterā ostendit̄: q̄ xp̄s verus rex iudeorum: q̄ populū israel in virga virtutis erat recturus: in ip̄a ciuitate fuerat nasciturus. ¶ Secundo q̄ ab amicis principibus visitatus. De more enim principum visitatus. De more enim principū seculi est: q̄ rex de nouo regnū acquirens: ab amicis regibus eiusdem coronationi congaudētibus visitetur. Sic ꝛ xp̄s nuper per carnē assumptam regnum mundi ingrediens: ꝛ principes huius seculi foras eijciens: ab amicis regibus nedum personaliter visitatur: sed etiam muneribus honoratur. Qui licet appellētur magi fuisse: tamen reges a doctoribus asseruntur: ꝛ dicuntur secundum quosdam q̄ fuerunt primo magi: id est malefici: sed postea conuersi sunt. Reuera autem magi id est sapientes. Nam magus persice hebraice scriba dicitur: grece philosophus: latine sapiens: venerunt autem ab oriente hierosolymam in .xiij. diebus secundum remigium miraculose ꝛ preter naturam: quoniam puer ad quem ꝓperabant: eos in tam breui spacio ducere poterat: vel dic s̄m Hieronymum: q̄ super dromedarios venerunt: quod est animal velocissimum: quod tantum currit vno die: quantum equus in tribus ꝛ dicitur a dromos quod est cursus ꝛ areti virtus quasi virtuosus in cursu: venerunt autem hierosolymam ꝓpter tres rationes. ¶ Prima fuit q̄ magi tempus natiuitatis christi agnouerunt: sed locum ignorantes existimauerunt nouum regem natum in ciuitate regia reperturum: que erat hierusalem. ¶ Secunda vt citius natiuitatis locum discere possent: cum ibi sapientes iudeorum residerent.

¶ Tertio vt iudei inexcusabiles essent: qui locum quidē nascentis agnouerant: sed de tempore se nescios pretendere potuissent: vnde magi iudeis ostenderunt tempus ꝛ iudei magis locum. Ex quo redarguitur iudeorum negligentia: dum illi vni prophete credunt: isti pluribus nō acquiescunt. Illi inquirunt regē alienū: isti contēnunt proprium. Illi venerunt e longinquo: isti manserunt e vicino. Venerunt autem ꝛ quesierunt illum dicentes. Ubi est qui natus est ꝛc. His verbis vt dicit remigius in originali. Uerum regem: verum hominē ꝛ verū deū confessi sunt. Uerum hominem: cum dixerunt: vbi est: qui natus. Uerum regem: cum addunt: rex iudeorum. Uerum deum: cum concludunt: ꝛ venimus adorare eū: cū solus deus debeat adorari. Tertio q̄ ab emulis formidatus. Timuit enim eū rex herodes eius inimicus eisdē magis nunciantibus christū: quare audiens herodes rex: turbatus est. Et hoc triplici de causa. Primo ne iudei suū regē natū reciperent: ꝛ se alienigenā expellerēt. Fuit enī primus alienigena: qui iudeis dominatus est. Secundo ne a romanis culpari posset: si aliquis ibi rex vocaretur: quē augustus non constituisset. Tertio: vt dicit Gregorius: q̄ nimirū terrena altitudo confunditur: cū celsitudo celestis aperit̄. ¶ Turbata ē ꝛ omnis hierosolyma cū illo triplici de causa. Primo: q̄ impij nequeunt gaudere de aduentu iusti. Secundo: vt regi turbato adularentur se turbatos ostendentes. Tertio: q̄ timuerunt: ne ꝑ sente ꝛ venturo rege ad inuicē certantibus: ipsi in perturbationibus inuoluerent̄. Tunc herodes principibus conuocatis: sciscitabat̄ ab eis: vbi xp̄s nasceret̄. Et ꝓphetia michee ī mediū ꝓfert̄ q̄ xp̄s in bethleē sit nasciturus. Quod cū audisset: cōuocatis magis didicit ab eis tp̄s stelle: q̄ apparuit eis: eosq̄ in bethleem ad requirendū puerū destinauit: ꝛ vt eū repertū sibi nunciarent rogauit: simulans se adorare velle: quē perdere cupiebat. ¶ Secundo ostenditur: q̄ est deus immortalis. Primo in noue creature ꝓductione quod soli deo pertinet. Stella enī illa q̄ magis apparuit: fuit de nouo creata: que peracto suo officio in

preiacentem materiā est reuersa. Et hoc vt plurimū doctores tenent. Hec autē stella ab alijs differebat in sex: quarum tres differentias primas assignat fulgentius ꝛ alie tres tangunt̄ in glosa. Primo enī differebat in situ: q̄ non erat localiter in firmamento celi: sed pendebat in aere ꝓximo terre. Secundo in fulgore: q̄ ceteris erat splendidior. Nā sole meridie fulgente lucidissima apparebat. Tertio in motu: nō enī mouebatur motu circulari: sed ꝑcedebat magos motu ꝓgressiuo more viatoris: ꝛ cū stantibus quiescebat. Quarto in origine: q̄ alie facte sunt in mundi principio: hec autē modo. Quinto in officio: q̄ alie facte sunt: vt sint in signa ꝛ tempora: hec autem vt preberet magis viam. Sexto in duratione: quia alie facte sunt perpetue: hec autem redijt in materiā preiacentē officio suo cōpleto. ¶ Secundo ostenditur deus in secretorū ꝛ futurorū cognitione: cognouit enī christus quid herodes facturus erat: ideo ꝛ magos ad eū mittere voluit. Cognouit etiā: q̄ se non adoraturū: sed occisurū cogitabat: ideo per aliā viā redire ꝑcepit. Et nota q̄ cū magi hierosolymā ingressi sunt: stelle ducatū amiserunt ꝓpter tres rōnes: vt dicit glosa. Primo: vt de loco natiuitatis christi querere cogerent̄ vt sic de eius ortu certiores redderent̄: tā per stelle apparitionem q̄ per ꝓphetie reuelationem. Secundo quoniam iuste querētes humanum auxilium amiserunt diuinum. Tertio: q̄ sicut dicit apostolus: ꝓphetia fidelibus: signa infidelibus data sunt: ideo signum istis gentilibus datū: inter iudeos fideles eis apparere nō debuit. Cū aūt de hierusalē regressi fuissent: stella antecedebat eos: vsq̄ dum veniens staret supra: vbi erat puer. Quā videntes illi gauisi sunt gaudio magno valde. ¶ Tertio in magorū adoratione. Nā intrantes domū inuenerunt puerū cū maria matre eius ꝛ ꝓcidentes adorauerunt eū. In quo ostenditur verus deus q̄ preceptum erat: vt nullus adoraret̄: nisi solus deus vt dictum est. Eidem quoq̄ munera obtulerunt: videlicet aurum: thus: ꝛ myrrhā obseruantes in hoc antiquū legis ꝑceptum. Non apparebis in conspectu meo vacuus. Hec autē munera in spē obtulerūt ꝓpter quattuor rationes. Primo: q̄ vt dicit Bernardus beate virgini aurū obtulerunt: ꝓpter inopie subleuationē: thus contra stabuli fetorem: myrrhā ꝓpter mēbrorum pueri consolidationē ꝛ vermiū expulsionē. Secūdo: vt dicit augustinus: quoniā aurū ad tributū: thus ad sacrificiū: myrrha ad sepulturā ꝑtinet. Per hec intimantes: q̄ in xp̄o confessi sunt regiā potestatē: diuinā maiestatē ꝛ humanā mortalitatem. Et hec est cōis ratio doctorū. Tertio vt dicit maximus: quoniā in auro ostendit̄ captiuitatis nostre redemptio ꝑciosa: in thure demonū sup̄stitio cessatura: ꝛ futurus vere religiōis cultus aperit̄: in myrrha vero: qua examinata solent corpora cōseruari: ꝑfigurat̄ carnis nostre reparatio ꝛ resurrectio mortuorum. Et hec omnia p̄ christum futura erant. Quarto: vt dicit Gregorius: ꝛ est ratio moralis: vt ex hoc significet̄: quid christo conferre debeamus. Auro nāq̄ sapientia designat̄: salomone attestante: qui ait. Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis. Thure autem: quod deo impendit̄: virtus orationis exprimit̄: psalmista attestante: qui ait. Dirigat̄ oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo. Per myrrham vero carnis mortificatio figurat̄. vnde ꝛ sancta ecclesia de suis operarijs vsq̄ ad mortē ꝓ deo certantibus dicit. Manus mee distillauerunt myrrhā. Nato ergo regi aurū offerimus: si in conspectu illius claritate superne sapiētie resplendemus. Thus offerimus: si cogitatiōes carnis p̄ sancta orationū studia in ara cordis incēdimus: myrrhā offerimus: si carnis vitia p̄ abstinētiā mortificamus: hec gregorius. ¶ Tertio ostēdit̄: q̄ est homo temporalis. ¶ Primo q̄ vt hō voluit nasci ꝛ educari: ideo inuenerunt puerū cū maria matre eius. ¶ Secūdo q̄ vt timēs

mortē

morte in voluit occultari: quam naturaliter homines fu
giunt. Ideo cum sicut deus presciuisset quod herodes eum
querebat occidere: ut homo verus voluit in egyptum au
fugere. ¶ Tertio quia amans societatem voluit a coeta
neis sociari: homo enim naturaliter diligit societatem: cum
sit animal sociale: ut dicit philosophus: et maxime appe
tit consortium coetaneorum. Ideo christus voluit a pue
ris innocentibus et coetaneis associari: cuius fidei preco
nium non loquendo: sed moriendo confessi sunt: et flores
martyrum extiterunt: ut dicit augustinus: et celebratur
dies epiphanie ab ecclesia .viij. idus ianuarij: quo die y
dem magi christum adorasse creduntur.

¶ De sanctis Gaspar Balthasar et Mel
chior magis. Cap. xlviij.



Gaspar: Balthasar et Melchior fuerunt il
li tres magi et reges sanctissimi: qui ad chri
stum adorandum stella duce ab oriente ve
nerunt. Hic de regione perfidis orienta
lis: que est india superior prouincia sabba
dicuntur extitisse. Horum nomina hebrai
ce dicuntur. Apellius. Amerius. Damascus. Grece autem
galgalath. malgalath. sarachin. Latine autem nominant ut
dictum est. Fertur quoque cum ad christum venerunt. Gaspar fuis
se annorum sexaginta. Balthasar quadraginta: et mel
chior viginti: et ita communiter pingunt. Hi sapientissi
mi philosophi et astrorum scie periti: successores balaam ario
li fuerunt: et ad visionem stelle venerunt ex illa prophetia.
Orietur stella ex iacob etc. Narrat ponit Chrysostomus quadam
secretorum inspectores elegerunt de seipsis .xij. et si quis mo
riebatur: filius eius substituebatur. Hi per singulos annos
post menses ascendebant super montem excelsum: qui dicitur vi
ctorialis: et tribus diebus ibi morantes se lauabant: deum
orantes ut stellam a balaam eorum patre predictam osten
deret. Et sic successiue: termi et termi: omnes .xij. faciebant
Dum autem isti tres reges in nocte natiuitatis domini
ibidem repti essent: stella de nouo creata eis apparuit: et ut
dictum est: illis natum regem iudeorum indicauit: eosque
ad eum adorandum inuitauit. Qui iussa fideliter pagen
tes: per aliam viam admoniti in somnis ab angelo: reuersi
sunt in regionem suam. Naui venientes tarsum cum na
uibus tarsensium transfretarunt. Et quamuis omni relicta
gentilitate: exinde fideles extitissent: tamen baptismum
non susceperunt: donec dispersis apostolis ad predicandum
a sancto Thoma apostolo: qui apud indiam predicauit: bapti
zati sunt: et in fide christi confirmati: eiusdem in predicatione
coadiutores fuerunt. Qui et in eadem regione in pace qe
uerunt. Quorum corpora inde translata: constantinus ma
gnus imperator constantinopolim deportari fecit. Et de
inde processu temporis a sancto Eustorgio episcopo mediolanum trans
lata suntut in eius vita dicitur .iij. idus aprilis. Nunc autem
requiescunt apud coloniam istuc de mediolano delata.

¶ De sancto Melanio episcopo. Cap. xlix.



Melanius episcopus rodonensis. venetensi pertecta
villa: que dicitur plaui io oriundus: claruit tem
pore clodouei regis et anastasij imperatoris.
Qui inter cetera virtutum eius insignia
maxime viguit potentia aduersus demo
nes de obsessis holbus expellendos. Hic
cuidam fratri: quem malignus inuaserat spiritus: dum iret
ad aquam hauriendam: alapam in maxilla prebens: demo
nem ab eo excussit. Oratorium autem suum: quod dicitur plau
tium proprijs manibus fabricauit. In venetensi pago: dya
bolus quendam virum inuadens: ad hoc eum induxit ut se
ipsum suspendens laqueo strangularet. Quem sanctus
superueniens et factum abhorrens: oratione facta: nedum
hominem suscitauit: sed etiam ab immundo spiritu totali
ter liberauit. Tandem post multa signa virtutum iugi
ter intentus in celum migrauit a seculo .viij. idus ianua
rij. Et cum sancti albinus: victor: lautonus et marsus: cor
pus eius deferrent per vicennam rodonis sepeliendum .xij.
vinculati in turri detenti: scissa turre per medium soluti et
incolumes exierunt. Sanctum corpus ad tumulum co
mitantes.

¶ De sancta Macra virgine et martyre Cap. l.

Macra virgo in ciuitate augustana rictious
o preside martyrium passa est. Que dum sacri
ficare nollet: iubente preside: primum in ecu
leo suspensa et diutius torta: deinde in ignem pre
cipitata est. Que cum ibidem diu permansisset
illesa: mamillis eius abscissis squallore carceris afflicta
est omni luce ac cibo negatis: verum circa noctis medium
lumine immenso circumfusa: viroque venerando canicie a deo
sibi apparente confortata est: et cunctis plagis sanata
uberibus restitutis. Nouissime iubente preside super testas
acutissimas et prunas extensa: et diu voluntata orans migra
uit ad christum. Sepultaque est in territorio remensi .viij. idus
ianuarij. Cuius corpus post multos annos cuidam leudul
fo bubulco diuinitus reuelatur: ostensoque sibi loco per visio
nem: ibidem a fidelibus inuenitur: scilicet iuxta ecclesiam sancti
martini: et inde leuatum honore condigno reconditum est.

¶ De reuelatione pueri iesu ex egypto. Cap. lj.

Reuelatio pueri iesu ex egypto: facta est
regnante in iudea archelao pro herode pa
tre suo ut dicit Matthei .ij. ca. circa an
nos .l. imperij octauiani augusti: dum
videlicet puer iesus septennium etatis im
plesset: ut hystoria scholastica tradit
qualiter autem christus in egypto translatus fue
rit: in autentico non habetur: nisi quod dicit mat. eodem cap. quod
angelus domini apparuit in somnis ioseph admonens ut tolle
ret puerum: et matrem eius: et fugeret in egyptum: et esset
ibi usque ad obitum herodis. Eo quod herodes querebat pue
rum ad perdendum eum. Qui consurgens accepit puerum et matrem
eius nocte: et secessit in egyptum: et erat ibi usque ad obitum he
rodis etc. ¶ In libro tamen de infantia christi: quem hieronymus
chromatio et heliodoro episcopis transtulit ex hebraico in lati
num: scribitur quod ioseph virginem cum filio iumento posuit et ipse
in alio ascendit: et arripuerunt iter per montana et per desertum
nolentes ire per maritimam timore herodis. Erantque cum eis
iij. pueri et vna puella in obsequium christi. Et exeuntes dracho
nes de quadam spelunca: cum ceteri timentes fugerent serpen
tes puerum adorauerunt. Similiter leones et leopardi et alia ge
nera ferarum adorantes iesum per desertum antecedentes
viam eis ostendebant. ¶ Et post dies tres dum aqua in
utribus defecisset: et omnes fessi sub palme arbore quiesce
rent: virgo maria respiciens ad comam arboris de fructi
bus eius concupiuit. Et confestim palma cacumen suum
ante pedes virginis inclinauit: et collectis ex ea fructibus
ad satietatem omnium: arbor se iterum erigens ad statum
pristinum rediit. Tuncque angelus apparuit: et ramum ex pal

ma excellens ⁊ asportās: ad celestia euolauit. Deinde ad radices palme fons aq̄ limpidissime erupit: ex quo oēs refecti sunt. Et dum iter agentes maximo calore comp̄merentur: ⁊ adhuc .xxvij. diebus itinerari oporteret: anteq̄ ad egyptum peruenirent: miro modo post tres dies in egyptum deuenerunt: ⁊ in ciuitatem hermopolim se receperunt. Ibiq̄ māserunt peregrini vsq̄ ad obitum herodis. ¶ Multa quoq̄ miracula de christo puero ab eodem ostensa: in prefato libello reperiuntur: que tā breuitatis causa q̄ ex eo quod inter apocripha cōnumerātur dimittuntur. Illud tamen memorabile p̄ constantia doctoribus habetur: q̄ ingrediente puero iesu in templuz ydolorum cum maria matre sua: omnia phani ydola corruerunt: iuxta p̄phetiā isaie. p̄pter quod miraculuz multi egyptiorum conuersi sunt ad eum: ⁊ virginem matrez benigne tractātes puerum iesum pulcherrimum plurimum reueriti sunt ⁊ ipsum aliquem magnorum deorum extimabāt. ¶ Extat ibidem fons modicus: in quo fertur virginem matrem puerum sepius balneasse: ⁊ pānos eius p̄prijs lauisse manibus. In quo fonte omnes pueri etiam saracenorum quacunq̄ valitudine detenti: descendentes: confestim sanātur. Est ⁊ ibi lapis: vbi virgo pāniculos xp̄i lotos ad siccādum extendebat. Ibi est vinea engaddi: que fert balsamum: que dicto fonte irrigatur: et si aqua alia irrigaret: eo anno nullum fructuz p̄duceret. Et hoc notorium in omni terra egypti est. Et ibi prope arbor que p̄sidis dicitur: vt ponit cassiodorus in tripartita. Que fertur vsq̄ ad terram inclynata: christum humiliter adorasse: que valet in salutem membrorum: si fructus: folium: vel cortex patientis collo alligētur. Igitur postq̄ septem annis xp̄s fuerat in egypto: defuncto herode: vt scribitur mat. ij. Joseph in somnis monetur ab angelo: vt xp̄m in terrā iuda reducat: quod ⁊ fecit. S3 audiens q̄ archelaus regnaret in iudea p̄ herode p̄re suo: qui adhuc erat patre crudelior timuit illo ire. Et admonitus in somnis ab angelo secessit in p̄tes galilee: habitauitq̄ in ciuitate nazareth. Herode antipa herodis ascalonite minore filio: ⁊ fratre archelai: iā terachiam galilee tenente. Dies autem huius reuelatiōis pueri iesu ex egypto facta scribitur a hieronymo in eius martyrologio fuisse die sequenti post epiphaniaz videlicet septimo idus ianuarij.

¶ De sanctis Juliano basilissa ⁊ socijs martyribus. Cap. liij.



Iulianus martyr cum socijs: ⁊ basilissa virgo cum sociabus temporibus diocletiani ⁊ maximiani in ciuitate antiochia claruerunt. Qui nobilibus ⁊ christianis parentibus p̄genitus: liberalium scientijs imbutus: dum annorum .xviij. a parentibus ad coniugium cogeret: ⁊ ipse in virginitate deo seruire disposuisset: diuina monitus visione parentibus consensit: et puellam nobilem ⁊ xp̄ianā nomine basilissam in coniugem accepit. Die igitur statuta nuptijs cum gloria celebratis: intrat cubiculum cum virgine iulianus: tāq̄ iura matrimonij soluturus: vbi dum virgo miraret q̄ odorez rosarum ⁊ liliorum hyemali tempore sentiret. Exponit sibi iulianus hunc esse odorem pudicitie virginalis: ⁊ post sanctas admonitiones virginem ad votum continentie incitauit. Tunc apparens sibi ex vna p̄te xp̄s cum comitiua sanctorum: ex alia dei genitrix cum societate virginum: nimia luce circumfusa: sanctos dei coniuges de virginali p̄posito commendarunt: ⁊ eis coronas aureas imposuerunt: ac librum vite aureis scriptum litteris ostenderunt: in quo nomina sua conscripta iulianus ⁊ basilissa legerunt. Sicq̄ visione ab eorum oculis ablata: ambo sancti in sancto p̄posito permanserunt. Adeo vt parentibus iuliani de medio morte sublatis: sua omnia pauperibus erogarent: ⁊ duo monasteria construerent: in quorum vno iulianus extitit pater ⁊ administrator fere mille monachorum: in altero basilissa cuz cetu sacratissimo multarum virginum in domino seruiebant. ¶ Dum autez persecutio christianorum in syria ⁊ egypto maxime vigeret: orauit basilissa: vt virgines quas congregauerat: dominus periclitari non permitteret. Et per visionē a christo confortatur: q̄ omnes filias suas: quas deo acquisierat: ad celos premittens: ipsa easdem postmodum sequeretur. Quod dum sancta suis refert virginibus: subito commotus est locus: ⁊ apparuit columna lucis inter eas: in qua litteris aureis scriptum erat: qualiter omne illud sacrum collegium christus infra certum temporis spacium ad celestia inuitabat: quod ⁊ factum est. Nam intra constitutum tp̄s: oēs ille sacre virgines ad celos in sancta confessione migrauerunt. Que postmodū cuncte auro ⁊ gemmis indute: basilisse apparuerūt orāti ⁊ q̄ eā expectabant dicentes ⁊ ad celestia inuitātes. Hec dū basilissa iuliano gaudens retulisset orans: iuxta euz emisit sp̄m: quā ille condigne tradidit sepulture. ¶ Post hec dum martianus p̄ses antiochiā ab imperatoribus missus esset: ⁊ xp̄ianos omnes dijs immolare compelleret: ⁊ ep̄s ciuitatis multitudine cleri ⁊ populi ad sanctum confugissent: misit martianus assessorem suum cum satellitum multitudine vt de predictis: an ita esset inquireret. Qui veniens ad sanctum iulianum: ⁊ ipsum cum omnibus: qui cum eo erant: in fide christi feruentes inueniēs eadem presidi nunciauit. Tunc p̄ses iulianum solum: vti auctorem omnium iussit teneri. Reliquos vero omnes in quo erant loco inclusos incenso cenobio igne cremari: vbi martyrum occisoruz audiebant singulis horis canonicis voces psallentium. ¶ Post hec martianus iulianum in custodia detentum ante se in foro deductum cepit compellere ad sacrificia deorum. Quem sacrificare nolentem: iussit primo nodolis fustibus cedi. Et dum cederetur: quasi vnus cedentium eruit alterius oculum: q̄ erat notissimus imperatorum. Qui dum iussu presidis ad templa deorum ductus esset: vt eis inuocatis oculuz recuperaret: demones hoc sacerdotibus se non posse facere clamabant: quin potius eterno igni vna cuz suis cultoribus reseruatos affirmabant. Et dum illuc preses ingressus esset: plus q̄ quinquaginta ydola de auro: argēto: chrystallo ⁊ ebore in puluerem redacta sunt. Quod dū preses magice arti iuliani ascriberet: lotio ipsum perfundi iubēt: vt sic maleficia solueret: quod tamen in balsamum odorem versum est. Sanctus autez martyr viro illi excecato facto signo crucis oculū restituit: qui mox ad christum conuersus: mandato presidis gladio interemptus est. ¶ Deinde preses iussit sanctum ferro vinctuz per totam ciuitatem circunduci. Et dum ante scholas: in quibus celsus puer filius martiani studebat transiret vidit celsus circa sanctum multitudinem angelorum coronaz preciosam

preciosam sibi imponentem. Moxqꝫ relictis scholis con
uersus: ad pedes sancti iuliani cucurrit: ⁊ christum con-
fiteri voce clarissima cepit. Et dum pater preses vna cuꝫ
matre ⁊ alijs magnatibus cum vellent retrahere: cepit
puer eos durius increpare. Quos preses indignat⁹ in
artum: obscurum: ⁊ fetidum carcerem iussit recludi: sed
christi virtute lux de celo super eos ingens infunditur: fe
tor in odorem conuertitur: sed ⁊ vincula quibus fuerant
alligati soluuntur: atqꝫ viginti milites: qui eos custodie
bant: ad dominum conuertuntur: quod audiens preses
eos vna cum iuliano ⁊ celso eius filio fecit in eadem custo
dia detineri. ¶ Contigit autem: vt eo tempore septem
fratres filij quondam nobilis christiani: qui fuerat de ge
nere carini imperatoris: ⁊ ipsi fideles imperatoribus adeo
grati forent: vt ipsos sine vlla persecutione cum quodaꝫ
antonio presbytero: religione fidei vti permitteret. Qui
per visionem a xpo moniti ad sanctum iulianum in car-
cerem vna cum prefato presbytero accesserunt: ⁊ ipsum ac
socios hortari ceperunt. Et ab antonio presbytero celsus
puer: vna cum viginti militibus conuersis baptismi gra
tiam perceperunt. Quos martianus in eadem custodia
detineri precepit: ⁊ omnia que gesta fuerant principib⁹
per litteras intimauit. Cui imperatores remiserunt ꝙ si
sacrificare nollent: singulos in cuppis pice: sulphure: et
bitumine repletis concremaret. Et duꝫ eos omnes edu
ctos de custodia preses ante se statuisset. vt eos iuxta im
peratorum decreta mori faceret. Sanctus iulianus iu-
uenem quendam defunctum: qui portabatur ad tumulū
suscitauit qui ⁊ mirabilia que in alio seculo viderat: corā
omnibus enarrauit: ⁊ ipse fidem xpi recepit. Et cum vxor
presidis plorās filio suaderet: vt tam acerba morte inter
fici nollet: promittit eidem celsus: ꝙ in cuppa ignea perma
neret inustus. At preses filij interitum horrens vicariuꝫ
dereliquit: ⁊ inde cuꝫ lachrymis abscessit. Igitur omnes
illi sancti in cuppis immissi: ⁊ igne succenso permanserunt
illesi. Quod preses audiens admiratus illuc accessit: et
magis iuliani hec omnia deputans: matri celsum per tri-
duum concessit: vt ab ea eius animus mutaretur. Que
vna cum omnibus illis: in honesta custodia detenta: a fi
lio celso conuersa est: ⁊ ab antonio presbytero baptizata.
Quod audiēs martianus viginti milites extra vrbē edu
ctos tradidit decollandos. Septem vero fratres igne cō
sumi fecit. Iulianus autem cū celso filio ⁊ matre eius cō
iuge cum antonio presbytero ac iuuene a mortuis susci
tato: suo iudicio reseruauit. Quos omnes diuti⁹ exami-
natos: ⁊ in xpi confessione immobiles repertos: iterū car
ceri tradidit cruciandos. Sequenti die ingressus in tē-
plum iouis eos omnes illuc adductos: cepit ad sacrifi-
cia suadere. Orante autem iuliano templum cum omni
bus ydolis subuersum est: ⁊ mille de sacerdotibus ⁊ mul
titudine gentiliuꝫ perierunt: vbi ad miraculi attestatio
nem ignis vsqꝫ in presens eructat. Tunc martianus ter-
ritus eos iterum carceri mancipauit: vbi media nocte
ad eos venientes basilissa cuꝫ omnibus sanctis: quos iu
lianus xpo acquisiuerat: eos hortantes ad superna dul-
cius inuitabant. Die autem sequenti iussit preses digi-
tos manuum ⁊ pedum sanctorum licinio oleo infuso liga
ri: ⁊ igni superponi. Dehinc celso filio suo cutem capitis
auferri. Antonio vero presbytero ⁊ Anastasio iuueni susci
tato oculos effodi. Sanctam autem matrem celsi cū ali
quis tangere vellet: excecabatur. Sancti vero exoculati
diuinitus illuminantur: ⁊ alij ab omnibus tormentis li
berantur. Cumqꝫ martianus eos omnes in amphithea-
tro bestijs exposuisset: et fere omnes sanctorum pedi-
bus procidissent: iussu presidis: omnes rei mortis ibidem
deducuntur: cum quibus iulianus ⁊ ceteri capitali sentē
tia feriuntur: vt sic sanctorum corpora a reorum cadaue
ribus: christianis essent incognita. Statimqꝫ facto ter-
remotu cum chorusscationibus ⁊ grandine tertia pars ci
uitatis cum omnibus templis funditus corruerunt: pre-
ses autem inde vix euadens eadem nocte interijt vermi-
bus ebulliēs. Sed duꝫ christiani corpora sanctorū discer
nere non possent: anime singulorum in specie virginum
super singulorum corpora visę sunt: ⁊ sic corpora sunt col-
lecta ⁊ in ecclesia sub altari tumulata. Passio autem ho
rum omnium sanctorum agitur septimo idus ianuarij.

¶ De sancto Luciano presbytero ⁊ martyre. Cap.liij.

Lucianus antiochene ecclesie presbyter ⁊ mar-
tyr vir doctissimus atqꝫ eloquentissimus fuit
De quo Hieronymus libro de viris illustri-
bus scribit: ꝙ tantum in scripturaruꝫ studio
elaborauit: vt vsqꝫ tunc quedam exemplaria
quorūdam opusculorum Luciani nuncuparentur. Ferū
tur ⁊ de eius fide libelli: ⁊ breues ad non nullos epistole.
Passus est nicomedie ob christi confessionem sub perse
cutione maximiani tēpore antheri pape: ⁊ sepultus he-
lenopoli bithynie. Quam vrbem cum prius drepana vo-
caretur: constantinus imperator in honore matris ex no
mine ipsius helenopolim vocauit. Beda lucianum hūc
sub alio maximo imperatore: qui vna cum constantino
imperauit: passum fuisse scribit: qui passus est. vij. idus
ianuarij.

¶ De sancto Clero dyacono et martyre. Cap.liiij.

Clerus dyaconus apud antiochiam pro con
confessionis gloria: septies tortus ⁊ diu in
carcere maceratus ad vltimum decollat⁹
martyrium consummauit. vij. idus ianua
rij. hec ado in martylogio suo.

¶ De sanctis Luciano maximiano ⁊ Iu-
liano ⁊ martyribus. Cap.lv.

Lucianus presbyter: maximian⁹ ⁊ iulia-
nus pueri: apud beluacum ciuitatem pro
christi nomine passi sunt. Qui lucianus
beati petri discipulus fuit. Et a sancto
clemente papa cuꝫ beato Dionysio epi
scopo ad gallias predicantes directus:
eidēqꝫ comes ⁊ coadiutor datus extitit.
Post hec idem presbyter a sancto dionysio beluacēn. vr-
bi destinatus: christum. xx. milia gentiliuꝫ ad christum
conuertit. Inter quos maximianum: ⁊ iulianum pueros
baptizauit. Ad hunc comprehendendum vbicunqꝫ foret
inuentus. Iulianus prefectus tres pueros destinauit: la
trinum: larium: ⁊ auteriū. Qui ipsum in beluaco predi-
cantem repertum cum duobus pueris iam dictis tenue
runt: ⁊ ad prefectum adduxerunt. Qui primo maximianū
⁊ iulianum pueros capite cedi fecit. Deinde Lucianum
presbyterum fustibus cesum: christum confitentem simi
liter decollari mandauit. Cuius corpus truncatuꝫ ⁊ ex-
anime caput proprijs manibus sumptum quasi tribus mi
liaribus deportauit: ⁊ transuadato tare fluuio vsqꝫ ad lo
cum: in quo sepeliri elegerat deuenit: ibiqꝫ gloriose occu
buit: vbi ⁊ tumulatus quiescit. Vnde tanto miraculo ingē
genti gentiles ad xpm conuersi sunt. Passi sunt autē san
cti martyres. vj. idus ianuarij.

¶ De sancto Seuerino abbate. Cap.lvj.

Seuerinus abbas tempore quo Attila
rex hunnoruꝫ defunctus est: in vtraqꝫ pā
nonia ⁊ finibus danubij rebus turbatis
ac inter filios eius pro regno obtinendo
initio certamine de partibus orientis
adueniens in vicinia norici ripensis et
pannoniorum paruo oppido: quod asta-
ris dicitur: morabatur: agens angelicam vitam ⁊ tradēs
apostolicam doctrinā. Hic spiritum prophetie mirabi-
lem noscitur habuisse. Nam subuersionem dicti oppidi

ppter ciuium peccata dudum ante predixit t ciuibus eidem illudentibus inde discessit. Quo abeunte die t hora quibus predixerat: oppidum a barbaris subuersum est. Inde ad aliud castrum: quod dicitur commagonis declinauit: quod a barbaris intus existentibus christianisq dominantibus: arctissima custodia seruabatur nullo ingredi vel egredi permisso. Ipse autem nemine interrogante oppidum intrauit: t christianis intus existentibus salutem promisit: eisq triduanam penitentiam indixit. Die vero tertio facto maximo terremotu barbari deterrentur de oppido fugientes: t subsidium ciuibus intrinsecus aduenisse putantes: nocte superueniente se alterutrum hostes existimantes mutuo seipsos cedebant.
Ciuitatem fauianis: quam fames oppresserat: eo quod hyemis tempore danubio congelato victualia nauibus iuxta morem eodem deferri non valebant: oratione facta t glacie intempestiue resoluta nauibus victualibus onustis aduenientibus ab inopia liberauit. Cumque barbarorum rabies omnia loca occuparet: quocunque sanctus introibat oppidum: illud ab incursu hostium deus eruebat. In castello cuculo locustas a cunctis: quos repleuerant agris excussit: solo agro vnius ciuis excepto: eo quod ab eo monitus ad ecclesiam vna secum ceteris cunctis ciuibus ad orationem pergentibus: venire contempsit.
In ioniaco oppido mulierem semineceni incolumem tradidit. Leprosum de mediolano sibi adductum a lepra mundauit. Bonum monachum barbarum natione ab oculorum infirmitate curauit: t alia insignia miracula fecit. Diem sui obitus triennio ante predixit: t se defunctum inde transferri mandauit: eo quod ciuitas infestatione barbarica fuerat subuertenda: quod vt predixerat per omnia euenit. Sicque in monasterio: quod ipse construxerat apud oppidum noricum sub rege rugorum feuba in pace quieuit. vi. idus ianuarii. Corpusque eius vt mandauerat: translatum est multis miraculis clarens. Et in castello lucillano: quod est in italia apud ciuitatem neapolim per manum sancti victoris episcopi iussu gelasii pape locatum est: vbi in eius nomine monasterium est constructum.

De sancto Seuerino epo. Cap. lvii.



Euerinus eps neapolitanus fuit: t frater beati martyris victorini epi pictauionensi. de quo dicetur in eius festo quarto nonas nouembris. Qui seuerinus post multarum virtutum perpetrationem: t sanctitatum insignia quieuit in pace sanctitate plenus sexto idus ianuarii. Ibec ado.

De sancta martiana virgine t martyre. Cap. lviii.

Martiana virgo t martyr ciuis insuegritana fuit: que veniens cesaream t videns in platea simulachrum diane confregit. Propter quod a ministris iudicis detenta: cesa: t ad ipsum deducta est. Quam iudex in loco publico expositam gladiatori cuidam illudendam tradidit. Qui dum nocte ad ipsam ingredi vellet paries diuinitus se interposuit: t ne ad eam accedere posset prohibuit. Traditur secundo t tertio viris et eis sicut t primo similiter contingit. Deinde in harena bestiis subiicitur: quam primum leo mansuetus effectus lingere cepit. Sed de consilio bindarii archisynagogi iudeorum laxatur sibi taurus indomitus: qui oculum quidem virginis eruit: quam postmodum leopardus discerptam lacerauit. Sicque immaculatam christo spiritum reddidit. Cuius corpus a fidelibus in ipsa ciuitate sepultum est. Dum autem archisynagogus domum rediisset: igne celesti cum omni familia: t domo consumptus est: que domus nunquam deinceps permanere potuit: sed in miraculi testimonium pluries reparata semper corruit. Passa est autem virgo christi. v. idus ianuarii.

De sancto Marcellino epo. Cap. lix.

Marcellinus eps anconitanus venerabilis vite fuit: cuius gressum dolore nimio podagra contraxerat et eum que familiares sui: sic vbi necesse esset: in manibus ferebant. Quadam vero die per culpam incurie ciuitas anconitana succensa est. Cumque vehementer arderet: cucurrerunt omnes: vt ignem extinguerent: certatimque proiicientibus aquam sic flamma excreuerat: vt totius vrbis incendium minari videretur. Cumque ignis iam partem vrbis non modicam consumpsisset: t obsistere nullus valeret: deductus in manibus eps familiaribus se portantibus: precepit vt contra ignem illum ponerent: quod t factum est: t ibidem positus est: vbi flamma ardentius incumberet. Cepit autem miro modo in se incendium retorqueri: ac si sui impetus reflexione clamaret: se episcopum transire non posse. Sicque flamma illo termino refrenata in semetipsa refriguit: t vltra contingere quicquam edificii non presumpsit. Quieuit autem in pace sanctus eps. v. idus ianuarii. hec gregorius primo dialogo capi. vi.

De sancto Paulo primo heremita. Cap. lx.



Paulus primus heremita cuius vitam scribit Hieronymus feruente decii persecutione heremum vastissimam adiit: vbi. xcvii. annis: hominibus incognitus mansit. Cuius persecutionis immanitas: duobus recitatur exemplis. Duo enim christiani iuuenes comprehenduntur: quorum alter nudus melle perunctus: t ligatus sub ardore solis: muscarum t vesparum aculeis lacerandus exponitur: vt scabronum puncturis cederet qui ignitas sartagines superasset. Alter vero amenissimo viridario: vinctis manibus ac pedibus lecto sternitur: sibique puella speciosissima t impudica sociatur: que amplexibus t contagiis iuuenem ad luxuriam prouocabat. Cum ergo ille motus contrarios sensisset in carne: nec aliter se posset defendere: linguam dentibus precisam in faciem impudice expuit: t sic dolore tentationem fugauit: eamque confudit. Eodem tempore dum paulus inferiori thebaide oriundus annorum. xvi. parentibus orbatus cum sorore coniugata remansisset: t tantas martyrum strages audisset: territus seculum deseruit: t ad montium deserta confugit. Et in spelunca maxima: iuxta quam arbor palme vetustissime germinabat: et fons limpidissimus exsurgebat: vsque ad vite sue terminum incognitus mansit. Quomodo autem hoc tempore medio vixerit incognitum est. Cum autem Paulus annorum. cxiii. esset in heremo vitam angelicam ducens t antonius annorum. xc. in alia solitudine moraretur t cogitaret in animo suo: nullum vltra

lum vltra se monachum in heremo consedisse: noctu sibi a domino reuelatur: alium in profundiori heremo se meliorem consistere: ad quem visendum deberet accedere. Qui senectutis sue oblitus ⁊ baculo sustentatus: cepit per siluam pergere. Et primo quidem obuium habuit hyppocentaurum hominem scilz equo mixtum: qui sibi viam dextera demõstrauit. Deinde obuiauit animali fructus palmarum ferenti supra imaginem hominis deorsum habenti formam caprinam: quem antonius intellexit esse demonem in tali forma gentiles rusticos decipientem. Et dum diem quasi vagando per heremum exegisset: noctem in oratione deduxit. Summoq diluculo eidem lupa ad radices montis aquaz lambens apparuit: que ipsum ad cellulam pauli perduxit. Sed duz intrans speleum: ⁊ aure diligenter siquid audiret auscultans pedem scilz lapide offendisset. Paulus antonium sentiens hostium firmauit. Antonius vero rogat: vt sibi aperiat: qui animalia recapiebat: asserens se nunq̄ recessurum: sed ibi potius moriturum: victus ergo paulus aperuit: ⁊ alter alterum ex nomine salutauit: in mutuos amplexus ruunt: iuxta fontem consedentes quiescunt: ⁊ de multis colloquentes adinuicem sermonem ptendūt. Hora autem nona coruus ad eos aduolauit: ⁊ panem integrum eisdez apposuit. Tunc paulus deo gratias agẽs dixit: volatile illud quotidie per annos .lx. panem dimidium apportasse: sed tunc propter hospitis aduentū annonam duplicasse. Inter eos pia lis oritur: quis dignior panem diuidere debeat: defert paulus hospiti ⁊ antonius seniori. Tandem ad vesperas in hoc conueniūt: vt vterq manum apponat: ⁊ e regione vsq panem diuidat. Deinde paulum ex aqua fontis gustantes: noctem in diuinis colloquijs transegerunt insomnem. ¶ Cūq mane paulus antonio suum obitū in proximo nunciasset: ⁊ ex hoc antonius vltra modum defleret. Paulus ne ex suo obitu mens vtriusq tristaretur: cogitauit illum remittere: vt sic expeditius posset ad deum migrare. Rogauitq antonium: vt ad cellam suam rediens: palluz qd sibi athanasius eps dederat: apportaret: quo corpus suum mortuū inuoluere posset. Miratur antonius q tale sibi secretum aperuit: ad cellam festinantius rediit: ⁊ pallio accepto velociter ad paulum repedare cepit: dubitans de eo quod sibi accidit. Et cum iam die illo ⁊ sequenti peregisset: ⁊ iam trium horarum iter eidez restaret: vidit pauli animam niueam inter prophetarum angelorum ⁊ apostolorum choros ad celestia cum splendore conuolantez Et procedens velocius ad speluncam venit: ⁊ corpus genibus flexis vt orantem conspiciens: se deceptum putauit: paulumq viuentem ⁊ orantem credidit. Et cum diu dum obseruans motum aliquem non vidisset ⁊ mortuuz cognouisset: post multas lachrymas corpus inuoluit: et exequias celebrauit. ¶ Cum autem sarculum non haberet: ex quo terram foderet: ecce duo leones adueniunt: ⁊ ad mensuram humani corporis foueam faciunt: ⁊ inclinato capite abierunt. Sicq antonius corpus terre condidit: ⁊ vestimentum de palmarum folijs cõtextum: quo paulus induebatur: assumpsit: ⁊ ad cellam suam rediẽs fratribus visa narrauit. Eaq veste ex deuotione in solennitatibus vtebatur. Quieuit aūt paulus in domino .iiij. idus ianuarij circa annum domini .cclxxxvij.

¶ De sancto Paulo simplice confessore. Cap.lxj.

Paulus monachus simplex cognomine discipulus antonij fuit: q duz rusticanus esset inuentam vxorem in crimine adulterij dimisit: ⁊ heremum petens antonio adhesit Qui prima nocte sue conuersionis: vt pbaret illum iussit antonius: vt se expectaret qui tribus diebus ante celle hostium orans permansit: magistrum expectans: nec dici estu: nec rore noctis motus est. Dum autem in conuentu fratrum ex simplicitate interrogasset: an christus prior esset prophetis: mandauit ei antonius: vt taceret: ⁊ obstinatissime triennio silentium seruauit: nemini loquens. Cum etiam dum antonius plurima contra ratione iuberet videlicet vt aquā haustam effunderet: ⁊ vestes dissueret: ⁊ resueret: omnia patienter implebat: ⁊ egros quos sanare nequibat antonius: iste sanabat. Dum pro salute viri furentis instanter orasset: illeq salutem consequi nō potuisset: quasi indignatus paulus contra dominum iurauit: se nisi ille sanatus fuerit minime comesturum: moxq ille fugata rabie compos mentis effectus est. Serpentes etiam ⁊ scorpiones scindebat: ⁊ cordium secreta cognoscebat. Vidit aliquando inter fratres splendidos virum obscurum et nigrum ecclesiam intrantem: ⁊ demones illum retrahẽtes. Pro quo dum orasset: vidit illum claro vultu exeuntem: ⁊ demones ab ipso elongatos. Interrogansq dicit illum fuisse peccatorem longa fornicatione detẽtum: nuperq ad deum maxima compunctione conuersum: ⁊ ab renuncians seculo: pauli discipulus effectus est. Hec in vitis patrum.

¶ De sancto Nicanore diacono. Cap.lxij.

Nicanor dyaconus vnus de .vij. primis q ab apostolis electi fuerunt: vt habetur actu. vj. Gratia dei ⁊ fide admirandus fuit: qui predicationis officium diligenter exercẽs apud cyprū gloriosissime coronatus: ibiq sepultus est .iiij. idus ianuarij: vt dicit hieronymus.

¶ De sancto Guillelmo archiepo. Cap.lxiij.

Guillelmus eps bituricen. floruit tempore philippi imperatoris: qui anno domini M.clxxix. in episcopatum promotus est. Hic genere nobilis a pueritia in parisiensi ⁊ suessionen. ecclesijs canonicatū obtinens seculo derelicto ad grandimontense monasterium se contulit: ibiq factus monachus aliquanto tempore fuit: deinde ad maiora procedens ad ordinem cistercien. in pontiniacen. monasterio cõuolauit: vbi pficiens in virtutibus: prioratum suscepit. ¶ Postmodum abbas fontis sancti Joannis factus: successiue ad abbatiā carolacen. cenobij assumptus est. Et vbiq subditos in multa mansuetudine pertractauit: ⁊ virtutum exempla propagauit. Tandem licet inuitus in ecclesia bituricen. pontificali sublimatus honore: henrico archiepiscopo successit: vbi oneri succubuit: non honore prefuit: ⁊ humilitatem pastiuam obseruauit. De animarum vero cura sollicitus verbo ⁊ exemplo gregem domini pascere curauit: ⁊ virtutum miraculis claruit. Nam presbyterum gerardū nomine: qui vsuz sinistre manus amiserat: ita vt celebrare non posset: audita prius eius confessione infra tertium diẽ adeo sanauit: q presbyter post triduum celebrauit. ¶ Puerum etiam cerebro ⁊ oculis turbatum: tremorem capitis patientẽ imposita sibi manu perfecte sanum effecit. Semper eodem vultu ⁊ animo perseuerans: quoscunq ad se venientes consolabatur. Tandem assumpta cruce contra hereticos abigenses pficisci volens: cum itineris necessaria prepararet: infirmitate correptus: quieuit in pace .iiij. idus ianuarij: ⁊ sepultus in bituricen. ecclesia: confestim miraculis choruscare cepit: quem honorius papa tertius canonizauit.

¶ De sancto Igino papa ⁊ martyre. Cap.lxiiij.

Iginus papa ⁊ martyr natione grecus ex philosopho de athenis: cuius genealogia non inuenitur: thelesphoro pape in pontificatu romano successit: ⁊ sedit annos quatuor menses tres dies .xx. Hic composuit clerum ⁊ distribuit gradus. Hic etiam cõ-

stituit: vt vnus patrinus vel vna patrina suscipiat leuatum a fonte baptismi. Similiter ⁊ in confirmatione ⁊ in cathezizatione. Insuper statuit q excepto romano pontifice: nullus metropolitanus audiat causaz sui epi: nec condemnet eum: nisi in conspectu episcoporum prouincialium inueniatur. Hic etiam scribit omnibus fidelibus generalem epistolam de deo trino ⁊ vno: ⁊ de incarnatione filij dei: plenam catholicam fidem continentem. Hic fecit ordinationes tres per mensem decembris. presbyteros .xv. dyacones quinqꝫ: episcopos per diuersa loca sex. Qui sub persecutione seueri imperatoris martyrio coronatus: sepultusqꝫ est iuxta corpus beati Petri in vaticano .iij. idus ianuarij: ⁊ cessauit epatus dies tres.

De sancto Saluio epo ⁊ martyre. Cap. lxv.

Saluius episcopus ambianensis de territorio auernensi tempore hilperici regis claruit: qui predicto regi arriano resistebat. Tempore autem regis caroli veniens valentianas ⁊ predicans: inuitatus ad prandium a quodam genardo nobili: dum in mensa quedam vasa argentea protulisset: vinegandus filius dicti genardi auaricia ductus: predicta omnia sibi auferri fecit: deinde ipsum in carcere detineri: ac nocte superueniente eundem in carcere cum vno eius discipulo iugulari: ⁊ corpora eorum latenter abscondit in stabulo armentorum. Verum dū locum ipsum taurus ingens semper custodiret: ne ab alijs animalibus pollueretur: ⁊ pollutum aliquando purgaret: ⁊ omni nocte lumen quasi in modum duarum lampadarum super humata corpora videretur: reuelante angelo rex carolus misit valentianas ⁊ corpora defossa currui imposita ad sanctum vedastum deportari mandauit: quem multi boues currui iuncti trahere non poterant. Demum duobus bobus solummodo appositis: ⁊ quo abire vellent dimissis: sanctorum pignora ad ecclesiam sancti martini apud valentianas deduxerunt: ⁊ ibidem substiterunt: vbi condita sunt. Inter fectoribus martyrum a carolo inquisitis: exoculatis ⁊ decollatis. Qui passi sunt tertio idus ianuarij.

De sancto Satyro martyre. Cap. lxvj.

Satyrus martyr apud achaiam passus est. Qui transiens ante quoddam ydolum cum exufflasset illud signans sibi frontem sacratissime crucis signaculo statim simulachrum corruens in puluerem redactum est. Ob quam causam martyr christi ab infidelibus tentus in xpi confessione decollatus est secundo idus ianuarij.

De sancto Arcadio martyre. Cap. lxvij.

Arcadius martyr: vt scribit zeno eps veronensis. gloriosa passione coronatus est. Cuius tam illustre martyrium fuit: vt in vno corpore tot fuerit supplicia: quot videntur ⁊ membra. Nam cum propter persecutionis rabiem ex vrbe aufugiens latitaret. Comprehensus a paganis ad ducitur ad iudicem: ⁊ dum christum confitetur excogitato nouo supplicij genere ab articulis manibus: ⁊ a cruribus pedibus abcisis minutim diuiditur sicqꝫ in suo sanguine volutatus diu dum cruciatus emisit spiritū .ij. idus ianuarij.

De sancto Hylario epo. Cap. lxviij.

Hylarius eps pictauiensis. aquitanie oriundus nobilibus parentibus genitus ab annis iuuenilibus moribus ⁊ sapientia insignis fuit. Qui coniugem habens ⁊ filiaz in laycali habitu monasticam vitam ducebat. Tandem relicto seculo clericali mancipatur milicie: ⁊ procedente etate ac sapientia preualente a clero ⁊ populo pictauiorum eps electus est. Et cum non solum ecclesiam suam: sed ⁊ totam galliam ab hereticis defensaret ad suggestionem duorum episcoporum arrianorum ab imperatore constantio arriano: cum dionysio mediolanensi. ⁊ eusebio vercellensi. episcopis in phrygiam relegatur: vbi dum existeret: cognouit per spiritū: aptā filiam suam pictauis cum matre relictam nubere velle. Quam per epistolam gratissimam sibi missam: studuit ad virginitatis propositum inuitare. Sed cum vbiqꝫ arrianorum heresis pullularet: ⁊ ab imperatore omnibus episcopis veniendi ad synodum concessum esset: vt de veritate fidei disputarent: veniens hylarius ad concilium apud seleuciam isaurie oppidum celebrandum: ad petitionem arrianorum pictauiam redire compellitur eo q ab hereticis nimium eius facunda sapientia timebatur. Et dum per insulam gallinariam serpentibus plenam transitum haberet: ⁊ reptilia eius presentiam fugerent palum pro termino fixit: vltra quē nunqꝫ serpens accessit. Et cum esset pictauis infantem sine baptismo defunctum audiens pro ipso orauit: ⁊ tam diu in oratione perseuerauit: donec pariter surgerent senex de oratione: et infans de morte. Filiam quoqꝫ suam apram ex epistola sibi missa in virginitatis proposito firmissimam cernens: ⁊ ne aliquando flecteretur timens: oratione sua a domino impetrauit: vt eam ad se recipere dignaretur. Sicqꝫ puella defuncta est post dies modicos: quam hylarius sepeliuit. Quod mater puelle considerans episcopum rogauit: vt sibi etiam transitum obtineret. Qui pro coniuge similiter intercessit: eamqꝫ ad celi regna premisit. Deniqꝫ multis miraculis perpetratis: dum infirmatus morti ppinquaret: obitum quoqꝫ suum imminere cognosceret: leoncium presbyterum sibi dilectum: nocte vt foras exiret admonuit: ⁊ siquid audiret sibi renunciari precepit. Ille iussa complens: voces tumultuantis ciuitatis audire se retulit. Et cum circa ipsum vigilaret finem expectans: media nocte iterum iussus exijt: ⁊ nihil se audire nunciauit. Moxqꝫ immenso circumfultus lumine sanctus dei ad christum migrauit. Et sepultus est pictauis iduum ianuarij. circa annos domini .ccel. temporibus valentiani ⁊ valentis imperatorum. Hic sanctus doctor multa librorum volumina compilauit. Nam cōtra arrianos xij. scripsit libros. Item ad galliarum epos librum de synodis. In ps edidit commentarios: origenem imitatus ⁊ ex suo aliqua adijciens. Scripsit libellum quem viuenti constantio misit constantinopolim. Item in constantium quem eo iam mortuo condidit. Item contra valentem ⁊ vrsatium librum hystoriam ariminensis. et seleucensis synodi continentē. Ad prefectum salustium contra dioscorum alium. Hymnorum ⁊ ministeriorum alium. Item commentarios in mattheum. Item tractatus in iob: quos de greco origenis ad sensum transtulit. Itē contra auxentium libellum elegantem. Item nonnullas ad diuersos epistolas. Tradunt aliqui eum scripsisse in cantica canticorum: quod tamen incertuz est. Hec hieronymus de viris illustribus.

De sancto Gregorio nazanzeno episcopo. Cap. lxix.

Gregorius nazanzenus episcopus ⁊ doctor grecorum: qui vt scribit ruffinus presbyter verbo ⁊ operibus clarus: lumen ecclesie incōparabile prebuit: de capadocia ortus: filius episcopi nazanzij: et matris nomine religiose: athenis eruditus fuit. Qui duz iuuenis philosophie studeret: eidem die quadam due speciose femine apparuerunt. Quas cum ille vti castitatis amator cum indignatione repelleret: dixerunt se sibi amicas fore: quarum vna se sapientiam altera castitatem nominans: dulces

iuueni prebentes amplexus: extunc sanctum eius propositū virtutis vtriusq; firmauerunt. Post hec ab athenis discedens maris tempestatē patitur: seq; deinceps deo seruiturum vouens litteris diuinis imbuitur: et defuncto patre eidem in nazanzū pontificium subrogatur. ¶ Mortuo autem imperatore valente arriano: cuius secte gregorius gladio fidei viriliter resistebat: ad constantinopolitanam ecclesiam gubernandam assumitur: vbi preclara doctrina floruit et exemplo. Inter ceteros autem fidei pugiles: quos sapiētie vberibus enutriuit. Hieronymum sanctissimum almum ecclesie doctorem in diuinis studijs habuit auditorem. Uerum dum perfidorum emulationes sensisset inuidie contra se liuore sub ortas: relicta regia vrbe ad ecclesiam suam primā nazanzū rediyt: ibiq; doctrine et orationi intentus vite residuum exegit: ibidemq; sepultus. Inde corpus eius constantinopolim processu temporis translatum est. Quieuit in pace idibus ianuarij tempore theodosij senioris. ¶ Hic eloquentissimus doctor plures cōposuit tractatus: de quibus rufinus aquileie presbyter decem ex greco in latinum vertisse eloquium asserit. Hunc quoq; xxx. milia versuum omnia opera sua composuisse hieronymus tradit. Ex quibus hec sunt. De morte fratris cesarij. Machabeorum laudes. athanasij laudes. Laudes maximi philosophi: quē librū q̄dam falso ironiam vocant: quia extat alius vituperationem eiusdem maximi cōtinens: nam licuit eundem laudari et vituperari pro tempore. Edidit et librum heroico carmine virginitatis et nuptiarum cōtra se disceptantium. Aduersus ennonium duos libros. De spiritusancto vnum. Contra iulium imperatorem vnum: et alios plures. Hec Hieronymus de illustribus.

¶ De sancto Firmo martyre. Cap. lxx.

Firmus martyr passus fuit tempore paganorum: sub qua tamen persecutiōe vel iudice: aut quibus supplicijs interemptus ignotum est. Et sepultus fuit in ambianensium ciuitate: locus tamen vbi requiesceret ignorabatur. Tempore autē sancti saluij episcopi corpus eiusdem martyris repertum est. Nam cum idem episcopus vna cum clero et populo triduo ad dominum exorasset: vt eis corpus sancti martyris firmi reuelaret: nimio odore fragrante et lumine immenso celitus super locum effuso: defossa ibidem humo corpus sacrum inuentum est. Ad quem locum ciuitates charosen. cenomasen. nouiosen. et bobacum eodem odore cōsperse ad videndum corpus martyris concurrerunt: quod ab episcopo leuatum ad ecclesiam cōdigno honore trāslatum est. In cuius translatione glaciale frigus videlicet mense ianuario in estum maximum conuersum est. Arbores nudate subito frondes protulerūt et flores. de quibus egri sumentes sanabantur. Factum est autem hoc idibus ianuarij. nam dies passionis martyris: sicut et cetera incognitus est vsq; in presens.

¶ De sancto Uiuentio confessore. Cap. lxxi.

Uiuentius confessor samaritanis parentibus et paganis ortus est: qui ad predicationē sancti Georgij apud antiochiam christū annunciantis conuersus est tempore Constantini imperatoris. Deinde sacerdos factus: monitus ab angelo thessalonicam venit: vbi idola Daciani presidis signo crucis edito contriuit. Filiamq; eiusdem cupatronam nomine a demonio liberauit: et cū ducentis baptizauit. Post hoc cum sancto benedicto episcopo romam perrexit quibus dum in via cibaria defecissent pisces eis de mari in littus prosiliunt: qui per hebdomadam illis suffecit. Quos etiam beatus hilarius pictauensis episcopus rediens ab exilio: obuios habuit: et secum diudum viuentium retinuit. ¶ Hic aliquādo in sex latrones incidit eum perimere volentes: quorum vnus se gladio transuerberauit: secundus ad quercū se suspēdit: tertius arreptus a dyabolo expirauit: quartus oculos amisit: quintus rabie manus et brachia dentibus lacerauit: sextus se in mare precipitauit. Et cum esset beatus viuentius annorum. cxx. in pace occubuit apud castrū grauiorem idibus ianuarij. Cuius corpus sanctus martinus abbas ibidem tumulauit: inde postea translatū in montem vertiacum: vt dicit frater vincentius.

¶ De sanctis quadraginta militibus martyribus. Capitulum. lxxij.

Quadraginta milites ex temporali tyrocinio ad christi militiam transierunt. Qui omnes romevia lauicana sub imperatore galieno pro confessione fidei decollati: coronas martyrij a domino percipere meruerūt idibus ianuarij: vt dicit ado.

¶ De sancto Felice presbytero et martyre in pincis. Capitulum. lxxiij.

Felix presbyter et martyr pronomine dicitur in pincis a subulis quibus passus perhibetur: nam pinca dicitur subula: nam cum magister puerorum extiterit: et eis nimius rigidus fuerit: tentus a paganis: cū christum libere confiteretur: traditus est in manus puerorum: quos ipse docuerat in ecclesia: quem ipsi cum stilis et subulis occiderunt. Qui passus est rome xv. calen. februarij.

¶ De sancto Felice presbytero et martyre. Capitulum. lxxiiij.

Felix presbyter et martyr germanus immediate infra positi felicis presbyteri et confessor temporibus diocletiani et maximiani martyriū passus est rome iuxta portam pincianam: vbi et requiescit in loco qui dicitur in pincis: et ex hoc pronomine in pincis dicitur. Hic senior altero fratre a prefecto vrbis dracho detētus ductus est ad templum serapis: vt sacrificaret. Et cū in sufflaret in simulachrum: statim in puluerem redactum est. Alia die ductus est ad templum mercurij et de hoc fecit similiter. Iterumq; ductus ad templum diane pari modo ydolum destruxit. Tunc vna cū fratre carceri mācipatur: deinde in eculeo leuatur: et quibus hoc fecisset maleficijs interrogatur: qui cum diceret hec non dyaboli maleficijs sed christi beneficijs facta fuisse: ductus est ad dictum locum secundo miliario ab vrbe ad phanum quod ibidem erat: qui facta oratione exsufflauit in arborem ingentissimam que statim radicitus euulsa: et templum cui erat coniuncta euersum est: atq; simulachrum comminutum. Quod prefectus audiens iussit eum ibidem decollari: et corpus eius inhumatum lupis et canibus derelinqui. Quod tamen christiani nocte in foueam quā

arbor euulsa dimiserat sepelierunt .xix. calen. februarij. Et cum gentiles die sequenti corpus effodere vellent: quicunque manum ad hoc mittebat a dyabolo obsidebatur. vbi processu temporis ecclesia eius nomini dedicata est.

¶ De sancto Felice presbytero. Capitulum .lxxv.



Felix presbyter ⁊ cōfessor immediate supra positi felicis presbyteri et martyris frater fuit. Qui cum a prefecto dracho predicto tentus esset: eumque ad templa deorum sacrificaturum ducere vellent: comminatus est eis ꝙ si eum ad idola sua ducerent: hoc illis eueniret quod ⁊ alijs: ad que fratrem suum duxerāt que omnia destructa erant. Quem prefectus fustibus cesum: iussit in exilium deportari in montē cerceiū: vt ibidem lapides extraderet: vbi filiam presbyteri cuiusdam tribuni a demonio obsessam liberauit. Et cum eidem tribuno nunciatum esset: ꝙ vxor eius in vrbe nolana cuius ipse ciuis erat hydropisim incurrisset: felix eidem misit oleum benedictum quo peruncta sanata est: sicque tribunum cōuertit ad dominum. Sed dum consularis audisset probum christianum effectum: misit qui eum caperent: qui omnes manus dolere ceperunt. At dum suasu sancti felicis christum confitenē a dolore continuo liberanē. Et sic omnes baptizati sunt. Expleto vero tribunatus tempore: felix cum tribuno venit nolam ad quem pontifex idolorum accēdens: dixit ei ꝙ deus suus fugerat: asserens ꝙ felicē venientem timebat. Quem sanctus conuertit ⁊ baptizauit. Quidam ex eius horto olera nocte rapere cupientes dū vangas ibidem repperissent tota nocte in horto luna lucente laborabant: ⁊ se furtū facere putabāt. Mane autem a sancto inuenti ⁊ salutati peccatū suum cōfitentes ad propria redierunt. Et cū quidam apollinem adorarent, eo quod illum diuinum assererent: ⁊ felix dominicam orationem pugno clausam teneret: dicebat eis: ꝙ si apollo quid in manu haberet sciret edicere: paratus erat ⁊ ipse eum adorare. Quo nihil respondente immo nec respondere valente: gentiles conuersi sunt. Tandem post annos .xij. dominico die missa celebrata ⁊ populo data pace in pauimento se in orationem proiciens migrauit ad dominum. Et in eadem ciuitate tumulatus quiescit.

¶ De sancto Michea propheta primo. Cap. lxxvi.



Micheas propheta filius hiemla. Inter sanctos testamēti veteris merito computatur: eo quod achab regi israel ⁊ iosaphath regi iude: volentibus ire in ramoth galaad ad eam obtinendam. Inter fere quadringentos falsos prophetas solus veritatem predicere presumpsit: vt scribitur .iij. regum vltimo ⁊ .ij. paralypo. .xviij. Nam cunctis prophetis vno ore regi achab predicentibus ꝙ ramoth obtineret: micheas solus vaticinatus est israel dispergendū ⁊ achab in prelio occidendum. Et subiungens visionem ⁊ causam quare omnes alij prophete bona predicabāt: dixit ꝙ hoc dominus deus falso permiserat spiritu suggerēte se mēdacem futurum in ore omnium prophetarum: vt sic achab deciperetur ⁊ vadens ad prelium occideretur. Propter quod a sedechia vno ex falsis prophetis micheas in maxilla percussus est. Quem rex achab carceri mācipauit seruandum vsque ad reditum suum. Qui a ioram filio achab ⁊ regni successore mortuo patre: ꝙ mala parenti prout sibi euenerant prenunciasset: precipitio valde porrecto iactatus occubuit. Huius michee ⁊ si dies martyrij sit ignota: hoc tamen loco ponitur propter alium micheam sequentem: quem eundem cum isto plurimi putāt. Quod tamen stare non potest. Nam hic samarites ille morastites fuit: hic tempore iosaphat regis iude prophetauit et sub ioram filio achab vt dictū est: interfectus fuit: ille tēpore ioathan regis iude vaticinari cepit annis plusquam .c. ab obitu ioathā euolutis. Huius nulla prophetia scripta legitur: illius liber vaticinij reperitur.

¶ De sancto Michea propheta secundo. Cap. lxxvij.



Micheas propheta secūdus de ciuitate morasthe que est in tribu effraim temporibus ioathan achaz ⁊ ezechie regum iuda prophetauit: vt ipse eiusdem textus indicat. Cuius prophetia inuehitur contra samariam que reges israel ⁊ iuda simulachrorum superstitione fefellerat: increpans dominus indignationem suam in eam processuram: comminatur etiam populo israel preuaricatori ⁊ principibus eius: qui eundem populum falsa suasione ad ydola colenda cōpulerat ⁊ verbis insequentibus captiuitatem ⁊ interitum affuturum nūciauit. Hic .x. tribubus israel captiuitatis ⁊ ipse in captiuitatem ductus apud assyrios. Quieuit in pace .xviij. calen. febr. Corpusque eius in iudeam delatum est ⁊ sepultū. Hec hieronymus ⁊ iosephus tradunt.

¶ De sancto Abacuch propheta. Cap. lxxviij.



Abacuch propheta fuit de tribu symeon vt in scholastica hystoria legitur. Hic preuidit captiuitatē hierusalem venturam: ⁊ a chaldeis venientibus fugit in hostheracenam: ⁊ erat incola terre israel. Descendentibus vero reliquis iude in egyptum quasi peregrinabatur in terram suam. Eodemque tempore prophetiam conscripsit. Et in principio causatur aduersus deum: cur impius vastasset populum dei. Sed in consolationem apparuit sibi deus: calamitates circunstantium nationum futuras per nabuchodonosor longe maiores: ⁊ tandem ipsum nabuchodonosor periturum: vt sicut naum propheta in cōsolationem .x. tribuum captiuarum predixit niniue subuersionem: sic ⁊ iste in exhortationem duarum iam in babylonem ductarum babylonie destructionem prenunciauit. Hic dum pulmentum ferret messoribus: spiritu diuino prenoscens se in babylonem ducendum: domesticis dixit: vt si nimis tardaret: pulmentum messoribus ferrent. Et dum iret in campum: vt habetur Danielis vltimo: angelus domini eidem apparuit ⁊ ei vt prandium danieli: qui erat in babylone in lacu leonum portaret: mandauit: qui cum babylonem aut lacum nescire diceret. Apprehendit eum angelus in vertice capitis sui: et portauit eum in babylonem super lacum leonum in impetu spiritus sui. Sicque abbacuch prandium danieli presentauit: ⁊ cum comedisset: angelus eum in momento ad priorem locum reportauit: vnde patet longe post liberatam susannam hoc factum fuisse. ¶ Dedit autem abbacuch signum reditus populi: his qui erant in iudea: ꝙ visuri essent lumen in ruinis templi: vltimamque domus domini desolationem predixit ꝙ gens occidentalis hāc esset actura. Et dormiuit abbacuch in pace .xviij. calen. februarij. ⁊ sepultus est in agro proprio. Hic propheta cum alio precedente ex numero fuit duodecim prophetarum: qui ecclesiastici .xlix. in sanctorum veteris testamenti catalogo describuntur. Horum prophetarum duorum videlicet michee ⁊ abbacuch corpora sub archadio imperatore in iudea diuina reuelatione reperta sunt. Hec hieronymus ⁊ iosephus.

¶ De sancto Mauro abbate. Cap. lxxix.

Maurus





Aurus abbas senatorum genere ortus
patre eutitio matre iulia: duodenis a
parentibus sancto Benedicto in disci
pulum traditus: ⁊ ab eodem monachus
factus: in omni vite sanctitate proficiēs
magistri vestigia imitabatur: ⁊ super om
nes monachos ab ipso amabatur: ⁊ cō
mendabatur: ⁊ ex hoc magis humiliabatur: ita vt in ieiu
nijs ⁊ orationibus intentus cunctos sanctitate precelle-
ret: ⁊ miraculorum gloria choruscaret. Quadam die ho-
ra sexta a colligendis fructibus cum quibusdam ex fra-
tribus rediens: claudum quendam ⁊ mutum puerum an
te monasterij fores repertum: ad parentum preces erexit
eique loquendi facultatem concessit. Quod benedictus ab
bas comperiens magis eum adhuc reuereri cepit. ¶ Cū
ꝙ bertisrannus cenomanensis episcopus monachorum cenobiū
edificare disponeret: audita sancti benedicti fama misit
ad eum flodogarium archidyaconum ⁊ arderadum vice-
dominum suum: quatenus eidem aliquem ex suis fratri
bus in abbatem mitteret: qui monachos cenobij cōstruē
di disciplinis regularibus informaret. Qui eidem misit
maurum eius discipulum cum quattuor monachis: vide
licet faustum: simplicium: antonium: ⁊ constantianum:
eisdēque benedictione data predixit obitum suum de pro-
ximo futurum: tradiditque eis regulam ab ipso institutam
manibusque mauri conscriptam. Et cum apud veliam ho
spitati fuissent: misit post eos benedictus nuncium: qui
multas sanctorum reliquias mauro quas sibi mittebat
traderet: ⁊ epistolam abbatis ex parte presentaret: in qua
maurum confortans significabat sibi a domino reuela-
tum ꝙ multa foret aduersa passurus: ipseque benedictus
erat de proximo migraturus. Cum autem post dies quin
quaginta quinque deuenissent vercellas: ibique biduo per-
mansissent. Arderādus de scala turris altissime corruit:
⁊ scapulas cum manu ⁊ brachio adeo conquassauit ꝙ in
tumescētibus partibus illis post dies quadraginta nul
lo remedio medicorum sibi subuenire posset: nisi ad tu-
morem sanguinis putridi tollendum sectio fieret. Tunc
maurus oratione facta reliquijs sanctorum a patre mis-
sis membra languentis signauit: ⁊ continuo arderadus
sanus surrexit. Quod dum audiētes mirarentur: ille nō
suis meritis sed reliquiarum virtuti miraculum ascribe
bat. Inde transeuntes post dies quindecim sergius fa-
mulus eorum de equo corruēs pedem saxo collisum extor
sit: quem maurus signo crucis edito ab omni lesione illi
co liberauit. ¶ Et cum apud ecclesiam sanctorum mau
ritij ⁊ sociorum deuenissent: cecum quendam a natiuita
te qui annis vndecim ibidem ad elemosynam sedebat il-
luminauit: ipsumque prosecuta gratia ecclesie martyrum
perpetuo seruitio mācipauit. ¶ Hospitatus apud eccle
siam sancte marie que est in locis virentibus: mulier que-
dam nomine remetia filiū adolescentem nomine elegiū
defunctū irremediabiliter deflebat. Cuius dolori mau-
rus compatiens cum simplicio solo monacho illuc acces
sit: ⁊ oratione facta mortuum suscitauit. Qui statim cum
sancto ad matutinū processit ⁊ in lycinensi monasterio deo
seruiuit. ¶ Inde venerunt antisiodorū: vbi a romano ab
bate suscepti sunt: ⁊ cum eo pascha celebrarunt. Ubi die
⁊ hora qua sanctus bñdictus de seculo isto trāsiuit eius aiam
ad celos ascendentem maurus conspexit per viam videli
cet orientis tramite ab eius cella vsque ad celos erectam.
Que dum ille consocijs reuelasset: duo ex eis idem se vi-
disse testati sunt. Uenientes autem aurelianum audie-
runt bertichramnum epm esse defunctum. Unde quo
dammodo frustratus intentione sua: suadente ardera-
do andegauensi. vrbem deuenerunt: ibique florum nobilem
virum qui amissa coniuge vnicum habebat filium arde-
radi consanguineum inuenerunt. Qui audita causa pro
qua venerant assentiente sibi theodoberto rege franco-
rum: cui florus plurimum dilectus erat in propria posses
sione locum monasterij construendi mauro concessit: ip
sumque predijs ⁊ honoribus largiflue dotauit. vbi vir dei
constructa ecclesia in honore beati Martini: cenobium
edificare cepit. ¶ Die quadam clericus cemētarius dū
circa opus monasterij occuparetur de altissimis gradi-
bus super saxum corruit: ⁊ collisis membris quasi mor-
tuus iacuit. Quem sanctus vir ante fores ecclesie depor-
tari fecit: ⁊ oratione facta ipsum in momento ab omni le
sione sanauit. Quo miraculo viso: florus qui aderat mau
rum cepit summa deuotione reuereri: proponēs relicto
seculo eius monachus fieri. ¶ Quidā ex operarijs sancto
viro detrahebant ꝙ zelo hypocrisis monasteriū cōstrue
bat. Statimque tres ex illis spūs malignus inuasit: ex qui-
bus vnus protinus expirauit. Sanctus vero duos obsessos
qui viui remanserant in ecclesia delatos ab infestatione
demonū mox exoluit: mortui vero cadauer in porticū ec-
clesie deduci fecit: ⁊ facta oratione cum lachrymis defun
ctū a mortuis suscitauit. Octauo igitur anno monaste-
riū per omnia perfectū est. In quo quattuor ecclesie edi-
ficate fuerunt. Quarū maior consecrata est ab episcopo
ciuitatis in honore beati petri apostoli. Secunda in ho-
nore sancti Martini. Tertia in honore sancti Seueri.
Quarta in veneratione sancti michaelis archangeli. In
quo quidē cenobio florus loci patronus primo quidem anno
obtulit vnicū filiū suū nomine bertulfum. Perfecto vero
opere licentiā a theodeberto rege petijt offerendi seipsum
Quam rex deuotissimus gratanter concessit: insuper et
oblationi flori die qua habitum induit monachalem in
teresse voluit: vbi ⁊ ab abbate honorifice susceptus est: et
cum eodem charitatiue discubuit ⁊ locum suum additis
redditibus ampliauit. Post cuius excessum theobaldus
filius suus ⁊ successor in regno patris exemplo eidem mo
nasterio duas villas adiunxit. ¶ Dum autem sanctus
maurus in villa gaudiaco cū duobus monachis reside-
ret: archidyaconus andegauensis cū pluribus ad eū visen-
dum venit. Cūque vasculum modicum vini superesset: quod
vix ipsis tribus in vna refectione sufficeret: ⁊ sanctus ar-
chidyaconum honorare vellet: vinum benedixit ⁊ omni-
bus infundi iussit: ⁊ cum essent vltra . lx. quilibet etiam
ter de vasculo sumpsit potum: et semper repertum est
plenum. ¶ Post hec appropinquare cognoscens obitū
suum: cellam in secretiori parte sibi edificauit: vbi con-
templationi vacans berdulfum sibi abbatem substituit
Et post duos annos ⁊ dimidium: angelica reuelatione
didicit per maximam partem monachorum suorum qui
erant numero . cxvj . ad dominum transituram: ipse ve-
ro illis premissis erat eos secuturus. Quod vt sibi predi
ctum fuerat euenit. Ipse autem visionem angelicam
fratribus reserauit: et vt quilibet eorum se prepara-

ret admonuit. Et infra menses .v. omnes monachi sui ex ceptis solummodo .xxiiij. ad deū euocati sunt. Inter quos Antonius et Constantianus transierunt. Post que sanctus dei dolore lateris grauissimo egrotare cepit: et aduitiua deueniens cum esset annorum .xcv. in pace migrauit .xviij. calen. februarij. Sepultus est in ipso monasterio in ecclesia sancti Martini: vbi et miraculis splēdet.

¶ De sancto Isidoro abbate. Cap. lxx.



Isidorus abbas: vt hieronymus scribit in vitis patrum apud thebaidem claruit. Cuius monasterium latis spatijs circumseptum altissimo muro: vltra mille monachos detinebat inclusos. Quod q̄dez adeo omnibus que ad victum fratruȝ pertinēt erat refertum: vt nullus eorum intrandi vel exeundi necessitatem haberet. Soliq; duo ex monachis per tempora ad egrediendum deputabant. Eo q; pacto monachus quisq; admittebatur vt nunq̄ se egressurum omnino proponeret. Erat enī intus quasi paradisus dei angelicoq; more psallentium chori in ecclesia die noctuq; sibi inuicem succedebant. In quo quidez loco abbas isidorus mirabili vita fulgens abbatem more sēn ad seuerītem suis monitionibus a suprema carnis impugnatione ex toto fecit immunem. De hoc etiam cassiodorus .viij. libro hystorie tripartite dicit q̄ isidorus per annos .lx. nunq̄ peccato consensit: qui omni sanctitate conspicuus ibidem in pace quieuit .xviij. calen. februarij: vbi et sepultus est.

¶ De sancto Macario egyptio abbate. Cap. lxxi.



Macarius abbas egyptius antonij discipulus in heremo thebaidis clarult: q̄ multorum signorū gloria insignis fuit Ad hunc mater filium iuuenem adduxit: qui a legione demonum: que flammea dicitur: terribiliter vexabatur. Tres enim modios panum in cibum et lagenam vini quotidie sumens in potum: vix poterat saciari. Deinde omnia sumpta in aerem quasi fumum ructando vomebat ac si igne consumpta fuissent. Vicq; se quenti edacior reddebatur. Quem sanctus pietate commotus: orans adeo liberauit: vt tribus libris panis quotidie contentus et aqua modica: etiam proprijs manibus vltra alios laboraret. ¶ Quidam culpatus de homicidio ad eum confugit se innocentem reuera asserendo. Et superuenientibus ministris iudicis qui vt eum caperent fuerāt insecuti: eisq; presentibus: factus abbas ad sepulchrum accessit hominis interfecti: quem in clarult nomine adiurauit: vt sibi diceret: an ille eum occidisset: qui respondit q̄ non. Et instantibus illis vt quis eum occiderat interrogaret: respondit suum esse innocentes absoluere: non autem nocentes cōdemnare. Sicq; iuuenis absolutus est. Idem etiam cum heretico disputans: eiq; q̄d responderet non habens orans mortuum: qui portabat ad tumulum: suscitauit: qui suscitatus hereticum confudit. Puellam etiam quandam que magicis artibus illusa sibi soli apparebat in equam conuersam ab illusione fantastica liberauit. Pluribusq; alijs virtutum signis et vite meritis effulgens: in pace quieuit .xvij. calen. februarij. Hic ad iuniores p̄fessiones fuernam scripsit epistolā in qua vtilia multa et monastice religioni necessaria docet: claruit sub valentis imperio.

¶ De sancto Bonitio epo. Cap. lxxij.



Bonitius epūs aruerū. que dicitur mōs clarus inter alia eius virtutum insignia beatam dei genitricem in summa deuotione habuit: vt frater vincentius ponit: cui dum nocte quadam solus in ecclesia sancti Michaelis oraret: in extasi posito beata virgo cuȝ multitudine curie celestis splendidior apparuit: et quis esset aptus ad diuina mysteria celebranda a circunstantibus interrogauit. Qui bonitium orantem dignissimum acclamarunt. Et Quis se reputaret indignum: a celesti choro assumitur: vestibus sacris induitur: et missam celebrare iubetur. Qui missam peruisionem suo ordine celebrant et eū cōmunionem sumpsisset: beata virgo sibi vestem pro magno munere dimisit: et visione sublata ipse ad se redijt vestēq; repertam iuxta se cum summa deuotione custodiuit: et vsq; hodie ibi seruatur: et pro reliquijs sacris ostenditur: cuius materia et modus contexture a nemine cognoscit. Est autē eximij candoris: lenitatis et leuitatis. Quieuit aūt in pace sanct⁹ bonitius .xvij. calen. februarij: sepultus in ecclesia sua.

¶ De sctō Marcello papa et martyre. Cap. lxxiij



Marcellus papa et martyr natiōe romanus de regiōe vialata ex patre benedicto: marcellino pape in cōsatu successit: et sedit annos .v. dies .xxi. q̄ tpe maximiani sily diocletiani imperatoris martyrio coronat. Hāc maximianus augustus primus rediēs ex aphrica: vt diocletiano placeret in nole eius thermas a solo edificaret in vrbe cepit omnes xp̄ianos ad afflictionem laboris compellere: et per varia loca quosdam ad lapides: quosdam ad harenas damnauit. Qui tarson xp̄ianus occultus et diues ac nobilis de suis facultatibus necessaria ministrabat per manus sisinnij: cyriaci: largi et smaragdi. Propter quod marcellus cp̄s celebrato concilio sisinnium et cyriacum diacones romane ecclesie consecrauit. Multos quoq; martyrum conuersorum ipse pōtifex baptizauit: et multorum sanctorum corpora colligēs vna cum ioanne presbytero sepeliuit. Cum autē sanct⁹ cyriacus a maximiano filio diocletiani imperatoris detentus: catenis obligatus ante redam eius traheret die persuasionis: et ex hoc marcellus papa illum redargueret: ab eodem fustigatus eiectus est. Post q̄ autem beati cyriacus: largus: et smaragdus martyrium passi sunt. Marcellus papa eos similiter tumulauit. ¶ Post que lucina christiana matrona ditissima ecclē dei oēs suas facultates concessit: ppter quod a maximiano pscriptiōe damnata est. Dum autem cultus duceretur: rogauit marcellum: vt domum suam in ecclesiam consecraret: qd̄ et ille adimplere curauit. Et dum ibi frequētius: celebraret maximianus hoc audiens: domum illam fixe ecclīas fecit stabulum publicum iumentorum: et eundem episcopum cum custodia ad seruitium animalium deputauit vbi post multos annos emisit spm̄ .xvij. calen. februarij. ¶ Hic fecit cimiteriuȝ in via salaria. et .xxv. titulos cardinalatus in vrbe romana ppter baptismus: sepulturas et penitentiam multorum ex gentilibus conuersorum: ac ppter martyrum reliquias tumulandas: qui etiaȝ sepultus est a ioanne presbytero in eodem cymiterio priscille via salaria: et cessauit episcopatus dies .xx. Postea vero religione christiana crescente domus stabuli in ecclesiaȝ translata est: que hodie sancti marcelli nomine intitulauit.

¶ De sancto Marcello episcopo. Capitu. lxxiiij.



Marcellus ancicyran⁹ episcopus insignis sanctitate et doctrine fuit. Qui multa aduersus eutycetem grecam scripsit volumina et maxime aduersus arrianos. Extāt et aduersus eū non nullum auctorum libri sabelliane ipsius heresios impetentes. Negat ille dogmatis eius esse: et communione iulij et athanasij romane et alexandrine vrbium pōtificum defendit se. Claruit sanctitate insignis tempore constantij imperatoris. Hec hieronymus libro de viris illustribus.

¶ De sctō Felice episcō et martyre. Capitu. lxxv.

FElix episcopus tubaboccensis tempore diocletiani et maximiani imperatorum martyrium passus est. Qui anolino proconsuli presentatus cum nomen suum nollet exprimere, dicens solummodo se christianum: iussus est vinctus est ad prefectum pretorij: qui illum vinculis mancipauit. et post dies. xij. de carcere eductum: fecit cum cathenis alligatum post imperatores nauigare. Positusque est in nauicula in qua diebus quattuor sub equore vinculis inedia maceratus iacuit. Venienscque venusius nolam campanie a cognitore ciuitatis capite plexus est. xvij. calen. februarij. ibidem sepultus.

De sancto Honorato epo arelaten. Cap. lxxxvj.

HOnoratus episcopus arelaten. nobili prosapia eiusdem vrbis oriundus fuit: vt scribit hilarius: qui ei in pontificatu successit: qui gentilibus parentibus progenitus: in adolescentia sua motu proprio baptismum petijt: et a patre reluctante paternam domum deserens: venantium eius fratrem seniorem ad christum conuertit: qui ambo ad caprasium heremitam accedentes: ab eo de religione vite edocti sunt. Defuncto autem germano suo venantio: honoratus heremum vrbi arelaten. proximam petijt. ibique diu in omni vite sanctitate permansit. Exemplo quoque conuersationis sue genadium quendam virum effrenem et indomitum ad penitentiam prouocauit. Demum vrbis arelaten. episcopus factus in sancta religione deo seruiens: et salutifera predicatione dominicum gregem pascens: quieuit in pace. xvij. calen. februarij.

De sancto Honorato episcopo ambian. Cap. lxxxvij.

HOnoratus episcopus ambian. tempore alcideberti regis francorum vir clarus sanctitate et miraculis, floruit. Qui dum missam aliquando celebraret et corpus christi super altare virginis consecrasset: vidit manum siue palmam christi sacram hostiam tenentem: et episcopo communicaturo quodammodo porrigentem. Quam sanctus de ipsa manu deuotissime sumens: ab omni deinceps inquinamento carnis illesus permansit. Hic angelo sibi reuelante corpora sanctorum fusciam et victorici atque gentiani repperit: et ea condecenti mausoleo collocauit. Qui et post vitam laudabilem ad christum migrauit.

De sancto Honorato abbate et confes. Cap. lxxxviij.

HOnoratus abbas et confessor in samnij partibus claruit: qui coloni cuiusdam in villa venantij patritij filius fuit. Hic ab annis puerilibus deo deditus: etiam ab ocioso sermone abstinebat carnemque ieiunijs macerabat. Sed cum die quadam parentes eius conuiuium fecissent et carnes ad prandium parassent iuuenisque ieiunans a carnibus abstinere vellet: irrisus est a parentibus: et discumbentibus cunctis interrogantibus an vellet sibi de montibus pisces afferri: qui in loco ipso audiri poterant non videri. Post modicum aqua in conuiuio deficiente accessit minister ad fontem vt hauriret. Et dum aqua de situla lignea: coram discumbentibus effunderet: piscem qui diuinitus aquam intrauerat simul effudit: qui victu vnius diei honorato sufficere potuit. Propter quod in veneratione haberi cepit. Procedensque in virtutibus a domino suo libertati deditus in eo loco qui fundis dicitur monasterium construxit: in quo pater fere ducentorum extitit monachorum. Dum aliquando ex monte qui monasterio prominet moles ingentis saxi erupta per deuexa montis veniens totius ruinam cenobij minaretur. Hoc vir domini cernens: inuocato christi nomine signum crucis festinus opposuit: eamque in deuexi montis latere fixit: vbi vsque in presens locum cernentibus aspicitur: vt casura desuper pendere videatur. Hec Gregorius. j. dialo. cap. ij.

De sancto Titiano epo. Cap. lxxxix.

TItianus epus ortus heraclea ciuitate, nobili genere: a floriano opitergien. epo eruditus est et in presbyterum ordinatus. Quo quidem propter amorem martyrij episcopatum cedente: titianus a populo electus est in episcopum: qui gregem domini optime pauit sermonibus et exemplis et sanctitate pollens pace quieuit. xvij. calen. februarij. Sepultusque est primo in ciuitate opitergien. Cuius parentes ad eum venientes et iam mortuum reperientes: corpus noctu furati sunt: vt in patriam deferrent. Quos mane populus armatus insecutus est pro corpore redimendo. Et dum propter hoc adinuicem bellum vellent assumere: apparuit senior: qui eis concordiam suadens consuluit: vt corpus solum in nauicula dimitterent: et diuine voluntati exponerent quo deus vellet deferendum. Quod cum fecissent: disparuit senior: et nauicula per flumen liuentie aduersus sursum contrarijs vndis tenens: deuenit ad locum qui dicitur septimus: et ibi quieuit. Corpus autem terre depositum dum iterum de ipso habendo multorum locorum incole contenderent: consilio senioris prefati iterum apparentis diuinum oraculum implorabant. Et post ieiunium triduanum diuina reuelatione vitulus cum matre vehiculo iungitur: et corpus superponitur: et quo vellent abire dimittuntur. Qui ipsum ad ciuitatem cenetensem. deduxerunt: ibique substiterunt: vbi et mulier a demonio obsessa meritis sancti corporis liberatur. Ibique digno honore tumulatur: quo et episcopatus opitergien. translatus est.

De sancto Melantio epo. Cap. xc.

MElantius epus vt dicit socrates in hystoria tripartita discipulus euagrij fuit. Cuius ecclesiam cum adijssent hi qui iussu regis huneri et epos arrianis resistentes exilio deportabant viderunt eum vt vltimum ecclesie ministrum candelas preparantem et lampades reponentem. Quem cum interrogassent vbi esset epus: ille se ostensurum illis respondit: et fatigatos ex itinere ad hospitium suum duxit et refecit. Et post prandium se esse epm eis patefecit. Qui propter eius humilitatem et reuerentiam admirati dederunt sibi fugam. At ille noluit declinare dicens quod libenter pati volebat quod sui similes patiebantur. Sicque vna cum ceteris voluntarium pro christo subijt exilium vbi et post multos agones in christo dormiuit. xvij. calen. febr. huius frater fuit salomon ex negociatore monachus effectus.

De sancto Fausto epo. Cap. xcj.

FAustus epus apud regium gallie ex lerinen. abbate electus est vir sanctitate plenus et diuinis iugiter scripturis intentus. Librum edidit de spiritusancto. Item opus egregium de gratia dei qua saluamur. libellum aduersus arrianos et macedonianos conspicuum. Item et alium aduersus eos qui dicunt esse aliquid in creaturis aliquid incorporeum. Epistolam etiam ad diaconum quendam nole grecum: qui catholica fide discedens ad nestorij impietatem adherat. Scripsit etiam epistolas aliam ad felicem prefectum pretorij ad dei timorem exhortatoriam. Et alia plura que nondum se vidisse gennadius hec scribens dicit. Ideoque notare non audet. Anastasij primi temporibus claruit. xvij. calen. febr. in pace pausauit.

De sancto Antonio abbate. Cap. xcij.





Ntonius abbas cuius vitam athana-
sius scripsit nobilibus ⁊ religiosis parẽ
tibus ex egypto ortus: ⁊ delicate nutrit⁹
ab annis puerilibus ecclesiam frequẽ
tabat. Et cum esset annorum .xviij. pa-
rentibus defunctis audiens in euange-
lio. Si vis perfectus esse ⁊c. omnibus di
stractis facultates suas pauperum visceribus inclusit.
Sororẽ aũt sanctis virginib⁹ in monasterio commendãs
ipse monastico habitu assumpto extra ciuitatẽ pgressus
cuidã seniori solitario adhesit: cuius doctrina ⁊ exẽplo in
format⁹: etiã p al ior cellulas discurrebat ⁊ a singulis mo
nachis exẽpla salutaria colligebat. Post hec solitarius
manere cepit: ⁊ multas dyaboli psecutiões sustinuit: q̃s
ieiuniis ⁊ orõnib⁹ ac vigiliis supauit. Et dũ spm̃ fornica-
tionis vicisset dyabolus in specie pueri teterrimi ante eũ
pstratus apparuit: seq̃ spm̃ fornicationis ab eo victum
asseruit: quem antonius signo crucis effugauit: dicens
q adeo turpissimus esset q ipm̃ abinde amplius non ti
meret: ⁊ deinde asperiori penitentia se affligit: in oratio
nibus sepius pernoctans: semel in die post vesperas pa-
nem solum cum sale ⁊ modicũ aque degustans: nõnunq̃
duobus vel tribus diebus sine cibo perdurans: super nu
dam humum cubans carnem vilico cilicio domans: de-
inde longe a villa inter sepulchra se posuit: vni soli notio
ri vicino mandans: vt statutis diebus sibi alimenta de-
ferret: vbi multitudo demonum ipm̃ verberibus adeo la
cerauit q minister eius eum quasi mortuum ad villam
humeris asportauit. Et cum a cunctis vt mortuus plan
geretur: dormitantibus illis antonius reuixit: ⁊ a mini
stro ad predictum locum se iterum portari fecit. Et cum
ex dolore vulnerum prostratus iaceret: animosus ad bel
lum demones inuitabat quibus illi in diuersarum fera
rum formis apparuerunt: ⁊ vnguibus ac cornibus crude
liter lacerarunt: ⁊ dum christum inuocaret: subito mira
bilis splendor illuxit: ⁊ demones effugauit: cui vox de ce
lo insonuit: q quia viriliter dimicauerat faceret eũ deus
in toto orbe nominari. Et cum christiani ex martyrio ne
cabantur ipse martyres sequebatur: dolensq̃ sibi marty
rium non dabatur. Post hec annorum .xxxv. ad heremũ
secretiorem accessit ⁊ ibi artiorem adhuc vitam ducere ce
pit: vbi argenteum discum reperiens admirãs: vnde ibi
argenteus haberetur: vbi vestigia hominũ nulla essent
intellexit dyaboli figmẽtum: ⁊ facto crucis signo discus
euanuit. Postmodum ingentem massam auri reppererit
quam vt ignem effugit: ⁊ ad montem ascendens .xx. an-
nis incognitus mansit. Deinde a multis frequentari ce
pit: ⁊ precipue a monachis qui heremum per diuer-
sa loca colebant: quibus ⁊ monita salutis dabat. Et duz
ad visitandos fratres pergeret: riuulum nili crocodilis
⁊ serpentibus plenum cum comitibus transiuit illesus:
⁊ rediuit incolumis. Quadã vice in spiritu raptus vidit
mundum laqueis plenum: et audiuit q sola humilitas
ipsos euaderet. Vidit aliquando demonem celsum cor-
pore: qui se dei virtutem ⁊ prouidentiam dicebat: petens
a viro sancto q̃d sibi donari volebat: in quez ille sputa cõ
geminans: vt fumum effugauit. Alius etiam dyabolus
sibi ieiunanti in figura monachi panes obtulit: suadẽs
vt ederet: ne corpore nimia abstinentia ⁊ debefacto defice
ret: quem vir dei dyabolum intelligẽs: christi nomine in
uocato mox effugauit. Multis quoq̃ miraculorum si-
gnis effulsit. Nam plurimos ab immundis spiritibus
vexatos ⁊ variis detentas languoribus liberauit. Dum
inclusus monasterio nullum susciperet: martinianus q̃
dam militum prepositus: instanter pulsans ad hostium
obsecrabat vt filiam eius obsessam liberaret: qui noluit
ei aperire: sed de fenestra eidem loquens filie salutem p-
misit. Ille vero credens ⁊ abiens filiam saluam factam in
uenit. Multi etiam vexati ante fores cenobii clausis fori
bus dormientes purgabantur. Et dum ex frequentia po
pulorum non haberet quietez: diuinitus admonitus cũ
saracenis ad profundiorem desertum accessit itinere die
rum trium: ⁊ habitare cepit in campo modico sibi a deo
demonstrato paucis palmarum arboribus conserto: vbi
ad radices montis fons limpidissimus labebatur vbi de
palmarum fructibus ⁊ panibus sibi aliquando a sarace
nis delatis vescebatur. Volens autem labori deferentiũ
parcere sarculo sibi apportato terram coluit ⁊ triticum
seminauit: sicq̃ de labore manuum victum ducebat. Ibi
etiam plantauit olera propter aduentantium recreatio
nem. Preterea etiam de palmarum foliis manibus ope
rabatur. Elapsis annis pluribus victus a fratribus ve-
nit monachos visitare: quibus dum aqua in via defecis-
set: ⁊ tam ipsi quã eorum camelus: qui sarcinas baiula-
bant siti periclitarentur: orationem fudit ⁊ fons in deser
to erupit: cunctosq̃ refecit: veniensq̃ ad monachos vt pa
ter cunctorum suscipitur: ⁊ videns sororem iam vetulam
aliarum magistram letatur. Iterumq̃ ad montem re-
diit: vbi solitam vitam ducebat: ⁊ fratres ad se venientes
sermonibus edificabat: ⁊ languentes sanabat. Fronto
palatinus a demonio obsessus ad ipsum pro liberatione
accessit: quem remisit dicens: q vbi terram egypti calca
ret saluus esset: quod ⁊ factum est. Virginem tripolita-
nam pluribus grauibus morbis detentam ad monacho
rum instantiam etiam absentem oratione sanauit.
Paus tamen omnes eius infirmitates sibi a domino re
uelatas fratribus declarauit. Aliam quoq̃ virginem lao
dicie residentem: dolorem stomachi validum patientem.
ad preces archelai comitis longe positus oratione cura
uit: comes quoq̃ reuersus virginem sanatam inuenit.
Nauigans cum quibusdam fratribus dixit se fetorem
pessimum sensisse: ⁊ nunciauit demonem nauem ingres
sum esse. Et subito quidam ex nautis vexatus a demo-
nio prosiliit: quem mox antonius liberauit. Alium insu
per nobilem demoniacum sibi adductum: qui furẽs vix
poterat detineri: dum sancto abbati maxillam percusis
set: signo crucis edito ab immundo spiritu eripuit: ⁊ de
monem in deserto aligauit. Dum aliquando ab ange-
lis in aere leuaretur: adsunt demones eius transitum p
hibentes ⁊ peccata eius ab exordio obiicientes: quos an-
geli redarguunt: ⁊ peccata omnia illa dimissa excipiunt
sed siquid contra eum habent: postq̃ monachus fact⁹ est
vt ea edicant imponunt: ⁊ cum in hoc defecissent: liber
antonius in ethera tollitur ⁊ liber deponitur. Huic etiã
aliquãdo dyabolus in tanta pceritate apparuit q celuz
capite cõtingebat: ⁊ interrogatus quis esset: dixit se esse
sathã: q̃ multũ a monachis ipugnabat ⁊ a xpianis male-
dicebat addens q iaz ad nihilũ esset redactus: postq̃ in
cũctis partibus regnabat xps. ¶ Alis etiã vocatus vt exi
ret ⁊ videret: vidit demonem longum vsq̃ ad nubes at-
tingentem

tingentem: qui quosdam pennatos ad celum volare cu pientes extensis manibus ꝓhibebat: quosdam vero reti nere nequibat. Et intellexit illum fore animarū ascen sum ⁊ demonis ꝓhibitionem: aliquibus resistentē. qui busdam aūt obsistere non valentem. ¶ Sacerdotes et clericos venerabiliter tractabat: ⁊ ab eis benedici hu militer implorabat. Et cum litteras ignoraret: etiā phi losophos ⁊ hereticos scripturarum allegatione ⁊ ratio nibus conuicebat: vnde aliquādo alexandriam veniēs fer monemq; publice faciens arrianos ibi astantes mi rabiliter confutauit: ⁊ multa miracula fecit. Rediensq; in porta ciuitatis puellam ab immundo spiritu exsoluit ¶ Quidam gentiles philosophi eum adeuntes vt sibi illuderent: auditis eius sermonibus edificati sunt ⁊ ad christum conuersi. Ab imperatore Constantino sepius per litteras visitatus: eidem epistolam exhortatoriam remisit: confortans eum in christiana religiōe: ⁊ monēs ne in terrena confideret potestate. Ecclesie quoq; ꝑsecu tionem futuram arrianorū infestatione precognouit: et fratribus lachrymando predixit. ¶ Duci cuidam nole balachio arriano ecclesiam infestanti: adeo vt mona chos ⁊ virgines publice nudatos virgis cederet: episto lam misit: cum de impietate redarguens ⁊ iram dei sup uenturam cōminans. Qui epistolam legens irrisit ⁊ nū cios verberauit. Sed post dies .v. equo insidēs ad terrā deijcitur: ⁊ morsib⁹ ac vngulis compressus: post triduū deficiens sepelitur. ¶ Tandem iuxta mortē suā aduisi tandos fratres q̄ in interiori monte latebāt adijt: eisq; obitū suū longe ante ꝑdixit: ac in dn̄o cōfortauit. Et ad cellam regressus post dies modicos egrotare cepit: du osq; monachos: qui sibi annis .xv. seruierant: accersiuit monitisq; salutaribus eis traditis inter eorū manus cū esset annorū .cv. in deo feliciter obdormiuit .xvj. calen. fe bruarij. Cuius corpus in eodem heremo ꝑfati duo disci puli sepelierunt: ⁊ nemini locū sepulture vnq̄ reuelare voluerunt: eo q̄ sic ipse illos moriens adiurauit: q̄ etiā decedēs miraculorū fama recusauit. ¶ Hic ad diuersa egypti monasteria .vij. scripsit epistolas apostolici sen sus sermonisq; refertas que in linguā grecā postmodū translate sunt: vt dicit hieronymus de viris illustrib⁹.

¶ De sanctis Speusippo Heleusippo ⁊ Meleusippo martyribus. Capitm. xciij.

Speusippus heleusippus ⁊ meleusipp⁹ exi stentes annorū .xxv. cum auia sua Leonilla ⁊ sorore illius Jonilla i ciuitate lingonicē. sub aurelio imperatore martyriū passi sūt Nam cū ꝑdicti frēs cū iam dicta eorū auia a sancto benigno presbytero verbū dn̄i ꝑ cepissent ⁊ baptizati essent: in lingonicē. ciuitate a qua drato preside tanq̄ xp̄iani detenti sunt. Et ad ꝑmā que dem facie idei ꝯfessionē pugnis in facie cesi sunt. Dein de ligatis pedib⁹ ⁊ manib⁹ verso capite in arborē suspēsi ab auia leonilla ꝯfortabant. Post hec i ignē missi illesi ꝑmanentes: orantes ad dn̄m vt aīas eorū in pace suscipe ret: expirauerūt: visiq; sunt angeli cū luce multa corū alas colligentes: corporaq; eorū itacta ab igne repta sūt Quo viso miraculo ionilla matrona soror Leonille ad xp̄m puersa est. Et cū relicto viro ⁊ duob⁹ paruulis xp̄m ꝯfiteret: a paganis tenta ⁊ capillis suspensa est. Deinde post plurima sibi illata supplicia cū leonilla sorore san ctorum auia pariter decollant .xvj. calē. februarij. Quo rum oīm corpora diu latenta ꝓcessu temporis inuenta sunt: ⁊ in digno honore tumulata.

¶ De sancto Sulpicio episcopo. Cap. xciiij.

Sulpicius ep̄s de ciuitate bituricē. claris parentib⁹ ortus: puerilib⁹ annis misericor die opibus intentus erat. Quadā nocte cū duobus pueris vigilās: vidit eos a duobus spiritib⁹ teterrimis de ecc̄ia eijci: signoq; crucis demo nes effugauit: inde multas antiq̄ hostis isidias ꝑpetuus xp̄i gr̄a supauit. Sed dū fama ei⁹ crebresceret: ad instātiā lotharij frācorū regis ab austregisillo bituricēs. ep̄o i diaco nū ordinat: deīde i abbatē eligit ac demū d̄functo austre gisillo i ep̄s sublimat q̄ meruit ꝑmā aq̄tanie sedē. h̄ mul tis renitēs signis egros sanabat ⁊ dmōes effugabat. Die q̄dā dū ignis tectū dom⁹ ei⁹ iuasisset signo cruc̄ opposito tādiu cōtra incendiū stetit: donec flammas extinxit. Als etiā cū ignis domū aliā incēderet: ⁊ mulier quadā ꝓ sege te quā ibi iuxta reposuerat solicita esset: signū cruc̄ edi dit cōtra flāmas mādās ne illud trāsire ꝓsumeret ⁊ extūc ignis ac si mōs interiect⁹ fuisset: seipsū cōpescuit. Cū q̄dā arbor excisa sup puerū aliq̄s interitū caderet sanct⁹ accurrit ⁊ signo dn̄ico arborē erectā in ꝑtē oppositā cōcidere com pulit: sicq; puerū liberauit. Latro q̄dā vt furaret: ei⁹ prō ptuariū intrauit ⁊ nocte tota circuiēs exitū minime repe rire valuit. Ad quē dū sanctus mane misisset familiam la tro suspēdiū metuēs in puteū .xxx. passuū se ꝑcipitauit: auxiliū sulpitij nihilominus inuocādo: quē vir dn̄i de pu teo extractū illesum reppit cōpūctū ad p̄nias recepit: si biq; de necessarijs ꝓuidit. Leuita q̄dā cōtra ei⁹ mādatū ad domū suā ꝑgere volēs cecitate ꝑcussus vnde erat tota nocte se mouere nequit ⁊ rediēs d̄ inobediētia p̄niā egit Quadā vice in ecc̄ia cū clericis suis ꝑnoctās: orōni ꝓcū bēs strepit⁹ demonū ⁊ infestatōis tumult⁹ plures sensit: adeo vt putaret ecc̄ia euerti nec ab orōne cessauit donec oīs fantastica illusio euanuit. Quēdā hoīem cui die san cto pasche lingua ꝑdēti manus securi adherēs aruit: lachrymis ⁊ suffragijs tota nocte incūbēs mane sanatū remisit. Qui plenus dierum in pace quieuit .xvj. calē. fe bruarij. Sepultus in biturica ciuitate.

¶ De cathedra sancti petri rome. Cap. xcv.

Cathedra sancti petri apl̄i: qua in vrbe ro ma primū vt summus pōtifex sedit: facta ē anno q̄rto claudij īperatoris: que io cōiter ab ecc̄ia minime celebrat: q̄ hui⁹ memo ria sub festo alteri⁹ cathedre: qua petr⁹ pri mū antiochie sedit recolit: vt dicet .viij. ca lē. martij. Nā q̄uis hel petri i vrbe roma fuerit sedes ꝑn cipalior: illa tn̄ celebrius agit: q̄ fuit tēpe prior: ⁊ honorifi cētia potior. Beatus ergo apl̄s postq̄ antiochie .vij. an nis sedit: hierlm̄ venit: ⁊ cū symone mago disceptationē habens: eū inde fugauit: ⁊ cum ipm̄ romā venisse cōperit eū insecutus est: ⁊ q̄rto anno claudij romā veniēs a fideli bus reuerēter suscipit: ⁊ in cathedrali sede sublimat: in q̄ sedit annis .xxv. ⁊ sic vicariatū xp̄i in terris .xxxij. annis te nuit: ad qd̄ tp̄s nullus romanorū pōtificū exinde deuenit sicut ⁊ eius nole nemo sevocari ꝓsumpsit. Duos aūt pō tifices petrus sibi coadiutores ordinauit: vnū intra vrbē scz linū: aliū extra vrbē .s. cletū: vt dicit ioannes belethꝰ: ip se vero ꝑdicatiōi insistebat. Mōstrat aūt vsq; ad presens eius cathedra: in qua rome fuit ꝑmitus exaltatus in ec clesia videlicet sancti petri: vbi ⁊ ꝓ antiq̄s ⁊ venerabilib⁹ reliquijs conseruatur: ⁊ dicitur q̄ nullus papa in ipsa se de aliquando sedere presumpsit. Celebratur autem festū huius cathedre videlicet romane sedis .xv. calen. februa rij vt in martyrologio hieronymi reperitur.

¶ De sancta Prisca virgine et mar tyre. Capitm. xcvj.

Prisca virgo ⁊ martyr passa est in vrbe roma sub claudio cesare anno .ij. īperij sui que filia fuit nobilis ciuis: qui ter consulatū in vrbe habuerat quam in ecclesia repertā orantem ministri imperatoris ceperunt ⁊ duxerunt ad claudium: iussuq; eius ad tē plū apollinis ducit: vt ibi sacrificaret: sed dum orōnē fu disset ad dominum: facto terremotu corruit ydolum et

quarta pars templi diruta est: et oppressit multitudinem
paganorum cum sacerdotibus idolorum. Imperator vero ter
ritus fugit. Demon autem per aera clamabat: sed expulsum
de habitatione sua: in qua per annos .lxv. manserat qui
ex eo die de vrbe eiectus fuerat cum spiritibus .xcij. sibi
subiectis. Tunc imperator iussit virginem alapis cedi: que
lumine de celo superfuso: et voce dominica confortata est
Die sequenti iussit eam claudius expoliatam flagellis ver
berari: et post hoc fustibus mactari: que a christo consola
ta: facie vt stella splendens apparuit. Missa est igitur in
carcerem: et pinguedine adipum dissoluta: toto corpore
iussu cesaris perungitur: vt sic maleficia soluerentur: que
nocte tota cum multitudine sanctorum psallens audie-
batur: sed dum mane eam limenius imperatoris consan
guineus educere vellet odore perfusus ingressus carcerem
repperit illam in throno sedentem et angelorum multitu
dinem circumstantem: et dum sedem euertere vellet: circum
stantes angeli disparuerunt. Cum igitur ante cesarem
stetisset et ipsam ad templum sacrificaturam duci fecisset
clamabat demon: dicens compignis a .iiij. angelis templi p
cedens ipsum incendebat. Moxque ignis de celo cecidit et
sacerdotes cum parte gentilium combussit: et idolum in
fauillam redegit. Quod videns imperator pascasi prefe
cto tradidit puniendam. Que ducta ad pretorium prefe
cti vinculis ferreis attrahitur et gladijs toto corpore dissi
patur: deinde carceri mancipatur. Sed dum prefectus iux
ta carcerem equitaret et lumen conspexisset: prospiciens per
fenestram vidit virginem in throno sedentem: et faciem eius
claritate nimia refulgentem. Qui carcerem anulo suo si
gnans .l. milites ad custodiam dimisit. Illi vero noctu eam
cum angelis psallentem audiebant. ❡ Mane autem fa
cto iussit eam imperator presente prefecto in amphithea-
trum duci et bestijs exponi. Et dum sibi leo inmanissi-
mus: qui ouem quotidie comedebat: et .iiij. diebus fuerat si
ne cibo detentus dimissus esset: leo cursum arripiens ad
pedes virginis procidit et plantas lingere cepit. Quem
dum cesar ad locum suum reduci faceret: in consangui-
neum eius irruit et eum protinus interfecit. Tunc impe-
rator iussit eam in ergastulum recludi: et triduo inedia
macerari. Deinde ipsam eductam facieque splendentem in
eculeo suspendit et vngulis latera eius radi. Statimque bra
chia cum manibus carnificum dolore nimio torqueban
tur. Post hec in ignem copiosum mittitur: sed pluuia ma
xima cum vento subito erumpente: flamma dispergitur et ignis ex
tinguitur: virgoque omnino illesa conspicitur. Quod dum clau-
dius magie deputaret: fecit capillos ipsius radi vt sic eius
maleficia tollerentur. Post hec in templum ydolorum eam
inclusit et hostium anulo consignauit: vbi audite sunt vo
ces angelice vna secum deum laudantes. ❡ Post diem
tertium ingressus imperator in templum repperit pris
cam in throno sedentem vallatam agminibus angelorum
et iuxta basem columne ydolum comminutum: propter
quod iratus cesar eam foras vrbem eductam precepit gla-
dio necari: que prius oratione facta ad dominum vt su-
sciperet spiritum eius voce celica ad gloriam inuitatur: sicque decol
lata est: et continuo carnifices mortui ceciderunt: Quod
dum sancto vrbis rome episcopo nunciatum esset: accessit cum
clericis: vt colligeret corpus martyris repperitque duas
aquilas corpori insidentes: et ipsum ne a feris tangeretur custo
dientes: quod ab episcopo collectum in miliario .x. ab vrbe via ostiensi
sepultum est vbi et fuerat decollata. Imperator vero graui lan
guore percussus dentibus proprijs carnes suas mordens:
post dies paucos miserabiliter expirauit. Tempore autem
eutyciani pape corpus beate prisce eidem diuinitus re-
uelatur: et locus per visionem ostenditur: vbi ipse cum clero et
populo effodiens et corpus inueniens: ipsum inde leuauit:
et ad vrbem deducens in ecclesia sanctarum martyrum aqui-
le prisce et prisculle venerabiliter tumulauit: in loco vero vbi fue
rat decollata ecclesia a fidelibus facta est: eius memorie
dedicata. Que passa est .xv. calen. februarij.

❡ De sanctis Mosco et Amonio martyribus. Cap. xcvij.

Moscus et Amonius apud pontum insulas
passi sunt: qui cum essent milites et xpm con
stanter confiterentur: primo militaribus cingu
lis exuti: deinde ad metalla damnati sunt
post aliquod vero tempus inde abstracti: di-
uersisque supplicijs affecti. Nouissime igni
traditi sunt. Sicque martyrium suum consummauerunt.
.xv. calen. februarij: vt ait ado.

❡ De sancto deicolo abbate. Cap. xcviij.

Deicolus abbas discipulus fuit columbani
abbatis. Quoquidem sancto cum disci-
pulis a britannijs abscedente: ipse de licen
tia patris eo quod debilis esset pedibus ibi
dem remansit: mandato sibi per obedien
tiam ne ad monasterium luxouiensem vnde di
scesserant aliquando rediret. Recedente ergo magistro
dum discipulus per incerta loca vagaretur et sitis eum arida com
primeret: baculo terram percussit fonsque ibi statim erupit
qui sanctum reficiens vsque hodie ibi manet. Cum autem
bubulcum oues pascentem de loco quereret: illeque sibi in
timasset: rogauit eum vt illucusque secum pergeret. Qui
pastor pro pecoribus dubitaret nec haberet cui custodien
das dimitteret: sanctus baculum pro custode in terram fi
xit easque baculo in sua fide commendauit. Quem bubul
cus vsque ad locum associauit: et reuersus oues circa bacu
lum acsi circa pastorem illesas et accubantes inuenit. Ve-
niens ergo deicolus ad locum ostensum ecclesiam san-
cti Martini ibi positam clausam conspexit: sed ianue pro
pinquans: per eandem sponte sibi diuinitus reseratam intra
uit et orationem fecit. Et dum hec crebro fierent presby-
ter ecclesie illius inuidia motus hec patrono nomine weri
fario nunciauit: de cuius licentia cum suis ordinauit: vt
dum monachus ille per noctem ecclesiam introisset: ipse
eum insecutus cum illis occideret. Dum igitur horam
obseruasset: et ad sancti interitum festinaret veniens ad
ecclesiam ianuas et fenestras spinis et rubis obstructas in
uenit et sic intrare non valens virum dei dimisit. Quod
audiens versarius et hoc magicis artibus attribuens man
dauit suis vt vbicunque monachus reperiretur sibi geni-
talia preciderentur. Statimque in ipsa hora versarius in
eisdem membris sibi mirabiliter tumefactis dolere ad-
modum cepit. Quod vxor eius et iniuria sancto illata contigisse re
cognoscens virum dei ad se humiliter accersiri fecit: vt ad
maritum liberandum festinaret. Sed antequam deicolus il
luc peruenisset versarius expirauit veniens ergo sanctus iti
nere fessus: capam exuit eamque radio solis per fenestram intran
tis suspendit: vbi acsi in pertica mansit. Deinde oratione sua
versarium suscitauit: qui omnes suas possessiones et capellam
sibi concessit: vbi deicolus congregatis fratribus mona-
sterium construxit. Cum die quadam clotarius rex circa lo
cum venando cum suis aprum insequeretur: aper fugiens ecclesiam
introiuit: et ante altare prostratus mansuetus perman-
sit: deicolum aspiciens et quasi eius auxilium petens: quod
dum venatores cum rege aprum insequentes vidissent
admirati sunt. et sanctum reuerentes aprum dimiserunt.
Cui etiam rex multa priuilegia concessit: et locum predijs
dotauit. Post hec deicolus apostolorum limina visita-
uit: et repatrians ac obitum suum precognoscens: colum
banum sibi successorem monasterio delegauit. Ipse autem
secretiorem petens heremum post plures annos in pace
quieuit .xv. calen. februarij.

❡ De translatione sancte Lucie. Cap. xcix.

Translatione corporis sancte Lucie ad ciuitatẽ venetiarum circa annũ domini .M.xl. facta est. Nam dum rogerius constantinopolitanus imperator circa annũ dñi .M.x. in romania et sicilia damnaret: maneiacem principem sibi dilectum et prudentem vicarium ad siciliam misit. Qui sagaciter imperatori rebellans siciliã tyrannide occupauit: quod imperator audiens doluit: et de consilio regine se egrotantem et deinde mortuum simulauit. Pauperem quoque defunctum capsa inclusum sui loco regaliter tumulari fecit. Ipse vero biennio latuit: ita quod vere mortuus ab omnibus credebatur.

¶ Post duos annos regina per solẽnes nuncios maneiacem de suo coniugio requisiuit: qui assensum prebens ordinatis nuptijs solẽniter constãtinopolim cum muneribus aduenit: et corpora sanctorum agathe et Lucie secum de sicilia asportauit. Qui dum cõstantinopolim venisset ab imperatore de latibulis prodeunte interficitur: et regnum sicilie recuperatur: et corpora virginum constantinopoli honorifice reconduntur. Post hec anno dñi .M.xl. dum veneti cum siculis constantinopolim cepissent: corpora duarum virginum auferentes condixerũt adinuicem vt corpus sancte agathe siculi rehaberent: et corpus sancte Lucie veneti ferrent secum quod et factũ est. Sicque corpus sancte virginis delatum venetias. primo quidem in monasterio sancti gregorij maioris pluribus annis stetit: deinde a duce et populo ad ecclesiã suo nomini edificatã translatũ fuit: vbi vsque in presens iacet miraculis coruscans. Factaque est huiusmodi translatione videlicet de constantinopoli venetias .xv. cal. februarij.

¶ De sanctis Mario Martha Audifax et Abbacuch martyribus. Capitulum .c.

Marius et Martha vxor eius et filij sui Audifax et Abbacuch rome sub claudio imperatore martyrium passi sunt. Hi nobilissimi et diuites de persida oriundi venerũt romam causa orationis: cum essent christiani. Et ceperunt corpora sanctorum perquirere: et christianos in carceribus suis corpora quoque martyrum pro christo interfectorum requirentes sepeliebant. Et dum in castro trans tyberim beatũ quirinum in carcere visitassent: et multorum martyrum corpora tumulassent: visitauerunt beatum Calixtum papam cũ christianorum multitudine latitantem. Cum quibus duobus mensibus permanserũt: multaque sibi et ceteris christianis necessaria prebuerunt: ipsiusque benedictione percepta abierunt sanctorum martyrum corpora requirentes et honorifice tumulantes: inter que prefatum beatum quirinum in tyberi necatum et .cclxij. christianos iubente Claudio sagittis interfectos condigna reuerentia sepelierunt. Hec claudius audiens sanctos dei detineri fecit: quos sibi presentatos diutius examinauit: et deinde musciano vicario puniendos tradidit: qui dum coram ipso in tellure cõsistentes xpm cõstãter ado cõfiterent omniaque pdolatu demonia execrarent: iussu musciani marius cũ filijs fustibus cesi sunt martha: assistente et viruz ac natos viriliter exhortãte: deinde in eculeo leuati canabinis funibus crudeliter flagellantur: facule quoque ignee lateribus apponunt: et vnguibus ferreis laniant. Et cum hec oĩa sapientissime tolerassent: iussu eos vicarius de eculeo deponi: et manus eorum precidi: quibus ad colla ligatis per ciuitatẽ circũduci sub voce preconia: ne deos blasphemare presumerent. Martha vero oĩbus istis astans. et sanctis sermonibus eos corroborãs: de sanguine illorum caput et faciẽ liniebat. Nouissime autẽ iubẽte musciano extra vrbez via cornelia miliario .xiij. ad nymphas catabasis deducti sunt: ibique pariter sub barcnario decollati. Martha vero nympha necata est. Quorum corpora iterum iussit incendi vt sepultura carerẽt: sed quedã matrona nomine felicitas ea semiusta ex igne latenter rapuit: corpus autem marthe de puteo leuauit et ipsa omnia in suo predio sepeliuit .xiij. calen. februarij.

¶ De sancto Bassiano epo. Cap. ci.

Bassianus eps natione syracusanus patre sergio natus. annorum .xij. ab eodẽ romã missus est gratia studiorum: vbi a sctõ gordiano presbytero doctus sacrum baptismum suscepit: quod dum pater ipsius gẽtilis audisset et eum reuocare disponeret: iuuenis bassianus in ecclesia sancti iohãnis euãgeliste rome per visionẽ monitus rauennã fugit vt per tps aliquod latitaret et dũ in via positus esset: cerua cũ duobus hinnulis a venatoribus iaculata ad eũ profugauenit et pedes lingere cepit: illosque mirãte venatores superueniunt et factũ videntes subsistunt: quorum vnus ceruã de manibus sancti rapere nititur sed mox a dyabolo vexatur: quẽ sanctus cum liberasset: ceruã dimiserunt. Veniens autẽ rauennã apud ecclesiam sancti apollinaris extra ciuitatem manens orationi vacabat: fama sanctitatis preclarus. ¶ Hithymius iudex vt reus maiestatis iussu presidis rauennatis ad decollãdum ductus est: qui dum bassiani nomen inuocasset: bipennis tertia de manu spiculatoris prosiluit: et sic innocẽs apparuit et absolutus fuit. Post hec factus presbyter in ecclesia laudensi. epus eligitur ab oĩbus approbatur: et dum ad episcopatũ veniret intrãs ciuitatis laudensi. suburbia: paralyticum et mutum ab vtroque morbo curauit et multos leprosos mundauit. Alios etiam puerum a serpente occisum suscitauit: et puellã obsessam a demonio liberauit. Vocatus mediolanũ ad btm̃ Ambrosium egrotãtem: obitum suum clericis eius predixit et ipsum defunctum venerabili obsequio tumulauit. Post hec reuersus ad ecclesiã suã miraculis et scitate cõspicuus multo tẽpore superuixit et obitũ suum annis pluribus preconizauit. et .xc. etatis sue anno cõsummatus scitate in pace quieuit .xiij. calẽ. febr. tempore honorij et theodosij augustorum: sepultus est in basilica aplorum: quã ipse a fundamentis erexerat. Temporis processu desolata ciuitate laudensi. per ciues mediolan. et tota igne cõsumpta corpus scti nũquam inde potuit amoueri quinimo oẽs accedẽtes ad locũ: vt mortui sternebãtur sicque ibidẽ dimissum est quousque ciuitate postmodũ in loco vbi nũc ẽ recõstructa per imperatorẽ federicũ corpus scti cõfessoris eodẽ delatũ est: vbi et quiescit miraculis splendens.

¶ De sancto pontiano martyre. Capitulum .cij.

Pontianus martyr tẽpore antonini imperatoris in ciuitate spoleti passus ẽ: qui tẽtus a iudice fabiano cũ sacrificare nollet: primo virgis grauiter cesus donec sanguis in terram quasi de fonte proflueret: deinde super carbones accensos ambulare compulsus illesus permãsit. Post hoc in eculeo appensus et vncinis ferreis vsque ad ossium nudationem laniatus in carcere missus est. Sequenti vero

dicm amphitheatro positus laxat' sibi duob' leonib' eis dem mansuefactis permansit intactus. Iterum in custodia artissima diebus .xij. sine vllo cibo detentus: angelo vero sibi de celo ministrante refectus: inde in nullo maceratus educitur: et plumbo liquefacto perfunditur. Cum hec omnia tam mentis quam corporis constantia tolerasset. Nouissime iussu presidis extra ciuitatem ductus gladio animaduersus martyrium consummauit. Sepultus a fidelib' non longe a muro vrbis spoletane in loco qui dicitur lucian' .xiiij. calen. februarij.

De sancto Germanico martyre. Cap. ciij.

Germanicus martyr sub Marco antonio et Lucio aurelio in smyrna ciuitate passus est .xiiij. calen. febr. qui pluribus superat' suppliciis per gratiam virtutis dei metu corporee fragilitatis excludens sponte preparatam sibi bestiam prouocauit: cui' dentibus comminutus vero pani .i. domino iesu xpo pro ipso moriens meruit in corporari: vt dicitur in martyrologio Hieronymi.

De sancto Launomarico abbate. Cap. ciiij.

Launomaricus abbas carnotensis. ciuis parentibus christianis progenitus est: hic cum adhuc esset puer: et oues patris pasceret: que sibi victum supererant: pauperib' erogabat: qui traditus a parentibus cuidam sacerdoti sacras litteras didicit: et ad sacerdotij ordinem peruenit: deinde adhuc iuuenis media nocte de domo paterna fugiens heremum petijt: cum autem ad ipsum occidendum latrones tota nocte laborassent: putantes eum pecunias habere: mane diuino miraculo visione eius territi et ipsius pedibus prouoluti veniam postula'runt. Cuiusdam viri filium claudum dum pro eo missam celebrasset erexit: et dum claues ecclesie petissent ante fores humi prostratus oratione facta ianuas reserauit.

Post quam dum manipulos messium sub tecto de viminibus facto reposuisset: et ignis segetes inuasisset signo crucis mox incendium sedauit. Sequenti nocte dum orando pernoctaret: dyabolus sibi ter lumen extinxit terque diuinitus accensum fuit. Et cum discipulos congregasset et quercus maxima ad oratorium construendum excisa fuisset: que non apto loco ad dolandum ceciderat: nec a fratribus adhuc paucis alio deferri poterat: oratione sua loco congruo eam transportauit. Quidam hermoaldus nobilis egrotans .xl. solidos sibi misit vt pro se oraret. Quos ille altari suppositos: dum per spiritum omnes vno excepto de male acquisito cognouisset: illum solum retinuit ceterosque remisit: et quod ex hoc deus placari non posset eidem predixit. Atque ille mortuus est. Inuitatus tandem a melardo epo carnotensi. eum visitauit: et secum aliquo tempore commorat' multa sibi futura predixit: sicque senex in pace quieuit .xiiij. calen. februarij.

De sancto Fabiano pape et martyre. Cap. cv.

Fabianus papa martyr natione romanus ex patre fabio de regione celij montis: anthero pape in episcopatu successit: seditque annis .xiiij. mensibus .xi. Hic papa romano defuncto cum clerus et populus pro alio eligendo conuenissent: et ipse de quodam loco cum amicis rediret: venit inter eos rei exitum scire volens. Et ecce columba candida super caput eius de celo descendit dicens rome epus coronaberis. Quod omnes mirantes eum in papam elegerunt. Hic constituit vt omni anno in cena domini chrisma ab epo consecraretur: et vetus combureretur. Hic regiones diuisit .vij. dyaconibus et eis .vij. subdyacones substituit: qui septem notarijs imminerent: et gesta martyrum in integro recolligerent. Iste philippo imperatori neophyto volenti interesse vigilijs pasche: et mysterijs communicare restitit: nec quousque confiteretur: et inter penitentes staret interesse permisit: quod et deuot' imperator fideliter adimpleuit. Hic fecit ordinationes .v. per mensem decembris presbyteros .xxij. dyacones .vij. epos per diuersa loca numero .xi. Cuius tempore nouatianus quidam presbyter ecclesie romane ambiens episcopatum: et videns fabianum electum hereticus factus est: contra quem celebratum est concilium in vrbe roma .xl. episcoporum. Hic enim hereticus lapsis spem venie denegabat: vnde in concilio hoc reprobato statuerunt vt lapsis venia misericorditer permitteretur: dum modo per penitentiam reuerterentur. Hic sub persecutione decij capitis obtruncatione martyrio coronatus est. Et sepultus in cimiterio calixti via apia .xiij. calen. februarij. Et cessauit episcopatus dies .vij.

De sancto Sebastiano martyre. Cap. cvj.

Sebastianus martyr narbonensis. genere nobilis ciuis mediolanensis diocletiano et maximiano imperatoribus valde dilectus: principatum prime cohortis ab eis obtinuit: eorum conspectui semper assistens. Hic sapientia et virtutibus preditus ab omnibus militib' vt pater amabatur. Qui et militarem habitum ad hoc tantum ferebat: vt christianissimus ipse christianorum animas quas in tormentis videbat deficere confortaret. Cum autem preclarissimi viri marcus et marcellian' fratres gemini filij tranquillini nobilis a beato sebastiano in fide eruditi post multa supplicia ex sententia chromatij vrbis prefecti decollari deberent: si infra dies .xxx. non resipiscerent. Ad eos parentes adueniunt: vt ipsorum animos a suo proposito reuocarent. Aduenit et mater martia soluto capite resolutis crinibus ostensisque vberibus lachrymis genas inconsolabiliter rigabat. Adducitur et pater senior manib' famulorum et capite asperso puluere: detectaque canicie lamentabiles voces emittebat. Adueniunt et coniuges proprios paruulos offerentes: et incomparabilibus gemitibus et suspirijs eiulantes. Inter hec ceperunt viriorum corda mollescere. Tunc sebastianus ibi assistens: erumpens in medio: diuino repletus flamine: de contemptu vite presentis: et de gloria futuri regni sermonem assumens prolixam orationem contexuit: et eleganti eloquio sanctorum animos ad amorem martyrij contemptis omnibus incitauit hec autem agebantur in domo nicostrati primiscrinij: vbi marc' et marcellianus custodiebantur. Cuius vxor zoe nomine graui infirmitate loquelam sex annis amiserat: vsum tamen audiendi aut sensum animi minime perdiderat. Que cum omnia verba sebastiani audisset pedibus eius prouoluta: nutibus veniam postulabat. Igitur martyr christum orauit vt sicut os zacharie prophete reserauerat linguam quoque eius aperire dignaretur. Statimque mulier loquendi facultate recepta sermones beati sebastiani benedicere cepit: seque angelum domini iuxta eum vidisse asseruit: qui immenso lumine circundatus librum apertum tenebat: vbi omnia

vbi omnia que sanctus dixerat scripta erāt. Juxta quē etiam alij .vij. angeli candidissimi circūstabant. Quo viso miraculo: nicostratus vir cum vxore zucrius est via cum tranquillino ⁊ martia parentibus marci ⁊ marcelliani: et a sancto policarpo presbytero baptizati sunt. Marcus vero ⁊ marcellianus in domino confortati martyrij gloriam peroptabant. Quos dum nicostratus vellet solutos dimittere: omnino abire noluerunt asserentes se passionis calicem nullatenus dimissuros. Tranquillinus autem graui morbo laborās statim vt baptizatus est: sanitatem suscepit. Postq̄ autem marcus et marcellianus martyrium passi sūt: ⁊ mater eoꝝ martia post dies modicos in pace migrauit ad christum. Chromaticus prefectus graui morbo laborans a sancto sebastiano sanatus est: ⁊ ab eodem atq̄ a tranquillino in fide doctus vna cum tyburtio filio suo: per manus policarpi presbyteri sacrum baptismū suscepit: vt in passione tyburtij dicetur .iij. idus augusti. Quibus omnibus per martyrium consūmatis beatus sebastianus latere nō potuit. Nam cum imperator diocletianus cognouisset qualiter dudum in christianitate latuisset: ⁊ multos tali occasione ad martyrium prouocasset: eum ad se conuocauit: et de ingratitudine quā erga deos ⁊ imperatores habuerat dure redarguit. Qui cum se christianum pro salute imperij semper orare dixisset: iussit eum imperator in medio campi ligari: ⁊ quasi in signum a militibus sagittari: qui ita eum sagittis impleuerunt: vt quasi erinacius videretur: ⁊ estimantes illum mortuū abierūt. Uerū hyrene relicta castuli mater abijt noctu vt corpus tolleret: ⁊ inueniens ipsum adhuc viuum ad domum suam adduxit: ⁊ curā eius egit. Qui intra paucos dies conualuit: ⁊ stans super gradus heliogabali venientibus imperatoribus se exhibuit: eosq̄ de persecutione quam in christianos iniuste agebant: increpare cepit. Quod cū diocletianus miraretur: dixit se ad hoc a christo dominum suscitatum: vt eisdem veritatem fidei contestaretur. Tunc imperator iussit in hippodromum palatij duci: ⁊ tādiu fustibus cedi: donec spiritū exhalaret. Corpusq̄ ipsius in cloacam proijci: ne a christianis nomine martyris coleret. Sanctus vero martyr apparuit lucine matrone religiose: eiq̄ corpus suū reuelauit: ⁊ vt iuxta apostolorum vestigia sepeliret admonuit. Quod ⁊ illa cum seruis nocte sequenti adimplere curauit: ipsumq̄ in catacumbis iuxta corpora apostolorum: vt iusserat collocauit. Passus est autē circa annos domini .cclxxxvij. xiij. calen. februarij. ¶ Post tēporis decursum anno .ij. ludouici imperatoris: hilduinus abbas sancti Dionysij sacriq̄ palatij archicapellanus romam misit: ⁊ a papa Eugenio corpus sancti sebastiani obtinuit. Indeq̄ trāslatum apud vrbem suessionem in basilica sancti medardi collocauit: vt dicit sigisbertus.

¶ De sancta Agnete virgine ⁊ martyre. Cap. cvij.

Agnes virgo ⁊ martyr sacratissima: cui⁹ passionē scribit Ambrosius: nobilissima romanorum .xiij. etatis sue anno mortē perdidit: ⁊ vitam inuenit: corpore iuuencula sꝫ animo cana: pulchra facie sꝫ pulchrior fide. Hec dū a scholis reuertitur: a prefecti vrbis nomine simphronij filio iuuene adamatur: cuius parētes requisiuit: ⁊ multis promissionibus eius coniugium postulauit. Deinde diuitias ⁊ gemmas ⁊ thesauros obtulit infinitos: q̄ omnia a virgine vt stercora reputata sunt. Juuenemq̄ furiosa oratione licentiauit: eo q̄ ab alio amatore preuenta eēt quē de quinq̄ excellentijs commendauit: que a mulieribus in sponsis plurimum requiruntur .s. de nobilitate generis: q̄ longe illo nobilior genere ⁊ dignitate: cuius mater virgo est: cuius pater feminam nescit. De decore pulchritudinis: q̄ eius pulchritudinē sol ⁊ luna mirantur. De diuitiarum abundantia: quia eius opes nunq̄ deficiunt: ⁊ diuitie nunq̄ decrescunt. De potentie efficacia: quia eius odore reuiuiscunt mortui: eiusq̄ tactu confortantur infirmi. Et de amoris excellentia: q̄ eius amor est suauior ⁊ gratia elegantior. Deinde subiecit quinq̄ beneficia sibi ab ipso sponso collata. Quia anulo fidei sue eam subarauit. Multiplici virtutum varietate vestiuit. Passionis sue sanguine signauit. Uinculo amoris copulauit. Et celestis thesauri gloria ditauit. Audiens hec insanus iuuenis: lecto prosternitur ⁊ q̄ amore egrotaret: a medicis aperitur. Cūq̄ pater iuuenis eadē virgini replicaret: ⁊ illa prioris sponsi federa violare nō posse diceret: cepit prefectus inquirere: quis esset sponsus ille nobilis. de cuius se agnes potestate iactaret. Cumq̄ didicisset: q̄ virgo christum deum suum sponsum asserret: prefectus eam sibi presentari fecit: ⁊ primo blandis sermonibus: dehinc terroribus pulsare cepit. Que illum blandientem sicut et terrentem animo deridebat. Et quia nobilis erat: ⁊ vim ei prefectus inferre non poterat titulo sibi christianitatis obiecto. sequenti die eam sibi assisti fecit: ⁊ iterato de amore iuuenis appellauit. Et cum in sermone casso labore deficeret: alterum de duobus sibi proposuit eligendum: aut si virginitatem elegerat: dee veste cum virginibus immolare: aut cum meretricibus publice scortari. Que cum neutrum elegisset: dicens secum habere angelum domini: qui eam semper impollutā custodiret. Jussu simphronij spoliata ad lupanar ducitur voce preconia agnetem sacrilegam proclamante. Tantam autem densitatem dominus capillis eius mox crescentibus contulit: vt melius q̄ suis vestibus videretur induta. ¶ Ingressa autem turpitudinis locum: angelum domini preparatum inuenit: qui eam immenso lumine circumdedit: ⁊ stola candidissima ad mēsuram eius corporis diuinitus contexta vestiuit. Tunc prefecti filius cum sodalibus ad lupanar venit: ⁊ volens sibi illudere: illos prius ad eam inuitauit. Qui ingressi ⁊ immenso lumine territi: compuncti redierūt. Sicq̄ lupanar locus orationis efficitur: adeo vt quisq̄ mūdior exiret: q̄ ingrederetur. Juuenis ergo lasciuus socios vt pusillanimes irridens: intrās in lumen irruit morq̄ vt eam contingere voluit: prefocatus a diabolo expirauit. Quem socij videntes diutius immorari: putabant illum obscenis operibus occupari. Tandem ad locū accesserūt: ⁊ eum mortuum inuenientes: preforib⁹ clamauerunt. Concurrit populus: concurrit ⁊ deflens prefectus. ⁊ quidam eam maleficam: quidam innocentē exclamabant. Prefectus vero causam necis filij interrogat. Cui virgo respondit: q̄ ille cuius voluntatem perficere voluit: in eum potestatem accepit. Nam et alij qui honorē deo intrantes dederant: illesi exierant. Cui cū prefectus se eidem crediturum diceret: si iuuenem suscitaret: orauit agnes cum lachrymis: ⁊ confestim ab angelo suscitatur iuuenis: qui egressus cepit christū publice predicare: ⁊ omnia idola confutare. Tunc seditione in populo excitata per pontifices idolorum: prefectus hec videns obstupuit eāq̄ dimittere voluit: sed proscriptionem timens: virginem aspasio vicario dereliquit: ⁊ dolens abijt q̄ ipsam liberare non potuit. Quā vicarius in ignem copiosum iactari fecit: sed in duas partes flāma diuisa seditiosū populum comburebat: ⁊ eam minime contingebat: virgo autem christi ad dominum orauit: mox q̄ ignis ita extinctus fuit: vt nec quidem tepor incendij remaneret. Aspasius autem seditionē populi timens in gutture eius gladiū mergi fecit: ⁊ sic christus sibi sponsam ⁊ martyrē consecrauit. Cuius corpus christiani cum parentibus nullam tristitiam habentibus tulerunt: illudq̄ in predio suo via numentana sepelierunt: vixq̄ a paganis in eos mittentibus lapides eua-

ferunt. Passa est autem .xij. calen. februarij.

¶ De sancto Patroclo martyre. Cap. cviij.

Patroclus martyr passus est apud senonas gallie sub valeriano imperatore. Qui cũ de partibus illis egrederetur: audita fama patrocli q̃ vir nobilis assiduis orationib⁹ vacans: hora .xij. vix cibũ capiebat: ⁊ qui christũ publice predicabat: fecit eum teneri ⁊ duci ad sacrificandum. Qui cũ sacrificare ↄtẽneret iussu imperatoris fustibus ceditur: deinde missis compedibus in cruribus ipsius ⁊ catenis in manibus vinctus triduo carceri patroclus mancipatur. Sed cum in christi ↄfessione ↄstanter perseueraret: iussit eum aurelianus iuxta flumẽ sequane duci: ibiq̃ gladio caput eius abscidi. Ductus ergo ad locum: oratione premissa: lumina eum tenentium obscurata sunt: ipse ṽo flumẽ transiuit: aqua vix ad genua pertingente. Quod dum quidam illorũ diuine virtuti: quidã magice arti ascriberent: flumen ⁊ ipsi trãsierunt: ⁊ dum sanctum requirerent a muliere gentili eisdem orans ostenditur. Sicq̃ caput ipsius amputatur. .xij. calen. februarij. Cuius corpus a viris fidelibus persecutione sedata in ciuitate senoñ. sepultum iacet.

¶ De sancto Publio ep̃o ⁊ martyre. capi. cix.

Publius episcopus athenieñ. et martyr gloriosus fuit. Hic humana ⁊ diuina sapientia clarus: secũdus post dionysium ariopagitã ad modũ effulsit. Ecclesiãq̃ atheniensium nobiliter rexit: ⁊ preclarus virtutibus ac doctrina prefulgens ob xp̃i fidem martyrio coronatur .xij. calen. februarij. hec ado.

¶ De sctis fructuoso ep̃o ⁊ socijs martyrib⁹. Cap. cx.

Fructuosus ep̃s augurius ⁊ eulogius diaconi ⁊ martyres: tpe galieni imperatoris martyrium passi sunt apud terragonã hispanie ciuitatem. Qui primo in carcerem trusi: diebus pluribus afflicti sunt. Deinde educti p̃ christi ↄfessione flammis iniecti: vinculis quib⁹ alligati fuerant crustis manibus in modum crucis expansis orantes vt vrerentur obtinuerunt. Et mox quidã ex fratribus: ⁊ filia presidis que abstabat: viderunt sanctorũ animas celum ↄscendere coronatas. Qui passi sunt .xij. calen. ianuarij: vt dicit ado in martyrologio suo.

¶ De sctõ Vincentio leuita ⁊ martyre. Cap. cxj.



Vincentius leuita ⁊ martyr genere hispanus de ciuitate cesaraugustana: patre Eutitio: agrestis olim nobilissimi ↄsulis filio matre Enola progenitus est. Qui a pueritia sacris litteris eruditus erat: ⁊ sub valerio cesaraugustan. episcopo moribus ⁊ scientia clarebat. A quo et adhuc iuuenis archidiaconus eius ordinatur. Cui ep̃s quia imperitioris lingue fuerat predicandũ vices suas commiserat: ipse ṽo orationi vacabat. Tempore igitur diocletiani ⁊ maximiani imperatorum: cum dacianus hispaniarum preses nequissimus ciuitatem cesaraugustanã esset ingressus: vt christianos ad sacrificia tormentis compelleret: ⁊ vincentij laudabilem famam audiret fecit eum vna cum episcopo valerio in carcere detineri. Deinde pergens valentiam catenis vinctos in collo et manibus post se trahi: ipsosq̃ ibidem custodie durissime mancipari ⁊ fame ac inopia diebus plurimis macerari. Quos postmodum sibi presentatos cum in nullo conspexisset afflictos: custodes redarguebat: putans q̃ ipsos in ergastulo refouissent. Et iratus valerium interrogauit: cur contra precepta principum agere presumpsisset. Qui cũ lingue rudis ⁊ imperitus quasi sub murmure responderet: vincentius ab episcopo licentiã petijt respondendi. Qua obtenta libera et constantissima voce deos gentium demonia esse: asseruit: ⁊ christũ dominum se nunq̃ abnegaturos expressit. Tũc preses iratus episcopum in exilium misit: vbi ⁊ post tẽpus in pace quieuit. vincentium ṽo vti rebellem ⁊ iuuenem temerarium grauissimis tormentis cruciari mandauit. Et primo quidem illum fecit in equuleo leuari: ⁊ membris distendi totoq̃ corpore dissipari. Interrogans eum vbinam corpus suum miserabile cerneret. Qui cum subridendo diceret: hoc semper optasse: ⁊ presidem suis votis optime concordare. Iratus dacianus tortores flagellabat: eo q̃ ipsum in torquendo deficiebant stridore dentium fremens: ac quasi se magis q̃ dei martyrem torqueri nutibus ostendens. Carnifices ṽo pectines ⁊ vngulas ferreas vsq̃ ad intima costarum figerunt. Ita vt de toto corpore sanguis effluerent: ⁊ solutis compagibus viscera interna paterent: ⁊ cum ministri lassi deficerent ipse iam inuictus in omnibus apparebat. ¶ Post hec iubente preside equuleo deponitur: ⁊ ad ignis patibulũ ducitur: qui moras carnificum arguebat: ⁊ ad penã alacriter properabat. Craticulam igitur candentem vitro conscendens: ibidem assatur: exuritur: ⁊ crematur membrisq̃ omnibus vncinis ferr eis infigitur: flãma sanguine conspergitur: vulnera vulneribus instaurantur: sal insuper in ignem mittitur: vt in corpus vulneratum insiliens: stridentibus flammis crudelius cõburat̃. Iamq̃ non ad artus sed ad nudata viscera tela iaciunt̃: ipseq̃ fibre de eius corpore extra labunt̃. Inter hec manet immotus: ⁊ erectis in celum oculis dominum precabatur. Cumq̃ hec daciano nunciata fuissent: iussit eum in carcere teterrimo recludi: ⁊ ibi testas acutissimas congeri pedesq̃ eius in ligno configi: ⁊ extensum super testas relinqui. Que cum adimpleta fuissent: pena mutatur in gloriam: nam tenebre carceris diuina superfusa luce fugantur: testarum asperitas in florum suauitatem mutatur: pedes soluuntur ⁊ martyr domini angelorũ dulci modulatione consolatur. Que custodes per rimas aspicientes conuersi sunt. Quidam ṽo hec presidi nunciarunt: at ille se victum reputans: iussit martyrem ad lectum transferri: ⁊ mollibus stramentis foueri: reputãs eum magis gloriosum facere: si deficeret in tormentis. Cum ergo ĩ lectulo paululum quieuisset: orans emisit spiritum. Quod audiens dacianus doluit: ⁊ quem non valuit vincere viuum: putauit vincere vel defunctum. Iussit igitur corpus in campum deduci: ⁊ auibus ac feris deuorandum exponi. Statimq̃ coruus ingluuie deditus corpus custodiens: alias aues se maiores impetu alarum abegit: ⁊ lupum morsibus ⁊ clamoribus effugauit. Etiam conspectu sacri corporis fixus cernitur: vtpote qui ibi angelorum custodiam mirabatur. Tunc iussu p̃sidis hoc audientis: ingens mola corpori alligatur: ⁊ in pelagus proijcitur: vt saltem piscibus in pastum daret̃. Sed anteq̃ naute qui corpus in mare demerserant ad littus peruenirent: cadauer solutum in littus a fluctibus deductũ

bus deductum est. Quod a quadā matrona vidua ipso reuelante repertum est: ⁊ ab ipsa vna cum quibusdam fidelibus in modica basilica sepultum. Cessante vero persecutione corpus ad ciuitatem valentianam deducitur ⁊ iuxta muros honorificentius tumulatur. Passus est autem christi martyr .xj. calen. februarij.

¶ De sanctis Uincentio ⁊ Orontio martyribus. Cap. xcij.

Uincentius ⁊ Orontius martyres passi sūt apud hispaniam tempore diocletiani et maximiani imperatorum: sub rufino preside hispaniarum. Qui feruore fidei accēsi se sponte iudici offerentes: ⁊ christum magnanimiter confitentes iussu presidis capitali sententia puniuntur: quorum corpora victor: quidam leuita: qui eos hospitio susceperat sepeliuit: propter quod ⁊ ipse a iudice tentus brachijs sibi a cubitis precisis in eodem loco vbi ⁊ illi passi fuerant decollari iubet. Quod videns pater victoris: quia ipse christianus erat: fugam arripuit: sed a coniuge aquilina nomine hortatus rediens vna cum filio capite cesus est. Horum omnium corpora pontius episcopus diuina reuelatione cōmonitus: plaustro imposita ad loca pristina italie deferebat: donec iuxta ciuitatem hebredunen. peruenerunt vbi bobus se figentibus: nulloque modo inde vltra obire valentibus corpora martyrum sepulta sunt: diuina cognita voluntate. Horum natale recolitur .ij. calen. februarij. vt dicit ado.

¶ De sancto Anastasio martyre ⁊ socijs. Capitulum .xciij.

Anastasius monachus ⁊ martyr octauo heraclij imperatoris anno sub persecutione cosroe regis iniqui persarum martyrium passus est. Hic natione persa de regione razeth fundor asuuz: vocabatur magundath filius bau maximi magi: ⁊ ipse magicis ab annis iuuenilibus eruditus milesque strenuus fuit in regia ciuitate persarū. Postquam vero terra sancta a cosroe rege occupata est: ⁊ crux dominica capta: ipse cum christianis captiuis ductis in persidem conuersatus: ⁊ ab eisdem in fide christi doctus est: moxque amore baptismatis inflammatus relicta militia ⁊ magicarum artium libris eruditis: venit in partes orientis. Et apud malleatorē quendam christianum anno integro mansit: et artem suam optime didicit. A quo de mysterijs fidei plenius informatus hierosolymam venit: ⁊ a quodam modesto presbytero baptisma suscepit. Et post hoc apud heliam presbyterum octo diebus deguit: a quo etiam in amore christi confortatus extitit. Deinde in monasterio quod quattuor milibus a hierosolyma distat: sub abbate iustino monasticum habitum sumpsit: in quo diu laudabiliter vixit. Post que martyrij desiderio fragrans: diuina visione commonetur: vt loca sacra visitet: ⁊ sic ad passionem optatam perueniat. De licētia igitur sui abbatis abijt diospolim: deinde cesaream palestine: deinde sacris locis lustratis calcedoniam venit vbi dum quosdam magos repertos argueret: ⁊ interrogatus cuius esset secte: se christicolam respondisset: tentus est a barbazana iudice imperatoris cosroe: ⁊ vinculis ferreis astrictus per dies plurimos: deinde grauissime cesus: in castello quodam artissime custodie mancipatur: vbi angelica visitatione cum splendore nimio confortatur. Que cum imperatori relata fuissent: ipsumque olim suum militem recoluisset. mandauit illum sibi in persidem vinculis ferreis constrictum destinari. Quem cum sibi presentatum ⁊ interrogatum christianissimum repperisset in predio bethsalees ipsum magno catenarum pondere pressum durissimo carceri mācipari iussit: ⁊ inedia diebus quindecim macerari. Post hec eductum iterumque interrogatum ⁊ in christi fide cōstantissime persistentem: ab vno brachio per duas horas suspendi fecit. ⁊ post hec iterum flagellari. Nouissime cum sexaginta christianis qui cum eo de cesarea venerant et ab eodem rege detenti fuerant: extra villam bethsalees fecit educi: ipsosque omnes vt ex hoc terreret: spectante christi martyre restibus prefocari. Qui dum omnium nece conspecta constantior videretur: omniū vltimus ⁊ ipse iussu imperatoris prefocatus: et deinde decollatus est. Cuius corpus a quodam christiano tribuno magno precio redemptum a persicis ab aliorum martyrum corporibus segregatur: ⁊ ab eodem noctu arreptum ad monasterium sancti sergij martyris: quod vno miliario a castello distat: clandestine ducitur: ⁊ ibidem honorifice tumulatur. Nunc autē dicitur esse in ecclesia sancte trinitatis de venetijs: quod ab incolis ipsius vrbis de constantinopoli illuc asseritur fuisse translatum. Qui passus est .xj. calen. februarij.

¶ De sancto Anastasio monacho ⁊ confessore. Cap. xciiij.

Anastasius confessor ⁊ monachus: romane ecclesie notarius fuit. Qui soli deo seruire desiderans: officium reliquit: ⁊ in monasterio quod dicitur suppentona iuxta nepesitian vrbem positū monachus factus: in sanctis actibus vitam duxit: cuique post tempus monasterio solerti custodia prefuit. Quadam vero nocte de rupe que cenobio in monte preeminet facta vox insonuit: que anastasiū primo inde .vij. fratres alios nominatim vt venirent vocauit. Paruo deinde momento vox siluit: ⁊ post hec octauum fratrem iterum euocauit. que quidem voces ab omnibus fratribus audite sūt. Intra paucos igitur dies primus anastasius abbas deinde ceteri eo ordine ex carne educti sunt: quo de rupis vertice vocati fuerunt: frater vero ille ad quē vocandum vox aliquantulum siluit: morientibus alijs paucis diebus superuixit: ⁊ tunc ipse etiam vitam finiuit. Sed mira res contigit: quia dum anastasius migraret a corpore. erat quidam frater qui super eum viuere nolens: prouolutus eius pedibus cum lachrymis illum adiurauit: vt per eum ad quem ibat taliter ageret ne .vij. dies in mundo eidem superuiueret. Ante vero septimum diem etiam ipse defunctus est: qui tamen illa nocte inter ceteros vocatus non fuerat: vt ex hoc aperte claresceret quia eius obitum: sola sancti anastasij intercessio obtinere potuisset. Hec Gregorius .j. dialogo. cap. viij.

¶ Explicit liber secundus.

¶ Incipit prologus tertij libri.

Tertius liber huius catalogi continet sanctorum passiones ⁊ gesta: quorum festiuitates eueniunt infra illud tempus in quo representat ecclesia ipsius dei sponse per anulum subarationē atque desponsationē quod fuit a christi baptismo vsque ad eius resurrectionem. Et illud tempus ecclesia representat a septuagesima vsque ad pascha. In quo reuera tēpore sancta ecclesia primis tribus dominicis subaratur anulo fidei per christi doctrinam ⁊ predicationem: hoc est in dominica septuagesime sexagesime et quinquagesime.

¶ Quam predicationem christus. Primo per discipulos adimpleuit: cum .lxxij. discipulos ante faciem suam misit in omnem ciuitatem ⁊ locum quo erat ipse venturus. Et hoc in euāgelio ipsius dominice septuagesime mystice denotatur: in patrefamilias qui est ipse christus qui exijt primo mane cōducere operarios: idest predicatores in vineam suam sanctam scilicet ecclesiam in qua

ipsos intromisit. ¶ Secundo ipsius predicationis officium etiam per seipsum exercuit. Et hoc in euangelio dominice sexagesime figuratur in seminatore christo: qui semen verbi dei exiit seminare: quod ipsa veritas de semine predicationis exponit. ¶ Tertio eandem predicationem etiam miraculis confirmauit. Et hoc in euangelio dominice quinquagesime exprimitur per cecum illuminatum a christo humanum genus significantem a cecitate culpe per verbi dei predicationem illustratum. ¶ Sequentibus vero quattuor dominicis. s. a prima dominica quadragesime vsque ad dominicam passionis: dei sponsa anulo spei subarratur per christi penitentiam et afflictionem. De qua tunc iugiter memoria colitur. Et quia penitentie opera in quattuor consistunt. s. in ieiunio oratione et elemosyna peregrinatione: que christus cepit facere et docere ¶ Ideo in prima dominica agitur de christi ieiunio: quod specialius in euangelio commemoratur. Cum enim ieiunasset. xl. diebus et. xl. noctibus etc. ¶ In secunda agitur de oratione: de qua in euangelio mentio habetur. Nam ideo montem thabor excelsum ascendit: vt oraret etc. quod quamuis mattheus sileat: marcus et lucas expressius sonant. ¶ In tertia agitur de christi elemosyna: non quidem materialis pecunie quam christus pauper vnde daret non habuit: sed spiritualis gratie quam egros sanando concessit. ideo in euangelio cecus: surdus: mutus: et demoniacus ab omnibus ipsis passionibus liberatus introducitur. ¶ In quarta agitur de peregrinatione que in euangelio specialiter recolitur. Ideo ibi abiit iesus trans mare galilee etc. ¶ Ultimis vero duabus dominicis ecclesia anulo charitatis decoratur: dominica passionis videlicet et palmarum per christi mortem et passionem: que tunc deuotissime celebratur. Et merito duabus dominicis talis memoria recolitur: quia duo sunt precepta charitatis dei. s. amor et proximi: quam christus pro nobis patiendo signanter exhibuit infinitam. Et ideo in prima dominica agitur de passione mentali quam pertulit a iudeis electus et expulsus: quod ad litteram in dominicali euangelio et per totam legitur septimanam. ¶ In secunda agitur de passione corporali quam sustinuit in carne passus et crucifixus: quod in quattuor passionibus in ipsa hebdomada ad litteram demonstratur. Ad huius igitur temporis festa perquirenda veniendum est.

¶ Incipit liber tertius a septuagesima vsque ad pascha. dominice resurrectionis.

¶ De septuagesima. Cap. i.



Septuagesima significat tempus deuiationis: et incohatur a dominica in qua cantatur officium. Circundederunt me: et terminatur in sabbato post pascha. est autem instituta propter tres rationes vt dicit Joannes beleth in summa videlicet. ¶ Primo propter redemptionem. Nam quia sancti patres ita fuerant vt propter venerationem dominice ascensionis quinta feria sicut et dies dominica solennis esset: et in ipsa nullus penitus ieiunaret: et sic de diebus quadragesime septem dies diminuebantur. s. omnes quinte ferie. Ideo in redemptione illorum sancti patres vnam septimanam quadragesime in ieiunio premiserunt: quam et septuagesimam vocauerunt. ¶ Secundo propter significationem. Nam hoc tempore significatur deuiatio exilii: et tribulatio generis humani ab Adam vsque ad finem mundi. Quod quidem exilium sub reuolutione septem dierum agitur et sub septem milium annorum tempore includitur. Ab initio autem mundi vsque ad ascensionem secundum quosdam sex milia annorum computantur. Extunc vero quicquid temporis sequitur sub septimo millenario comprehenditur: cuius terminum solus deus nouit. Nos igitur christus in sexta mundi etate ab hoc exilio in spe eterne retributionis innocentie stola reddita: per baptismum eripuit: sed consummato exilii tempore nos vtraque stola decorauit. Hinc est: quod in hoc exilii tempore cantica leticie deponimus. sed in sabbato pasche vnum alleluya decantamus: tanquam in spe patrie gratulantes et stolam innocentie sexta etate per christum recuperantes. Cui etiam tractus subiicitur: quo signatur labor: quem adhuc in mandatorum adimpletione retinemus In sabbato vero post pascha vbi septuagesima terminatur: duo alleluya cantamus: quia completo exilii termino duplicem stolam glorie consequemur. ¶ Tertio propter representationem: quoniam hoc tempus. lxx. dierum representat. lxx. annos quibus filii israel sub captiuitate babylonica seruierunt. Et deponimus cantica leticie quemadmodum et illi deposuerunt dicentes. Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena. In sabbato vero pasche alleluya cantamus: quia et illi anno sexagesimo data sibi redeundi licentia letari ceperunt. Sed statim tractum subiungimus. quia et illi ab edificatione templi vsque ad annos. lxx. completos prohibiti fuerunt. Ideoque sabbato quo septuagesima terminatur: duplex canimus alleluya: eorum plenam leticiam postquam venerunt in patriam figurantes. Hoc etiam tempus exilii et captiuitatis iudeorum representat tempus nostre deuiationis in qua fletit humanum genus a primo parente vsque ad christi aduentum per decursum quinque etatum. et sicut illi sexagesimo anno sunt liberati: sic et nos in sexta mundi etate: et sicut adhuc in colligendo farcinulas laborauerunt: sic et nos etiam liberati in mandatorum adimpletione laboramus. Sed cum ad patriam peruentum fuerit: omnis labor cessabit: et gloria perfecta erit: et duplex alleluya cantabimus: quia anima et corpore duplici gloria vestiemur. ¶ In hoc ergo exilii tempore ecclesia multis tribulationibus pressa et fere in barathro desperationis posita ab alto trahens suspiria: clamat in officio. Circundederunt me gemitus mortis etc. ostendens sui tribulationem: et pro miseria contracta et pro duplici pena inflicta: et pro culpa commissa. Cui tamen in epistola et euangelio ne desperet proponit triplex remedium et triplex premium. Remedia sunt: vt in vinea anime sue laboret abscindendo peccata. In stadio vite currat per penitentie opera. Et viriliter in agone pugnet contra diaboli tentamina: quia laboranti dabitur denarius: currenti brauium: et pugnanti corona. ¶ Et quia tempus istud deuiationem nostram significat: que incipit a prothoplausto: merito hoc tempore liber genesis legitur: in quo deuiatio priorum parentum facta per peccatum recolitur. Et quia in hebdomada septuagesime prime etatis tempora recoluntur: merito sanctorum patrum prime etatis gesta immediate subiiciuntur eo quod eorum obitus dies penitus scripti non reperiuntur. Quamuis de primo hominum adam quidam codices videantur exprimere: quod eodem in anni circulo die: quo secundus adam fuit de femina virgine incarnatus: et primus adam fuerit de terra virgine formatus scilicet. viii. calendas aprilis. Quo etiam die sicut et secundus adam. post. xxxiii. etatis sue annos fuit in carne passus: sic eodem die primus adam dccccxxx. annos sue creationis fuisset per mortem corporaliter resolutus. Quo etiam die volunt ad litteram: abel iustum a cain fratre per inuidiam interfectum. Sed quia hec et autentico quoquam volumine nullam obtinent autoritatem. Merito gesta patrum huius prime etatis eo tempore ponimus: quo eorum vite decursus ad litteram et acta commemoramus. ¶ Et notandum quod licet non omnes sancti prime et secunde etatis in libro genesis specialiter nolati in sanctorum patrum catalogo ex textu sacre pagine reperiantur ascripti: vtpote cum de prima etate

solus

solus abel in euangelio: et de eadem solus enoch: et de secunda solus noe in ecclesiastico nominentur vt iusti. Ceteri tamen in eisdem etatibus specialius expressi: vt dicit Josephus triplici ratione in sanctorum numero sunt conscripti. ¶ Primo quia per eorum generationem deuenitur ab abraham qui ex omnibus gentibus solus electus in tantum deo placuit quod inter omnes homines signum circuncisionis accepit: vnde nec credendum dicit: deum permisisse tantum patrem ex alicuius reprobati hominis semine propagari. ¶ Secundo quia vsque ad tertiam etatem: nulla precesserat idolatria propter quam patres illi a veri dei cultu potuissent diuelli. Et si in alijs aliquando vel leuiter deliquissent: eorum omissa facilius per penitentiam laxabant. Non enim nisi ad solius naturalis legis obseruantiam erant obligati nulla lege scripta adhuc homini imposita. ¶ Tertio quia longissimas etates transigentes abnepotes et trinepotes etiam cum abauis et tritauis in euo concurrebant: quod quia eorum progenitores erant sanctissimi: horum exemplis et doctrina formabant: vnde nec putandum est illos a lege nature declinare: quam atauos: et deinceps omnes succedentes ad vnguem cernebant obseruare. Hanc igitur opinionem assecutus: duarum primarum etatum patres in genesi notatos: per quos ad abrahe progeniem deuenitur sanctorum catalogo inserendos non immerito fore decreui.

¶ De sancto Adam humani generis patre. Capitulum .ij.



Adam totius humani generis pater sicut fuit primus hominum sic et primus creditur esse sanctorum. Nam licet inobedientie peccato diuini mandati transgressor grauissime deliquerit. Peccatum suum tamen deflens adeo per penitentiam deleuit: quod veniam in christi morte futura et predestinata a seculis meruit: et moriens nulla purgationis pena dignus fuit. Non enim minus et petrus christum negando peccauit: qui tamen culpam et lachrymis contriuit: et remissione consecuta nec sanctitatem amisit. Quod autem adam sanctus fuerit ex eo maxime creditur: quod in horto sepulture dominice tumulatus: cum christo resurrexisse perhibetur: et vna cum ceteris ipsius resurrectionis testibus: beata in eternis sedibus immortalitate vestiri: vt dicit hieronymus.
¶ Adam ergo in principio mundi in consummatione omnium: creaturarum ab opifice summo de limo terre corporeis membris in agro damasceno formatus et anima rationali ad dei imaginem et similitudinem producta spiritualiter inspiratus: omnibus animantibus aeris aque et terre dominator prepositus est. Quibus etiam omnibus iubente deo nomina imposuit: et ex illis nullum sibi simile fore cognouit. Deinde transtulit eum deus in paradisum voluptatis quem plantauerat ab initio: vt operaretur et custodiret illum. Et ne minor esset felicitas ne consorte careret: quia sine socio nulla est iocunda possessio: fecit dominus Euam de costa ade dormientis in paradiso: vt esset homini in adiutorium: nedum ad societatis solatium: sed etiam ad propagande prolis obsequium. Tunc Adam prophetico spiritu et iura matrimonij statuit: et multa de christo et ecclesia coniuge prophetauit. Quibus deus legem imposuit: ne comederent de ligno scientie boni et mali: qui tamen per diabolum fuerunt in forma serpentis seducti comedentes de pomo ligni prohibiti. Pro quo statim se nudos viderunt et pro disconuenientia nuditatis: ficus folia consuentes perizomata sibi fecerunt. Prima siquidem die qua creati fuerant: precepto dei contempto post increpationem a domino sibi factam a paradisi delitijs sunt exclusi. Posuitque dominus ante paradisum murum igneum ingem custodiam angelorum. Electusque Adam cum vxore sua habitauit in hebron: quod est iuxta agrum damascenum: vnde fuerat procreatus: in sudore vultus sui terram operans et exinde comedens panem. ¶ Adam ergo et Eua de paradiso virgines egressi .xv. etatis sue anno genuerunt Cain et vxorem eius calmanaam. Anno vero .xxx. etatis sue natus est abel et vxor eius delbora. Quo a cain per inuidiam occiso ipsum centum annis adam et Eua in valle lachrymarum defleuerunt: vouitque adam se vltra vxorem non cogniturum. Sed deo volente angelo commonitus votum fregit: annoque centesimo post mortem abel amore prolis vehementer exestuans Euam cognouit: ex eaque genuit filium nomine seth cum esset annorum .ccxxx. Et vltra prenominatos .xxx. filios et totidem filias semper gemellos vtroque sexu progenitos legitur habuisse: viditque filios et filias et filiorum filios et nepotum suorum vsque ad octauam generationem. Vixit quoque adam .dccccxxx. annis .i. vsque ad .lvj. annum natiuitatis lamech secundum hebreos. iuxta interpretes vero vsque ad .xliiij. annum natiuitatis mathusalem: et mortuus est. ¶ Legitur quoque in euangelio nicodemi: quod dum adam egrotaret: filius eius seth accessit ad ianuam paradisi: et petijt ab angelo de oleo misericordie: quo patrem inungeret: vt sic ad sanitatem rediret. Cui angelus plantam de ligno in quo Adam peccauerat tradidit: et vt eam plantaret admonuit: dicens quod quando fructum faceret: pater eius conualesceret. Qui rediens patrem mortuum reppererit et eum in hebron: vt quidam asserunt sepeliuit. Quidam dicunt in eodem horto: vbi et dominus crucifixus est et sepultus: vnde postmodum et cum eo resurgente Adam extitit suscitatus. Plantam vero seth conseruit super tumulum patris: que in arborem crescens durauit vsque tempora Salomonis: quam ille postmodum excidit: et in domo saltus in edificio posuit: quod lignum regina sabba vidit: cum salomonem visitauit: eique per spiritum predixit: quod in ligno illo quidam fuerat suspendendus: per cuius mortem regnum iudeorum fuerat destruendum. Salomon ergo lignum amouit: et in viscerebus terre profundius inclusit. Quod tamen passionis christi tempore superenatauit: et lignum principalius fuit: in quo christus confixus extitit. Hec de libro genesis. cap. ij. et iij. et de libris hieronymi et iosephi et ex chronicis Guilelmi.

¶ De sancta Eua matre. Capitulum .iij.



Eua mater omnium viuentium in paradiso deliciarum de costa viri dormientis a deo producta: et eidem matrimonio copulata: significauit ecclesiam de latere christi patientis per aquam et sanguinem procreatam: et sibi in sponsam vitam: matremque fidelium appellatam. Hanc vt sexu molliorem diabolus tentaturus hominem prius impetijt: adeo quod mulier decepta serpenti assensit: et de pomo ligni vetiti prior comedit: deinde viro ad vescendum porrexit. Cui adam ad complacentiam vxoris maxime sibi consensit. Ob hoc mulier a deo duplicem maledictionem accepit: vt in dolore filios pareret: et viro subiecta semper existeret. Eua igitur post transgressionem vna cum viro peccatum defleuit: et veniam promerens et ipsa a deo sanctificationem percepit. Quot autem annis vixerit: vel vtrum ante virum decesserit: nulla scriptura cauetur: nisi quod in eodem sepulchro cum Adam depositam fuisse perhibetur.

¶ De sancto Abel. Capitulum .iiij.





Abel secundo genitus adam primus martyr ⁊ virgo: iustus ⁊ sanctus non solum ex domini sententia matthei.xxiij. sed etiam ex genesis testimonio comprobatur: quia accepta eius a deo narrantur munera. gen.iiij. Cuius frater maior natu cain dolosus: maliuolus: inuidus ⁊ auarus fuit agricola. Nam vt auaricie sue cõsuleret: primus coluit terram. Abel aũt simplicissimus ⁊ innocens in pascendis ouibus occupabatur. Creditur adam in spũ eius filios docuisse: vt deo offerrent decimas ⁊ primitias. Igit anno.cxxx. vite Adã cum cain de primitijs frugum deo tm̃modo paleas segetes corrosas: aut secus viam conculcatas in sacrificiũ obtulisset: ⁊ Abel de primitijs omnium pinguiora dño immolasset: dominus eorum cogitationes noscens: ad abel munera respiciẽs: cain munera nõ respexit. Ignis enim de celo veniens abel munera accendit et consumpsit. Iratusq; cain ⁊ inuidia ductus: erubescens minorẽ sibi germanum preferri. Abel fratrem suum in agro damasceno interfecit. Sed increpatus a domino de fratricidio: ⁊ de venia desperans vagus ⁊ instabilis posit⁹ est super terram. Et posuit in eum dominus tremorem capitis: vt sic ex signo sciretur punitus a deo: ⁊ indignus misericordia ne interficeretur. Qui tamẽ inter fruteta latitans: dum Lamech ab eo septimus venaretur: putatus vt bestia: quia pilosus ⁊ hispidus sagitta directa in eum ab eodem est interfectus. Omnisq; ipsius pgenies vniuersali est deleta diluuio. Sicq; sanguis abel sancti in persona cain ⁊ eius fuit prole vindicatus.

De sancto Seth. Capitulum.v.



Seth filius adam ex quo omne genus humanum in presenti consistens propagatũ est: natus est anno centesimo post mortem Abel cum esset Adam annorum.ccxxx. In hoc enim magis conuenit imitari interpretes q̃ hebreos: interpretes enim ponunt Adam annorum.ccxxx. vt dictum est quãdo genuit seth: hoc modo computantes videlicet: quia Adam annorum xxx. genuit Abel: qui cum esset.c. annorũ: ⁊ Adam.cxxx. occisus est a Cain quẽ Adam centũ annis defleuit: anteq̃ Euam denuo cognouisset. ⁊ sic adam.ccxxx. annorũ genuit Seth. ⁊ non.cxxx. vt hebrei tradunt. Superuixit aũt Adã nato seth annis.dcc. ⁊ sic ãnorum.dcccccxxx mortuus est. Seth autem iussu patris separauit plebem suam: qui dicebant filij dei a stirpe cain: qui filij hominum vocabantur. Sed processu temporis coniuncti sunt: et inde gigantes exorti. Ipse autem seth cum esset vir egregius: imitatores sui filios dereliquit. Qui scientes esse predictum ab adam duo diluuia mundo ventura: vnum per aquam: aliud per ignem: ea in duabus columnis cõscripserunt: altera lapidea contra aquam: altera latericia contra ignem: ne per hoc delerentur. Ipsi etiã disciplinam rerum celestium ⁊ earum ornatus primitus inuenerunt. Vixit autem annis.cv. ⁊ genuit Enos: cui superuixit annis.dcccvij. vsq; ad annos.clxvij. natiuitatis Lamech: ⁊ sic annorum.dcccxij. mortuus est. Hic ex eo etiam inter sanctos patres computari debet quia eius progenies filij dei appellati sunt.

De sancto Enos. Capitulum.vj.



Enos filius fuit seth qui ab eodẽ pgenitus est: cum esset annorum.cv. vt dictũ est, annis ab adam creatione decursis.ccxxxv. Iste primus incepit inuocare nomen domini: forte inuenit verba deprecatoria ad inuocandum deum: vel forte ad excitandum pigritiam in memorie dei: deum effigiauit vt modo fit. Et ex hoc etiam inter sanctos patres: sanctus ⁊ ipse computari meretur. Qui annorum.xc. genuit Cainan. Post cuius ortũ vixit ãnis.dcccxv. videlicet vsq; ad.lxxxiij annum natiuitatis Noe. Et cũ esset annorum.dcccccv. mortuus est.

De sancto Cainan. Cap.vij.



Cainan filius Enos ab eodem procreatus est: cum esset annorum.dcccccv. vt superius dicit annis vite ade decursis.cccxxv Qui cum esset annorum.lxx. genuit malalehel. Quo nato vixit annis.dcccxl. videlicet vsq; ad annos.clxxvij. natiuitatis Noe. Et sic cainan annorum.dcccccx. mortuus est.

De sancto Malalehel. Capi.viij.




Malalehel filius Cainã anno.lxx. etatis parentis editus vt premissum est: post q̃ videlicet adam annos vite sue.cccxcv. trãsegerat. Qui annorum.lxv. genuit Jared. Cui pgenito superuixit annis.dcccxxx. vsq; ad ãnos natiuitatis Noe.ccxxxiiij. Et sic Malalehel annorum.dcccxcv. mortuus est.

De sancto Jared. Cap.ix.



Jared filius Malalehel ex eo genitus cum esset annorum.lxv. vt iam tactum est. Reuolutis annis ade.cccclx. Hic cum esset annorum.clxij. genuit Enoch. Cui nato superuixit annis.dccc. vsq; ad annos ccclxvj. natiuitatis Noe. Et sic Jared annorum.dcccclxij. mortuus est.

De sancto Enoch. Cap.x.



Enoch filius Jared primus omnium patrum testamenti veteris ⁊ solus prime etatis in catalogo sanctorum ponitur ecclesiastici.xliiij. Qui ãno etatis patris.clxij. natus est: vt in superioribus tangitur: annis ade vite transactis.dcxxij. Qui etiam annorum.lxv. genuit Mathusalem. Cui annis.ccc. superuixit in orbe. Hic enoch deo placuisse scribit: eo q cum deo ambulauit: subaudi pre ceteris viam mãdatorum dñi custodiuit. Et nõ vltra cõparuit: q2 tulit eum deus. Postq̃ enim mundo vixerat vt dictum est: translatus est in paradisum voluptatis ad tempus: vt in fine temporum cum helia veniat: ⁊ corda filiorum ad patres conuertat. Fuit etiam septimus in generatione piorum: sicut ⁊ Lamech septimus in generatione reproborum: q̃ primus bigamiam introduxit et parricidium in Cain comisit: vnde forte etiam vt quidam dicũt: propter septenarium numerum diuino numini consecratum: enoch acceptior deo fuit: quem septima editum generatione suscepit. Hunc enoch nonnulla diuina scripsisse et aliqua prophetasse Juda apostolo testante cognouimus: vnde ⁊ filij eius ⁊ nepotes in studio sapientie feruentes fuerunt.

De sancto Mathusalem. Cap.xj.

Mathusalem

Mathusalem filius enoch anno vite parentis
lxv. natus vt dictū est ānis ad vite transact
ccccccclxxxvij. Hic annoꝝ. lxxxvij. genuit La
mech. Post cuius natiuitatē impleuit ānos
ccccccclxxxij. idest vsqꝫ ad diluuiū. Et sic ma
thusalem annoꝝ. cccccccclxix. mortuus est. Quidā autē
hūt Mathusalē ānis. cccccccclxxxiij. vixisse: ꝛ sic ānos.
xiiij. post diluuiū transegisse: quo tpe videlicet āno illo
quo diluuiū factū est: dicūt eū in paradisum apud pres
trāslatū ꝛ ibidē secū māsisse. donec diluuiū finituꝫ fuit.
Et post hec asserūt eū ad terras inter hoies euectū esse
ꝛ annis. xiiij. supuixisse. Eo ꝙ in archa nō legitur fuisse.
Hieronymus tñ asserit ꝙ mortuus est anno eodē quo ꝛ
diluuiū factū est. Qđ etiā diligens cōputatio annorū
eius fm genesim manifestat. Huius mathusalem anno
etatis. xliij. adam diem clausit extremum fm interpre-
tes: fm hebreos aūt anno. lxvj. etatis Lamech. Eo ꝙ vt
dictum est hebrei annoꝝ. cxxx. adam genuisse seth dicūt
Interpretes ꝟo annoꝝ. ccxxx.

De sancto Lamech. Cap. xij.

Lamech filius Mathusaleꝫ anno vite ipsius
clxxxvij. mūdo editus est: decursis fm interp
tes ab obitu adam annis. cxliij. fm hebreos
ꝟo etatis ade adhuc viuentis āno. cccccccc
lxxxiij. Cā discrepatiōis superius assignat.
In hoc autē interptū opinio approbabilior esse videt.
Igit lamech cū eēt annoꝝ. clxxxij. genuit noe. De quo et
spū ꝓphetico vaticinatus est: ꝙ gen⁹ humanū cōsolari
debebat ab opib⁹ ꝛ laborib⁹ manuū suaꝝ i terra cui dñs
maledixit quasi futuꝝ aliqđ magni noe ꝛ famosissimuꝫ i
orbe terraꝝ his ꝟbis insinuās. Post cui⁹ obitū supuixit
lamech ānis. cccccxcv. Sicqꝫ ānnoꝝ. ccccccclxxvij. mor-
tuus est videlꝫ. vj. āno ante diluuiū. Hec ex lib. geñ. c. v.
ꝛ ex chronicis hieronymi iosephi ꝛ methodij necnō ex hi
storia scholastica dispersim collecta describuntur.

De sctā Emerentiana ꝟgine ꝛ martyre Cap. xiij.

Merentiana virgo ꝛ martyr collectanea fu
it btē agnetis virginis: ꝛ ipsa ciuis romana
Que licet eēt adhuc catecumina fide tñ chri
stianissima: ad sepulchrū virginis stabat: et
gentiles de coꝝ impietate redarguebat. Et
dum ꝯtra furentes turbas staret intrepida: lapidata ē
ab eis oransqꝫ iuxta sepulchrū virginis emisit spiritum
Quā Ambrosius dicit fuisse i suo sanguine baptizatam.
Statimqꝫ terremot⁹ cū coruscatiōib⁹ ꝛ tonitruis erupe-
rūt: adeo ꝙ plerīqꝫ ex insano ꝑplo perierūt. Corpus aūt
emerentiane iuxta corp⁹ btē agnetis ab ei⁹ parētib⁹ se-
pultū est. x. calē. febr̄. Pagani aūt exterriti nullū eande
venientiū ad memoriā ꝟginis i aliquo ledere ꝓsūpserūt.

De sancto Parmena diacono. Capłm. xiiij.

Parmenas fuit vn⁹ de. vij. diaconib⁹ ab aplīs
elect⁹: vt habet act. vj. Hic tradit⁹ grē dei a
frīb⁹ iniunctū sibi ꝑdicatōis officiū fidelissi
me cōplēs: plena fide ꝯsūmat⁹ martyrij glīaꝫ
adeptus ē: q et philippis sepult⁹ quieuit. x.
calen. februarij: vt dicit hieronym⁹ in martyrologio suo.

De sancto Ascla martyre. Cap. xv

Ascla martyr passus ē apđ egyptū ciuitatē
antinonū tpe diocleciani ipatoris sub ꝓside
arriano: q primo atrocissime suspēdio tort⁹:
deinde laterib⁹ flāmis ad motis ꝯustus: ad
vltimū i fluuiū ꝑcipitat⁹ ꝑciosam xp̄o aiam
reddidit. x. calē. febr̄. sepultusqꝫ est in ipsa ciuitate a chri
stianis ministerio philemonis ꝛ apollinij diaconoruꝫ.

De sanct̄ Seueriāo ꝛ aqla martyrib⁹. Ca. xvj

Seuerianus ꝛ Aquila vxor eius in prouincia
mauritanie ciuitate zenocesarea passi sunt.
Qui pro nominis xp̄i inuicta ꝯfessione flam
mis iniecti ignium ꝯflagratione combusti:
coronam martyrij a domino perceperunt. x. calen. febr̄.
vt dicit ado.

De sancto Timotheo discipulo. Capłm. xvij.

Timotheus discipulus beati pauli apostoli
fuit: vt polycrates presbyter scribit. Qui li-
stris exortus lycaonie ciuitate filius mulie-
ris vidue: vt in actib⁹ apostoloꝝ habet cap.
xvj. ab eodē paulo in fide doctus ꝛ baptizat⁹
eidem cōperegrinus factus est. Cum quo deueniens ad
ephesum ciuitatē asie metropolim ibidem ab apostolo
ep̄s est ordinatus imperante nerone: vbi doctrinis ꝛ mi
raculis coruscauit: ꝛ gloriosi euangeliste Joannis audi-
tor fuit: quo in pathmos insula sub domiciano relegato
locū eius tenuit. Sed dum gentiles in festo diane ad tē
plum eius accedentes a sacrificijs ꝓhibere niteret: fu-
rente populo in eum: palis ꝛ lapidibus mactatur: ꝛ se-
mi viuus relictus a xp̄ianis in monte adiacenti ciuitati
reducitur: vbi. ix. calen. febr̄. quieuit in pace imperante
nerone. Sepultusqꝫ est in epheso ciuitate.

De sctā Babila ep̄o ꝛ socijs martyrib⁹. Cap. xviij.

Babilas ep̄s antiochenus ꝛ martyr cū tribus
paruulis vrbano: ꝑlidano ꝛ epollono sub nu
meriano imperatore passus est. Qui dū esset
antiochie ꝛ christianoꝝ ecclīam ingredi vel-
let: babilas ingressuꝫ ꝓhibuit: manus pecto
ri impatoris apponēs. Propter qđ tentus ab impatore
ꝛ in carcere afflictus est impositis torqb⁹ ferreis in col-
lo eius: ꝛ cōpedibus in pedibus eius. Deinde numeria-
no exhibit⁹ cū de alijs xp̄ianis interrogaret: reuelauit
tres habere spūales filios a se in fide doctos. s. vrbanuꝫ:
prelidanū: ꝛ epollonū: quoꝝ pⁱmus erat ānoꝝ. xij. scđs. ix.
tertius. vij. Quos oēs mox impator cū matre theodola
comprehēdi iussit. Qui dum oēs xp̄m ꝯfiterent. Primo
quidē theodolam alapis cesam: tormentis filioꝝ adhi-
bendis assistere fecit: vt grauius ipsa mente ꝙ illi corpe
torqueretur: ꝛ pueros in cathomio leuari mandauit: ac
prior plagas. xij. inferri: secundo. ix. tertio aūt. vij. iuxta
numerū annoꝝ suoꝝ quos mater cum ep̄o viriliter ꝯfor-
tabant. Deinde babilam vna cū infantibus suspensos
ꝛ grauiter tortos. Dum ola cōstantissime tolerassent: et
xp̄m vnanimiter ꝯfiterent: gladio animaduerti ꝑcepit:
quoꝝ corpora sctā theodola sepeliuit. ix. calen. febr̄.

De sanctis Mardonio ꝛ Musone et socijs marty-
ribus. Capitulum. xix.

Mardonius: Muson: Egenius: ꝛ Marcel-
lus martyres apud zenocesaream ciuita-
tem mauritanie ꝓuincie passi sūt. Quos
oēs detentos ꝛ in xp̄i ꝯfessione ꝑsistentes
iussit iudex ignibus tradi: ꝛ coꝝ reliquias
in ausum fluuiū dispergi: vt xp̄iana sepul
tura carentes: a fidelibus minime nominibus martyrū
colerentur: qui passi sunt. ix. calē. januarij: vt dicit ado.

De conuersione sancti Pauli apostoli. Cap. xx.



Conuersio sancti pauli apostoli facta est eodē anno quo xp̄s passus est et stephanus lapidatus ãno.i.nō naturali s₃ emergēti. Nã xp̄s passus est.viij.calen.aprilis. Stephanus eodem ãno.iij.nonī.augusti lapidat⁹ est. Paulus vō mense ianuario subsequēte ꝯuersus est. ¶ Celebrat͛ aūt ei⁹ ꝯuersio potius ꝙ̄ multoꝝ scōꝝ triplici rōne Primo ꝑp̄t exēplū: vt null⁹ quãtūcūq₃ peccator desꝑet de venia qñ tm̄ in culpa talē ꝯspicit: postmodū fuisse in grā. ¶ Scdo ꝑp̄t gaudiū: vt sicut eccl̄ia magnã tristiciã habuit in ei⁹ ꝯuersatione: ita maximã leticiã habuit in ei⁹ ꝯuersione. ¶ Tertio ꝑp̄t miraculū qd̄ dn̄s in eo ostendit. Dū de seuissimo psecutore fecit fidelissimū ꝑdicatorē. Eius aūt ꝯuersio fuit miraculosa rōne xp̄i efficientis: modi disponētis: ⁊ pauli patiētis. Rōne xp̄i efficientis: q̄ ibi ostendit suã mirabilē potentiã: sapientiã ⁊ clementiã. His em̄ trib⁹ argumētis alalia ꝑ hoīes capiunt͛. Consueuerūt em̄ hoīes alalia cape. Per potētiã cū eis pugnãdo: sicut in venationib⁹ capiunt͛ leones et vrsi. Per sapientiã illaqueando: sicut laqueis ⁊ decipulis capiunt͛ aues. Et ꝑ clementiã nutriendo ⁊ ꝯfouendo sicut aialia parua que recipiunt͛ de nido: ⁊ ꝑ hoīes enutrita domestica fiunt: ⁊ cum eis habitãt. ¶ Cepit ergo xp̄s paulū ꝑ potentiã ip̄m impugnãdo ⁊ ad terrã ꝓsternendo. Nã vt dicat͛ act.ix. luce diuina ꝑcussus: cadēs in terrã audiuit vocem de celo: q̄ durū sibi eēt ꝯtra stimulum calcitrare. Et ꝯtinuo immutatus respondit. Dn̄e qd̄ me vis facere: vnde cantat͛ de illo. Prostratus est seuissimus ꝑsecutor: ⁊ erectus est fidelissimus ꝑdicator. ¶ Itē cepit eū ꝑ sapientiã: eidē decipulã īfirmitatis humane ostendendo. Non em̄ deū vel dei filiū se dixit: s₃ hoīez appellauit dicens. Ego sum iesus nazarenus quē tu persequeris: vt infima humilitatis aspiciens et sup̄bie squamas deponens diuinitatis laqueo caperet͛. Sicut ⁊ alsd sed ad aliū finē diabolū ceperat ostendēs humanã infirmitatē ⁊ abscondēs diuinã maiestatē. ¶ Itē cepit euz ꝑ clementiã eundē de nido legis iudaice in qua nat⁹ fuerat accipiendo: ⁊ sua ꝑ maxima grã ꝯfouēdo. Qd̄ notat͛ ex hoc ꝙ ip̄m existentē in actu ⁊ voluntate peccandi ꝯuertit. Habebat em̄ difformē affectū: q̄ spirãs minarū ⁊ cedis in discipulos. Peruersum conatū: q̄ accessit ad principē sacerdotū ⁊c. quasi se ingerēs. Et perniciosum actū: q̄ ibat vt vinctos ꝑduceret in hierlm̄. Et ideo ei⁹ iter pessimū erat: ip̄m tñ ē diuina misericordia conuertit ¶ Fuit etiã miraculosa rōne modi disponentis idest lucis: que ip̄m tripliciter ad ꝯuersionē disposuit. Fuit em̄ ipsa lux subita: imensa: ⁊ celica. Propter primū dicit͛ et subito. Propter scd̄m circūfulsit idest circūquaq₃ refulsit. Propter tertiū lux de celo. Nã paulus tria vitia in se habebat. Primū erat audacia: q̄ accessit ad principem sacerdotū. Glo. non vocatus s₃ sponte zelo ꝯcitante. Secundū erat sup̄bia: q̄ spirans minarū. Tertiū carnalis intelligētia quã in lege habebat: vñ glo. sup̄ illud. Ego sum iesus ⁊c. Ego deus de celestib⁹ loquor quē mortuū putas sensu iudaico. Ipsa igit͛ lux diuina fuit. Subita vt audacē terreret. Immēsa vt sup̄bū ꝓsterneret. Celica vt carnalem intelligentiã in celestem mutaret: vel fuit dispositio hec in voce acclamante: in luce refulgente: et in virtute disponente. ¶ Fuit insup̄ miraculosa ratiōe pauli patientis. In quo tria miraculose ꝯcurrerunt sc₃ prostratio: obcecatio: ⁊ triduana ieiunatio. ¶ Est em̄ ꝓstratus vt erigatur: quantū ad depressum affectū: augustinus. Elisus est emens et factus est credens: elisus est lupus ⁊ factus est agnus: elisus est saulus ⁊ fact⁹ est paulus: elisus est ꝑsecutor ⁊ factus est ꝑdicator: elisus est filius ꝑditionis: ⁊ erectus est vas electionis. ¶ Et obcecatus vt illustretur quantū ad tenebrosum intellectum vnde ⁊ in illo triduo quo mansit cecus: doctus fuit euangelium. Augustinus paulum dico verꝫ athletam christi: doctum ab illo: vnctum de illo: crucifixum cū illo: ⁊ gloriosum in illo. ¶ Est in carne maceratus: ⁊ vt ipsa caro disponatur ad bone oꝑationis affectum. Optime enim deinceps corpus eius ad oīa dispositū erat. Nã esurire ⁊ abūdare sciebat: ⁊ vbiq₃ ⁊ in oībus institutus erat oīa oībus factus: vt oēs christo lucrifaceret. ¶ Uel dicatur ꝙ in ipso fuerūt ista tria primo parenti ꝯtraria. In adã enim fuit ꝯtra deum erectio oculoꝝ apertio: ⁊ cibi vetiti degustatio. Econtra in paulo fuerunt. Ad terram ꝓstratio. Oculoꝝ obcecatio. Et ciboꝝ subtractio. Fuit autem de tribu beniamin ipse Paulus oppido giscolis: vt ait hieronymus libro de viris illustribus qui ad septē ecclesias nouem scripsit epistolas. Ad romanos vnã. Ad corinthios duas. Ad galatas vnam. Ad ephesios vnã. Ad philippenses vnam. Ad colossenses vna. Ad thessalonicēses duas. Scripsit ⁊ discipulis suis. Timotheo duas. Tito vnam. Philemoni vnã. Epistola que legit͛ ad hebreos an sua fuerit ꝓpter stili cultioris elegantiã a nonnullis dubitatū est. Ascribūt em̄ eam: alij barnabe: alij luce: plerīq₃ clementi qui postea pontificalem in vrbe tenuit sedem. Clemens tamen alexandrinus et origenes eius discipulus: eusebius cesariensis atq₃ hieronymus: pauli fuisse manifeste ꝯfirmant: q̄ hebreus in ꝓprio scripsit eloquio. Ideo ornat⁹ ⁊ cultius scribere potuit quã in extero. Et sic in grecum sonantius transferri potuit ex hebreo. Legunt quidam ⁊ aliam eius epistolã ad laodicenses: sed a nostris exploditur. Fuit autem festum cōuersionis pauli die qua ad litteram ab ecclesia celebrat͛ videlicet octauo calendas februarij. ¶ Fertur ꝙ in muro ciuitatis damasci adhuc extat fenestra ꝑ quã paulus tunc nuper conuersus a fratribus dimissus fuit cū que reretur a preposito regis arache tenendus: vt habetur act.ix. ⁊ ij. corint.xij. quam fenestram sepius saraceni obturarunt ad custodiam ciuitatis: que tamen facto mane semper diuinitus aperta inuenta est. Cui⁹ miraculi testes ipsi sunt saraceni qui hoc nostratibus retulerūt.

¶ De sancto Anania discipulo. Cap.xxj.

Ananias discipulus apostoloꝝ fuit. Cui dn̄s apud damascum per visum apparuit: ⁊ eidē mandauit: vt in vicum qui vocatur rectus accederet: ⁊ in domum iude saulum tarsen. quereret: eiq₃ manum imponeret: vt visum reciperet: ac baptizaret: prenuncians ipsum vas electionis futurum: ⁊ nomen christi coram gentibus ⁊ regib⁹: ⁊ filijs israel portaturum. Qui iussu dn̄i ad saulum accessit: manusq₃ imponens oculos eius aperuit: baptizauit ⁊ cibo refecit. Qui etiam deinde exemplo pauli ad offm̄ predicationis feruētior effect⁹ est. Ipsisq₃ fideliter ꝑactis apud damascum quieuit in pace: eodez die quo ⁊ paulū baptismo genuerat filium videlicet octauo calendas februarij. Hūc ananiam dorotheus abbas scribit vnum ex septuagintaduobus discipulis xp̄i fuisse: et ab apl̄is post pauli ꝯuersionē: damasci ep̄m ordinatū extitisse.

¶ De sancto Proiecto ep̄o ⁊ martyre. Cap.xxij.

Proiectus ep̄s auernen. ⁊ martyr. vt ait sigisbertus tempore Constantini iuniors martyrium passus est. Quē dum adhuc mater in vtero gestaret: vidit in somnis: ꝙ per latus eius egrediebatur filius sanguine rubricatus: qd̄ sibi quidam seruus exponens: ꝑdixit ex ea filiuz nasciturum ipsumq₃ martyrio coronandum. Nat⁹ ergo puer ⁊ moribus ac vita insignis effectus: satis iuuenis archidiaconus auernen. ecclesie factus: omnia sua pauperibus erogabat. ¶ Dum autem quadam vice ad illū multi pauperes pro elemosyna conuenissent ⁊ famulus duos solum nummos in sacculo superfuisse nunciasset: ceteris omnibus distributis: effuso sacculo tot nummi

reperti

reperti sunt: quot pauperes affuerunt: singuliqꝫ singulos acceperunt. Mortuo ꝟo episcopo felice eidem proiectus in episcopatu successit omni sanctitate et gratia pollens. Dumqꝫ ad regem francorum vocatus esset: ad sanctum marinum abbatem egrotantem diuertit: eūqꝫ ab infirmitate sanauit: qui eum secutus vna secū martyrij gloriam percepit. Nam cū illi visitato rege reuerterentur: ⁊ quidam emuli viri sancti eos insequerentur marinum quidem abbatem decollauerunt: ⁊ putantes se similiter proiectum occidisse redibant. A quo reuocati: postꝙ illum viuentem eorum euasisse manus cognouerunt: ipsum excerebrantes ⁊ iugulantes dimiserunt. Cuius corpus auernis sepultum est. Radebertus autē qui ipsum occiderat non multo post consumptus a vermibus expirauit. Alius ꝟo de interfectoribus: dum venaretur ex equo decidens fracto dextro brachio omnibus membris debilitatur. Qui ad penitentiam reuersus orans ad sancti martyris sepulchrum: salutem obtinuit: ⁊ vas argenteum decem marcharum pro sue liberationis beneficio in munus obtulit. Passus est autē martyr xp̄i vna cū sctō Marino abbate. viij. calē. febꝛ.

De sancto Seuerino episcopo. Capim. xxiij.

Seuerinus episcopus gabalitane ciuitatis admirāde sanctitatis ⁊ doctrine vir extitit: qui post laudabilem conuersationis vitam: ⁊ salutifere predicationis doctrinam apud eandem vrbem in pace quieuit. viij. calen. februarij. Hic enim vt gēnadius scribit in scripturis diuinis eruditus. ⁊ in homelijs declamator eximius: exposuit epistolam pauli ad galatas. Et de baptismo et epiphanie solēnitate libellum insignē cōposuit. Hunc ioannes constantinopolitanus episcopus et archadius imperator frequenter constontinopolim euocabant: vt eius sermones audirent: quorum temporibus ipse claruit: hec gēnadius de viris illustribus.

De sancto Policarpo ep̄o ⁊ martyre. Cap. xxiiij.



Policarpus episcopus ⁊ martyr discipulus ioannis euangeliste fuit: ⁊ ipsius auditor. Sicut habet. iiij. libro histoire ecclesiastice: fuit episcopus smyrneñ. sanctitate et gratia atqꝫ doctrina catholice fidei admodum insignis. Qui cum iam esset etate maturus: vidit quadam nocte per somnium ceruical suum flammis esse consumptum: ⁊ predixit fratribus se per ignem martyrem futurum. Regnātibus ꝟo marco antonio ⁊ lucio aurelio commodo imperatoribꝰ: christianorum persecutione feruente: missi sunt ad eum apparitores proconsulis asie: vt eum tenerent. Quos ille gratanter suscepit: ⁊ in mensa refecit: et postea secum iuit. Et dum coram procōsulis tribunali christum viua voce confiteretur: excitato clamore gentilium ⁊ iudeoꝝ contra eum iussu proconsulis traditur ignibus concremandus. In quo dum esset immissus flammarum globis vndiqꝫ vallabat: ita vt ipse in medio incendij sibi cedentis in modum camere staret ⁊ deum glorificans cōburi nō posset. Tuncqꝫ spiculator accedens lancea ipm transfodit: ⁊ sanguinis profluuio ignis extinctus fuit. Cuius reliqas christiani sepelierunt in ciuitate smyrne. Post cuius transitum. xij. alij discipuli qui eum a laodicia venientes secuti fuerant: martyrium passi sunt i eadem ciuitate. Hic beatus ep̄s ob quasdam pasche questiones romam veniens antonio pio imperium gubernante: anacleto ꝟo papa romane tunc ecclesie p̄sidente plures christianos martionis ⁊ valentini hereticorum irretitos laqueis: ad fidem catholicam conuertit. Scripsit autem ad philippeñ. epistolam vtilem valde. Passusqꝫ est martyrium annum agens etatis. lxxxvj. die. vij. calen. febꝛ. Hec hieronymus de illustribus viris.

De sanctis Theogene ⁊ socijs martyribꝰ. Cap. xxv

Theogenes martyr cum alijs. xxxvj. xp̄ianis martyrium passi sunt in eadem ciuitate laodicie premissa persecutione vigente: qui cōtēnentes temporalem mortem coronaꝫ vite eterne adepti sunt. vij. calen. februarij: vt dicit Hieronymus.

De sancto Jona propheta. Cap. xxvj.

Jonas propheta fuit de oppido geth que est in opher ad differentiam geth que est in palestina ⁊ est nomen regionis. Opher enim nomen est turris nebulose: que non longe erat a tēplo. Hunc hebrei affirmāt filium fuisse mulieris vidue sareptane sidoniorum: ad quas helias famis tempore declinauit: ipsumqꝫ mortuum suscitauit. Quē temporibus hieroboā filij Joas regis israel claruisse: ꝓphetiam quoqꝫ exorsuꝫ fuisse quartus liber regum commemorat. In condēnationeꝫ autem israel ionas ad gentes mittitur ꝙ niniue agente penitentiam illi in malicia perseuerabant. Qui idcirco ad niniuitas predicandos ire recusabat: qꝛ cum prophetia illuminante: peccatores ciuitatis niniue misericordiam dei consecuturos sperare ne falsa videreī p̄dicare sententiam contra eos prolatam reuocari nolebat diuine dispensationis ignarus que salutem hominum ad se reuertentium magis vult ꝙ interitū. Ideoqꝫ se a facie dei fugere putans: descendit ioppem: ascendit nauem euntem in trasum: deditqꝫ naulum nautis. Sed deus cuius voluntati nemo potest resistere: qui ⁊ essentialiter est vbiqꝫ misso vento validissimo tēpestate turbauit mare: periclitatur nauis timent naute: si inuocato domino de salute desperantes morte antiquoꝝ peccato alicui eorum periculum cunctorum ascribunt: hominem illum sorte inquirendum decernunt. Jonas sorte deprehenditur: sponte in mare mittitur: ⁊ tempestas sedatur. Jonam deo dispensante cete deglutit: ⁊ post triduum eundem in aridam illesum euomit. Jonas flagello dei correptus niniueꝫ intrat: iudicium subuersionis post dies. xl. futurum prenunciat. Rex ⁊ populus ad dominum conuertuntur: saccis induuntur: ieiunijs affliguntur. Misericors deus peccatorum penitentiam respexit. ciuitatiqꝫ parcens sententiam reuocauit: videns se mendaceꝫ extitisse ionas turbatur: vrbemqꝫ egressus contra deum conqueritur. Quē deus vt ꝯfunderet et se digna dispositione misericordem ostenderet afflictum feruore solis hedera subito nascente et caput prophete obumbrante ab estu refrigerauit: ⁊ sequenti nocte iterū repente arefacta contristauit. Et cum hederam exiccatam defleret: audiuit a deo ꝙ irasci non deberet: eo ꝙ tante ciuitatis excidio pepercisset. Si enim moleste ferebat hederam arefactam ⁊ deus molestius tulisset tantā vrbē subuersaꝫ. Sicqꝫ ionas pacatus redijt a niniue.

Processu tamen temporis niniuite ad peiora peccata conuersi pphetia naum pphete admoniti sunt. Qui nõ curantes puerti: eo quod alias ionam falso subuersionẽ ciuitatis pmisisse cognouerunt: iram dei tandẽ non euaserunt. Nam fluuius polus qui eam circundabat vrbem inundauit: factoque pariter terremotu: ignis de celo emissus eam incendit. Sicque vtroque diluuio aque et ignis pariter deleta est. Reuersus ergo ionas a ciuitate niniue ad terram suam ire erubuit: eo quod in vaticinio niniuitarum mendax apparuit. Sed tempore famis assumpta matre: incola gentium factus est. Fame vero transacta: reuersus est ad terram iuda: et mortua matre sepeliuit eam iuxta balanum delbore. Hic predixit signum euersionis hierusalẽ quod cum viderint lapidẽ luctuose clamantẽ: ppe sit finis. Et cũ viderint in hierusalẽ gentes vniuersas: tunc tota illa ciuitas irrecuperabiliter euertetur. Quieuit in pace tempore ozie regis iuda. vj. calẽ. februarij: et sepultus est in spelunca vnius iudicis israel. Cuius sepulchrum monstratur in vna vrbium geth: in vinculo iuxta sephor. Hic vnus est ex numero. xij. prophetarum qui ecclesiastica fluxin sanctorum patrum catalogo memorantur. Hec hieronymus et iosephus et in historia scholastica.


¶ De sancto Joanne chrysostomo epo. Cap. xxvij.



Ioannes chrysostomus quod latine os aureum interpretatur eps constãtinopolitanus et doctor grecorum tempore archadij imperatoris floruit. Hic natione antiochenus filius secundi et anthure nobilium parentũ: discipulus sophiste libanij: et auditor andragatij philosophi liberalibus artibus annis puerilibus antiochie studuit. Dehinc defuncto patre romam veniens causarum orator extitit: pauperibusque gratis patrociniũ exhibebat. Post hec relictis studijs secularibus: diuine scripture vacãs annorum. xviij. oẽs sacre pagine libros memoriter didicit: et sanctis intentus operibus seculo abrenunciauit. Reuersusque ad patriam cum sancto basilio in quodam monte antiochie primo solitariam vitã duxit. Basilio vero cesareã eunte. Joanẽ sanctus meletius antiochienus eps in lectorẽ et postea in diaconũ ordinauit. Quẽ euagrius eius successor processu temporis ad sacerdotiũ promouit. Qui sanctitate vite et claritate doctrine pficiens diuinis studijs intentus predicationi insistebat: et mira opuscula continue exarabat: famaque eius sapientie vndique personabat. Qui etiã propter castitatis zelũ seuerior habebatur: et feruori magis quam mansuetudini seruiens arrogans a nescientibus putabatur. Defuncto igitur nectario constãtinopolitane vrbis epo: cũ de ordinando presule questio oreretur. Nouissime fama eius cõperta imperatoris archadij iussu: ioannes presbyter ab antiochia vocatus eps ordinatus est. Qui mox in sui pontificatus initio cũ vitã clericorum corrigere voluit: oẽs in sui odium concitauit. Cunctique eũ velut furiosum et superbum declinabant: et apud oẽs ei detrahebãt: et quia nunquam cum alijs in mensa comedere volebat. ¶ Reuera autem ille hoc ideo faciebat: quia propter nimiã abstinẽtiã caput et stomachũ sepe dolebat: populus vero propter sermones quos in ecclesia faciebat: eũ plurimũ diligebat: paruipẽdẽs quecũque contra eũ emuli loquerentur. Necessitatibus vero egenorum liberaliter puidebat: et pluribus ad suscipiendos pauperes hospitalibus erectis: de redditibus ecclesie eisdẽ ministrabat. ¶ Quadã die dum epistolarum pauli expositioni intenderet: orauit ad dñm: vt sibi in ipsis plenũ intellectũ daret. Cui visibiliter apparuit beatus apostolus dicẽs se nõ aliter in suis epistolis intellexisse quam Joãnes intelligebat: eũque deosculatus disparuit quẽ etiã notarius eius pbus: qui tũc actu verba eius scribebat aspexit: et ex presentia apostolica totus cõtremuit. Cui ioannes eũ post se futurum epm constantinopolitanum predixit: sicut et rei euentus pbauit. ¶ Eutropius imperatoris prepositus et consul volens se in quibusdã ad ecclesias confugiẽtibus vindicare: studuit vt lex ab imperatore de immunitate ad ecclesiam confugientiũ reuocaretur. Quod ioannes moleste ferens: eum audacius increpauit. Et post paucos dies eutropius imperatorẽ offendit: et ad ecclesiam fugit: quẽ eps latitantẽ ppalauit: et durissime increpauit: et eũ imperator eductũ de ecclesia decollauit: vnde et ex hoc eps multorum odium incurrit. Insuper etiã quia plures clericorum propter eorum dissolutã vitam pluribus causis deposuit. ¶ Quidã gaias genere celticus: consilio barbarus: secta arrianus magister militum factus est. Hic imperatorem rogauit: vt intra ciuitatẽ vnicam tñ suis ecclesiã concederet. Quod cũ imperator de hoc epm interrogasset: vt sic illius tyrãnidẽ refrenaret: et eps hoc modis oĩbus prohiberet. Gaias noctu barbaros misit vt palaciũ concremarent. Quibus venientibus angelorum armatorum ingens corpus habentiũ copiosa turba apparuit: que illos protinus effugauit. Quod dum sequenti nocte iteratũ esset. Ille cum suis tertio egressus miraculum vidit: et fugit existimãs milites in die latere: et nocte vrbem custodire: qui egressus ad thraciã exercitu congregato cuncta in suburbanis vastabat. Impera tor ergo ioanni onus legationis imposuit: qui egressus adeo suis monitis et comminationibus gaiam exterruit: vt eius prouolutus genibus veniam peteret: et confestim cũ suis abiret. ¶ Post hec cũ eudoxia augusta hortum cuiusdã vidue preciosis et vberibus arboribus consitũ imperiali viridario contiguũ occupasset illaque epo cõquesta fuisset: ioannes apud imperatorẽ tñ institit: et reginã hortũ vidue reddere cõpulit: propter quod et ipsa contra ioãnẽ indignatiõem concepit. Preterea seuerianus gabalensis eps regine dilectus quẽ ioãnes suspicatus est in heresim prolapsum fuisse ex quibusdã scripturis suspectis, que heresim sapere videbantur a ioãne epo vti hereticus et blasphemus de ciuitate expulsus est. Quod augusta cõperiẽs: nacta occasione contra epm quasi in eius despectũ per familiares seueriani: mox illũ a chalcedonia fecit euocari. Hinc ioãnes accensus lingue vbertate: fecit sermonẽ in populo cunctarum mulierum vituperatiõe plenũ: quod augusta velut iniuriã suã imperatori narrauit: dicens ipsius magis esse contumeliã quam suam. Qua de re gestũ est: vt theophilus alexandrinus eps: multos simul eporum mouẽs: suasu imperatoris constantinopolitanã synodũ celebraret: quasi origenis libros dãnaturus. Cũque ioãnes bis citatus et timẽs animorum impetuositatẽ episcopos illos velut apertos inimicos recusasset: et generalem synodum fieri petens comparere noluisset: damnauerunt eum nullo alio culpantes: nisi quia vocatus noluit obedire. Sicque iussu imperatoris oportuit eum damnatum in exilium deportari. Sed cum ioannes nimium a populo amaretur: orta seditione in populo propter ipsum: timens augusta imperatori suasit: vt ioãnẽ ab exilio reuocaret: qui diudũ renuens: redire compulsus est populo sibi cum cereis et lampadibus occurrente. Reuersusque ioannes cũ in cathedra sua residere nollet: sed

let:sed solum simplicē ducere vitam:coactus multa po
pulorum instantia sedē resumpsit:tvti primum pdicare
cepit. ¶ Eodem iđ tpe statua argentea ad honorē eu-
doxie auguste iuxta eccl'iam sancte sophie ɔstituta erat
vbi milites ⁊ pceres ludos publicos exercebāt. Qđ cū
ioannes fieri phiberet:augusta ad sui iniuriam reputa
bat: ⁊ contra ipsum vt iterum celebraretur synodus p-
curabat. Hoc sentiens ioannes illam famosissimam in
eccl'ia protulit homeliam:cuius initiū est. Rursus he-
rodias vexatur ⁊c. Quod factum ad iracundiam plus
concitauit eudoxiam. Et dum quidam ioannem vellet
occidere vt complaceret auguste:a populo est captus ⁊
iudicatus:sed a pfecto ne occideretur:ereptus est. Et il
lo die populus ioannē vicissim custodiebat:⁊ nocte do-
mum eius armatis muniebat. Suadente igit augusta:
episcopi constantinopolim conuenerunt:⁊ eum in con-
cilio damnauerunt:nihil contra ipsum inuenientes:nisi
ex eo solo:q post priorē depositionē sine decreto cōcilij
in episcopali sede residere psumpsisset. Propter qđ im-
perator ioannē in exilium iterum duci fecit:in quādam
ciuitatē paruam barbaris vicinam:vbi fines sunt impe
rij romanorum. Hoc autē innocentius papa audiens ⁊
moleste ferens:concilium in sede apostolica celebrauit:
⁊ ioannē innocentē ab exilio reuocauit. Qui reuocatus
diem sui obitus predixit:⁊ ex labore itineris fatigatus:
anteq perueniret ad ciuitatē lāguorē icurrit:⁊ sic post
dies modicos in pace vitam finiuit. xviij. calen. februa-
rij quo defuncto grando vehemens in cōstantinopolim
⁊ circa suburbana descendit:dicentibus cūctis hoc dei
iudicio gestum esse:eo q ioannes iniuste fuerat condē-
natus:quib⁹ fidē dedit mors auguste die decimanona
subsecuta. Theodosius aūt iunior archadij filius:corp⁹
doctoris in regiam ciuitatē transtulit:et digno honore
tumulauit. vj. calen. februarij:quo die festū eius in gre-
corum eccl'ia celebrat. Obijt circa ānos domini. cccc.xx.
¶ Scripsit aūt hic venerandus antistes sup toto nouo
⁊ veteri testamēto expositionum libros nonaginta. Com
mētarios in mattheum distinctos p homelias. xc. Sup
ioānē homelias. lxxxviij. Sup epistolis pauli libros sin
gulos p sermones distinctos. In epistola ad hebreos ho
melias. xxxiiij. Sup genesi libros questionum. De lau-
dibus pauli apostoli homelias. vij. Contra arrianorum
heresim fortissimos libros. Contra simoniacos. Contra
martionē:cerinthum:ebionem:artemonē atq photinū
qui eorum suscitauit heresim. Cōtra apollinarē librū. j.
Contra manicheos insigne volumē. Contra oēs hereti
cos sup parabola seminis longum opus ⁊ elegās. Tra-
ctatum vnum in thomam apostolum in quo aduersus
arrianos fortissime disputat. Sup canticis canticorum
l. ij. Itē vitam sancti meletij episcopi antiocheni. De ve
stib⁹ legalibus sacerdotū ⁊ leuitarum:⁊ de ornatu sum
mi pontificis:veteris testamēti volumē egregium. De
humilitate in lotione pedum tractatum. j. Contra eos
qui ad missas non occurrunt tractatum. j. De virgini-
tate. De patientia. De fide. De penitentia. De confes-
sione. De elemosyna tractatus plures. Homelias ⁊ ser
mones p totam quadragesimam. Sermonē declamato
rium in decollationē ioannis baptiste. Itē in laudē btē
virginis sermones mira suauitate fragrantes. Aduer-
sus arabes de resurrectione mortuorum qui dicunt ani
mas mori cum corpore lib. ij. Itē contra iudeos lib. viij.
Aduersus gentes in modum dialogi grāde ⁊ insigne vo
lumen. De ordine ⁊ officio sacerdotis librum. j. Hym-
nos ⁊ sermones ⁊ alia plura metro edidit apud grecos.
Et quāq latino fulserit eloquio:plurimum tamen scri
psit in greco. Hec ex hieronymo de illustribus ⁊ ex hi-
storia tripartita.

¶ De sancto Joanne presbytero. Cap. xxviij.


Joannes presbyter antiochenus san-
cte ⁊ sapiētia insigniter fulsit. Qui ex gra-
matico ⁊ declamatore psbyter factus cō-
posuit librū aduersus eos qui dicunt chri
stum in vna tm̄ substantia adorandū:nec
acquiescunt duas in christo confitendas
esse naturas. Impugnauit etiam nonnullas cyrilli ale-
xandrini episcopi sententias incaute aduersus nestoriū
prolatas:que thimotianis videntur pstare robur ⁊ ad-
hibere fomēta. Claruit sub theodosij senioris tpe. Hec
hieronymus de illustribus viris.

¶ De sancta Paula vidua. Cap. xxix


Paula vidua nobilissima romanorum matro-
na fuit:cuius vitā hieronimus scripsit. Que
nobili genere:s3 nobilior sanctitate. Potēs
quondam diuitijs s3 christi sanctitate insi-
gnior:oēs suos pauperes pauperior ipsa di-
misit:⁊ humiles humilitate superauit. Hec. vj. edidit li
beros. s. blesillam sup cuius morte eam hieronymus cō-
solatus est. Paulinam sanctam: ⁊ admirabilē virum ⁊
prepositum rerum suarum pammachium ad quē super
eius obitu idem doctor paruum libellum edidit. Eusto
chium que in sanctis locis virginitatis ⁊ eccl'ie monile
preciosissimū fuit. Rufinam que l matris funere pium
matris animum consternauit: ⁊ theochium puerū: post
quē parere desijt. Hec post viri obitum in sancta vidui
tate pmansit ⁊ ad dei seruitium se conuertit:oēsq sui di
uitias in pauperes erogauit. Deinde paulini episcopi
antiocheni ⁊ epiphanij episcopi salamine:qui romā ve-
nerant accensa virtutibus:patriam deserere cogitabat
Descendensq ad portum:fratre:cognatis affinibus: ⁊
quod maius est theochio puero ac rufina iam nubili: p
sequētibus ⁊ recessum paule deplorantibus. Hec cōtra
iura nature non patiebatur plena fide ⁊ amorē filiorum
maiore in deo amore contēnēs:in sola custochio que p-
positi ⁊ nauigatiōis comes erat acquieuerat. Sicq re-
licto seculo ad syriam nauigauit. Cumq ad loca sancta
venisset:⁊ procul palestine:qui eius familiā optime no-
uerat:ei ptorium pparasset:humiles cellam elegit:cun-
ctaq loca sancta deuote lustrauit. Prostrata ante cru-
cem quasi pendentē dominum adorabat:ingressa resur
rectionis sepulchrum osculabatur lapidē ⁊ corporis lo-
cum:lachrymis ⁊ suspirijs aquas fidei ore lambebat.
¶ Deinde perrexit bethleem ⁊ specum saluatoris ingres
sa etiam christum natum ex virgine ⁊ cetera infantie ru
dimēta oculis corporeis se vidisse testata ē:vbi ⁊ requiē
habitationis sibi elegit:⁊ cum filia custochio cōstructo
locello sub beati hieronymi disciplina: et congregatis
virginibus deo seruire cepit. Tantaq se humilitate de
iecit:vt iam nō matronarum prima s3 ancillarū vltima
videretur. Post viri mortē vsq ad eius obitū nunq cū
viro comedit:balnea nunq adijt: mollia lectuli strata
etiam in grauissima febre non habuit:sed super humū
stratis cilicijs iacebat. Panem solum ⁊ aquam post ve
speras degustabat perraro legumina comedebat l qui-
busdiebus festiuis exceptis:vix oleum apponebat. Ca
stitatē aūt in omnibus pudicissimā ptendebat. In lar-
giendo profusior hoc habere voti aiebat:vt vnicum nū-
mum filie moriens non dimitteret:⁊ in funere suo alie-
na sindone tegeretur:virgines quas ex diuersis prouin
cijs congregauerat in tres turmas ⁊ monasteria diui-
sit. Ita distarat vt in opere et cibis separate: psalmis
et orationibus iungerentur. Cumq alijs languenti-
bus large preberet: siquando ipsa egrotasset sibi non
indulgebat. Cum autem semel mense Julio grauius
egrotaret: et medici consulerent vino tenui sibi opus
esse:ne aquam bibens in hydropisim verteretur. San-
ctusq epiphanius episcopus haustum vini eidem sua-

deret: non solum acquiescere noluit: sed pene hominem senem: vt nunq̄ vinū degustaret: induxit. Scripturas autem sacras memoriter retinebat: ⁊ earum studio assidue vacabat: ita etiam vt hebraicam linguam perfecte disceret: ⁊ psalmos hebraice decantaret. Sicq̄ post longi laboris cursum omnibus referta virtutibus grauissimo depressa langore ad extrema vite deueniens: inter psalmodie recitationem vltimum spiritum domino cōmendauit. Cuius obitu cōperto monachi omnes ⁊ virgines de eorum cellulis ad ipsius funera percurrentes cum lachrymarum effusione piarum ⁊ hymnorū sacrorum modulatione sanctas eius exequias celebrarunt: corpusq̄ apud bethleem condigna veneratione tumularunt. Cuius congregationem sancta eius filia et virgo eustochium post matris obitum laudabiliter gubernauit. Quieuit autem sancta paula in domino .vj. calen. februarij.

¶ De sancto Paulo papa ⁊ confessore. Cap. xxx.



Paulus papa ⁊ confessor stephano pape secundo i pontificatu romano successit: qui natione romanus fuit ex patre constantino de regione vialata: seditq̄ annos .x. et mensem vnum. Hic minor germanus stephani pontificis pdecessoris sui ab ineunte etate in lateranen. palatio pro eruditione ecclesiastice discipline ab eodem fratre suo traditus est tempore gregorij secundi pape. Et postmodum a zacharia papa in diaconatus ordinem pariter cum germano suo promotus est. Sed dum idem frater et antecessor pontifex ad vite extremum pertingeret: populus romanus diuisus est: ⁊ alij cum theophilato archidiacono tenebant: alij vero eidem paulo diacono adherebant. Dum vero de hac luce pontifex idem migrasset: continuo congregatio populi que cum eodem paulo validior erat: eum in pontificem elegerunt: ⁊ ita in apostolicam sedem ordinatus est temporibus constantini ⁊ leonis imperatorū. Hic cōstituit diuina officia celebrari in quadragesima ante sextam. Hic congregatis sacerdotibus et clero ac populo romane vrbis corpus beate petronille de loco vbi quiescebat extra portam via apia abstulit vna cum sarcophago marmoreo in quo legebatur titulus manu propria beati petri apostoli sculptus. Auree petronille dulcissime filie: quod plaustro impositum intra vrbem in beati petri ecclesia collocauit. Hic fuit fortissimus fidei defensor: vnde sepius nūcios cum litteris ammonitorijs prefatis augustis direxit: pro restituēdis ⁊ in primo statu confirmandis sacratis imaginibus christi et dei genitricis atq̄ sanctorū omnium quas illi comburere faciebant. Hic multas ecclesias restaurauit: q̄plures etiam nouiter edificauit: ⁊ nonnullas mirifice decorauit. Fuit enim mitissimus ⁊ misericors: nulli malū pro malo reddens: sed omnibus eum offendētib⁹ misericorditer indulgens. Hic cum paucis familiarib⁹ suis nocturno silentio per cellas pauperum ⁊ infirmorū in lectis decumbentiū circuibat: eis necessaria ministrando: sed ⁊ carceres visitans per eadem noctis secreta retrusos a mortis periculis eruebat: ⁊ obligatos pro debitis redimebat. Viduis ⁊ pupillis omnibusq̄ indigentibus opem ferens: sicq̄ sanctis pollens virtutibus apō sanctum paulum quieuit: vbi etiā sepultus est .vj. calē. februarij. Sed post dies modicos corpus eius a romanis cum honore ad sanctum petrum delatum est: vbi ⁊ miraculis claret: ⁊ cessauit episcopatus annum vnū ⁊ mensem vnum.

¶ De sancto Adiuto abbate. Cap. xxxj.

Adiutus abbas primo monachus mimaten. postea abbas carnoten. pagi quē portesum vocant deo prudente factus est: qui laudabilibus operibus vitam ducens: dissolutionē corporis sui predixit: ⁊ decedens aurelianis humatus est: supra cuius corpus fideles ciues ecclesiam construxerūt: quā cū die anniuersarij sui festi vniuersus populus celeberrime visitassent: vnus ex ciuibus contēpta missa accepto rastro vineam pastinabat: increpatusq̄ a quibusdam cur ad ecclesiam sancti non accederet. Respōdit q̄ etiā adiut⁹ cultor vinee fuerat. Mox q̄ sibi manus retorta ⁊ facies ad tergum versa est in admirantium stuporē: qui ad ecclesiam sancti confugit: ⁊ in testimoniū sanctitatis beati corporis dieb⁹ aliquib⁹ sic manens: vt a cunctis videri posset: tandē peccatū cōfitēs: ⁊ veniam petēs: oransq̄ ad sancti tumulum post dies modicos liberatus est. Huius sancti festū agit .vj. calen. febr.

¶ De sancto Mauro abbate. Cap. xxxij.

Maurus abbas monasterij bobacen. vir fuit mira sanctitate conspicuus: cuius vitam virtutib⁹ plenam: vir illustris ac patricius diuinius scribit: quā tamen hactenus nusq̄ valui reperire: qui ⁊ in christo pausauit .vj. calen. februarij. vt ado testatur.

¶ De sancta agnete secundo. Cap. xxxiij.

Agnes scdo die octaua ab eius passiōe ab ecclesia celebratur: nō quidē p modū octaue sed quasi p festi repetitiōe: ⁊ hoc ppt quoddā visionis miraculū: qđ apparuit parētib⁹ agnetis virginis ipsa die: vt Ambrosius scribit. Nā cū dieb⁹ plurib⁹ parētes btē agnetis ad eius tumulū cū orōnib⁹ vigilarēt: die octauo medie noctis silentio: viderūt chorū virginū vestib⁹ aureis indutū cū imenso lumine trāseuntē. Inter q̄s vidēt beatam agnetē simili veste fulgentē: ⁊ a dextris ei⁹ agnū niue cādidiorē. Et dū hec videntes obstupescerēt: rogat agnes ceteras virgines gradū figere. Ipsaq̄ stans parentes cepit admonere: ne illam quasi mortuā deflerēt: sed ei⁹ potius glorie cōgauderēt: eo q̄ cū sanctis virginib⁹ lucidas sedes acceperat. Illisq̄ in celestib⁹ iūcta erat quē in terris posita tota intētiōe dilexerat. His dictis visio euanuit ⁊ societas parētū cōsolationē recepit: visionēq̄ publice enarrauit. Et idcirco festum agnetis secundo ab ecclesia institutum est .v. calen. februarij.

¶ De sancta Constantia virgine. Cap. xxxiiij.

Constantia virgo filia constantini imperatoris fuit. Que lepra grauissima laborātis erat obsessa vulnerib⁹: vt a capite vsq̄ ad pedes nulla mēbrorū pars libera permansisset. Que cū audisset qualiter beata agnes parentibus apparuerat: vt superius dictum est: ⁊ qualiter infinitis miraculis coruscabat: accepto consilio ⁊ spe recuperande sanitatis: venit ad tumulum virginis nocte: ⁊ licet pagana: mente tamen credula: preces ad dominū fideliter effundebat: vbi dū

vbi dum in oratione persisteret obdormiuit. viditq; in somnis beatam agnetem: eam vt constanter ageret et in christum crederet exhortantē: atq; ipsam sanam effectam ab eius egritudine nunciantē. Ad hanc vocem vigilans cōstantia se perfecte sanatā inuenit: adeo vt nec in membris eius signū alicuius vulneris remaneret. Quo pater cernens et fratres maxima leticia repleti sunt. Quorū licentia obtenta: constantia baptismū suscepit: et votū virginitatis emisit. Et supra tumulū btē agnetis mōasteriū fabricauit: et ibidē dño seruiens cū multis virginibus se inclusit. Que post vitam laudabilem ad dñm migrauit et iuxta corpus beate virginis sepulta fuit.

De sancto Iuliano episcopo. Capitulum. xxxv.

Iulianus cenomanen. epūs fuit. Hic simon ille leprosus fuisse dicit: quē dñs a lepra sanauit: et qui eum ad conuiuandū inuitauit. Qui post ascensionem dñi ab apostolis cenomanen. epūs ordinatus est. Qui etiā multis clarus virtutibus extitit. Nā cuspide baculi sui terram percutiens sitienti populo fontē produxit. Cecū quoq; illuminauit: et carceratos se inuocantes: sponte apertis ianuis liberauit. Tres etiā mortuos vt dicit suscitauit: et postmodū in pace quieuit. v. calen. februarij. Hic fert ab aliquibus fuisse de. lxxij. christi discipulis vnus. Diciturq; esse ille Iulianus: qui ab itinerantibus pro inueniendo bono hospitio inuocat: eo q in domo eius xp̄s fuerit hospitatus. Sed verius videt alius Iulianus: q vtrūq; parentē ignoranter occidit. de quo dicet. ij. idus febr.

De sctō Iuliano confessore fratre iulij. Cap. xxxvj.

Iulianus alius frat beati iulij fuit. Hi duo fratres a theodosio imperatore christianissimo obtinuerūt tēpla deorū vbiq; reperta destruere: et ecclias edificare: mādauitq; imperator oibus predictos fratres adiuuare: et eis in omnibus pena capitis obedire. Cū ergo sancti iulianus et iulius in loco dicto gaudianum ecclīe construerēt: et eos mandato imperatoris oēs trāseūtes iuuarēt: quidā cum curru euntes adinuicē dixerūt: aliquā excusationē pretendere: vt sic liberi possent pertransire: vnū igit ex suis in plaustrū supinū posuerunt: et eum pannis vt mortuum cooperuerūt: qui se mortuum fingebat et oculis clausis supinus iacebat. Cum ergo ad iulianum et iulium peruenissent rogauerunt eos vt parum persisterēt et eos in opere iuuarent. Qui se ibi stare non posse dicebant: qm̄ hoiem mortuū deferebant. et dum sanctus iulianus eos mētiri diceret illi se verum dicere affirmabant. Qui deum imprecatus est: vt s̄m veritatem dicti sui sibi contingeret. Cūq; procul recesserūt collegam ex nole vocare ceperūt Qui cū nullatenus moueret pulsari ab eis cepit: et finaliter mortuus apparuit. Quod ceteri videntes timuerūt: nulliq; deinde ipi famulos decipere presumpserunt.

De sancto Iuliano sabba confessore. Capitulum. xxxvij.

Iulianus heremita cognomēto sabba fuit. De quo dicit theodorus in historia tripartita: q angelicam vitam in terris deducebat: et in eremo consistens contemplationi et orationi vacabat. Hic per spm̄ cognouit et predixit obitum iuliani apostate imperatoris: longe. xx. dietis positus ab eo loco vbi interfectus fuit. Quod vt pronunciauerat sic contigisse repertum est.

De sancto Iuliano confessore. Capitulum. xxxviij.

Iulianus alius confessor fuit: de quo ait gennadius libro de viris illustribus: q acer ingenio et facundia extitit: diuinis scripturis doctus: greca et latina lingua scholasticus: et inter doctores ecclīe clarus. Hic scripsit aduersus augustinū eius impugnatorē libros quattuor et item aduersus alios heresiarchas libros. viij. Extat et liber altercationis amborū partes suas defendētiū satis conspicuus: Hic fuit in elemosynis liberalissimus. Mortuus aūt valentiani imperatoris constātij filij tpe.

De sanctis Leoncio et socijs martyribus. Cap. xxxix.

Leoncius thyrsus et calonicus martyres in ciuitate apollonia passi sunt tpe Decij sub presidibus cuberitio siluano et bando. Qui diuersis tormētorū generibus excruciati. Demū primus et vltimus capitis abscisione: medius celesti voce vocatus spm̄ reddiderunt. Sicq; martyriū consummauerūt. v. calen. febr. in partibus grecie tumulati: vt dicit ado.

De sanctis papia et mauro martyribus. Cap. xl.

Papias et maurus martyres passi sunt rome tpe diocletiani et maximiani imperatorum sub laodicio vrbis prefecto. Qui cū essent milites videntes qualiter saturninus et sisinius martyres statuam Iouis eream eisdem a prefecto presentatā: sicut plumbum liquefactum contriuissent conuersi sunt ad dñm et impietatē laodicij redarguere ceperunt: qua in christi martyres seuiebat. Tunc iratus laodicius: iussit ora eorum lapidibus contundi: et postmodum illos in carcerē recipi: vbi a sancto marcello papa baptizati sunt. post dies. xij. educti de ergastulo iubente prefecto fustibus ceduntur. deinde in equuleo leuati: tādiu plumbatis cōtusi sunt: donec spiritū emiserunt. Quorū corpora Ioannes presbyter sepeliuit via numentana ad nymphas btī petri. iiij. calen. februarij.

De sanctis flauiano et socijs martyribus. Cap. xlj.

Flauianus: maximus: secūda: calendinus: et marcus: et seuera cum alijs multis martyribus passi sunt sub maximiano et claudio imperatoribus: constantino imperatore magno iam a militibus apud galliā in imperium sublimato. Quorū primo maximus q comes millenarius erat ab infantia sua christianus: ex parentibus christianis exortus centū et viginti ex suis militibus conuersos a sancto marcello papa baptizari fecit. Quod audiens maximianus eundē maximū cōprehensum vna cum dictis centum et viginti militibus dānauit ad harenā fodiendā. Et post menses. ix. dum marcus tribunus cōperisset: q maximus comes ceteros suorum milites qui ex millenario residui fuerant: qui ad eū visitandum accesserant conuertisset: fecit maximū in carcerem mitti: deinde eductū fustibus cedi iussit: et dum cederet tribunus excecatus est. Quod maximianus imperator audiēs et moleste ferens: maximum comitē cum centū et viginti militibus ad harenā dānatis fecit decollari. Reliquos vero ex mille militibus conuersos in harenario missos: flāmis iussit incendi. Quorū corpora sanctus marcellus papa cū Ioāne presbytero sepeliuit in loco cucumeris secūdo miliario ab vrbe. Post duos menses maximianus moritur: et claudius rome in imperium exaltat: qui audiēs secundam vxorē quondā maximi comitis cum filijs esse christianam: fecit eam teneri: et filios eius calendinum et marcū ac filiā eius seuerā. Qui dū sibi presentati essent: secunda inter manus eam tenentiū emisit spm̄. Flauianus aūt vicarius imperatoris qui ei assistebat: cū vidisset angelos qui sup capita filiorū secunde orantiū manus tenebant: et ipse auersus est: et a theodoro presbytero baptizatus cū omni familia sua. Quod audiēs imperator claudius flauianum cum omni domo sua detētum centumcellis adduci mandauit: et ibidem omnes pariter capite cedi. Beatos vero calendinum et marcum atq; seueram olim maximi filios miliario. xxxv. ab vrbe iuxta mare deferri ibiq; tādiu plūbatis cedi donec spiritum exhalarūt. Quorum omnium corpora in loco qui dicitur pignus

sepulta sunt a christianis. Horum omnium martyrum passio colitur.iiij.calen.februarij.

¶ De sancto Sabiano martyre. Cap.xlij.

Sabianus martyr passus est in territorio trecassino sub aureliano imperatore: qui dum in partibus hispanie et gallie resideret: et ad trecas ciuitatem deuenisset. Sabianum detentum et christum predicantē decollari fecit. Ibiq; sepultus est.iiij.calē. februarij.

¶ De sancto Cyrillo episcopo alexandrino. Cap.xliij



Cirillus episcopus alexandrinus pro catholica fide preclarissimus extitit propugnator variarumq; rerum tractatus edidit diuina et humana scientia pollens. Homelias multas composuit: que ad declamandum a grecis episcopis commendantur. Extare dicuntur et libri eius de synagoge defectu. Et aduersum hereticos precipue contra nestorium liber qui elegcos intitulatur: in quo nestorij occulta panduntur: et prodita confutantur. Itē ad nestoriū epistolas duas misit: in quibus illius damnauit errores. Itē ad Joannem episcopum antiochenum epistolas scripsit plures. Item thesaurorum libros.xxiiij. Contra iulianum imperatorem libros.viij. Super marcum libros.xij. Sup Joannem libros.xj. Item librū proposncticon ad theodosium imperatorem. Scripsisse et alia credit: que adhuc ignorantur a nostris. Quieuit in pace sub theodosio seniore.iiij.calen.februarij.

¶ De sancto Cyrillo epō hierosolymi. Cap..xliiij.

Cirillus episcopus hierosolymorū sub theodosio primo imperatore episcopatum tenuit in concessum: cuz prius sepe pulsus et receptus fuit. Huius tēpore beatus hieronymus ab vrbe roma digressus venit ad syriam: et a cyrillo episcopo locuz obtinuit iuxta bethleem oppidū monasterij construendi: vbi et sacre scripture libros transtulit de hebreo in grecam linguam pariter et latinam. Cuius et ipse episcopus amicissimus extitit: et perfecti episcopalis regiminis ab eo regulam sumpsit. Pluribusq; illum gratis visitauit epistolis: cui et hieronimus multa remisit. Hic quoq; corpus beati hieronymi sepeliuit: et in eius transitu felici mirabilem de illo visionem conspexit: vt dicit in eius legenda.ij.calen.octobr. Augustinus quoq; hipponensis epūs cyrillo epistolam misit: in qua ab eo instanter expetijt: vt miracula que apud bethleem per beatum monstrabantur hieronymum sibi transcriberet. Cui cyrillus epistolam plixā et facundo digestā stilo remisit: in qua sibi stupēda pdigia meritis almi doctoris osisa narrauit. Plurima quoq; hui9 cyrilli extāt opuscula fidei nře mysteria redolētia grato lepore luculēta. claruit aūt sub honorio et theodosio iuniore.

¶ De sexagesima. Capitm.xlv.

Sexagesima significat tps viduatiōis. Et inchoat dūica in qua cantat Exurge dñe et terminat i quarta feria post pascha. Instituta est aūt ppter redēptionē: et ppter significationē: et ppter representationez.

¶ Primo ppter redēptionē. Quia enim melchiades papa et siluester statuerūt vt bis i oi tpe sabbato comederet: ne ppter abstinentiā quā hoīes sustinuerāt in.vj.feria in q oi tpe ieiunādū est: natura debilitaret. In redēptione ergo sabbatoꝝ tpis qdragesime vnā septimanam addiderūt: et sexagesimam vocauerūt.

¶ Scdo ppter significationez: q2 sexagesima designat tps viduitatis ecclie: q2 fructus sexagesimus viduis debet sicut et centesimus virginib9: et trigesimus ꝯiugatis. Ideo et merorē illū assumit p absētia sponsi qui ad celū raptus est. In ꝯsolatiōe aūt illius p absētia sponsi: dant ecclie ale due.s. misericordie opeꝝ exercitatio: et decalogi adimpletio: que inuicē multiplicata ꝯstituūt.lx. vñ sexagesima sonat series decē: vt p.vj intelligas opa misericordie. et p.x.decalogū.

¶ Tertio ppter repñtationem. Nam sexagesima nō solū tps viduitatis significat: sz et nře redēptiōis repñtat. Nā p.x. intelligit hō qui ē decia drachma: eo q factus est: vt ruinā.ix.ordinū repararet: vt sit qsi decim9 ordo.

¶ Uel hō quātū ad creationē suam ꝯsideratā hz vniuersalr.x. potentias. Quia eīn homo hz aīam vegetatiuā sensitiuā et intellectiuā: vegetatiua hz potentiā nutriendi et gñandi. Et sensitiua hz potentias v.sensuū corporis.s. visus: auditus: gustus: odoratus et tactus. Et intellectiua hz potentiā rōnalē ꝯcupiscibilez et irascibilē q oēs sunt.x. potentie: merito creatio hoīs numero denario figurat. Insup quātū ad redēptionez suā homo.vj.bñficijs redēptus est: que sunt incarnatio xpi peregrinatio: passio: resurrectio: ascensio: et spūssancti missio. Et sic sexagesima repñtat tps nře redēptionis.

¶ Protendit aūt sexagesima vsq; ad feriā quartā post pascha in q cantat: venite bñdicti 7c. q2 illi qui in opib9 misericordie se exercent audiēt illud: venite bñdicti 7c. vt ipse xps testat: vbi tūc ianue sponse aperient et i amplexu sponsi fruet. In epla aūt admonet ad instar pauli vt tribulationes de absētia sponsi patienter toleret. In euangelio vt seminationi bonoꝝ opeꝝ semp insistat. Et q2 qsi desperās clamauerat. Circūdederūt me 7c. Nunc quoq; rediēs ad se petit in officio in tribulationib9 adiuuari et ab ipsis eripi dicēs. Exurge dñe 7c. Et ponit ibi triplex exurge. Quidā eīn sunt in ecclia q aduersus premunt: et nō deijciunt: quidā pmunt et deijciunt. qdā nec pmunt nec deijciūt: tñ q2 aduersa nō tolerāt: piculū ē ne pspera ipsos frāgāt. Clamat ergo ecclie vt exurgat qtū ad pmos ipsos eripiēdo: qtuz ad scdos vt exurgat ipsos ꝯuertēdo: a qb9 vr faciē auertisse ipsos quodāmō repellēdo: qtū ad tertios vt exurgat ipsos i psperis adiuuādo et liberādo.

¶ Et q2 i hebdomada sexagesime scde etatis tpe recolūt: merito scdoꝝ patrū scde etatis: imediate gesta supponunt eo q illoꝝ obit9 dies certi penit9 sūt ignoti.

¶ De sancto Noe patre. Capitm.xlvj.

Noe pater vir iustus atq; pfect9 vt ex diuine scripture textu colligit: et ecclastici.xx.in cathalo.sctoꝝ inserit: fili9 lameth.anno.clxxxij. etatis patris pgenit9: et scde etatis pr pm9 ānoꝝ qngentoꝝ genuit tres filios: sem: chā et iaphet. Multiplicatis ergo hoīb9 sup terrā.vij.gñatiōe trāsfacta: filij dei.i. filij seth ceperūt legis naturalis et patrū mādata pterire: malicia hoim excrescente. Nā filij seth filiab9 Caim ꝯtra mādatū ade ceperūt cōmisceri: et eaꝝ fornicationib9 abuti: ex quib9 gigantes pcreati sunt. Mulieres etiā in vesaniā verse supgresse viris tēpore luxuriam exercebant. Masculi insup in alterutrū coeuntes nephandū scelus perpetrabant. His criminibus deus prouocatus decreuit diluuium mittere sup terram

terram:omnemq; carnem delere:solo Noe cum eius familia reseruato:qui ex omnibus hominibus solus iustus repertus est. Deditq; hominibus spatium penitendi. cxx.annorum. Nam annis.xx.priusq; arcam inciperet: mandauit ei:vt faceret arcam de lignis leuigatis in qua posset saluari semen vniuerse carnis super terrã ab aq̃s diluuij:quod sibi tunc deus facturum se esse predixit. Cuius arce structura: forma: atq; mensura in historia scholastica expressius ponitur. Igitur annus.xx.post preceptum dei cepit Noe arcam fabricare:quã in ãnis cẽtũ perfecit cum filijs suis:in quo tempore filijs hominum penitentiam predicabat & futurum diluuium pdicebat Cuius sermones homines irridentes ad peiora se facinora conuertebant. ¶ Ergo cum Noe esset sexingentorum annorum cum tribus filijs suis et vxore sua ac tribus vxoribus filiorum suorum.de mandato dei arcam ingressus est:& ex cunctis animantibus mundis septena.de alantibus vero immundis bina ad semen ɔseruandũ sup terrã: dei voluntate ad Noe sponte venientia in arcam intromissa sunt. Factaq; est pluuia super terram.xl. diebus & noctibus ɔtinue.& aque maris ad naturalẽ situm excrescentes:omnem terram occupauerunt. Ita q̃ etiã super altissimos montes.xv.cubitis aqua sublimior fuit. & sic omnes homines & aialia necauit:sordesq; aeris quousq; ascenderant opa hominum expurgauit. Et vsq; ad eundem locũ ignis iudicij dicitur ascensurus. Aque vero sic exaltate obtinuerunt terrã.cxv.diebus ab ingressu noe & tunc paulatim ceperunt minui vsq; ad mensem septimum:quo requieuit arca sup montes armenie. At vero noe ad explorandum:an adhuc terra appareret: emisit coruum ex arca:qui occupatus ingluuie cadauerum repertorum non est reuersus ad eum. Emisit quoq; columbã post ipsum:que prima quidem vice non inueniens vbi requiesceret pes eius:reuersa est ad eũ in arcam. Sz iterum post dies septem emissa ad vesperum reuertitur:portãs ramũ oliue virentibus folijs in ore suo. Quo signo noe intellexit aquas super terram cessasse:& iam arbores apparere. Ad cautelã tamen post.vij.dies alios emisit tertio columbam:que vltra non est reuersa ad eum.& tunc noe cum eius familia & oibus aiantibus de arca egressus est:eodem die quo fuerat ingressus anno videlicet reuoluto. Tunc quoq; etate prima terminata scda incepta est. ¶ Egressus ergo noe de arca & altari edificato:quasi pro pace & gratiarum actione obtulit sacrificium domino de cunctis aiantibus mundis offerens septimum:vt sic de.vij.in arcam intromissis sex remanentia tria videlicet vtriusq; sexus ad speciei multiplicationez sufficerent:propter quã cãm i dispari numero.vij.alantia de qualibet mundorum specie in arcam imissa fuerunt Et tunc dñs in noe & eius filios benedictionẽ quã prius adde dederat repetiuit:que ɔsistit in tribus.s. in filiorum multiplicatione:in ceterorum aiantium subiectione:et in ciborum ɔcessione. Nam cum prima etate solis terre fructibus vescerentur:carnium esus scde etatis hominibus ɔcessus est. Et quia diluuium adhuc timebatur: et pro hoc Noe instanter dñm precabatur:pepigit deus cum eo securitatis fedus:in cuius signum posuit arcum pluuialem in nubibus:duos habentez colores principales in signũ duorum iudiciorum:ceruleum.s.exterius:qui & aquosus et signum iudicij per aquã preteriti ne amplius timeatur:& rubeus interius qui & igneus est signũ iudicij per ignem futuri:vt expectetur. Post duos aũt annos noe plantauit vineam labruscas videlicet naturales p cultum ad vsum vinee trahẽtes. Bibensq; vinũ: & vini eius ignorans inebriatus est: & nudatus i tabernaculo dormiuit. Quẽ videns cham eius filius medius irrisit. Sem vero et Japhet imposito humeris pallio: auersis vultibus incedentes patris virilia ɔperuerunt: ppter quod noe ex vino euigilans cham & filio eius pro imprudenti irrisione maledixit. Sem vero & iaphet p honesta verecundia quã de eo habuerant benedixit. Ab his tribus filijs Noe disseminatũ est omne genus hominũ:ex quibus texuntur.lxxij.generationes:que postmodum i lxxij.linguas diuise sunt:videlicet de Sem.xxvij. de chã xxx.de iaphet.xv.vnde & christus dñs sicut prius.xij.apostolos.xij.tribubus israel miserat:sic postmodum.lxxij. discipulos misit:qui totidem linguarum gentibus euangelium predicarẽt. Ex his etiam noe filijs adhuc ipso viuente iuxta philonem nati sunt quattuor milia & c.virorum exceptis paruulis & mulieribus:vixitq; noe post diluuium annos.cccl.videlicet vsq; ad.lviij.annum natiuitatis abrahe & mortuus annorum.xcv.

¶ De sancto Sem patre. Cap.xlvij.

Sem filius Noe primogenitus ãno.ccccc. patris natus:vt dictum est:in cuius semine vnius veri dei cultus permansit: cum eẽt annorum.cij.genuit arphasath videlicet biennio post diluuium. Cui etiaz nato annis.ccccc.superuixit.videlicet vsq; ad annos.l.natiuitatis Jacob.et sic annis.dcij.impletis mortuus est. Hunc hebrei autumant fuisse melchisedech regem salem.de quo dicetur infra post quinquagesimam & oẽs progenitos a Noe vsq; ad Aaron sacerdotes fuisse qui in conuiuijs & oblationibus populo benedicebant. & primogenita recipiebant.

¶ De sancto Arphaxat. Ca.xlviij.

Arphasath filius Sem anno etatis parentis.cij. genitus est videlicet anno etatis noe.ccccccij. Qui cum esset annorum.xxxv. genuit sale:quo nato supuixit ãnis.ccciij. videlicet vsq; ad annos.xlviij. natiuitatis abrahe. Et sic arphasath ãnorum.cccxxxviij. mortuus est.

¶ De sancto Sale. Capitulum. xlix.

Sale filius arphasath anno etatis patris xxxv.procreatus est:vt superius ɔtinetur: anno etatis noe.cccccccxxxvij. Hic eñ cũ esset annorum.xxx.genuit heber:quo nato superuixit annis.ccccij.videlicet vsq; ad annos.xvj.natiuitatis iacob. Et sic sale annorum.ccccxxxiij.mortuus est.

¶ De sancto Heber. Capitulum. l.

Heber filius Sale etatis parentis anno.xxx. natus est:vt dictum est anno.s. etatis Noe cccccclxvij.qui cũ esset annorum.xxxiiij.genuit faleth:quo nato supuixit ãnis.ccccxxx.s.vsq; ad ãnũ.lxxix.natiuitatis iacob. Et sic ipletis annis.cccclxiiij.mortuus est. Ab hoc heber hebreorum genus nomen accepit. Quidam vero dicunt ab abraham: vnde hebrei quasi abraei dicti sunt.

¶ De sancto faleth. Capl'm. lj.

Faleth filius heber etatis parentis ãnorum.xxxiiij ɔgenitus est:vt supius est pmissuz. ãno.s. etatis Noe.ccccccccj.qui cũ eẽt annorum.xxx. genuit Reu: cui nato supuixit annis.ccix. vsq; ad annũ.xlviij.natiuitatis abrahe. Et sic impletis annis.ccxxxix.mortuus est. Cuius tpe edificata est turris babel a nemroth pncipe filiorum cham & alijs ex filijs Sem & iaphet cõplicibus eius. Ita q̃ i ipso edificio de vnaquaq; gñatione oim trium filiorum noe aliqui ɔuenerũt. Et sic cũ eẽt sola vna lingua hebrea i.lxxij. linguas humanus sermo diuisus est hebrea lingua in sola familia heber remanẽte:q̃ in tali ɔspiratiõe nõ fuit. Diuiseq; sũt familie noe i trib9 ptib9 mũdi:filij Sem asiam: filij chã aphricam:filij vero iaphet europam regionẽ tenuerunt.

¶ De sancto Reu. Capl'm. lij.

sepulta sunt a christianis. Horum omnium martyrum passio colitur .iiij. calen. februarij.

¶ De sancto Sabiano martyre. Cap. xlij.

Sabianus martyr passus est in territorio trecassino sub aureliano imperatore: qui dum in partibus hispanie et gallie reside-ret: et ad trecas ciuitatem deuenisset. Sabianum detentum et christum predicantē decollari fecit. Ibiqȝ sepultus est. iiij. calē. februarij.

¶ De sancto Cyrillo episcopo alexandrino. Cap. xliij



Cirillus episcopus alexandrinus pro catholica fide preclarissimus extitit propugnator: variarumqȝ rerum tractatus edidit diuina et humana scientia pollens. Homelias multas composuit: que ad declamandum a grecis episcopis commendantur. Extare dicuntur et libri eius de synagoge defectu. Et aduersum hereticos precipue contra nestorium liber qui elegcos intitulatur: in quo nestorij occulta panduntur: et prodita confutantur. Itē ad nestoriū epistolas duas misit: in quibus illius damnauit errores. Itē ad Joannem episcopum antiochenum epistolas scripsit plures. Item thesaurorum libros. xxiiij. Contra iulianum imperatorem libros. viij. Super marcum libros. xij. Sup Joannem libros. xj. Item librū prosphoneticon ad theodosium imperatorem. Scripsisse et alia creditur: que adhuc ignorantur a nostris. Quieuit in pace sub theodosio seniore. iiij. calen. februarij.

¶ De sancto Cyrillo epō hierosolymi. Cap. xliiij.

Cirillus episcopus hierosolymorū sub theodosio primo imperatore episcopatum tenuit inconcessum: cuȝ prius sepe pulsus et receptus fuit. Huius tēpore beatus hieronymus ab vrbe roma digressus venit ad syriam: et a cyrillo episcopo locuȝ obtinuit iuxta bethleem oppidū monasterij construendi: vbi et sacre scripture libros transtulit de hebreo in grecam linguam pariter et latinam. Cuius et ipse episcopus amicissimus extitit: et perfecti episcopalis regiminis ab eo regulam sumpsit. Pluribusqȝ illum gratis visitauit epistolis: cui et hieronimus multa remisit. Hic quoqȝ corpus beati hieronymi sepeliuit: et in eius transitu felici mirabilem de illo visionem conspexit: vt dicit in eius legenda. ij. calen. octobr. Augustinus quoqȝ hipponen. epūs cyrillo epistolam misit: in qua ab eo instanter expetijt: vt miracula que apud bethleem per beatum monstrabantur hieronymum sibi transcriberet. Cum cyrillus epistolam plixā et facundo digestā stilo remisit: in qua sibi stupēda pdigia meritis almi doctoris osīsa narrauit. Plurima quoqȝ hui9 cyrilli extāt opuscula fidei nre mysteria redolētia grato lepore luculēta. claruit aūt sub honorio et theodosio iuniore.

¶ De sexagesima. Capl'm. xlv.



Sexagesima significat tps viduatiōis. Et incohat dnica in qua cantat Exurge dne et terminat l quarta feria post pascha. Instituta est aūt ppter redēptionē: et ppter significationē: et ppter represēntationem.

¶ Primo ppter redēptionē. Quia enim melchiades papa et siluester statuerūt vt bis l oī tpe sabbato comederet: ne ppter abstinentiā quā hoies sustinuerāt in. vj. feria in q oī tpe ieiunādū est: natura debilitaret. In redēptionē ergo sabbatoꝝ tpis qdragesime vnā septimanam addiderūt: et sexagesimam vocauerūt.

¶ Scdo ppter significationem: qz sexagesima designat tps viduitatis eccl'ie: qz fructus sexagesimus viduis debet sicut et centesimus virginib9: et trigesimus ꝯiugatis. Ideo et merorē illū assumit p absētia sponsi qui ad celū raptus est. In ꝯsolatiōe aūt illius p absētia sponsi: dant eccl'ie ale due. s. misericordie opeꝝ exercitatio: et decalogi adimpletio: que inuicē multiplicata ꝯstituūt. lx. vñ sexagesima sonat sexies decē: vt p. vj. intelligas opa misericordie. et p. x. decalogū.

¶ Tertio ppter represētationem. Nam sexagesima nō solū tps viduitatis significat: sȝ et nre redēptiōis repñtat. Nā p. x. intelligit hō qui ē decia drachma: eo q factus est: vt ruinā. ix. ordinū repararet: vt sit qsi decim9 ordo.

¶ Vel hō quātū ad creationē suam ꝯsideratā hȝ vniuersalr. x. potentias. Quia eñ homo hȝ aīam vegetatiuā sensitiuā et intellectiuā: vegetatiua hȝ potentiā nutriendi et gñandi. Et sensitiua hȝ potentiaȝ v. sensuū corporis. s. visus: auditus: gustus: odoratus et tactus. Et intellectiua hȝ potentiā rōnalē ꝯcupiscibileȝ et irascibilē q oēs sunt. x. potentie: merito creatio hoīs numero denario figurat. Insup quātū ad redēptioneȝ suā homo. vij. bñficijs redēptus est: que sunt incarnatio xpi peregrinatio: passio: resurrectio: ascensio: et spūssancti missio. Et sic sexagesima repñtat tps nre redēptionis.

¶ Protendit aūt sexagesima vsqȝ ad feriā quartā post pascha in q cantat: venite bñdicti &c. qz illi qui in opib9 misericordie se exercent audiēt illud: venite bñdicti &c. vt ipse xps testat: vbi tūc ianue sponse aperient et i amplexu sponsi fruet. In epl'a aūt admonet ad instar pauli vt tribulationeȝ de absētia sponsi patienter toleret. In euangelio vt seminationi bonoꝝ opeꝝ semp insistat. Et qz qsi desperās clamauerat. Circūdederūt me &c. Nunc quoqȝ rediēs ad se petit in officio in tribulationib9 adiuuari et ab ipis eripi dicēs. Exurge dne &c. Et ponit ibi triplex exurge. Quidā eñ sunt in eccl'ia q aduersus premunt: et nō deijciunt: quidā pmunt et deijciunt. qdā nec pmunt nec deijciūt: tñ qz aduersa nō tolerāt: piculū ē ne pspera ipsos frāgāt. Clamat ergo eccl'ie vt exurgat qtū ad pmos ipsos eripiēdo: qtuȝ ad scdos vt exurgat ipsos ꝯuertēdo: a qb9 vr faciē auertisse ipsos quodāmō repellēdo: qtū ad tertios vt exurgat ipsos i pspers adiuuādo et liberādo.

¶ Et qz l hebdomada sexagesime scde etatis tpe recolūt: merito scōꝝ patrū scde etat: imediate gesta supponunt eo q illoꝝ obit9 dies certi penit9 sūt ignoti.

¶ De sancto Noe patre. Capl'm. xlvj.



Noe pater vir iustus atqȝ pfect9 vt ex diuine scripture textu colligit: et ecclastici. xx. in catalo. scōꝝ inserit: fili9 lameth. anno. clxxxij. etatis patris pgenit9: et scde etatis pf pm9 ānoꝝ qngentoꝝ genuit tres filios: sem: chā iaphet. Multiplicatis ergo hoib9 sup terrā. vij. gñatōe trāsacta: filij dei. i. filij seth ceperūt legis naturalis et et patrū mādata pterire: malicia hoim excrescente. Nā filij seth filiab9 Caim ꝯtra mādatū ade ceperūt cōmisceri: et eaꝝ fornicationib9 abuti: ex quib9 gigantes pcreati sunt. Mulieres etiā in vesaniā verse supgresse viris turpem luxuriam exercebant. Masculi insup in alterutrū coeuntes nephandū scelus perpetrabant. His criminibus deus prouocatus decreuit diluuium mittere sup terram

terram: omnemq́ carnem delere: solo Noe cum eius familia reseruato: qui ex omnibus hominibus solus iust⁹ repertus est. Deditq́ hominibus spatium penitendi. cxx. annorum. Nam annis. xx. priusq́ arcam inciperet: mandauit ei: vt faceret arcam de lignis leuigatis l qua posset saluari semen vniuerse carnis super terrã ab aq̃s diluuij: quod sibi tunc deus facturum se esse predixit. Cuius arce structura: forma: atq́ mensura in historia scholastica expressius ponitur. Igitur annus. xx. post preceptum dei cepit Noe arcam fabricare: quã in ãnis cẽtũ perfecit cum filijs suis: in quo tempore filijs hominum penitentiam predicabat ⁊ futurum diluuium predicebat. Cuius sermones homines irridentes ad peiora se facinora conuertebant. ¶ Ergo cum Noe esset sexcentorum annorum cum tribus filijs suis et vxore sua ac tribus vxoribus filiorum suorum. de mandato dei arcam ingressus est: ⁊ ex cunctis animantibus mundis septena. de aiantibus vero immundis bina ad semen cõseruandũ sup terrã: dei voluntate ad Noe sponte venientia in arcam intromissa sunt. Factaq́ est pluuia super terram. xl. diebus ⁊ noctibus cõtinue. ⁊ aque maris ad naturalẽ situm excrescentes: omnem terram occupauerunt. Ita q̃ etiã super altissimos montes. xv. cubitis aqua sublimior fuit. ⁊ sic omnes homines ⁊ aĩalia necauit: sordesq́ aeris quousq́ ascenderant opa hominum expurgauit. Et vsq́ ad eum denique locum ignis iudicij dicitur ascensurus. Aque vero sic exaltate obtinuerunt terrã. cl. diebus ab ingressu noe ⁊ tunc paulatim ceperunt minui vsq́ ad mensem septimum: quo requieuit arca sup montes armenie. At vero noe ad explorandum: an adhuc terra appareret: emisit coruum ex arca: qui occupatus ingluuie cadauerum repertorum non est reuersus ad eum. Emisit quoq́ columbã post ipsum: que prima quidem vice non inueniens vbi requiesceret pes eius: reuersa est ad eũ in arcam. Sed iterum post dies septem emissa ad vesperum reuertitur: portãs ramũ oliue virentibus folijs in ore suo. Quo signo noe intellexit aquas super terram cessasse: ⁊ iam arbores apparere. Ad cautelã tamen post. vij. dies alios emisit tertio columbam: que vltra non est reuersa ad eum. ⁊ tunc noe cum eius familia ⁊ oĩbus aĩantibus de arca egressus est: eodem die quo fuerat ingressus anno videlicet reuoluto. Tunc quoq́ etate prima terminata scd̃a incepta est. ¶ Egressus ergo noe de arca ⁊ altari edificato: quasi pro pace ⁊ gratiarum actione obtulit sacrificium domino de cunctis aĩantibus mundis offerens septimum: vt sic de. vij. in arcam intromissis sex remanerent ea videlicet vtriusq́ sexus ad speciei multiplicationem sufficerent: propter quã cãm l dispari numero. vij. aiantia de qualibet mundorum specie in arcam imissa fuerunt. Et tunc dñs in noe ⁊ eius filios benedictionẽ quã prius adde dederat repetiuit: que cõsistit in tribus. s. in filiorum multiplicatione: in ceterorum aiantium subiectione: et in ciborum cõcessione. Nam cum prima etate solis terre fructibus vescerentur: carnium esus scd̃e etatis hominib⁹ cõcessus est. Et quia diluuium adhuc timebatur: et pro hoc Noe instanter dñm precabatur: pepigit deus cum eo securitatis fedus: in cuius signum posuit arcum pluuialem in nubibus: duos habentem colores principales in signũ duorum iudiciorum: ceruleum. s. exterius: qui ⁊ aquoseus et signum iudicij per aquã preteriti ne amplius timeatur: ⁊ rubeus interius qui ⁊ igneus est signũ iudicij per ignem futuri: vt expectetur. Post duos aũt annos noe plantauit vineam labruscas videlicet naturales p cultum ad vsum vinee trahẽtes. Bibensq́ vinũ: q̃z vim eius ignorans inebriatus est: ⁊ nudatus i tabernaculo dormiuit. Quẽ videns cham eius filius medius irrisit. Sem vero et Japhet imposito humeris pallio: auersis vultibus incedentes patris virilia cooperuerunt: propter quod noe ex vino euigilans cham ⁊ filio eius pro impudenti irrisione maledixit. Sem vero ⁊ iaphet p honesta verecundia quã de eo habuerant benedixit. Ab his tribus filijs Noe disseminatũ est omne genus hominũ: ex quibus texuntur. lxxij. generationes: que postmodum i lxxij. linguas diuise sunt: videlicet de Sem. xxvij. de chã xxx. de iaphet. xv. vnde ⁊ christus dñs sicut patres. xij. apostolos. xij. tribubus israel miserat: sic postmodum. lxxij. discipulos misit: qui totidem linguarum gentibus euangelium predicarẽt. Ex his etiam noe filijs adhuc ipo viuente iuxta philonem nati sunt quattuor milia ⁊. c. virorum exceptis paruulis ⁊ mulieribus: vixitq́ noe post diluuium annos. cccl. videlicet vsq́ ad. lviij. annum natiuitatis abrahe ⁊ mortuus annorum. xcv.

¶ De sancto Sem patre. Cap. xlvij.

Sem filius Noe primogenitus ãno. ccccc. patris natus: vt dictum est: in cuius semine vnius veri dei cultus permansit: cum eẽt annorum. cij. genuit arphasath videlicet biennio post diluuium. Cui etiã nato annis. ccccc. superuixit. videlicet vsq́ ad annos. l. natiuitatis Jacob. et sic annis. dcij. impletis mortuus est. Hunc hebrei autumant fuisse melchisedech regem salem. de quo dicetur infra post quinquagesimam ⁊ oẽs progenitos a Noe vsq́ ad Aaron sacerdotes fuisse qui in conuiuijs ⁊ oblationibus populo benedicebant. ⁊ primogenita recipiebant.

¶ De sancto Arphaxat. Ca. xlviij.

Arphasath filius Sem anno etatis parẽtis. cij. genitus est videlicet anno etatis noe. dcccccij. Qui cum esset annorum. xxxv. genuit sale: quo nato supuixit ãnis. cccij. videlicet vsq́ ad annos. xlviij. natiuitatis abrahe. Et sic arphasath ãnorum. cccxxxviij. mortuus est.

¶ De sancto Sale. Capitulum. xlix.

Sale filius arphasath anno etatis patris xxxv. procreatus est: vt superius cõtinetur: anno etatis noe. dccccxxxvij. Hic eñ cũ esset annorum. xxx. genuit heber: quo nato superuixit annis. cccciij. videlicet vsq́ ad annos. xvj. natiuitatis iacob. Et sic sale annorum. cccxxxiij. mortuus est.

¶ De sancto Heber. Capitulum. l.

Heber filius Sale etatis parentis anno. xxx. natus est: vt dictum est anno. s. etatis Noe dcccclxvij. qui cũ esset annorum. xxxiiij. genuit faleth: quo nato supuixit ãnis. ccccxxx. s. vsq́ ad ãnũ. lxxix. natiuitatis iacob. Et sic ipletis annis. cccclxiiij. mortuus est. Ab hoc heber hebreorum genus nomen accepit. Quidam vero dicunt ab abraham: vnde hebrei quasi abraei dicti sunt.

¶ De sancto Faleth. Capitm. lj.

Faleth filius heber etatis parentis ãnorum. xxxiiij pgenit⁹ est: vt supius est pmissũ. ãno. s. etatis Noe. dcccccj. qui cũ eẽt annorum. xxx. genuit Reu: cui nato supuixit annis. ccix. vsq́ ad annũ. xlviij. natiuitatis abrahe. Et sic impletis annis. ccxxxix. mortuus est. Cuius tpe edificata est turris babel a nemroth pncipe filiorum cham ⁊ alijs ex filijs Sem ⁊ iaphet cõplicib⁹ ei⁹. Ita q̃ i ipso edificio de vnaquaq́ gñatione oĩm trium filiorum noe aliqui cõuenerũt. Et sic cũ eẽt sola vna lingua hebrea i. lxxij. linguas human⁹ sermo diuisus est hebrea lingua in sola familia heber remanẽte: q̃ in tali cõspiratõe nõ fuit. Diuiseq́ sũt familie noe i trib⁹ ptib⁹ mũdi: filij Sem asiam: filij chã aphr. cam: filij vero iaphet europam regionẽ tenuerunt.

¶ De sancto Reu. Capitm. lij.



Eu qui et ragau filius faleth etatis patris anno .xxx. genitus vt dictum est anno videlicet Noe .cccccccccxxxj. Cum esset annorum .xxxij. genuit saruch. Quo progenito superuixit ãnis .ccvij. videlicet vsq ad annũ .lxxviij. nati abrahe. sicq reu decursis annis .ccxxxix. mortuus est.

¶ De sancto Saruch. Capitulum .liij.



Aruch filius reu natus est anno etatis patris .xxxij. vt dictũ est. videlicet ãno etatis Noe cccccccclxij. Qui cum esset annorum .xxx. genuit nachor. Quo nato superuixit annis .cc. videlicet vsq ad annum vnum post natum Isaac. Et sic saruch annorum .ccxxx. mortuus est.

¶ De sancto Nachor. Capitulum .liiij.



Achor filius saruch natus est anno etatis patris .xxx. vt dictum est: videlicet ãno etatis Noe .cccccccclxij. Qui cum esset annorum xxix. genuit thare. Cuiq nato supuixit annis .cxix. videlicet vsq ad annos .xlix. natiuitatis abrahe. Et sic nachor ãnorum .cxlviij. mortuus est.

¶ De sancto Thare. Capitulum .lv.



Hare filius nachor anno etatis patris .xxix natus est vt superius dictum est anno videlicet Noe .cccccccccxxxj. Qui annorum .lxx. genuit tres filios: videlicet abram q et abrahã de quo suo loco dicetur: ⁊ nachor atq aram. Post quorum natiuitatem superuixit annis .cxxxv. videlicet vsq ad annos .xxxv. natiuitatis Isaac. Et sic thare annorum .ccv. mortuus est. Habitauit autem thare in ciuitate chaldee: que vocatur vr: vbi interfecto filio eius aram a chaldeis: vt statim dicet. Thare moleste ferens nec valẽs sustinere iniurias qs sibi faciebãt: eo q ignẽ nollet colere quem chaldei colebant: tulit omnem suaz familiam filios videlicet ⁊ nepotes: et egressus inde de terra natiuitatis sue habitauit peregrinus in mesopotamia in ciuitate que dicitur aram siue charram: vbi et mortuus est.

¶ De sancto Aram. Capitulum .lvj.



Ram filius thare ⁊ frater abre in terra chaldeorum genuit filium nomine loth ⁊ duas filias: quarum vna vocata est melcha ⁊ alia sarai. Cum autẽ chaldei ignẽ adorarẽt: ⁊ abraham atq arã filios thare ad colendum ignem compellerent: illiq vtpote veri dei cultores recusarent: proiecerunt eos chaldei in ignez. Et arã ibi expirante. Abram dei auxilio de flamma liberatus est vt tradũt hebrei vnde dicitur. Ego sum qui te eduxi de vr: chaldeorum: quia chaldei vr ignem appellabant: vñ et aram inter veteris testamenti martyres ascribitur: qui pro veri dei cultus religione occisus est. Tunc thare pater eius dedit melcha filiam aram in vxorem nachor filio suo et sarai alteram eiusdem filiam dedit in coniugẽ abre alteri filio suo. Et quia sarai sterilis erat abram adoptauit loth filium aram fratris sui ⁊ fratrem sarai l filium. Cum quibus omnibus thare egressus de terra chaldeorum habitauit in aram vt superius dictum est Hec omnia de libro gen. a .c. vj. vsq ad .xij. et ex chronicis Josephi Hieronymi ⁊ methodij atq ex historia scholastica colliguntur.

¶ De sancto Geminiano episcopo. Cap. lvij.





Eminianus episcopus nobilibus parentibus mutine oriundus tempore iouiani imperatoris claruit. Qui ab annis puerilibus litterarum scientia eruditus sanctisq virtutibus insignitus: templũ corporis sui christo domino dedicauit. clericaleq adeptus officium: se totum dei seruitio subegit: donec gradatim ab episcopo mutinensi. antonio diaconatus ordinẽ promeruit. Post cuius transitum a populo in episcopum eligitur: ⁊ ex humilitate refugiens ⁊ latitans: tandem repertus producitur: ⁊ instante patricio ac populo mutinensi. ab archiepiscopo rauẽnate in epm consecratur. Reuersus ergo Geminianus ad vrbem propriam in sancta religione domino seruiebat: ⁊ commissum sibi gregem verbo ⁊ opere resouebat multisq miraculis coruscabat. Dum autez quadam nocte in ecclesia sancti petri oraret: ⁊ necessitate naturali cõpulsus exiret: diabolus eum terrere volens sibi apparuit: quã sanctus edito signo cruc' effugauit. Cui demon in aere cominatus est: q modum inueniret vnde sibi molestiam ingereret. ¶ Post modicum tẽporis filia imperatoris iouiani apud constantinopolim a demonio vexabatur: clamante immundo spiritu p os puelle: nunq se egressurum de corpore illo: nisi p̃sente episcopo Geminiano. Quem imperator hec audiens per nuncios vbiq requiri fecit: eumq tandem citra mare adriaticum habitare comperuit. Ad quem imperatoris nuncij venientes: itineris causam exponunt: ⁊ vt ad filiam principis liberãdam venire, dignetur instanter deposcunt. Quos sanctus se vsq ad littus maris pire mandauit: ⁊ ad vrbem veniens ciues suos in domino confortauit: eisq benedicens abijt: ⁊ veniens ad littus maris imperatoris nũcios se prestolantes inuenit. Ascendentes ergo nauim ⁊ constantinopolim nauigantes: exorta subito tẽpestate valida nauis conquassat: mare pcellosum cunctis interitũ cõminat. Geminianus xpo dormitans: a nautis excitatur. Qui surgens orationẽ ad dñm fudit: moxq tẽpestatẽ sedauit: ventoq flante p̃spero cõstantinopolim vsq deuenit: vbi ab imperatore honorifice susceptus filiam eius cõfestim a demonio liberauit: multosq languẽtes ab infirmitatibus diuersis curauit. Cui imperator textum euangeliorum auro ornatum: ⁊ calicem gẽmatũ ac pallium p̃ciosum obtulit: ⁊ ipsius benedictione pcepta magno illũ cum honore ad ppria remisit. ¶ Postq aũt ad ecclesiam suã reuersus esset: ⁊ ab attila hunorum rege italia vastaret: dum ad ciuitatẽ mutine attila deuenisset: occurrit sibi eps: ⁊ ab eo qs eẽt interrogatus: se seruũ dei fore pfessus est. Cui cum attila respondisset: se esse flagellũ dei: qui seruos dei merito flagellaret: eps l xpo cõfisus: ianuas ciuitatis huius apiri iussit: offerẽs se et eius ppso paratũ recipe: quicqd illi dñs facere pmisisset Qui ab vna porta vsq ad aliã p mediam ciuitatẽ trãseũtes vti p campestria discurrerũt: tali adeo cecitate percussi: vt

cussi:vt sine alicuius lesione egrederentur vacui ꝛ ꝯfusi
vrbis quidem plateas ꝛ vicos ꝑcurrentes:domos ꝟo vl'
nienia nimirum ꝯspicientes. His ꝛ alijs clarus miracu
lis vir sanctus ad dñm celesti voce vocatus infirmitate
per dies plures corripit̃:ꝛ ad extrema veniens spũs ei⁹
ab angelis in pace suscẽ.pit̃. ¶ Dum igit̃ ei⁹ exequie ce-
lebrarentur:beatus seuerus archiepũs rauennas eadem
hora missam celebrans: legente subdiacono eplam i spi
ritu rapitur:ꝛ cõpleta lectione post moram aliquã a mi
nistris excitat̃. Qui erectus ministros qui se excitaue-
rant redarguit:dicens se exequijs fratris eius gemina
ni epi nuper defuncti interfuisse:ꝛ eius aiam dño com-
mẽdasse:ac corpus in tumulo collocasse:ꝛ cũ bñdictiõez
vellet dare pplo excitatum fuisse. Qui diem notantes ꝛ
horam:mutinam miserunt:ꝛ omnia vt seuerus dixerat:
ibidem re vera contigisse inuenerunt. ¶ Ad cuius tu-
mulum multa miracula deus ostendere dignatus est.
Cui successit theodolus quidam ambrosij discipulus:q̃
supra sancti tumulum eccliam edificauit. Ad quã dum
die eius anniuersarij festi mutinen̄.ppl's ꝯuenisset:subi
to fluuio inundante adeo aqua excreuit:vt ciuitatẽ to-
tam ꝛ domos occuparet:ꝛ vsqꝫ ad eccle superiores fene
stras excresceret. Que tñ diuino miraculo per ianuas
vel fenestras eccle minime introibat:sed quasi murus
solidus in seipsa persistebat. Et cum populus siti afflu-
geretur inclusus ad ianuas venientes aquã hauriebãt:
ꝛ ex ea potum sumebant. Que hauriri quidem vt aqua
poterat:sed defluere vt aqua nequibat. Quieuit autem
sanctus in christo.ij.calen.februarij.

¶ De sancto Mattheo episcopo. Capitulum.lviij.

Attheus episcopus hierosolymorũ sanctis-
simus fuit:de quo mira et plena fide gesta
narrantur:qui multa pro christo perpessus
omnibqꝫ vite sanctitate preclarus:vltimo in
pace vitã finiuit.ij.calen.febr̃ vt dicit ado.

¶ De sancta Bathylde regina. Cap. lix.

Athyldis regina mater lotharij imperato-
ris corbeie ꝛ calam monasteria ꝯstruxit. Fuit
autem de clara ꝓsapia saxonum:vita ꝛ san-
ctitate conspicua. Hec die quadam de ciui-
tate egressa:dum iuxta littus maris spatia-
retur:a transmarinis saracenis rapta ꝛ ad syrie ptes de
latum est. Et post aliquod tempus ab hercanoaldo gu
bernatore palatij imperialis precio redempta: ab eodẽ
in franciam reducta est. Cum autem vxor hercanoaldi
defuncta esset:ꝛ ille bathyldem in coniugem assumere
vellet:illaqꝫ nubere recusaret:in despecto habitu occul
te fugam arripuit:ꝛ aliquibus annis i heremo latitauit
processu ꝟo temporis reperta ꝛ que esset agnita: a rege
francorum dagoberto vxore carente ob elegantem eius
pulchritudinem in sponsam deducta est. Que tpe oppor
tuno cognoscens per manus genesij abbatis multas
elemosynas latẽter fecit:ꝛ pestem simoniacam rege ad
eius instantiam id agente de gallia extirpauit. Orta ãt
seditione inter francoꝝ reges ꝛ rege clodoueo ꝓpter se-
ditionem interfecto:ipsa in monasterio calam regionis
habitum sumpsit:ꝛ multa humilitate deo seruire cepit
Nam sicut vna ex minimis feminis ipsius cenobij obli
ta generositatis hebdomadam suam in mense ꝛ coqui-
ne ꝛ ceterorum vilioribus officijs adimplebat. Ubi post
laudabilia sanctitatis opera in pace quieuit.iij.calen.
februarij.

¶ De sancto Hippolito martyre. Cap.lx.

Ippolitus martyr apud antiochiam passus
est. Qui primo quidem nouati schismate er
roneo aliquantulum deceptus extitit. Dein
de christi gratia operãte ad charitatez eccle
redijt. Pro qua ꝛ in q̃tãdẽ illustre martyriũ
consummauit.v.calen.februarij. Hec hieronym⁹ in mar
tyrologio suo.

¶ De translatione sancti Marci euan
geliste. Cap.lxj.



Ranslatio corporis sancti marci de vrbe ale-
xandria ad ciuitatem venetiarum facta est tẽ
pore leonis imperatoris ꝛ iustiniani venetoꝝ
ducis anno domini.cccclxv. Nam postq̃ sa-
raceni vniuersam egyptum ꝛ alexandriã inua
sissent leo imperator omnibus imperij fidelibus iussit vt
nullus negocij causa ad terram egypti pertingeret. Qd
iustinianus dux pena vitez ꝛ confiscatione bonorũ a suis
obseruari mandauit. Eodem tempore naues decem ve-
netorum ad partes alias nauigantes flante cõtrario vẽ
to inuitis omnibus alexandriam ducte sunt. In quibus
erant plures venetorum nobiles. Inter quos erant duo
clarissimi. Bonus tribunus methemauchen̄.ꝛ rusticus
torcellẽsis. Hi duo deuotionis causa ecclesiã beati mar-
ci in littore positam:vbi ꝛ ipsius corpus iacebat visitare
ceperunt:ꝛ iam de eo quod postmodum contigit:diuini
tus inspirati:cum staurano monachoꝛ theodoro presby
tero ipsius ecclesie custodibus:speciales amicitias con-
traxerunt:ꝛ cum ambo ex grecorum essent genere:theo-
dorum presbyterum vxorem habente ac filios:bonus tri
bunus sibi compatrez fecerat. In illis diebus regulus q̃
dam saracenorum babylonie palatium cõstruens:tabu-
las marmoreas etiam de ecclesijs subreptas in suo edifi
cio componebat: ꝓpter quod multum xpiani in partib⁹
illis erant afflicti. Potissime autem custodes eccle san
cti marci dubitantes ne ecclesie sue fieret quod alijs plu
ribus iam fiebat:vnde occasione accepta nobiles veneti
custodes illos iam sibi amicissimos secretius alloquun-
tur:ꝑsecutiones paganoꝝ declinare suadẽtꝫ vt corp⁹ san
cti marci accipiãt:secũqꝫ ꝑgẽtes venetias muneribus ꝛ ho
noribus ditãdi:instãtius exhortant̃. Qd illi q̃dẽ ꝑmore-
nus egre ferẽtes omnio facere denegarũt. Deinde vero su
per hmõi tractantes adinuicẽ paulatim ad cõsensum in
clinari ceperunt. Interea cõtingit q custos quiusdam ec
clesie alexandrine:tabulã marmoreã elegãtẽ cõfregerat:
ne a ministris illius reguli tolleret̃ ꝓpter qd ab eis vsqꝫ
ad mortẽ fuerat flagellat⁹. Iunctes ergo staurati⁹ ꝛ theo
dorus pari similia:venetis assensum secreto colloquio pre
buerũt:ꝛ diẽ in q̃ corp⁹ subripi debeat statuerũt. Quo ad
ueniẽte eccliam introgressi:sepulturã latẽter aperiũt q̃
erat marmorea habẽs inclaustrat⁹ ꝑ latera ꝑ quas desu
per erat inducta. Corpus aũt iacebat supinũ chlamide
syrica circũdatũ:habẽs a capite vsqꝫ ad pedes sigilla ipo
sita ꝑ loca qb⁹ ora chlamidis desuꝑ iũgebant̃:vertentes
igit̃ corp⁹ a dorso sciderũt chlamidẽ vt salua signacula re
manerẽt ꝛ corp⁹ scẽ claudie qd erat in ꝑmo tumulatũ:
in loco bti marci reposuerũt sibi mõ supinum ꝛ chlamide
circũdarũt vt si forte qs corpus sci marci sublatũ diceret
chlamidis signa integra falsum ostẽderẽt. Tota aũt ci-

uitate nimia fragrantia odoris respersa: dubitantes ali
qui ne corpus sancti marci ablatum esset ad ecclesiam
conuenerunt: ⁊ aperto tumulo corpus inuolutum chla-
mide sigillis saluis viderunt: ⁊ corpus sancti marci putā
tes ad ꝓpria redierunt. Tollentes ergo corpus veneti in
sportam miserunt: ⁊ ex folijs olerum operuerunt: ac de-
super carnes porcinas posuerūt: qđ dū saraceni dilatāte
te vidissent porcinas carnes quas abominantur existi-
mantes cancar .ad est porcus exclamabant: ⁊ expuentes
elongabantur: venientes ergo veneti ad nauem abscon-
derunt corpus in pannis velorum: ne si nauim scutaren-
tur ab alexandrinis inueniretur. ¶ Hic ergo statuta re
cesserunt. Et stauratius quidem monachus occulte cū
illis abscessit. Theodorus vero presbyter timens plebez
in littore stantem remansit: habens iam omnia sua na-
ui imposita: cum quibus etiam venit quidam dominicꝰ
monachus comacleñ. qui terram sanctam lustratus re-
patriabat. Recedentes autem ab alexandria: corpus de
velis ablatum in nauis solario accensis luminaribꝰ ho-
norifice collocarunt. ¶ Cum die quadam naues omnes
vento ꝓspero ducerentur: naute nauis in qua corpus ia
cebat: ceterisqꝫ facta fuerant aliarum nauium enarra-
rent: quidam ex altera naui irridens dicebat ꝙ forte ali
cuius egyptij corpus eis traditum fuerat: quod illi san-
cti marci asserebant: cōfestimqꝫ nauis vbi erat corpꝰ euā
geliste tanta celeritate se vertit quanta nullus hominuz
eam vertere potuisset: insurgensqꝫ aduersus nauem in q̄
vir ille erat partem lateris eius fregit: nec inde discessit
donec omnes confiterentur beatum marcum ibidem ia
cere. Et dum quidam ex nautis nauis beati Marci ob-
stinatus corpus ibidem sacrum iacere negaret a dyabo-
lo obsessus tandiu vexatur: ꝙdiu beati euangeliste cor-
pus confitens ⁊ penitens eius meritis liberatur. Dein-
de cum nocte quadam tempestas adesset nauesqꝫ velifi-
cantes velocissime ducerentur: nauteqꝫ nescirent quo ꝑ
gerēt: beatus marcus dominico monacho in somnis ap
paruit eiqꝫ iussit: vt diceret nautis quatenus velociter
vela deponerent: quoniam terra non longe esset. Qui cū
iussa narrasset: velis depositis: facta aurorā apparuit in
sula ⁊ scroalis: cunctiqꝫ beato euangeliste gratias agunt.
Et cum illi factum prouintibus occultarent: quocunqꝫ ꝑ
ueniebant ciuitatum ⁊ locorum populi eisdem occurre-
bant dicente sibi reuelatum a domino ꝙ corpus sancti
marci deferrent: ⁊ adorato corpore munera offerebant.
Venientes itaqꝫ ad humachum ciuitatem histrie: iusti
niano duci omnia gesta intimarunt offerentes sibi cor-
pus sanctissimū si eis indulgere vellet: eo qđ inuiti trās-
gressi fuerant eius mādatū. Quibus dux clemēter remi
sit: ⁊ vt filios cū honore suscepit. Et cū viso ep̄o ⁊ pplo ad
portū nauibꝰ occurrit: corpusqꝫ sanctū digna veneratio-
ne suscepit: ⁊ donec ecclia fabricaret ip̄m in ꝓprio pala-
tio collocauit. Dū aūt corpus ꝑ scalas portaret palatij:
aliqñ a gestātibus sentiebat ⁊ vt onus grauissimū ⁊ īporta
bile: aliqñ vero agillimū atqꝫ leue. Ordinauit aūt dux cle
ricos ⁊ cātatores q̄ corpꝰ sanctū cōtinue custodirent ⁊ di-
uinis laudibus honorarēt. Inter quos stauratius mona
chus primꝰ erat. Sequēti vero anno theodorꝰ p̄sbyter ve-
netias venit: ⁊ digne honoratꝰ fuit. Cū aūt iustinianꝰ dux
ecclesiam btō euāgeliste fabricare disponeret: morte pre
uētus est. Qđ germanus eius ioannes ducatū suscipiēs
deuote adimplere curauit: cōstructaqꝫ solēni ecclia: cor-
pus sacrū ibidē digna veneratiōe recōdidit. Cuius trans
latio celebratur .ij. calen. febr. quo die corpus sanctum ve
netias delatum peruenit.

¶ De sctō Metrano martyre. Cap. lxij.

Metranus martyr apud alexandriā passus est
Quo volēte impia verba ꝓferre ad iussionem
paganorꝫ corpꝰ eius fustibꝰ colliserunt vul
tūqꝫ ipsius ⁊ oculos acutis calamis terebrātes extra vr-
bem cum cruciatibus expulerunt. Ibiqꝫ spiritū qui in
eo superat lapidibus eiecerunt. .y. calē. febrúa. hec hie
ronymus in martyrlogio suo.

¶ De sanctis Cyro ⁊ Joanne et marty. Cap. lxiij.

Cyrus ⁊ Joannes martyres rome martyrium
passi sunt. Quo tamen tp̄e aut sub quo iu
dice: seu quibus tormentis afflicti fuerint
aut exanimati in martyrlogio non exp̄mit
nec alicubi scriptum inueni: nisi ꝙ ecclia
romana eorum festum .ij. calen. febr. reco-
lit: ⁊ in calendarijs ascribit.

¶ De sctō Ignatio ep̄o ⁊ martyre. Cap. lxiiij.

Ignatius ep̄s antiochenus ⁊ martyr disci-
pulus ioannis euangeliste fuit: q̄ tertius
post beatū petrum apostolum antiochie
pontificatū tenuit. Hic btē virgini valde
dilectus: eidē adhuc in carne existenti de-
uotā ep̄lam scripsit: ⁊ ab ea respōsionē eiꝰ
sanctis manibus scriptā obtinuit. Hic vt in tripartita
legit: audiuit angelos cātātes antiphonas sup montez
quendā. Et extunc instituit antiphonas in ecclia decan
tari: ⁊ psalmos scdm antiphonas intonari. Cū aūt ꝓ pa
ce ecclesie exoraret: nō sui sed infirmorꝫ ꝑiculū metuens
traiano imꝑatori deuictoria redeūti ⁊ xp̄ianis mortē cōmi
nāti occurrit: ⁊ libere se xp̄ianū eē dixit. Quē traianꝰ fer
ro vinctū decē militibus tradidit: ⁊ romā adduci ꝑcepit:
cōminatus eidē ꝙ traderet bestijs deuorādꝰ. Qui ad om
nes ecclias ep̄las destinabat: ⁊ eos in fide xp̄i cōfortabat
Cū aūt romā adductus fuisset: ⁊ dudū a traiano suasus
dijs sacrificare renuisset: plūbatis primo in scapulis du-
rissime cedit: deinde vngulis laceribꝰ laniat ⁊ duris lapi
dibus eius vulnera cōfricant. Et cū in his oībus immobi-
lis ꝑmāsisset: fecit eū imꝑator nudis pedibꝰ sup accēsos
carbones ambulare. Et cū illesus extitisset: ⁊ hec traia-
nus arti magice deputaret: dorsuz eius iussit vncinis fer
reis lacerari vsqꝫ ad ossium denudationē: deinde plagas
eius sale ꝑfundi. Sicqꝫ dudū cruciatū ⁊ patiētissime sup
plicia tolerātē vinculis ferreis in cippo fecit alligari ⁊ in
imo carceris tenebrosi fame ⁊ siti ꝑ triduū cruciari ⁊ post
triduū decreuit deuorādū bestijs subijci. Tertio igit die
imꝑator ⁊ senatus oīsqꝫ populus cōuenerūt videre ep̄z an
tiochenū cū bestijs pugnaturꝫ. Cui imperator expositos
duos leones ferocissimos laxari ꝑcepit. Quos ille ꝓuoca
bat: vt ad se deuorandū accederēt: mirātibꝰ cunctis ⁊ ipo
imꝑatore cōstātiā viri. Accurrentes ergo duo seui leones
ip̄m tantū mō ꝓfocauerūt: carnes aūt eius q̄uis fameli
ci nullatenus tetigerūt. Traianus aūt hoc vidēs admi-
ratus discessit: ꝑcipiēs vt nō ꝓhiberet: si q̄s vellet tollere
corpus eius. Qđ xp̄iani auferētes honorifice cōdiderunt
Cū aūt traianus quasdā litteras a ꝓfecto orietis recepis
set: in q̄bꝰ christianos quos imꝑator occidi iusserat plu
rimū cōmēdabat: doluit de his q̄ ignatio intulerat ⁊ pre
cepit: vt nullus christianus de cetero inq̄reret si quis tñ
occurreret: puniret. Legit quoqꝫ cū beatus ignatiꝰ inter
tot tormenta nūq̄ ab inuocatione noīs iesu christi cessa
ret: ⁊ tortores req̄rerēt: cur hoc nomē totiēs replicaret.
Respōdit ipsum nomē se cordi inscriptū habere ⁊ ideo ab
eius inuocatione cessare nō posse. Post cuius mortē qui
dā q̄ hoc audierāt curiosius experiri volētes: cor eiꝰ a cor
pore euellunt: ⁊ illud scindentes ꝑ mediū litteris aureis
scriptū inuenerunt: iesus christus: quo viso miraculo plu
rimi crediderūt. Passus est aūt calen. febr. xj. traiani an
no. Hic quattuor scripsit epistolas in fide exhortatorias
Ad ephesios primam. Ad magnesianos secundam. Ad
traocē. tertiam. Ad romanos quartam. Quas scripsit
apud smyrnam dum romā vinctus duceretur. Inde dis-
cedens scripsit ad philadelphenos aliam: ⁊ vltimam ad
smyrneos


smyrneos ⁊ precipue ad policarpum smyrne episcopum vbi de resurrectione domini elegans perhibet testimonium. hec hieronymus de viris illustribus.

¶ De sancto seuero epo. Cap.lxv.




Seuerus episcopus rauenne ciuitatis decimustertius a sancto apollinare claruit qui ex eadem ciuitate obscure natus pauperem vitam labore manuum deducens cum vxore vincentia ⁊ filia innocētia lanificij opere sumptus quotidianos carpebat. Cum autem ex consuetudine omnes episcopi rauennates per columbaz celestem ad sacerdotium eligerentur. ⁊ iam duodeciz post sanctum apollinarē eo modo electi fuissent. ⁊ ad tantuz miraculum multi confluerent. contingit rauennatez ecclesiam pastore proprio viduari. Et cum multi episcoporum finitimi conuenirent ad orationem non ad electionem faciendaz. multitudoq populi: vt dictū est ad hoc concurrisset. seuerus vxori licentiam petijt ad ecclesiaz eundi. ⁊ columbe miraculum spectandi. vxor vero ipsum redarguens respondebat q̄ talis visio ad eum non pertinebat. sed potius ad laborem sederet ⁊ ocio nō vacaret Siue enim iret. siue non iret. ipsum episcopum non eligerent. Cum autem seuerus inportune instaret: vincentia quasi ironice eidem vt iret prophetauit. q: qua hora illuc perueniret episcopus fieret. Veniēs ergo seuerus ad ecclesiam ⁊ sordidis indutus. inter ceteros apparere non audens: post valuas ecclesie latitabat. et colūbe aduentum cū ceteris expectabat. Que oratione episcoporum completa per fenestram solitam ingrediens: ⁊ ecclesiam circumuolans super caput seueri latitantis resedit. Qui dum territus eam a se repelleret: ⁊ illa iterum diudū per aera volitasset iterum ad seuerum redijt et in eius vertice resedit acq requieuit. Qui statiz ab episcopis ⁊ populo electus q̄uis renitens in cathedra collocatur ⁊ episcopus consecratur. Et dum esset idiota ⁊ litterarum ignarus: diuina inspiratione exemplo apostolorum sacris litteris repente imbutus non solum diuina misteria ⁊ pontificis officia exercebat: sed etiam pr[illegible]icator factus. populum suuz salutifero sermone docebat. adeo vt cunctis in miraculū procederet q̄ lanifex ⁊ idiota tā subita mutatiōe doctor exini⁹ fact⁹ esset. Qui vite sue sanctitate multis exemplo proficiebat: ⁊ plurimis miraculis coruscabat. ¶ Hic per spiritum raptus dū missam celebraret exequijs sancti geminiani episcopi mutinen. interfuit: eiusq corpus more pontificuz tumulauit: ⁊ rediens ad corpus missam compleuit: vt dictū est plenius superius in legenda sancti Geminiani .iij. calen. februarij. ¶ Hic etiam sanctum heracleanuz pisaurien. episcopum enutriuit. ⁊ ad pontificatū ipsius vrbis promouit: vxorem quoq eius vincentiam defunctā in proprio tumulo sepeliuit. Post aliquod tēpus dum filia ei⁹ innocentia virgo diem implesset extremum: ⁊ eiusdē seuerus exequias celebrasset: corpusq filie iuxta matrē ponere decreuisset: aperto sepulchro apparuit locus in tantum exiguus q̄ corpus filie ibidem nullatenus poterat collocari. Tunc eps ad locum accessit ⁊ vxori vt locuz daret filie mandauit. Et cōtinuo corp⁹ vincentie quod erat supinum in latus secessit ⁊ innocentie filie locum dimisit. Que ibidem cunctis stupentibus iuxta matrem deposita est. ¶ Cum autem seuerus iam senio confect⁹ obitum suum sibi a domino reuelatum presciuisset populū ad ecclesiam conuocauit: ⁊ diuinis mysterijs celebratis glorioso sermone plebem suam in domino confortauit. Et deinde sibi sepulchrum coniugis et filie aperiri fecit. Ac inter ipsa duo corpora se medium ponens cunctisq vale faciens inter verba orationis in christo feliciter obdormiuit calē. februarij. vbi clauso mausoleo sepultus iacet: miraculis ⁊ virtutibus pollens: ecclesia processu temporis eius nomini dedicata.

¶ De sancto Seuero presbytero et martyre. Cap.lxvj.



Seuerus p̄sbyter ⁊ martyr rauēne ortus ⁊ nutritus ab infantia deum timēs miraculis clarere cepit. Inter q̄ cuiusdam cui[illegible] annorum decrepitum senio visu p̄uatū illuminauit: veniens aūt ad vrbez romā adhuc iuuenis in valle interocrina ecclesiaz in honore dei genitricis edificauit. In qua ⁊ p̄sbyter ordinatus deo multis annis deuote seruiuit ⁊ pauperibus sedule ministrauit. ¶ Cū autem quidam paterfamilias in extremis laborans eū ad seuocari fecisset: vt sibi cōfiteref: ⁊ ille in putanda vinea laboraret: nūcijsq vt se antecederent respondisset: ⁊ post hec aliquātulū venire distulisset: veniēs ad egrotū repperit iam eū esse defunctū. Quod ille cernens contremuit magnisq vocibus se interfectorē illius clamare cepit. Cūq vehementissime iuxta corpus defleret: ⁊ in terram caput cōtunderet: repente q̄ defunctus fuerat animā recepit. Et admirantibus cunctis vbi fuerit vel quomodo reuixerit interrogaf. Qui respondit q̄ a tetris hominibus flammas naribus ⁊ ore vomentibus p loca obscura ducebaf: sed a pulcherrimis iuuenibus eisdem tetris occurrentibus ereptus est: q̄ dixerunt q̄ oportebat euz ad corpus reduci: qr eum dominus seueri lachrymis condonasset. Cui sanctus p̄sbyter penitentiam salutarē imposuit: ⁊ ipsa peracta vir ille post dies .vij. iterū obdormiuit. Hec grego. p̄mo dialo. ca. vltimo. Post hec maximian⁹ imperator audita fama seueri eū comp̄hendi fecit ⁊ sacrificare nolentem in predicta valle decollari mandauit. Cuius animam duo angeli in specie columbaꝝ visi sunt ad celum deferre. Corpus autem eius apud vrbem veterem conditum est. Passus est autem calen. februarij.

¶ De sancto Seuero presbytero ⁊ confessore. Cap.lxvij.



Seuerus p̄sbyter ⁊ confessor cognomento sulpitius prouincie aquitanie vir genere ⁊ litteratura nobilis epistolas ad dei amorem ⁊ mundi contemptū exhortatorias scripsit sorori sue multas: q̄ note sibi esse dicunf. Ad paulinū nolanuz epz scripsit duas: s; ad alios plurimas q̄ non vulgantur: qr familiaris necessitatis rem continēt. Chronicam etiam composuisse dicitur Beati martini vitaz signis ⁊ miraculis illustrem exarauit. Post humanis galli collationem ante se habitam ⁊ dialogorum libros tres. fuit autez discipulus beati martini eiusq sanctorum operuz imitator sub maiore theodosio. Quieuit cum pace in domino. Hec gēnadius de viris illustribus

¶ De sancto Pionio martyre. Cap.lxviij.

[P]Jonius martyr: vt habetur quarto libro ecclesiastice hystorie tempore antonini imperatoris: inter ceteros qui veri martyres extiterunt famosissimus fertur: qui docens ⁊ exhortans populum: ⁊ in ipsis tribunalibus disputans: eos qui in persecutione titubabant viriliter hortans: post squalorem carceris vbi etiam multos fratrum ad tolerantiam martyrij suis exhortationibus roborauit: cruciatibus multis vexatus est deinde clauis confixus ⁊ candenti rogo superpositus beatum finem vite sortitus est. Cum quo ⁊ alij .xv. simili pena passi sunt calendas februarij.

¶ De sancta Brigida virgine. Cap. lxix.

[B]Rigida virgo claruit apud scotiam tempore primi iustini imperatoris. Que christianis ⁊ claris parentibus orta: a pueritia sanctitatis operibus dedita: etiam miraculorum gloria choruscauit. Hec dum a matre mitteretur ad butyrum ex lacte vaccarum congregandum: put ⁊ alie puelle a parentibus mittebantur: ⁊ illa totum quod collegerat: pauperibus erogasset: tempore exquisito super omnes alias iuuenculas cooperarias suas butyrum apportauit. ¶ Dum autem eam parentes nuptui tradere vellent: ⁊ ipsa pudicitiam elegisset: postquam in manibus episcopi coram deo virginitatem professa est: lignum altaris tetigit: quod in testimonium eius sanctitatis statim viride factum est: sicque manens vsque in presens. Quo viso miraculo stupefacti parentes eam domino commendarunt. ¶ Cum autem die quadam messores eius segetes in agro colligerent: ⁊ pluuia maxima erumperet: a messoribus suis imbrem sedauit: circunstantibusque agris pluuia madefactis sola huius area sicca permansit. ¶ Die quadam cum oues pasceret imbre cadente pannis perfusa domum rediit. Et vestes madefactas super solis radium qui per rimas intrabat siccandas extendit: que quasi in solida pertica diuinitus permanserunt. ¶ Aquam in ceruisiam ⁊ lapidem in salem conuertit: ⁊ a natiuitate cecum illuminauit. ¶ Aprum inueniens qui ad oues comedendas venerat: in christi nomine adeo mansuefecit: vt cum ouibus perpetuo quasi aries moraretur: cum eis deinceps ad pastum egrediens domumque ipsas vt custos reducens. Dum nouem viri in mortem vnius conspirassent: ⁊ eos virgo christi ab intento pessimo reuocare non posset: orauit ad dominum: vt nequam illorum voto resisteret. Egressis autem illis apparuit ymago quedam quasi illius hominis occidendi: quam illi gladijs percutientes: hominemque peremisse putantes leti reuersi sunt. Sed dum quod illis contigerat cognouerunt: compuncti ad pedes virginis preciderunt: ⁊ penitentiam egerunt. Sicque sancta virgo multis clarens virtutibus quieuit in pace calendis februarij.

¶ De sancto Effron dyacono. Cap. lxx.

[E]ffron edessene ecclesie dyaconus doctor eximius heremiticam vitam ducens nulla necessitate de cella discessit lectioni ⁊ scripture atque orationi semper intentus: qui ad se venientes salutari doctrina reficiebat: ⁊ libros ⁊ opuscula cyro sermone conscribebat. Hic est qui basilium cesariensem episcopum in figura columne ignis conspexit ⁊ ab eo deinde vt grece loqueretur: sibi a domino vt impetraret obtinuit: vt habetur supra in vita sancti Basilij calen. ianuarij. ¶ Tempore quodam dum fames grauissima in omnem terram seuiret: ipse pauperum misertus alias nunquam egressus de cella exijt: ⁊ ad ciuitatem veniens: diuitibus predicans vt indigentibus subuenirent: multasque pecunias a diuitibus suscepit inter inopes dispergendas. Quos in porticibus congregauit: ⁊ pecunias eisdem fideliter erogauit. Factaque vbertate ad cellam rediit: in qua post menses in domino requieuit calen. februarij tempore valentis imperatoris. Sepultusque iacet in ecclesia edessena. Hic multa syro sermone conscripsit: que publice in quibusdam ecclesijs scripta leguntur. Extat liber de spiritusancto: quem de syra lingua vertit in grecam. Hunc beatus hieronymus legisse se dicit: ⁊ acumen ingenij illius etiam in translatione notasse. Hec in libro de viris illustribus.

¶ De sancto Paulo episcopo. Cap. lxxi.

[P]Aulus episcopus trecassinus fuit. Cuius vita virtutibus claruit ⁊ mors preciosa miraculis celeberrimis commendatur. Qui ⁊ in christo domino diem clausit extremum calen. februarij: vt dicit ado.

¶ De purificatione beate Marie virginis. Cap. lxxij.



[P]Urificatio beate marie semper virginis quadragesimo die a natiuitate domini facta est videlicet quarto nonas. febr. Preceperat enim lex die duodecimo. Vt mulier que suscepto semine filium peperisset: immunda esset septem diebus scilicet a consortio hominum quibus completis munda quidem efficiebatur quo ad consortium hominum sed adhuc triginta tribus diebus immunda erat quoad templi ingressum. Tandem quadragesimo die templum intrabat: ⁊ puerum cum muneribus offerebat. Si vero feminam peperisset: duplicabantur dies: ⁊ quoad hominum consortium: ⁊ quoad templi ingressum. Hoc autem idcirco deus precepit: vt sicut quadragesimo die a conceptione anima in suo templo corporis maris infunditur: ⁊ carnis admixtione maculatur: sic puer quadragesimo die in templum materiale inducatur: templumque ingrediens per ostia ab ipsa carnis macula expietur. ¶ Vel moraliter loquendo: vt per hoc detur intelligi: quod illi templum celeste intrare merentur: qui precepta decalogi cum fide quattuor euangeliorum obseruare nituntur. ¶ In parturiente vero feminam dies duplicantur quo ad templi ingressum: sicut duplicantur quoad corporis formationem. Nam sicut quadraginta diebus corpus masculi organizatur: ⁊ perficitur: ⁊ in quadragesimo anima infunditur: sic corpus femine in octuagesimo. ¶ Appellatur autem hoc festum triplici nomine: scilicet purificatio: hypopanti: ⁊ candelaria. Primo enim purificatio dicitur: ex eo quod quadragesimo die natiuitatis domini beata virgo ad templum venit: vt secundum legis consuetudinem mundaretur: cum tamen sub illa lege non teneretur: quia non peperit suscepto semine sed mystico spiramine. Vnde moyses addit suscepto semine: cum tamen non esset necesse quantum ad omnes mulieres

lieres: que suscepto semine pariunt. sed ideo addidit: vt dicit Bernardus qui timuit in matrem dn̄i blasphemiam irrogare. ¶ Voluit tamen in hoc se legi subdere propter quattuor rōnes. Prima ratio est: vt daret humilitatis exemplū. Nam talis humilitas non solū fuit ex parte matris sed etiam ex parte filij: qui in natiuitate habuit se vt pauper homo: in circūcisione vt pauper ⁊ peccator homo: sed in purificatione vt pauper ⁊ peccator ⁊ seruus homo: vt pauper in eo ꝙ pauperum oblationem elegit: vt peccator in eo ꝙ ipse cum matre purgari voluit: vt seruus in eo ꝙ redimi decreuit. Sicut ēt prius voluerat circūcidi: ⁊ postmodū voluit baptizari: non ꝓpter culpam purgandam: sed ꝓpter eius humilitatem maximam ostendendā. vnde Bernardus. Vere beata virgo non est tibi opus purificatione: sꝫ nunquid filio tuo opus erat circumcisione. Esto inter mulieres tanꝙ vna illarum: sicut et filius tuus in medio puerorum sicut vnus illorum. ¶ Scđa ratio est vt legē impleret. Non enim venerat dominus legem soluere sed adimplere. Quā si soluisset iudei ipsum merito reppulissent: tanꝙ dissimilem patribus ⁊ legis traditiones minime obseruantem. Triplici autem legi se christus ⁊ matrem hodie subiecit. ¶ Primo legi purificationis in significationē virtutis: vt postꝙ omnia benefecerimus dicamus serui inutiles sumus. ¶ Secundo legi redemptionis ad exemplum humilitatis. ¶ Tertio legi oblationis ad exemplū paupertatis. ¶ Tertia ratio est vt legem purificationis terminaret. Sicut enim adueniente luce cessat tenebra: ⁊ adueniēte sole recedit vmbra sic adueniente purificatione vera: terminata est purificatio typica que purificatio vera christus est. ¶ Quarta ratio est vt nos spiritualiter purificandos instrueret Debemus enim purificari domini templum ingredientes: peccata nostra oblationibus ⁊ elemosynis redimentes gemitus columbarum pro peccatis emittentes: et turturum pudicitiam habentes. ¶ Veniens autem beata maria ad templum: filium suum obtulit ⁊ eum .v. siclis redemit. Nam quedam primogenita redimebantur sicut primogenita decimoprimo tribuum que redimebantur: sed adulti in templo domino seruiebant: et sicut primogenita mundorū alalium: q̄ in sacrificio offerebant. Quedā ꝯmutabant vt ꝓmogenita asini q̄ ꝯmutabant oue. Quedā occidebant vt primogenita canis. Cū ergo christ⁹ fuerit de tribu iuda patet ꝙ debuit redimi. Obtulerunt etiam pro eo domino par turturum aut duos pullos columbarum. Hec enim erat oblatio pauperum: sed agnus oblatio diuitum. Et nota tres oblationes de domino factas. Prima est de ipso a parentibus. Secunda de ipso ⁊ de auibus. Tertiam fecit ipse in cruce pro omnibus. Prima ostendit eius humilitatem quia dominus legis se legi subiecit. Secunda eius paupertatem: quia pauperem oblationē elegit. Tertia ei⁹ charitatem: quia se pro peccatoribus tradidit. In turture autē significatur pulchritudo castimonie. In columba amaritudo penitentie. ¶ Secundo hoc festum dicitur hypopanti: quod idem quod obuiatio: quia symeon ⁊ Anna obuiauerunt domino: cum ad templum deferretur: ⁊ dicitur ab hypo: quod est ire: ⁊ anti quod est contra. Tunc autem accepit eum Symeon in vlnas suas. Et attende de christo mirabilem exinanitionem factā vt ille qui est splendor glorie et figura substantie dei: ducꝫ cecorum ac via se ab hominibus duci sinat: vt scilicet ille qui est portans omnia verbo virtutis sue: in vlnis senis se recipi ⁊ portari permittat: qui tamen se portantem baiulabat. iuxta illud. Senex puerum portabat: puer autem senem regebat. Vt etiam ille qui est purgationem peccatorum faciens: hodie se vt peccatorē purificari non recusat. ¶ Tunc autem symeon benedixit ei dicens. Nunc dimittis seruum tuum domine secūdum ⁊c. Et appellat eum tribus nominibus scilicet salutare: lumē ⁊ gloriā plebis israel. Et hoc triplici ratione. ¶ Primo propter nostram iustificationem: vt dicatur salutare remittendo culpam: lumen dando gratiā gloria plebis sue dando gloriam. Est enim salus: quia redēptor: lux quia doctor: gloria quia premiator. ¶ Secundo propter huius festi triplicem denominationem: nam dicitur purificatio quoad purgationē culpe: ꝓpter quod dicitur salutare. Dicitur candelaria quoad illuminationem gratie: propter quod dicitur lumen. Dicitur hypopanti quoad collationem glorie ꝓpter qđ dicitur gloria plebis sue. In collatione enim glorie occurremus obuiam christo in aera ⁊ sic semper cum domino erimus. ¶ Tertio propter triplicis diuini aduentus operationē: venit enim primo dei filius in carne ad homines saluandos: ⁊ ideo dicitur salutare. Venit secundo spiritussanctus in igne ad apostolos illuminandos: ⁊ ideo dicitur lumen. Veniet tertio christus in maiestatis sede ad electos glorificandos: ⁊ ideo dicitur gloria plebis sue. ¶ Tertio hoc festum dicitur candelaria: ex eo quod candele accense in manibus portātur: quod ecclesia ordinauit fieri triplici ratione. ¶ Primo enim propter remouendam erroneam superstitionem. Romani enim olim in calendis februarij ad honorem februe matris martis vrbem de quinto in quintum annum cum cereis ⁊ facib⁹ tota nocte lustrabant: vt filius suus belli eis victoriam de inimicis concederet: ⁊ illud spacium dicebatur lustrū Mense etiam februario sacrificabant februo: id est plutoni deo inferorum ⁊ ceteris inferis: ⁊ hoc pro animabus suorum antecessorum. Et vt propiciarentur eorum solennes hostias eis offerebant: ⁊ tota nocte cum cereis ⁊ facibus vigilabant. Et quia difficile est consueta dimittere: christiani de gentibus ad fidem conuersi difficile hāc paganorum consuetudinem dimittere poterāt. Ideoꝗ sergius papa hanc consuetudinem in melius commutauit vt scilicet christiani ad honorē matris domini omni anno ecclesias cum cereis benedictis illustrando circuirēt vt solennitate stante intentio mutaretur. ¶ Secundo ꝓpter ostendendā virginis sanctificationem ne crederetur ipsam purificatione indiguisse: vt ergo ostēdatur ꝙ tota fuit luminosa ⁊ splendida ideo luminosos cereos deferendos ordinauit ecclesia. Adeo nāꝗ sanctitate resplēduit ꝙ non solum aliquod ad peccatum inclinatiuū in ea non fuit: sed etiam virtus eius sanctitatis ad alios se extendit. Ita ꝙ etiam in alijs motus carnalis concupiscentie extinxit: vnde dicunt iudei ꝙ cū maria pulcherrima fuerit a nullo tamen vnꝙ potuit cōcupisci. ¶ Tertio propter mysticam significationem ⁊ in capite ⁊ in mēbris. In capite enim candela accensa christum significat ¶ In cereo nāꝗ tria sunt que denotant tria que in christo fuerunt. Nam cera quam apes gignunt sine commixtione significat carnem christi natam de virgine sine corruptione. Lychnium in cera latens significat animam candidissimam in carne latentem. Ignis vero siue lumē significat diuinitatem: quia deus noster ignis cōsumēs est. ¶ In membris vero quia per hoc instruimur: quomodo coram deo purificari debemus: vt scilicet habeamus fidem veram: actionem bonam: ⁊ intentionem rectam. Nam candela accensa est fides integra cum operatione bona: quia sicut cera sine lumine mortua est sic ⁊ fides sine operibus mortua est: lychnium autem in cera occultatum est intentio recta in opere latens: vnde Gregorius: sic sit fides in publico: vt recta intentio maneat in occulto.

¶ De sancto Cornelio epō centurione. Cap. lxxiij.

Ornelius centurio episcopus beati petri apostoli discipulus et in baptismate filius fuit. Hic vt dicitur actuū.x. Cum esset apud cesaream centurio primi cohortis que dicitur italica: vir religiosus ⁊ timens deum cum omni domo sua faciens elemosynas multas: ⁊ orationi insistēs: licet adhuc gentilis: media die vidit manifeste angelum dei dicentem sibi: qualiter eius elemosyne et orationes ad deum ascenderant: propter quod deus ipsum saluari decreuerat mandans vt symonem petrum ad se accersiret: qui ioppe apud symonem coriarium hospitabatur qui eum viam veritatis edoceret. Qui confestim nuncios ad petrum misit. Eademqȝ hora qua illi ad hospitium petri peruenerant: dum petrus in superiora domus circa horam sextam oraret in extasi raptus vidit linteum quattuor finibus de celo missum cunctis animantibus plenum voce ad eum delapsa vt ex ipsis occideret ⁊ manducaret. Qui cum nullatenus se immunda posse comedere diceret: audiuit secundo que deus purificauerat minime immunda reputanda. Cumqȝ descendens a nuncijs causam itineris audisset: ⁊ visionem intellexisset ꝙ etiam deus gentilitatem immundam ad fidem suscipere: diuinitus admonitus cum illis accessit: quem cornelius deuote suscepit: ⁊ eorum vterqȝ mutuo suam visionem exposuit. Cum autem petrus coram centurione ⁊ eius attinentibus ⁊ amicis ibidem congregatis christū predicaret: spiritussanctus super illos nondum baptizatos descendit: ⁊ ceperūt loqui linguis ⁊ magnificare christum. Quos omnes beatus apostolus baptizauit. Deinde cornelius militie abrenuncians discipulus apostolorum efficitur: ⁊ ab eisdem episcopus cesaree ordinatur. Qui apud eandem vrbem officio predicationis fideliter peracto sanctitate cōspicuus ad xp̄m migrauit. Ibiqȝ sepultus quieuit .iiij. noñ. februarij.

¶ De sancto Apromiano mart. ⁊c. Cap. lxxiiij.

Apromian⁹ martyr passus est rome, sub maximiano imperatore ⁊ laodicio prefecto. Cum enim laodicius sisinnium dyaconem in carcere diebus .xvij. detinuisset vt dictum est in passione saturnini .iij. calen. decembris: ⁊ post hec p̄fectus eum sibi presentari iussisset: dñs appromianus qui erat commentariēn. sisinnium de carcere eduxisset: subito lux de celo facta est: ⁊ vox de luce exiit dicēs: venite benedicti patris mei ⁊c. Qd appromianus videns credidit: ⁊ ad pedes sisinnij procidit baptismum petens. Quem sisinnius moxvnda sacra perfudit: ⁊ ad marcellum papaȝ deduxit: qui ipsum sacro chrismate deliniuit ⁊ communicauit: venitqȝ cum sisinnio ad p̄fectum. Quem cum de crudelitate qua in xp̄ianos seuiebat argueret: ⁊ se christianum assereret: iubente prefecto via salaria miliario secundo ductus ibiqȝ capite truncatus est: ⁊ a ioanne presbytero in ipso loco sepultus quarto noñ. februarij.

¶ De sanctis septem mulieribus martyribus. Cap. lxxv.

Eptem sancte mulieres martyres que in passione sancti blasij leguntur apud sebasten ciuitatem passe sunt sub agricolao preside: que ab eodem sancto episcopo in fide fuerant edocte. Cum autē sanctus multa perpessus supplicia iussu presidis ad carcerem duceretur: sancte femine cum insequentes: guttas sanguinis ei⁹ de corpore fluentis in linteis colligebant: propter quod ab apparitoribus tente sunt ⁊ presidi p̄sentate. Qui iussit eas ad montis supercilium lacus supereminētis adduci: data sententia vt si non adorarent statuam iouis illuc delatam in lacum precipitarentur. Que cum ydoluȝ in lacū proiecissent: dicentes: vt si deus est seipsum iuuaret: a ministris ad presidem reducūtur. Qui fecit illas super .vij. erea subsellia igne candentia sedere: vt in posterioribus vrerentur. Quibus angelus domini apparuit ⁊ eas intactas ab igne conseruauit. Deinde in eculeo leuate: vnguibus ⁊ pectinibus ferreis carnes earum dirupte sunt. Tunc duo pueri filij vnius ex illis ad matrem accedētes postulabant se fieri christianos. Quos iussit agricolaus vna cum sancto Blasio in carcere mancipari. Sanctas vero mulieres die sequenti mandauit in caminum ignis accensum immitti. Que dum in medio flammaruȝ illese psallerent: ⁊ hec ministri presidi retttulissent: iussu eiusdem extra ciuitatem educte datoqȝ sibinuicem pacis osculo decollate sunt. Quarum animas carnifices omnes viderunt in specie septem virginum vti de thalamo prodeuntium ad celum conscendere coronatas. Corpora vero a christianis noctu sublata in codeȝ loco sepulta sunt. Passe sunt autem quarto noñ. februarij.

¶ De sancto Blasio episcopo ⁊ martyre. Cap. lxxvj.



Blasius episcopus ⁊ martyr sub p̄secutione diocletiani passus est: in ciuitate sebasteñ. prouincie capadocie. Qui cū oī sanctitate polleret: electus est a xp̄ianis in ipsius epūȝ ciuitatis: vigente vero p̄secutione xp̄ianos speluncam argei montis petijt: ⁊ ibi heremiticam vitā duxit. Cui aues pabulum afferebant ⁊ fere ad eum vnanimiter confluebant. Quicunqȝ vero ad ip̄m accessissent egroti sanitatem ad libitum reportabant.

¶ Cum autem agricolaus preses christianos affligeret ⁊ die quadam milites venatum misisset: illiqȝ hincinde discurrentes invanum tenderent ante antrum sancti ferarum multitudinem inuenerunt: nullam tamen capere valentes presidi retttulerunt: ⁊ qualiter Blasius christianoruȝ episcopus in specu lateret ⁊ omnes ad se feras magicis artibus congregaret. Quem iussit comprehendi sibiqȝ presentari. In ipsa autem nocte christus sibi ter apparuit: monens vt sibi sacrificiuȝ offerret. Qui surgēs intellexit se christo per martyrium immolandum: ⁊ celebrata missa cum militibus ad iudicem profectus est. Cui multi languentes occurrerunt ⁊ ab eo diuersarum egritudinum salutem perceperunt. Quem milites iussu p̄sidis vsqȝ in crastinum in custodia recluserunt. Eodem die quedam mulier filium suum moriētē in cuius gutture os piscis transuersum erat ad pedes eius cum lachrymis obtulit: quem sanctus oratione sua mox sanauit. Orauitqȝ ad dominum p cunctis se inuocantibus gutturis passionē aliquā sustinētibus: ⁊ audiuit vocē se fore a domino exauditum. ¶ Sequenti vero die presidi p̄sentatus cum ioui sacrificare renuisset: dicens euȝ fuisse

hominem

hominem sacrilegum ⁊ damnatum: fustibus grauiter cesus est. Deinde in carcerē reductus. Tūc vidua paupercula venit ad eum: conquerens lupum vnicum sibi porcellum rapuisse. Cui compatiens sanctus orauit: et lupus porcum reportauit: mox illa domum rediens et suum reperiens eum occidit: sanctoq; viro partē coctaȝ cum pane ⁊ candela obtulit: illeq; refectus deo gratias egit. Post aliquot v̄o dies iterum de carcere educit: et sacrificare nolens in ligno suspenditur: et vnguibus ac pectinibus ferreis laniatur. Iteratoq; depositus ergastulo durissimo mancipatur: quem sancte septem mulieres subsecute sunt vt supra ꝑxime dictum est. Dum autem in custodia teneretur: duo pueri filij vnius ex ꝑfatis septem feminis petentes se fieri christianos: in eodem carcere recludunt: quos blasius in fide christi docuit: ⁊ sacri baptismatis vnda perfudit. Post hec auteȝ iterum conspectui presidis presentatur. Et dum in xp̄i ꝯfessione perseueraret iubente agricolao ligato ad collum eius saxo in lacum precipitatur. Ipse v̄o aquā signauit: ⁊ mox sicut arida terra permansit. At quē super aquas stantem dum milites .lxv. accedere vellent: vt eū in ꝓfundum demergerent: subito vt aquas intrauerūt submersi nusq̄ comparuerunt. Angelus auteȝ domini deduxit eum ad terram. Qui a militibus ante presideȝ adductus iussus est ab eo cum duobus pueris quos in carcere baptizauerat decollari. Ductus ergo ad locum passionis oratione ad dominum pro se inuocantibꝰ fusa cum duobus pueris capite cesus est .iij. nonā. februarij. Quorum corpora helisea mulier sepeliuit: vbi nō lōgo post tpe eccl'a eius nomini fabricata ⁊ dedicata consistit.

De sctō Joāne elemosynario ep̄o. Cap. lxxvij.

Joannes cognomēto elemosynarius ep̄s claruit temporibus foce imperatoris qui claris alexandrie natalibus ortus: sanctitate ⁊ scīētia ꝑditus ad patriarchatuȝ eiusdem vrbis ꝓmotus: ex vberibus elemosynis quas faciebat elemosynarius dictus est. Cui in oratione quadam nocte beata virgo apparuit coronam oliuarum in capite gestans: que se dei genitricem esse dixit: corona misericordie circundatam hortans sanctum vt eam in sponsam assumeret: ⁊ q̄cq̄d peteret a dn̄o obtineret. Extunc misericordie operibus intentus fuit: ⁊ pauperes suos dominos appellauit: famulisq; suis precepit: vt ciuitatem circuirent: ⁊ omnes dominos suos ꝯscriberent. Qui cum non intelligerent: exposuit dn̄os suos esse pauperes ⁊ mendicos: qui sibi auxiliarij fiebant: ⁊ regnum celoꝝ sibi largiri poterant. Et conciues suos ad elemosynas induceret: exēpla plurima sanctoꝝ inducebat: qui largas elemosynas tribuentes bonis spiritualibus abundauit. ¶ Monachus q̄dam nōie vitalius oēs publicas meretrices ꝯscripserat quas vicissim singulas noctibus singulis ꝯducebat. Et ad eas intrans in ōrōne pernoctabat: precipiēsq; mane ne cui reuelarent exēplo sue sanctitatis multas ad penitentiam ꝑducebat. Et cum ex hoc multi scandalizarentur: putantes vitalium admodum esse lasciuum: ⁊ cū de hoc Joanni ep̄o querimonia delata esset noluit eis fidem adhibere: deprecans deum vt opus sancti viri alicui reuelaret taliter. ꝙ non imputaretur in peccatis his qui in eum scandalizabantur. Post dies paucos egrediens monachus ab vna illarum obuiauit cuidam ad eam cognoscendam ingredienti: qui vitalium alapa ꝑcussit: ⁊ eum de fornicatione redarguit. Statimq; diabolus in specie mauri. virum illum in genā repcutiens cum vexare cepit. Ita vt ex ore eius demon clamaret: et vitalij sanctitatem exprimeret: nec non castissimū comprobaret. Pro quo dum ille orasset a demonio liberatꝰ est. Mulieres quoq; q̄ sanctus vir operabat: manifestare ceperunt. Que omnia beatus ioannes per spiritum cognoscebat: ideoq; maledicentis fidem adhibere nolebat. Sicq; orationibus eius innocentia viri sancti manifeste cognita fuit. ¶ Cuidam in habitu peregrini ad se venienti ⁊ elemosynam postulanti. mādauit ioannes sex numismata dari. Iterumq; mutato habitu reuertenti: sex aureos sibi dari precepit. Cui etiam tertio mutatis vestibus redeunti duodecim dari iussit. Cum autem dispensator sibi innueret ꝙ hic idem pauper ipsa die bis elemosynam diuersis mutatis vestibus sumpsisset: instruit ioannes vt sibi totiens daret: quotiēs ille rediret: ne forte esset xp̄s: qui se tentare veniret: an posset plus accipere q̄ episcopus sibi dare. ¶ Quidam patricius pecuniā ecclesie in mercationibus ponere volebat: patriarcha vero resistebat: volens ipsam pauperibus largiri: sicq; contendentes adinuicem irati sunt. Adueniente ergo hora ix. mandauit patriarcha patricio per archipresbyterum dicens ꝙ sol in occasum vergebat. Quod ille intelligens ad eum venit: ⁊ cum lachrymis veniā postulauit. ¶ Quidam eius nepos a tabernario grauia conuitia audierat ⁊ patriarche conquestus est. Cui patriarcha respondit: se ipso die talem rem in eo facturum ꝙ tota alexandria miraretur. Consolatꝰ est ergo nepos: putans ꝙ eum faceret grauiter verberari. Qui eodem die pro homine illo misit: ⁊ ipsum ab omni pensione ⁊ tributo liberum fecit. Aduocansq; nepotem dulcissimis verbis eum ad patientiam ⁊ iniuriarum tolerantiam animauit. ¶ Monumentum sibi fabricari fecit: quod tamen quoad vixit imperfectum reliquit. Ordinauitq; suis clericis: vt quādocunq; in solennitatibus celebraret: sibi commemorarent monumentum suum imperfectum existere: ⁊ ꝙ ipsum compleri mandaret: nescius qua hora fur veniret. Hoc autem faciebat: vt continue memoriam mortis haberet. ¶ Diues quidam videns sanctum vile stratum habere eo quod omnes pannos pauperibus erogasset: preciosum coopertorium emit: ⁊ ioanni tradidit. Qui cū illud nocte super se teneret omnino dormire non poterat: cogitās ꝙ .ccc. domini sui de tanto precio operiri possent. Facto igitur mane statim illud vendidit: ⁊ precium egenis distribuit. Quod audiens diues ille coopertoriū redemit: ⁊ ioanni secundo tradidit rogans ipsum ne illud amplius venderet: sed super se teneret. Ille autem secundo vendidit: ⁊ de precio vt prius fecit. Tertio autem vir ille coopertorium redemit: ⁊ ioanni dedit dicens: ꝙ omnino proposuerat videre quis vinceret: aut ipse in redimendo: aut episcopus in vendendo. Et sic suauiter q̄si diuitem illum vindicabat. ¶ Cuidam elemosynam petēti nummum dari fecit: qui indignatus eo quod maioreȝ sibi le elemosynam non dedisset: in contumeliam eius ꝓrupit: famulosq; vindicare volentes ep̄s prohibuit: sacculum quoq; pecuniarum coram illo effudit: dicens vt inde acciperet quot vellet. ¶ Consuetudineȝ fecerat populus vt lecto euangelio ecclesiam exirent: ⁊ verbis ociosis vacarent. ¶ Quadam vice lecto euangelio cum eis ep̄s exijt: ⁊ inter eos stare cepit: dicens ꝙ vbi oues ibi pastor e. se debebat. Quod cum bis iterum fecisset: populum in ecclesia stare docuit. ¶ Iuuenis quidam qui sanctimonialem rapuerat a familiaribus suis exprobrabatur: dicentibus ꝙ erat dignus morte. Quos ille redarguit: dicens eos magis delinquere: qui proximum iudicabant: qui forte amplius non peccabat. Cum autem febre correptus vicinus esset morti deo gratias egit: qui vnicum sibi solum nummum dimiserat: quem ⁊ pauperibus dari fecit. Cum autē defunctus esset ⁊ corpus eius in sepulchro vbi erant duorum episcoporum corpora deponere vellent corpora illa in latera secedentia mirabiliter beato ioanni cesserunt: ⁊ locum sibi medium vacuum dimiserunt. ¶ Ante dies paucos obitus sui mulier quedam sibi con-

fessa peccatum vnum enorme ex verecundia omisit: quod
tamen in schedula scripsit: ⁊ sigillauit: ⁊ ioanni tradidit
et ꝓ se dominum exoraret. Audiens autem ipsum defun
ctum: ⁊ se confusam reputans: si forte scriptum suum ad
manus cuiuspiam deuenisset ad tumulum sancti ioānis
durissime flere cepit. Cui ille pōtificalibus indutus ap
paruit duobus secum quiescentibus episcopis hinc in-
de vallatus: qui scriptum sigillatum mulieri tradidit.
Quod illa aperiens peccatum suum deletū inuenit scri
ptum tamen ibidem repperit: ꝓpter ioannem seruum
meum deletum est peccatum tuum. Illaq; deo gratias
egit. Quieuit autem sanctus ioannes in xp̄o. iij. noñ. fe-
bruarij circa annum domini. cccccv.

De sancto Gaudentio ep̄o. Cap. lxxviij.


Audentius ep̄s nouariē. fuit. Qui de hypo
ria oriundus sancti martini turoñ. ep̄i nota
rius ⁊ discipulus extitit. Cui multo tempore
adhesit. Et postmodum mediolañ. veniens
cum sancto eusebio vercellē. ep̄o exulus sub-
stinuit. Indeq; reuocatus a sancto simpliciano medio
lañ. archiep̄o: primus nouariē. ep̄s ordinatus fuit. Qui
⁊ ep̄atum suum strenue gubernauit: ⁊ inter cetera corp⁹
sancti laurentij presbyteri ⁊ martyris apud nouariam cū
multis quos baptizauerat passi dudum latens inuenit:
⁊ digna veneratione exaltauit. Dū autem mortuus esset
⁊ sibi preciosum sepulchrum pararetur: a mense februa-
rio vsq; ad augustum inhumatus: ⁊ omnino incorrupt⁹
corpore permansit: quo tempore ⁊ capilli ⁊ vngues eidem
crescebant: vti eo tempore quo viuebat. Hic etiam inter
cetera miracula: mulierem vexatam a dyabolo liberauit
Quieuit in pace. iij. noñ. februarij.

De sanctis Celerino ⁊ socijs martyribus. Cap. lxxix.


Elerinus dyaconus ⁊ cōfessor: ⁊ auia ei⁹
celerina: laurentius eius patruus ⁊ igna
tius auunculus martyres: apud aphri-
cam claruerunt. De quorum omniū glo
riosis laudibus memorat beati cypriani
epistola ad martyres scripta. Naz vt ibi
dem dicit celerina gloriosa auus marty
rio coronata est. Patruus vero celerini laurentius ⁊ auū
culus eius ignatius in castris secularib⁹ militantes pal
mas domini illustri passione meruerunt. Celerinus aūt
diu adherentibus penis afflictus per. xix. dies in carce
ris custodia septus in neruo ac ferro fame cruciatus: in-
de tandem eductus: ⁊ diuina ꝓuidētia dimissus: ad dya
conatus ordinem ꝓmotus sanctitate pollens quieuit in
pace. Horum omnium festum recolitur. iij. nonas fe-
bruarij.

De sancto Symeone ꝓpheta. Cap. lxxx.


Ymeon senex ⁊ ꝓpheta noui testamenti
de quo in euāgelio luce. ij. multa precō-
nia ꝑdicantur: q̄ videlicet fuit homo iu
stus ⁊ timoratus ⁊ expectans consolatio
nem israel: ⁊ q̄ sp̄ūssanctus erat in eo.
Et q̄ responsum acceperat a sp̄ūsancto
non visurum se mortem: nisi videret xp̄z
deum. Qui cum sp̄ū sibi diuino reuelāte: puerum iesum
natum ⁊ ad templum a parentibus deferendum didicis
set: venit in sp̄ū in templum die dominice purificatiōis
Et cum inducerent puerum iesum parentes eius: festi-
nauit Symeon ad portam templi ⁊ adorauit iesum ⁊ oscu
lans plantas eius accepit eum in vlnis suis. Et benedi-
xit deum dicens. Nunc dimittis seruū tuū domine ⁊c.
Et cum esset annorum. cxij. ⁊ vix posset seipm̄ regere: por
tauit puerū vsq; ad altare: iuxta illud. Senex puerū por-
tabat puer aūt senē regebat. Et tūc tradidit puer⁊ matri
domino offerendū. Et benedixit parētibus iesu: ⁊ ꝓphe
tiam illam matri iesu ꝑdixit: que scribit: vbi supra. Et q̄-
liter gladius mortis filij animā genitricis ꝑtransire de
bebat: perfectis autem omnibus secundum leges redeū
tibus parentibus iesu ad domum suam: ⁊ Symeon ad ꝓ
pria rediuit. Et q̄ ꝓmissionem diuinam obtinuerat: ter
tio die in domino obdormiuit: ⁊ sepultus est in hierusa-
lē. ij. noñ. februarij. Hec in libro de infantia saluatoris.

De sanctis Phylleat Phylloronio ⁊ socijs martyribus. Cap. lxxxi.


Hylleas ⁊ phylloronius I ciuitate egypti
que appellat tamnes passi sunt. Qui phyl
leas vt octauo ecclesiastice hystorie habet
⁊ vt dicit hieronymus de ꝑfata vrbe nobi-
li ꝓsapia ortus. Primo quidem honorib⁹
in seculo fulgens liberalibus scientijs eru-
ditus fuit: deinde ad ep̄atum ipsius vrbis prouectus de
martyrum laude volumen insigne composuit. Qui tem
pore ꝑsecutionis cum multos de suo grege diuersi sexus
ordinis ⁊ etatis quasi innumere multitudinis ad marty
rium premisisset: a ꝑside ciuitatis tentus ⁊ carceri man-
cipatus est. Qui cum a ꝓpinquis ⁊ dilectis blandis ⁊ la-
chrymosis sermonibus induceret: vt xp̄m negaret: ⁊ ipse
econtra constantior permaneret: ex sententia presidis cū
phylloronio eius dyacono decollatur secundo nonas fe
bruarij.

De sanctis Aquilino ⁊ socijs mar. Capitm. lxxxij.


Quilinus: geminus: galcsius: magnus:
⁊ donatus martyres rome foro symphro
nij passi sunt. Quos omnes ꝓ confessiōe
nominis christi iussit vrbis prefectus ca-
pitali sententia vitam finire. ij. noñ. febr̄.
vt dicit ado.

De sctō Gilberto ꝯfessore. Ca. lxxxiij


Ilibertus confessor gemmaleē. cenobij
fundator anno. xv. othonis imperato-
ris primi claruit: qui apud gorziam xp̄o
potius q̄ seculo militabat: ⁊ in ipso loco
monasterio ab eo fabricato ⁊ copiose do
tato ꝓpter amorez sancte religionis in
pace dormiuit. ij. noñ. februarij. Cuius
corpus relatum est ad gorziam vrbem.

De sancta Agatha virgine ⁊ martyre. Cap. lxxxiiij.



Gatha virgo ⁊ martyr apud ciuitatem catha
niē. tempore decij passa est sub quintiano
sicilie consulari. Qui cum esset ignobilis: li-
bidinosus: auarus: ⁊ idolis deditus beatam
agatham comꝑhendere nitebatur: vt q̄ erat
ignobilis tenendo nobilem timeretur: quia libidinosus
eius pulchritudine frueretur: quia auarus eius diuitias
raperet: quia idolatra dijs eam immolare compelleret.
Ipsamq; detentam tradidit cuidam meretrici nomine
aphrodosie nouem filias turpissimas habenti: vt ꝑ dies

tr. suaderent ei: quomodo eius animum immutarent: modo leta promittendo: modo per aspera deterrendo: q̄ cum vti supra firmam petram christum immobiliter fundata: omnia sibi pmissa vel comminata contempsisset: t aphrodosia hec quintiano retulisset: ipse virginem ad se adductam cuius esset conditionis interrogauit. Cui virgo se ingenuam et genere spectabili progenitaȝ esse respōdit: addensq̄ q̄ ancilla christi esset: hoc quod magis eaȝ ingenuaȝ redderet. Nam summa ingenuitas est: in qua christi seruitus comprobatur. Cui cum quintianus optionem dedisset: aut dijs sacrificandi: aut diuersa supplicia sustinendi. Uirgo respondit optinaȝ vxor illius esset talis vt venus: t ipse talis qualis iuppiter deus suus. Tunc quintianus iussit eam alapis cedi. Et illa ecōtra feras ignem t plagas t quascunq̄ penas se voluntario animo passuram offerret: iussit eam in carcerem trahi: ad quē letissime t gloriāter ibat: t quasi ad epulas inuitata agonem suum domino precibus commendabat. Sequenti die inde educitur: t sacrificare contemnens in eculeo suspenditur: t torquetur. Et cum in his penis delectari se diceret: iussit consularis mamillam eius diutius torqueri: t tortam abscindi. Que cum illum redargueret dicens q̄ cōfundi deberat amputare in femina: quod ipse in matre suxisset iussit eam iterum ad carcerem reduci: prohibens medicum quēcunq̄ ad eam ingredi: t panem sibi vel aquam ab aliquo ministrari. Uerum circa noctis medium venit ad eam senior: quem antecedebat puer luminis portitor: diritq̄ virgini: q̄ cum passa fuerat: ibi erat: t considerauerat mamillam eius salutem suscipere. Illa vero omnem carnalem medicinam respuebat sed solum dominum iesum habere se dicebat: q̄ verbo curat omnia: t solo sermone restaurat vniuersa. Tūc senior subridens dixit: se a christo domino missum eiusq̄ esse apostolum petrum. Et continuo ab oculis eius disparuit: virgoq̄ sancta se perfecte sanatam mamillamq̄ sibi restitutam inuenit: t deo gratias infinitas egit. Cum ergo ex immenso lumine custodes territi fugissent t carcerem apertum reliquissent: rogauerunt eam quidam ex vinctis vt abiret: que omnino recusauit: dicēs q̄ nolebat amittere coronam sibi a domino preparatam.

¶ Post quattuor dies reducta est ad quintianum: qui eam sanatam conspiciens: t qualiter eam christus sanasset audiēs: iratus testas acutas iussit spargi: t carbones ignitos subterponi: t illam nudo corpore desuper voluta ri. Statimq̄ facto terremotu ciuitas tota concutitur: t cadente pariete silunius et falconius consiliarij iudicis opprimuntur concurrente populo aduersus quintianū t clamante q̄ propter iniustum agathe cruciatum talia paterentur. Tunc consularis ex vna parte terremotum metuens: t ex alia populi seditionem non ferens per posterulam aufugit: t virginem in carcerem reponi mādauit: quo cum introisset: orauit ad dominum: vt susciperet in pace spiritum eius. Finitaq̄ oratione cum ingenti voce exprauit. ¶ Cum autem fideles corpus eius cum aromatibus condirent: t in nouo sarcophago collocarēt apparuit iuuenis sericis amictus cum plusq̄ cētū alijs albis indutis alias nunq̄ visus: qui ad corpus veniēs tabulam marmoream ad caput eius apposuit: t clauso tumulo cum omnibus ceteris ab omnium oculis euanuit In tabula autem scriptum erat sic. Mentem sanctā spōtaneam: honorem deo: t patrie liberationem. Quo miraculo diuulgato non solum christiani sed etiam gentiles t iudei sepulchrum virginis venerari ceperunt. Quintianus vero dum ad inuestigandas eius diuitias pergeret: t flumen in naui cum equis transiret: duo equi frementes: calcesq̄ iactantes: vnus eū morsu appetijt alter calce percussum in flumine proiecit t necauit. ¶ Reuoluto anno circa diem natalis eius mons etna ciuitati proximus ructauit incendium: qui quasi torrens de monte descendens t omnia comburens: ad vrbem cum impetu veniebat. Tunc paganorum multitudo: velum quo sepulchrum eius erat opertum arripuit: t contra ignes opposuit. Statimq̄ in die natalis eius ignis cessit: t vlterius nō pcessit: passa est aūt noñ. febr̄. circa annū dñi. cclij.

¶ De sancto Ingenuino epo. Cap. lxxv.

Ingenuinus secundus eps sabionen. fuit: vt scribit paulus in gestis longobardoruȝ queȝ precesserat sanctus cassianus: q̄ immolatus martyrium cōsummauit. Sabiona eñ fuit oliȝ episcopalis ciuitas metropolis aquileieñ. nūc vero sedes trāslata est in brixinam: t subest salzburgeñ. Huius tempore longobardi italiam occuparunt regnante eorum rege austerich. Seuerus eps in patriarchatu aquileieñ. helie successerat. Quem smaragdus patricius compulit cum quibusdam alijs epis: communicare ioanni beretto archiepo rauennati: qui romanam ecclesiam contemnebat. Sanctus vero ingenuinus cuȝ sancto agnello tridentino: petro altin. iunio veronen. horentio vincentineñ. Rustico taruisiñ. fonteio feltrineñ. agnello edqñ. laurentio belluneñ. maxentio iulieñ. t hadriano polen. epis. Huic scismati non consenserunt. Propter quod omnes prenominati sancti multas iniurias ppessi sunt. Sāctus vero ingenuinus actus in exilium: in pace quieuit noñ. februarij. Cui sanctus constantinus successit. Corpusq̄ ipsius post multos annos brixinam translatū est. Et sanctus albuinus eps brixineñ. die quo migrauerat. scȝ noñ. febr̄. miraculis clarus eidem associatur. Hec frater bartholomeus.

¶ De sancto Adiuto epo. Cap. lxxvi.

Adiutus eps vienen. eximie sanctitatis fuit. Cuius fidei industria atq̄ doctrina mirabili ab infestatione arriane hereseos gallie sese sunt tempore gūdobardi regis frācorū. Qui t virtutibus insignis noñ. febr̄. apō viennam in pace dormiuit: vt dicit ado.

¶ De quinquagesima: Cap. lxxvij.

Quinquagesima significat tēpus remissionis. Et incohatur in dominica qua cantatur. Esto mihi in deum: t terminatur in ipso die pasche. Instituta est autem ppter suppletionem: t ppter significationē: ppter representationem. ¶ Primo ppter suppletionē: quoniaȝ cū debeam⁹. xl. dieb⁹ ieiunare ad similitudinē xpi: t nō sint nisi. xxxvj. dies ieiunabiles: q: in dñicis nō ieiunaf ppter leticiā t reuerētiā dñice resurrectōis: coq̄ p supple tiōe dñicarū additi sūt qttuor dies. Jterū clerici, videtes q̄ sicut pcedūt ppl'm ordine sic debent pcedere scītate p duos dies ante illos qttuor ieiunare: t abstinere ceperūt Et sic septimavna addita est q̄ dn qgesima vocaf. Scd'o ppt significationē: qm̄ dn qgesima significat tps remissionis id est penitētie in qua oia remittunf. Quinqgesimus eñ annus erat iubileus q̄ erat annus remissionis: q: tunc debita remittebantur: serui liberabanf, t omnes ad suas possessiones reuertebanf. Per quod signaf q̄ p penitentiā dimittunf debita pctōr: liberanf oēs a seruitute demonum: t reuertunf ad possessiones celestiū mā sionum. ¶ Tertio ppter representationem. Nā dn qnagesima nō solū tps remissiōis significat: sed etiā statū beatitudinis reprsentat. Nā in dn qgesima āno fiū efficibāt liberi: in dn qgesima die data ē lex in mōte sina: t i. l. die datus est spiritussanctus apostolis. Et ideo hic numer⁹

beatitudinē representat: vbi erit adeptio libertatis: qđ
ostenditur per seruitutis liberationem: cognitio verita-
tis quod per legis dationē: ⁊ perfectio charitatis quod
per spiritussancti infusionem. ❡ Numerus etiam quin
quagenarius est denarius quincuplatus. Denarius ve-
ro significat beatitudinem sanctis in fine mundi confe-
rendam: vnde paterfamilias suis operarijs in vinea la
borantibus: sero contulit denarios singulos pro merce-
de. Hic autem denarius ideo quincuplatur: quia. v. cor
poris sensus tunc beatificantur. Hic enim p̄ quinq̄ pru
dentes virgines designantur: que fatuis exclusis ad nu
ptias cum sponso christo ingrediuntur. Ideoq̄ denari⁹
retributionis in. v. sensibus quincuplandus ad quinq̄-
genum iubilei multiplicatus ascendit. ❡ Tria autem
sunt necessaria in epistola ⁊ euangelio dominicali propo
sita: ad hoc vt opera penitentie sint perfecta scilicet cha
ritas que proponitur in epistola: memoria dominice pas
sionis: ⁊ fides que sumitur per illuminationem ceci: que
duo ponuntur in euangelio. Nam fides ipsa opera facit
acceptabilia: sine qua impossibile est deo placere: memo
ria passiōis facilia. Gregori⁹. Si passio christi in animū
ducitur: nihil est tam arduum quod non equo animo to
leretur: charitas autem facit esse continua: quia vt idē
dicit amor dei nūq̄ est ociosus. Operatur enim magna
si est. Si autem operari negligit: amor dei non est.
❡ Unde sicut in principio ecclesia quasi desperans cla-
mauerat. Circumdederunt me ⁊c. Et postmodum ad fere
diens ⁊ adiuuari petebat dicens. Exurge domine ⁊c. Ita
iam hic ex spe venie fiducia concepta propter penitentiā
orat ⁊ dicit. Esto mihi in deum protectorē: vbi quattuor
petit scilicet protectionem: firmamentum: refugiū: ⁊ du
catū. Omnes enim filij sui: aut sunt in gratia: aut in cul
pa: aut in aduersis: aut in prosperis. Illis q̄ sunt in gra-
tia: petit firmamentum: vt in ipsa gratia confirmentur.
Illis qui sunt in culpa petit refugium vt conuertantur.
Illis qui sunt in aduersis: petit protectionem: vt in ipsis
tribulationibus protegātur. Illis qui sunt in prosperis
petit ducatum: vt in ipsis prosperitatibus a deo innocē
ter ducantur. Terminatur autem in quinquagesima in
die pasche: quia penitentia ad nouitatem vite facit resur
gere. Et quia in hebdomada quinquagesime tēpora ter
tie etatis recoluntur: merito sanctorū patrum tertie eta
tis immediate gesta subscribuntur: quorum dies obitus
ignorantur. Quāuis enim de solo sancto Abraham bea-
tus hieronymus diem dormitionis in suo calēdario scri
bat: videlicet. vij. idus octobris: q̄ tamen de nullo alio ip
sius etatis certa dies festiuitatis reperitur: ne ipsum
Abraham primum ⁊ solum etatis tertie ab alijs separe-
mus congruentius visum est: vt de ipso vna cū alijs acta
subijciamus.

❡ De sancto Abraham patriarcha. Cap. lxxviij



Bram quem deus ꝓpter eius fidē ad-
dita sibi vna littera quam nomini vxo-
ris detraxerat: vocauit postmodū abra
ham patriarcha sanctissimus: nō solū
in sanctorū catalogo ecclesiastici. xliiij.
⁊ primo matthei. i. cap. specialiter no-
minatur: sed etiā ex textu sacre scriptu
re in locis pluribus de fide: iusticia: ⁊ obediētia commē-
datur. Hic cum patre thare habitans in arā cū esset an
norum. lxxv. ad imperium domini relictis patre ⁊ fratre
Nachor: egressus inde cum vxore sara sterili ⁊ Loth filio
fratris arā: quē in filiū adoptauerat: ⁊ cū omni eius fami
lia ⁊ supellectile venit ad terrā chanaam habitatur⁹ quā
deus eius semini ꝓmiserat se daturum: veniensq̄ ad si-
chem iuxta vallē illustrē: que pentapolis dicebat a q̄nq̄
vrbibus sodomorum: edificauit ibi altare domino. Exin
de vt dicit iosephus primus ꝓsumpsit ꝓnunciare vnum
deum creatorē cunctoꝝ. Inde transgrediēs inter bethel
⁊ ai aliud edificauit altare: ⁊ vltra ꝓgrediēs habitauit in
damasco. Annus vero subsequēs q̄ ē. lxxvj. etatis abrahā
Primus annus est repromissionis dei facte ad eū: a quo
vsq̄ ad egressum filiorum israel de egypto supputantur
anni. ccccxxx. post quos apl̄us ad gal. iij. dicit factā fuisse
legē. ❡ Uerū ꝓpter famē que facta est: descēdit abrahā
in egyptum timensq̄ libidinē egyptiorum: ne eum ꝓpter
vxoris pulchritudinem occiderent: dixit eam sororē suam
esse: sicut ⁊ erat reuera q: filia fratris. Et q: laudata ē pul
chritudo eius apud regē egypti: in domū eius sublata ē.
Sed deus regis desideriū impediuit: ne tangeret eā in
egritudine ⁊ tumultu causarum: vt dicit iosephus. Cūq̄
p salute regis sacrificarēt sacerdotes p̄ iram dei hoc ac-
cidisse significauerunt: eo quod vxori peregrine iniuriā in
ferre voluisset. Sicq̄ rex egypti vxorē suam intactā abra-
he restituit: ⁊ de commisso veniā postulauit. Sane abra
ham eo tēpore arithmeticam ⁊ astrologiam egyptijs pri-
mus tradidit: a quibus postmoduꝫ ꝑuenerūt ad grecos
Reuersus autē abraham ex egypto habitauit in loco vbi
fixerat tabernaculū inter bethel ⁊ ai. Et cum esset diues
valde in auro ⁊ argēto familia ⁊ iumentis ⁊ pastores ei⁹ cū
pastoribus loth p pascuis rixarētur: diuisus est a loth ne
pote suo: ⁊ dedit ei optionē eundi quo vellet. Loth elegit
regionē circa iordanē fertilē ⁊ amenam: ⁊ moratus est in
oppidis sodomorum. Abraham vero descendit ad conual
lem mambre iuxta hebron: ⁊ habitans ibi iuxta quercū
vel terebinthū edificauit altare domino. Mambre vero
eschol ⁊ anel fratres erant: ⁊ federati sunt abrahe: a quo
rum primogenito vallis cognōminabatur. Ibi promisit
deus abrahe omnē circunstātē terram per quattuor par
tes dare sibi et semini eius. ❡ Post hec chodorlaomor
rex helamitarum cū alijs tribus regibus quinq̄ reges
sodomorum vicit in bello: ⁊ tulit omnem substantiam eo
rum: cum loth ⁊ omni substantia eius. Quo audito abra
ham cum. cccxviij. vernaculis suis ⁊ tribus predictis fra-
tribus mambre: eschol: ⁊ anel persecutus est eos vsq̄ ad
dan: ⁊ plurimis trucidatis victoriam obtinuit: ⁊ loth ne
potem mulieres ⁊ populum omnemq̄ substantiam redu-
xit. Cui melchisedech rex salem ⁊ sacerdos occurrit: ⁊ sa-
crificium panis ⁊ vini primus obtulit: cuiq̄ abraham de
cimas persoluit: vt infra de melchisedech dicetur. Ab hac
victoria pro remissione captiuorum dicunt quidam ini-
tium habuisse iubileum: quod remissio interpretatur.
Et institutus est anno quinquagesimo. quia tunc erat
Loth quinquaginta annorum. ❡ Post que abraham p̄
inflammationem sacrificij diuinitus illapsam: accepit
signum de promissione sobolis in stellarum numeꝝ mul
tiplicande. Quod q: vti naturaliter impossibile deo cre-
didit. de fide merito cōmēdatur. Tuncq̄ primū suscepit
filium

filium ex agar ancilla cui nomen ismahel: a quo ismahelitarum gens: qui et agareni ab agar dicti sunt: qui postmodum et a sare filii saracenorum falsum nomen usurpauerunt. ¶ Deinde abraham qui primo dicebatur abram a deo vocatus est abraham: uxorque ipsius que sarai dicebatur a deo sara vocata fuit. Preceptumque accepit diuinitus abraham ut se cum sua sobole circumcideret: ut inter cunctas nationes tali signaculo corporis electorum virorum soboles nascerentur. Et cum esset annorum. xcix. circumcidit se et ismahelem filium suum annorum. xiii. ac omnem familiam suam sexus masculini. ¶ Iterum quoque dominus abrahe: per subiectam angelicam creaturam apparuit: filiumque de sara repromisit: eamque hesitantem redarguit: et abrahe sodomorum interitum nunciauit. Tunc sanctus patriarcha beate trinitatis prius mysterium intellexit. Cum tres viros vidit et unum adorauit: quos et hospitio susceptos fertili conuiuio refecit: ubi trinitatis expresse mysterium ponitur. Cum abraham nunc ad unum nunc ad tres loquitur. Ipse quoque deus in tribus apparentibus angelis: nunc singulariter nunc pluraliter virum sanctum affatur. Abraham post hec peregrinatus in geraris saram uxorem ut fecerat in egypto sororem esse dixit: et simile necis periculum simili modo per dei prouidentiam euasit. Cum vero esset annorum. c. corpusque iam haberet mortuum naturaliter ad generandum: saraque sterilis et nonagenaria esset: iuxta repromissiones dei ad eos factam natus est isaac: qui et octauo die iuxta diuinum mandatum circumcisus est anno ab instituto circumcisionis secundo: ab ortu vero ismahelis. xiiii. Ablactato vero isaac: et aliquantulum excrescente dum cum ismahele luderet et eum ille ut maior in ludo lesisset: cum etiam ut dicunt hebrei ismahel aliqua idola de terra finxisset: et isaac ad ea colenda inducere vellet ad instantiam sare: abraham ismahelem cum matre simul eiecit: sed dominus ismahelem custodiens. xii. duces tribuum suarum ex eo multiplicandos procreauit. ¶ Deinde abimelech rex geraris timens abraham ditatum et multiplicatum cum fichol principe exercitus sui ad eum venit: et cum illo ad puteum fedus iniit: ubi et abraham nemus plantauit.

¶ Cum autem abraham adhuc habitaret in bersabe et isaac esset annorum viginti quinque vel ut quidam asserunt. xl. dominus fidem et obedientiam sancti patriarche tentare volens: non quia nesciret: sed ut nobis exemplum innotesceret: precepit immolare filium suum isaac in monte moria: in quo postea templum domini a salomone edificatum est. Quod quidem ille creatori suo amplius quam suo affectui cupiens deseruire adimplere curauit. Et dum cum assumptis duobus pueris et filio suo ad victimam pergeret et omnibus famulis natus parentem ubi esset victima quereret: adhuc abraham eidem diuinum mandatum noluit reuelare: dicens quod deus sibi de victima prouideret. Cum autem ad montem peruenissent: refert iosephus verba patris ad filium dicentis: quia sicut ex voluntate dei ingressus fuerat mundum mirabiliter: sic dei voluntate necesse erat ei egredi inusitanter: quem dominus quidem iudicasset non egritudine non bello non aliqua passione humana vitam finire: sed cum orationibus et sacrificiis animum ipsius ad se reuocaret: et quod non dubitaret quia insalubiliter deus eum suscitaret: ob promissiones implendas. Et sic isaac immolandus libens accessit ad aram. Sed nunquam credentibus dura diuinitas permansit. Nam et deus angelica voce suspendit abraham a filii nece ostendens ei quem immolaret pro filio arietem: ut absque pietatis dispendio tantum sacrificium consummaretur. In hoc mortem christi prefigurans: ut sicut reseruato isaac aries immolatur: sic diuinitate in christo seruata humanitas in cruce patitur. Ex hoc forte quidam codices autumant sacrificium abrahe eodem anni die cum christi passione concurrisse scilicet. viii. calen. aprilis quo etiam die tradunt melchisedech primum sacerdotem et regem: panis et vini deo primitus mysterium obtulisse. ¶ Reuerso autem abraham ad conuallem mambre: mortuaque sara eius uxore misit seruum suum eliezer ad mesopotamiam syrie ad nepotem suum bathuelem filium nachor: adiurans eum ut filiam nepotis sui de cognatione suo filio uxorem assumeret. Qui recto gradu perueniens ad domum bathuelis. cum esset adhuc in agro et expectaret diuinitus inspiratus uxorem isaac predestinatam rebeccam bathuelis filii nachor filiam nunquam sibi visam cognouit. Cogitans ut quecunque puella ad hauriendum aquam pergens sibi potum petenti quin etiam camelis aquam preberet: ipsa futuri isaac coniunx esset. Que omnia cum in rebecca contigissent: seruusque cuncta patri narrasset: dedit pater puellam in uxorem isaac desponsandam. Quam secum adductam: isaac desponsauit cum esset annorum. xl. vel secundum quosdam. l. et intantum eam dilexit: ut dolorem qui sibi ex matris morte acciderat temperaret. ¶ Abraham vero aliam duxit uxorem nomine cethuram quam quidam dicunt agar ancillam eius fuisse: et ex ea plures genuit filios quibus et munera dedit et eos ab isaac separauit. Illi vero ut heredi omnem possessionem suam tribuit. Et postquam genuerat isaac superuixit annis. lxxv. videlicet usque ad. xv. annum natiuitatis iacob et esau. Sicque cum esset annorum clxxv. in senectute bona mortuus est. Et sepultus est in spelunca duplici quam emit ab effron in sepulturam generis sui: ubi et sara eius uxor ab eo fuerat tumulata. Dies autem dormitionis abrahe sm hieronymum fuit. vii. idus octobris. Hec ex libro genesis a. xxii. usque ad. xxv. inclusiue et ex dictis iosephi hieronymi et hystorie scholastice: atque ex chronicis guilielmi.

¶ De sancta Sara matre. Cap. lxxxix.

Sara quam propter eius singularitatem detracta una littera eius nomini addita nomini abrahe deus saram nominauit: filia fuit aram fratris abrahe: et ipsius abrahe consobrina. i. neptis ex fratre. Nam eo tempore ad augendum et multiplicandum genus humanum cuiuscunque gradus preter sororem coniugem accipere licebat. Hec cum sterilis esset: agar egyptiam ancillam suam abrahe dedit uxorem ex qua suscepit filium ismahelem. Deinde promissione sibi a deo facta cum esset annorum xc. ex abraham centenario filium concepit: et peperit quem vocauit isaac. Et cum aliquantulum excreuisset puer: et cum ismahele luderet: perpenait sara quod ismahel de luto ydola finxerat: et isaac ad ea colenda prouocabat. unde et viro instituit: ut ancillam cum filio a se eiiceret: ne filius innocens ismahelis malicia fedaretur. Superuixit autem sara nato isaac annis. xxxvii. Et cum esset annorum. cxxvii. mortua est: et a viro sepulta in hebron in spelunca duplici quam abraham emit in perpetuam sui et suorum possessionem sepulchri. hec unde supra.

¶ De sancto Melchisedech rege. Cap. xc.

Melchisedech rex salem que postea dicta est hierusalem: cui apostolus paulus ad hebreos. vii. sacerdotalis testimonium perhiberet: in plerisque sacre scripture locis sanctissimus nominatur. Cuius tamen genealogia sicut apostolus subticet christum in hoc figurans: qui secundum humanitatem patre caruit: et cuius secundum diuinitatem generatio narrari nequit. Hunc tamen hebrei autumant sem filium noe fuisse et usque ad isaac et post uixisse et omnes primogenitos a noe usque ad aaron sacerdotes extitisse: qui in conuiuiis et oblationibus populo benedicebant et primogenita recipiebant. Siue autem melchisedech idem qui et sem fuerit siue alter extiterit hoc ex diuina pagina expressius habemus quod rex et sacerdos fuit qui et primum et aliis inusitatum sacrificium deo in pane et vino obtu

lit: cui etiam abrahe vti vero dei omnipotentis sacerdoti decimas exoluit. In quibus omnibus christum expressius designauit: qui ⁊ rex iudeorum ⁊ hierusalem ex regis dauid carne progenitus fuit: quem ⁊ magi ab oriente venientes: vt regem iudeorum adorant: ⁊ pylatus imperij romani vicarius in titulo cruci superposito regem iudeorum affirmat. Hic etiam sacerdos verus extitit sacrificium sui corporis ⁊ sanguinis immaculatum sub speciebus panis ⁊ vini deo offerens: oblationemque in melchisedech prefiguratam adimplens. De quo pater eius secundum carnem dauid prophetauerat dicens. Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. Ablato enim sacerdotio aaron quod fuit ad tempus: sacerdotium melchisedech in christo innouatum eternaliter cōfirmatur. Cui etiam vti vero ⁊ legitimo sacerdoti omnis laycorum decimatio persoluenda debetur: et per consequens eius vicarijs in ecclesie regimine substitutis: qui ⁊ eius eidem sacrificium administrant. Quomodo autem melchisedech: aut qua morte: vel vbi: seu quo tempore vita excesserit: ignoratur immo ꝙ aliquando mortuus sit omnino silentio preteritur. In hoc etiam christi sacerdotis typum representans qui ⁊ si in carne aliquando passus fuit: immortalis tamen ex resurrectione factus nūquam de cetero moriturus ab ecclesia predicatur.

De sancto Loth. Cap. xci.



Loth filius aram fratris abrahe naturalis: abrahe vero filius adoptiuus fuit: cuius sarai sororem diem abraham in coniugium accepit. Hic cum adoptiuo patre et naturali patruo de aram in terram chanaan progressus est ⁊ postmodum ab eo diuisus habitauit in oppidis sodomorum: vt dictum est supra. Hic etiam cum ipsis regibus a chodor laomor belamitarum rege captus ab abraham redemptus est. Cum autem dominus propter vitium abominabile sodomiticum quinque ciuitates sodomorum: id est sodomā: gomorram: adama: seboim: ⁊ segor subuertere decreuisset: que in confinio arabie ⁊ palestine posite erant. Loth abrahe nepotem propter eius iusticiam ⁊ abrahe preces saluare disposuit. Venientesque duo angeli sodomam vespere missi a deo ad eius sententiam exequendam: apud loth hospitati sunt. Quos sodomite iuuenes putantes: ⁊ eis abuti volentes: ad domum loth insultum fecerunt: vt viros ad se educerēt. Quos ille defensare studens: duas filias suas virgines desponsatas quidem sed nondum viris cognitas eis illudendas tradere voluit. Quod illi renuentes: ⁊ vt iuuenes sibi daret instantes ab eisdem angelis cecitate percussi sunt: ita vt ianuas videre non possent. Tunc angeli emiserunt loth de ciuitate cum duabus filiabus ⁊ vxore duobus generis suis exire nolentibus ⁊ propter loth pepcit dominus ciuitati segor: ne cū alijs subuerteretur: ad quam loth declinare proposuit: forte quia minor erat alijs quattuor subuertendis: vel minus peccauerat. Admonueruntque angeli loth: ne quis eorum post tergum respiceret. Cum autem sol ortus fuisset ⁊ loth in segor introisset: subuertit deus quattuor ciuitates reliquas sodomorum cum paruulis ⁊ mulieribus et pecudibus ⁊ omnibus hominibus existētibus in eis que sulphure ⁊ igne celico combuste sunt: ⁊ in fauillam redacte. Respiciensque vxor loth post se: versa est in statuam salis. Cum autem nec etiam in segor loth se tutum reputaret: ascendit ⁊ habitauit in monte: vbi duabus noctibus a duabus filiabus successiue inebriatus cum eis concubuit: ⁊ vtraque ipsarum ex eo filium genuit. Maior filium suum vocauit moab: ipse est pater moabitarum: minor vero suum natum appellauit amon: ipse est pater amonitarum. Nec peccauit loth cum filiabus coeundo: quia ipsas non cognoscebat: ꝙuis peccasset se inebriando: vel forte nec etiam inebrietate deliquit: quia virtutem vini noue regionis non cognouit: sicut nec noe quando inebriatus est. Forte etiam filie minus peccauerunt: que nō concupiscentia ducte: sed vt saluarent semen de patre cōcumbendi secum modum inuenerunt: putantes omnes homines mundi sicut ⁊ sodomitas incendio perisse ⁊ sicut ab his diluuio audierant esse factum. Potissime quia secundum diluuium ignis extitisse putabant quod futurum intellexerant prophetatum. Si autem loth peccauit credendum est ipsum penitentiam egisse. Alioquin in sanctorum collegio non poneretur. Quod autem sanctus nominandus sit: nō solum ex testimonio petri apostoli in secunda epistola. c. ij. probatur: sed etiam ex Genesis testimonio vbi solus ipse iustus inter cunctos omnius ciuitatis peccatores homines nominatur. Quis autem aut quando vite sue finis fuerit vlterius non legitur hec vnde supra.

De sancto Isaac patriarcha. Cap. xcij.



Isaac patriarcha abrahe filius quia in sanctorum patrum catalogo conscribitur ecclesiastici. xliiij. per repromissionem anno c. patris natus octauo die circumcisus: a deo intantum dilectus fuit: vt tentans patrem de eodem sibi exhiberi holocaustum mandasset: ⁊ eius obedientia propalata pro ipso arietem commutasset: ⁊ eum a morte reseruasset: que omnia in abrahe legenda superius dicta sunt. Cum ergo isaac esset annorum. xl. ⁊ rebeccham bathuelis filiā duxisset vxorem vt iam pretactum est: in geraris peregrinatus est ⁊ fedus cum abimelech iuramento firmauit ⁊ dominum sibi pollicentem que ⁊ patri suo promiserat audiuit. Cum ergo rebeccha vxor eius. xx. fere annis sterilis extitisset: orante pro ea viro suo vt impleretur promissio: tandē duos geminos concepit. Quorum mutua collisione adinuicem afflictionem in vtero sustinuit. Consultoque domino ⁊ accepto de duobus populis ex eis nascituris diuino oraculo: geminam prolem edidit anno isaac. lx. Primo egressus ruffus ⁊ hispidus dictus est Esau: qui ⁊ edom: a quo gens idumeorum. Secundo natus dictus est iacob. quia plantam fratris manu tenebat: qui postea israel nominatus est: a quo israelite: qui nunc iudei descenderunt. Cum ergo adoleuissent esau factus est venator ⁊ iacob agricola ⁊ pastor in tabernaculis habitabat. Pater diligebat esau quia primogenitus: ⁊ quia de venationibus eius vescebatur libēter. Mater vero diligebat iacob pro eius simplicitate ac etiam diuina inspiratione. Cum autem iacob lenticulam coxisset: ⁊ esau lassus de agro rediret ⁊ de pulmento fratris peteret. Illeque sibi dare recusaret: vēdidit sibi esau primogenita sua: ea paruipēdēs: ⁊ se moriturū putans nisi instāti comederet: deditque sibi primogenita pro edulio lētis: ⁊ iurauit talē venditionē se ratū habiturum. Et qui lenticula fulua erat ⁊ hebraice edom fuluū dicitur

extunc esau vocatus est edom. Erant autem primogenita dignitates quas habuerunt primogeniti incognationibus suis vsq; ad aaron: videlicet vestes speciales quibus induebantur tantum in sacrificijs offerendis: ⁊ receptio finalis benedictionis a patre. Ipse vero in solennitatibus ⁊ coniugijs benedicebat minoribus: ⁊ in his duplam ciborum benedictionem percipiebat. Similiter ⁊ in diuisione hereditatis. Nec peccauit iacob fratrem esurientem non reficiendo gratis scdm Gregorium: quia laborabat illevitio gule: non nature necessitate. ¶ Cum autem senuisset isaac ⁊ videre non posset mandauit esau primogenito suo de venatione sibi cibos parari antequam moreretur: vt sibi benedicere posset. Quo ad venandum egresso iussit rebeccha iacob filio suo vt sibi afferret duos hedos optimos: ex quib⁹ escas gratas faceret patri suo: vt sibi pro esau benedictionem daret. Et cum ille ex hoc se deprehendendum daret: ⁊ fortasse maledictionem pro benedictione recepturum: protestata est mater q̃ talis maledictio in suum caput verteretur: dummodo iussa ꝑ filium complerentur. Quod cum iacob perfecisset: paratis cibis induit iacob vestibus esau valde bonis: quibus vt dictum est primogeniti vtebantur. Pelliculasq; hedorum manibus ⁊ collo circumdedit: vt similitudinem fratris qui pilosus erat exprimerent: iacob ergo cibis acceptis: ⁊ patri isaac allatis cum ipsum minime cognouisset de cibis comedit ⁊ palpato illo putãs esau: iacob postmodum benedixit. Egresso igitur iacob venit esau: ⁊ cibos patri intulit ac benedictionem petijt. Quo audito expauit isaac vehementi stupore: ⁊ in hac extasi vidit in spiritu vt ait comestor a domino hoc factum esse: ⁊ significationem pie fraudis intellexit: ⁊ ideo non irascens q̃d fecerat confirmauit. In hoc autem facto vt ait Gregori⁹ non peccauit Jacob nec per fraudem benedictionem primogeniture surripuit: sed sibi debitam accepit: quam alias pro lentis edulio a fratre comparauit. Nec falso dixit patri se esse esau: quia erat ipse non persona: sed primogeniture dignitate sicut ioannes helias non natura sed virtute. Benedictus est autem: non secundum intentionem patris que ad esau erat: sed secundum virtutem verborum que proferebat. Sicut episcopus qui ordinauit clericum alienum: quem credidit esse suum: ⁊ tamen vere est ordinatus. ¶ Superuixit autem isaac post natos esau ⁊ iacob annis.cx. Et sic annorum.clxxx. senex et plenus dierum mortuus est. Et sepelierunt eum filij sui in sepulchro paterno: quod est in hebron in spelunca duplici: de qua dictum est supius. Hec ex libro gen. a cap. xxv. vsq; ad.xxviij. ⁊ ex dictis hieronymi iosephi et comestoris: atq; ex chronicis guillelmi.

¶ De sancta Rebeccha. Cap.xciij.

Rebeccha filia bathuelis filij nachor fratris abrahe et isaac neptis ex auunculo progenita: eidem isaac in vxorem diuina dispensatione quesita fuit: vt superius in gestis abrahe continetur. Hec multo tempore sterilis duos postmodum geminos edidit natos: esau videlicet et iacob. Et quia naturale est: vt mater semper prediligat: quem pater minus amat. Rebeccha iacob predilexit: quẽ isaac respectu esau quodammodo contempsit. Et de matris consilio ac prouidentia summa adhibita cautela minor maioris benedictionem accepit: vt superius dictum est. Eademq; circumspectione iacob ab esau ira saluauit dum ipsum ad tempus ad laban auunculum suum ⁊ ipsius rebecche germanum in mesopotamiam transmisit vt mortem euaderet: quam sibi fuerat esau comminatus. Quo apud laban commorante per annos viginti: vt dicetur: antequam inde rediret: rebeccham decessisse creditur quo autem tempore: vel quomodo scripture textu silentio preteritur.

¶ De sancto Jacob siue israel patriarcha. Cap.xciiij.



Jacob qui ⁊ israel patriarcha isaac filius ⁊ ipse sanctorum patrum catalogo scriptus ecclesiastici.xliiij. anno patris.lx. cum esau congenitus est. Hic postquam fratris benedictionem diuina dispensatione surripuit: vt supra proximo dictum est: a fratre exosus de consilio matris ad laban auunculum suum in mesopotamiam confugit vbi in itinere iuxta luzam dormiens: scalam e terra ad celum erectam: per quam angeli ascendebant: ⁊ descendebant: vidit: ⁊ dominum summitati scale innixum sibi terram ⁊ benedictionem seminis promittentem audiuit. Perueniens autem ad laban.xiiij. eidem annis pro duabus filiabus suis lia ⁊ rachele seruiuit. Cum enim laban cum iacob pepigisset: vt sibi septem anni pro filia sua minore rachele: quam ipse amabat seruiret. Et completo seruitio septem annorum: iacob vxorem suam expeteret: laban nuptijs celebratis noctu liam filiam suam maiorem in thalamo collocauit: cui ancillam zepham tradidit: cum qua iacob rachelem arbitrans nocte dormiuit. Cum autem mane liam cognouisset: ⁊ de hoc socero conquestus esset: excusauit se laban: non esse de more patrie: vt minores filie ante maiores nuptui traderẽtur. Promisit quoq; sibi post septem dies rachelem daturum: et sic Jacob vtrãq; sororem habiturum ꝑ seruitio septem aliorum annorum futurorum quo sibi seruire debuisset: completaq; hebdomada eidem rachelem tradidit: cui ancillam balan nomine dedit: iacob quoq; socero septem alijs annis pro lia iam obtenta seruiuit. ¶ Genuit quoq; iacob duodecim filios ex vxoribus ⁊ earum ancillis. Ex lia habuit ruben. Symeon: leui iudam ⁊ isachar: ⁊ zabulon: ⁊ vnam filiam nomine dinam. Ex ancilla lie zepha gad: ⁊ aser. Ex ancilla rachelis baladan: ⁊ neptalim. Ex rachel Joseph: ⁊ beniamin. Finitis vero.xiiij. annis seruitij pro vxoribus suis iacob a laban discedere voluit: sed laban adhuc ipso requirente pro alio septennij seruitio iacob remansit: postulauitq; Jacob pro precio quicquid nasceretur varij coloris ex gregib⁹: quos pascebat: quod annuente laban iacob nouam nature stropham comminiscens contra naturã arte naturali pugnauit: virgas scz varias in cãnalibus ponens ⁊ in feruore diei dum ad potandum auide pecora pergerent ⁊ accenderent ad coitum oues et capras ascendi faciens: vt tales fetus conciperent: quales vmbras arietum ⁊ hircorum supra se ascendentium in aquis conspicerent. Uarius enim erat color vmbrarum sicq; multitudine agnorum ⁊ hedorũ varij coloris nascẽtiũ: iacob vltra modũ ditat⁹ ẽ. ¶ Jacob igit ioseph mato

completis annis viginti apud laban: nec valens vigesimum primum perficere propter nequitiam laban: q̄ mercedem eius pluries mutauerat: cum vxoribus et filijs et substantia sua clam discessit. Quem laban iratus persecutus est cum cognatis ⁊ amicis: sed ipsum domino cohibente: ne iacob noceret: inito secum federe reuersus est pace filiabus ⁊ nepotibus deosculatis. ¶ Jacob vero ceptum iter peragēs angelos dei cōfortantes se contra fratris sui esau iram: quem valde timebat: obuios habuit: ⁊ ante auroram cum sibi apparente angelo lucta dimicauit: qui ⁊ eius femoris neruum tetigit: ⁊ statim euanuit: ⁊ nomen israel imposuit: atq; quia contra fratrem inuictus staret: eidem predixit. Jacob vero ad placanduz animum fratris munera sibi per nuncios misit: ipse autem subsequens filios ⁊ vxores ac familiā ⁊ iumenta in duas turmas diuisit. Cui esau cum quadringentis armatis occurrens: ⁊ munera eius recusans: ipsum cum vxoribus ⁊ filijs suis amabiliter cum amplexu ⁊ osculo ac fletu suscepit: ⁊ in seyr reuersus est. ¶ Transacto vero iordane iacob habitauit in agro sichem: quem emit a rege emor.

Et tunc dina filia eius egressa: vt mulieres regionis videret: corrupta est a sichez filio emor. Quam postmoduz in coniugium petens: symeon ⁊ leui dolose egerunt: vt filius emor cum patre ⁊ populo iuxta ipsorum ritum circunciderentur: asserentes se sororem incircunciso homini copulare non posse: quod si facerent: nedum dinam filio regis promiserunt tradere: sed etiam cum eorum populo connubia confederare. Cum autem omnes mares circuncisi fuissent: ⁊ pre dolore incisionis tertio die in lectis iacerent. Symeon ⁊ leui arreptis gladijs vrbem aggressi sunt: cunctisq; maribus interfectis cetera diripuerunt. Unde territus iacob propter incolas terre: sed confortatus a domino recessit. Perueniensq; bethel edificauit altare: ⁊ iuxta id quod prius in itinere mesopotamie domino vouerat: ibidem obtulit holocaustuz. Egressus igitur iacob de bethel venit verno tempore ad terram q̄ ducit effratam id est bethleem. Ibiq; cum rachel filium peperisset: ⁊ pre dolore partus moreretur: vocauit eum bēnoni.id est filius doloris. Pater vero vocauit eum beniamin.id est filius dextere. Ibiq; rachele sepulta: iacob peruenit ad terram chanaan. Et cum esset annoruz.cxx. patrem suum isaac mortuum sepeliuit. Erat autem iacob annorum.xcj.quando genuit ioseph. Et cum esset ioseph annorum.xxxix.iacob descendit in egyptū in animabus.lxx.qui tunc erat.cxxx.annorum: vt in proximo dicetur. Qui postea vixit in egypto annis.xvij. Et sic iacob annorum.cxlvij.videns appropinquare obitum suum vocauit ioseph filium suum adiurans eum vt ipsum sepeliret: vbi abraham sepultus fuerat. Conuocatis autez omnibus filijs suis benedixit eis ac prophetice multa ventura predixit de diuisione terre promissionis ad litteram: ⁊ de futuro statu.xij.tribuum: apertissime autē de vtroq; christi aduentu. Et post hec in pace dormiuit: quem filij assumentes portauerunt in hebron ⁊ ibi eundem sepelierunt: cum patribus suis. Hoc ex Gen.a.c.xxviij.vsq; ad xxxvij. ⁊ ex alijs libris quibus supra.

¶ De sancta Rachel. Cap.xcv.

Rachel filia laban filij bathuelis filij nachor fratris abrahe ⁊ iacob neptis ex auunculo procreata in vxorem iacob diuina dispensatione a patre tradita est: Pro qua vt supra proxime dictum est: iacob laban seruierat.vij.annis. Et videbant sibi dies pauci pre amoris magnitudine qua ipsam adamauit. Nam sororem liam q̄si coactus accepit. Quia tamen de iusticia igitur vt minus accepti in aliquo subleuentur. Uidens deus q̄ Jacob rachelem prediligeret eam multo tempore sterilitate damnauit: liam autem multis filijs fecundauit. Cuz autem contemplatione filioruz amor lie sororis dilectioni adequatus esset in iacob: tunc ⁊ rachel parere cepit. Peperitq; primum ioseph iacob iā.xcj. anno etatis agēte vt scilicet iosephus tradit. Post quem annis.xj.genuit beniamin: ⁊ in puerperio decessit: quam iacob in effrata que est bethleem vbi ⁊ filium pepērat sepeliuit: et titulum eius inscriptionis desuper apposuit. Prefate tres sanctissime matres scilicet sara rebeccha: et rachel in multis sacre scripture locis commemorantur: ⁊ earuz celebris sanctitas recolitur. Specialiter autem petrus in prima epistola.c.iij.de sanctitate sare mentionem facit: Quis ⁊ ceteras commendare in genere videatur: propter quod merito in sanctarum mulierum catalogo describuntur que tantorum virorum coniuges ⁊ tantorum filiorum meruerunt esse genitrices. Josephus etiaz eas inter sanctas hebreorum matres immo pre ceteris cōmemorat. Hec omnia vnde supra collecta sunt.

¶ De sanctis duodecim patriarchis filijs Jacob. Cap.xcvj.



Duodecim patriarche filij iacob a quibus duodecim tribus israel descenderūt: ab eodem ex duabus eius vxoribus: rachele ⁊ lia: ⁊ duabus ancillis zelpha ⁊ bala progeniti fuerunt: quoruz nomina hec sunt ruben. simeon: leui: iudas: isachar: zabulon: gad: aser: dan: neptalim: ioseph ⁊ bēiamin. Hos enim in sanctoruz numero ponendos inducunt: non solum paterna sanctissima merita: quorum illi imitatores fuisse creduntur: sed etiam eorum in multitudinem filiorum israel innumera generatio diffusa. Quod vt ipsorum sanctitas plenius innotescat ex omni tribu eorum.xij.milia signatorum in apocalypsi describuntur: vt sic ex electis filijs parentes eorum sancti comprobentur. Excepta sola tribu dan: que ideo in nouo testamento repellitur: non ex vlla progenitoris culpa: sed quia ex ea christo contrarius antichristus nasciturus dicitur. Uerum ⁊ si ex eisdem patriarchis aliqui peccauerunt in aliquo: vtpote ruben qui patris concubina abusus est: vel forsitan omnes: quando ioseph iustum in egyptovendiderunt: pie creditur eorum culpas ante mortez per penitentiam fuisse deletas: vt patrum vestigia imitantes omnes ex hac luce sine delicto migrarent. Confirmatur etiam hec opinio ex duodecim testamentis ipsorum: que in hebreorum codicibus reperta nuper in latinum translata sunt: que vincentius in speculo ponit. In quibus de aduentu christi et articulis humanitatis tot ⁊ tanta mysteria vaticinata continentur: vt videantur diuino afflati spiritu non futuram prophetiam predixisse: sed transactam hystoriam texuisse. Et potissime in hoc concordantes: q̄ christus dominus de tribu iuda ⁊ tribu leui fuerat nasciturus: ipsas duas tribus pre ceteris extollentes: ⁊ in hoc christo regnum ⁊ sacerdotium attribuentes. Neq; enim arbitrandum est tantam diuini spiritus afflationem in reprobatos homines eadem sacramenta sic vnico ore prophetantes: potissime mortis tempore concurrisse. ¶ Omnes autem patriarche sicut cum patre iacob in egypto intrauerunt: sic ibidem vitam finierunt. Ex istis vt dictum est duodecim tribus filiorum israel dicte sunt. Inter quas p̄mus tribus ruben ex eo quod fuerat primogenitus ceteras dignitate precellere debuisset: tñ trib⁹ iuda eius locū obtinuit: ⁊ id̄o merito regnum accepit: quia aperto rubro mare filijs israel transituris: cunctis intrare dubitantibus: prior tribus iuda mare transiuit: ⁊ ceteris transeundi audaciam prebuit. Post hanc secundum tribus leui merito preficitur

quia

quia ipsa sola ex omnibus diuina vocatione ad sacerdotium sublimatur. Et q: ex omnibus fratribus suis leuite separati fuerant: vt de sacrificijs et oblationibus ceterorū viuētes ducētes sortē hereditatis cū alijs nō acciperent ita q solū .xj. trib⁹. remanebāt. idcirco trib⁹ ioseph i duas subdiuiditur: q ex duob⁹ filijs effraim et manasse descenderunt: vt numerus duodenarius impleretur: et vt trib⁹ ioseph cuius occasione ceteris fratribus tanta bona peruenerant: duplici portione ditaretur. Ideoq; tribus ioseph inter ceteras non nominatur: sed loco eius duē tribus videlicet effraim et manasse surrogantur.

De sancto Joseph patriarcha. Cap. xcvij.



Joseph patriarcha Jacob filius ex rachele in sanctorum patrum catalogo ecclesiastici. xliij. et primo macha. ij. specialiter nominatur. Qui patri dilectissim⁹ eo quod in senectute genitus cum annorum. xvj. pasceret gregem: inuidiam fratrum suorum incurrit: tum propter familiarem patris erga se dilectionem: tum propter somniorum narrationem. Viderat enim somnia q fratrum manipuli suum in agro adorarent: et q sol et luna et stelle. xj. se similiter honorarent: quod pater exponens ioseph a fratribus predixerat adorandum. Cum igitur a patre in sichem: vbi fratres pascebant pecora: mitteretur: ipsum tunica talari nudatum deposuerunt in cisternam siccam: et deinde consilio inde extractum ismahelitis. xxx. argenteis vendiderunt. Tunicam autem ipsius in sanguine hedi tinxerunt: simulantesq; illum a feris occisum eandem patri miserūt qui ipsum interfectum existimans inconsolabiliter omni tempore deflebat. Madianite vero qui et ismahelite ioseph in egypto vendiderunt phutiphari eunucho magistro militie pharaonis. Hic habuit vxorem et liberos: nōdum enim eunuchus factus erat. Nam et ioseph postmodum duxit vxorem eius filiam: qui eunuchus factus ad sacerdotium fuit promotus. Traduntq; hebrei q ipse phutiphar videns ioseph elegantem emit eum: vt sibi misceretur. Dominus autem custodiens ioseph: adeo illum infrigidauit: vt deinceps tanq eunuchus impotēs ad coitum fuerit: propter quod et eunuchus dicitur. Videntes autem eū ierophanti arefactum de more suo ipsum pontificē heliopoleos: que postea fuit damiata creauerunt. Phutiphar autem q̄uis cū ioseph peccare nō posset: ipsum tamen diligens intantū honorauit q omni domui sue illum prefecit. Cum autem vxor eius iniecisset oculos in ioseph: quadam die dum esset in camera solus: illa ingressa apprehendit pallium eius: et eum ad concubitum inuitauit. Sed ioseph iratus relicto pallio in manu eius effugit. Illa vero contemptam se videns: in argumentum fidei retentum pallium ostendit viro redeunti: accusans ioseph q ipsam voluisset violare. Qui verbis vxoris credulus: vinctum ioseph tradidit in carcerem regis. Ubi etiam post dies aliquot retrusi sunt a rege princeps pincernarum et pistorum magister ex culpa ipsorum

Qui cum ambo nocte vna somnia vidissent et ea ioseph interroganti narrassent: principi pincernarum qui dixerat se vidisse q ex vite trium propaginum vuas exprimēs in calicem pharaonis poculum regi dabat: exposuit ioseph q post dies tres suo fuerat officio reponendus. Principi vero pistorum dicenti q viderat se tria canistra panibus referta gestare: auesq; ex eis comedere: exposuit ipsum post tres dies in patibulo suspendendum: carnesq; eius ab auibus lacerandas: que omnia vt predixerat: rei probauit euētus. Post duos annos vidit pharao somnium q septem boues crasse de fluuio ascendebant: quas sequebantur septem alie macilēte priorum pinguedinem deuorantes. Septem quoq; spice plene et vberes pullulabant: quas sequebantur alie septem tenues et arentes priorum pulchritudinem absorbentes. Cūq; sapientes egypti somnium regi interpretari nescirent: ad suggestionem pincerne ioseph recordati: pharao ioseph educto de carcere somnium retulit: qd ille sibi exposuit. Dicens septem annos fertilitatis nimie in orbe venturos: quos subsequentur alij septem fame sterilitatis. Consuluitq; regi: vt prouideret virum: q quintam partem frugū tempore fertilitatis in horreis congregaret: et tempori future postmodum famis reseruaret. Rex ergo miratus in ioseph somnij solutionem: et consilij discretionē commisit ei huiusmodi dispensationem: faciens eum totius egypti ducem et principem cum esset annorum triginta. Primo igitur et fertilitatis anno venit ioseph vt congregaret frumenta in fines heliopoleos id est damiate: et diuertit ad domum puthiphanis: qui ipsum emerat. et per dolum vxoris carcerauerat: qui princeps et sacerdos regionis heliopoleos factus fuerat. Huius filiam asenech virginē dedit pharao ioseph in vxorē: ex qua nati sunt sibi duo filij manasses et effraim priusq̄ anni sterilitatis venirent. Transactis igitur annis vbertatis et grano collecto: venerunt anni inopie: et ceperunt tam egyptiorum q̄ aliarum prouinciarū populi concurrere ad ioseph pro frumentis emendis: vnde et exinde infinitam pecuniam congregauit et in arcis regis reposuit. Inter hec venerunt in egyptum de terra chanaan. x. fratres ioseph: beniamin cum patre relicto: pro frumentis emendis: qui ad ioseph intrantes eū adorauerunt: quibus ille cognitis durius locutus est: dicēs eos exploratores esse: eosq; diebus aliquibus in vinculis mancipauit. Illi vero se excusantes omnem suam progeniem narrauerunt: et inter alia fratrem alium beniamin domi relictum se habere dixerunt. Quod ioseph audiēs symeonem detinuit: ceteros vero cum cibis dimisit: iurans q fratrem illorū nunq̄ dimitteret: nisi beniamin sibi adducerent: vt sic illos verum dixisse comprobaret. Qui redeūtes omnia patri narrauerunt: et eū noua tristicia afflixerunt. Consumptis ergo triticis de mandato parentis iterum pro alijs emendis in egyptum descēdunt: et q̄uis dudum iacob recusante beniamin secū adducunt: venientesq; ad ioseph eum adorauerunt et beniamin sibi presentauerunt: et munera secum delata obtulerunt. Quos ille ad conuiuium inuitauit et symeonem eductum cum fratribus discumbere fecit. Factoq; mane dispensatori suo mandauit: vt eis frumentū tribuat cyphumq; suum in sacco minoris abscondat. Quod cum factum esset: et illi de ciuitate exissent: fecit eos insequi et teneri eo quod cyphum principis rapuissent. Quod dū negarent: et apertis saccis omnibus granum effusum esset: repertus est cyphus in sacco beniamin: illiq; omnes vincti ad ioseph reducti sunt. Cum autem eos ioseph de commisso furto durius increparet et solum beniamin vti culpabilē ceteris dimissis in suū retinere vellet iudas propi⁹ accedēs: eidē cū lachrymis exposuit: q̄liter puer a patre in fidē suā susceperat: et pro puero misericordiam postula

bat: supplicans illum ad patrem remittendum: ⁊ se loco pueri in seruitium detinendum. Joseph ergo se amplius cohibere non valens: alienis omnibus eiectis se cum lachrymis fratribus innotuit: omnesqꝫ sibi cum amplexibus reconciliauit: datisqꝫ muneribus ad patrem remisit: cumqꝫ cum omni familia ⁊ facultatibus ad se deferendum mandauit. Qui festinanter ad patrem redierunt ⁊ sibi per ordinem cuncta retulerunt. Audiens autem iacob ꝙ ioseph filius eius viueret: ⁊ totius terre egypti dominator esset: quasi de graui somno euigilans deum benedixit. Quem dominus per visionem confortauit. Qui mox surgens secundo anno famis cum vniuersa familia in egyptum descendit. Fueruntqꝫ anime .lxx. numero ipso ioseph cum duobus eius filijs computatis. ¶ Pharao igitur benignissime iacob senem annorum .cxxx. suscepit ⁊ ab eodem benedici voluit: deditqꝫ ei et filijs suis terram gessen vberrimam ad habitandum. Sicqꝫ occasione ioseph iacob ⁊ filij eius omnibus bonis egypti locupletati sunt. Sepeliuitqꝫ ioseph patrem suum defunctum vt supra dictum est in sepulchro patrum suorum in hebron. Erat autem ioseph annorum .xxxix. quando iacob in egyptum intrauit: vbi ⁊ annis .xvij. superuixit. Sicqꝫ ioseph annos etatis sue .lvj. agebat decedente genitore. Quo mortuo superuixit annis .liiij. ⁊ vidit filios effraim in terciam generationem: filij quoqꝫ machir filij manasse nati sunt in genibus ioseph. Oblitusqꝫ omnium malorum que fecerant ei fratres sui mortuo patre eos benigne pertractauit: ⁊ predijs ac possessionibus ditauit. Et ad extrema deueniens fratribus predixit: ꝙ deus eos visitaret: ⁊ ad terram pro qua patribus suis iurauit illos reduceret. Adiurans eos: vt ossa sua tunc ex egypto transferrent: ⁊ in paterno tumulo sepelirent. Mortuusqꝫ est ioseph cum esset annorum .cx. ⁊ conditus aromatibus reseruatus est in loculo in egypto. Hec de libro gen. xxxvij. vsqꝫ in finem ⁊ ex alijs voluminibus quibus supra.

¶ De sanctis Effraim ⁊ Manasse. Capitulum .xcviij.



Effraim ⁊ manasses patriarche filij Joseph fuerunt: qui tribum eius in duas subdiuiserunt. Quorum primogenitus manasses anno .xxij. etatis ioseph secundogenitus vero effraim anno .xxv. eiusdem natus est. Effraim autem minor manasse maiori prelatus est: quia semen eius magis excreuit: ⁊ populorum multitudine: ⁊ regni dignitate. Nam regno israel in duo diuiso: tribus effraim caput .x. tribuum fuit cuius regni samaria in ipsa tribu posita ciuitas regalis multo tempore claruit: videns cum iacob morti appropinquaret: ioseph filius suus manassen ⁊ effraim ad eum adduxit: vt antequam decederet filijs suis benedictionem daret. Applicansqꝫ illos ad iacob: manassen primogenitum posuit ad dexteram patris effraim vero minorem ad sinistram: cupiens vt pater maiori dexteram: minori vero sinistram super caput poneret. Jacob vero qui iam oculis caligauerat nec luminibus corporis nepotes videbat: spiritu tamen futura preuidens manus cancellauit: ⁊ super caput effraim dexteram super caput vero manasse sinistram imposuit eisqꝫ benedixit. Quod ioseph moleste ferens dexteram patris de capite effraim leuaret super caput manasse transferre nitebatur. Cui iacob respondit se scire quid faceret nam quamuis manasses magnus futurus esset ipse tamen effraim ⁊ seminis multiplicatione ⁊ honoris dignitate precelleret. Qui post aui ⁊ patris excessum in eorum semine mirabiliter excreuerunt: ⁊ cum ceteris patriarchis in egypto diem extremum concluserunt. Hec ex libro Gen. xlviij. ⁊ ex alijs voluminibus quibus supra dispersim collecta conscripta sunt.

¶ De sancto Uedasto epo. Capitulum .xcix.



Uedastus episcopus attrebatensis fuit. Qui a beato remigio remensi archiepiscopo eidem vrbi in episcopum ordinatus: cum venisset ad portum ipsius ciuitatis: ⁊ duos pauperes vnum cecum ⁊ alium claudum ad elemosinas sedentes inuenisset: facta oratione cecum illuminauit: ⁊ claudum erexit. Cum autem in quadam ecclesia derelicta vepribus operta lupus habitaret: eidem mandauit: vt inde discederet: nec illuc vlterius redire presumeret: quod ⁊ factum est. ¶ Deniqꝫ cum verbo ⁊ exemplo multos conuertisset: quadragesimo sui episcopatus anno vidit columnam igneam a celo in eius domum descendentem. Finemqꝫ suum post modicum futurum esse cognouit. Et circa annum domini .ccccc. in pace requieuit .viij. idus februarij. Cum autem corpus eius transferretur audomarus quidem pre senio cecus dolens ꝙ corpus sancti videre non poterat. Mox lumine recepto corpus aspexit: sed postmodum pensans hoc forte non esse anime sue perutile ad votum lumen amisit.

¶ De sancto Amando epo. Capitulum .c.



Amandus eps nobilibus parentibus ortus monasterium introiuit. Qui die quadam maximum serpentem inuenit: quem statim virtute crucis ad foueam inde nunquam exiturum ire coegit. Post hoc dum romam venisset: ⁊ in ecclesia sancti petri apostoli pernoctaret: custos ecclesie ipsum irreuerenter foras proiecit. Cui postmodum ante fores dormitanti beatus petrus apparuit: et ad gallias ipsum redire mandauit. Qui cum ibidem regem dogobertum de suis criminibus diuinitus admonitus increparet: rex ipsum de regno suo eiecit. Cum autem rex filium non haberet: ⁊ amandus sibi oratione natum a domino impetrasset. Disposuit rex: vt cum ab amando baptizari faceret. Quesito igitur sancto ⁊ ad regem adducto prostratus ad pedes eius rex veniam petijt: ⁊ vt filium suum quem precibus sancti dominum sibi concessisse nouerat baptizaret: instantius postulauit. Ille vero primam de venia petitionem exaudiuit: sed secularibus negocijs implicari nolens secundam recusauit. Tandem victus precibus annuit voto regis. Et cum baptizaretur infans tacentibus cunctis respondit amen.

¶ Post hec ipsum rex in traiectum episcopum sublimari fecit. Ubi cum verbum predicationis contemni videret in vasconiam iuit. Et dum ibi predicaret: ⁊ quidam ioculator ipsum irrideret: continuo a demone arripitur: ⁊ proprijs dentibus se discerpens: ꝙ viro dei iniuriam fecerit confitetur: ⁊ tandem miserabiliter moritur. Ibi etiam cecus quidam aqua lotionis manuum eius oculis perfusus illuminatur. ¶ Cum in quodam loco de voluntate regis monasterium construere vellet: ⁊ episcopus proxime ciuitatis hoc egre ferret: misit ad eum famulos suos: vt aut sanctum inde expellerent: aut dolose occiderent. Qui venientes ei in dolo suaserunt: vt secum pergeret: ⁊ sibi locum aptum ad monasterium construendum ostenderent. Qui malicia eorum per spiritum agnita: ad cacumen montis cum eis accessit: vbi eum occidere disponebant: eo quod ⁊ ipse martyrium affectaret. Subitoqꝫ tanta pluuia ⁊ tempestate mons tegitur: vt se mutuo videre non possent. Qui se mori putantes: prostrati veniam postulabant: ⁊ vt eos viuos abire permitteret exorabant. Ipseqꝫ orationem fudit: ⁊ mox serenitas illuxit: episcopiqꝫ famulos amandus in pace dimisit. Post que multa alia miracula faciens in domino feliciter obdormiuit .viij. idus februarij circa annum domini .ccccccx. tempore heraclij imperatoris.

¶ De sancta Dorothea virgine et martyre. Capitulum .ci.

Dorothea



Dorothea virgo et martyr apud cesaream capadocie passa est. Cuius cum due sorores christa et calixta que in tormentis territe fuerant apostatassent: tradita est Dorothea virgo a iudice duabus sororibus suis: vt ipsius animum ad deorum sacrificia inclinarent. Quas diuino nutu sancta virgo versa vice ad fidei veritatem reuocauit: et ad martyrium animauit. Qua de re ipse sancte ambe in cuppam misse et in conspectu sororis incense christo animas tradiderunt. ¶ Dorothea vero in catastam leuata et palmis diutissime cesa tandem data sententia ad decollandum ducta est. Que dum ad passionem tenderet: scholasticus quidam nomine theophilus virginem irridendo rogauit: vt quia ad paradisum sponsi sui pergere se dixerat: de ipso paradiso rosas sibi aliquas destinaret. Quod et illa spopondit. Dum autem iugulo ferienda foret: astitit ei iuuenis cernentibus multis: qui eidem in sinu suo tria mala et tres rosas presentauit: quas sibi de paradiso sponsi sui attulisse asseruit. Quem sancta rogauit: vt eas theophilo deferrat: quod et factum est. Propter quod cum theophilus rosas inuisas tempore hyemis aspiceret: et miraculum considerasset: conuersus est: et post decollationem virginis et ipse tentus in equuleo leuatus ac diutius tortus: tandem gladio cedente martyrium consummauit. Passa est autem virgo christi .viij. idus februarij.

¶ De sancta Dorothea virgine. Capitulum .cij.

Dorothea altera virgo apud alexandriam tempore maxentij et maximi imperatorum passa est. Que vt octano libro ecclesiastice historie traditur: nobili progenie orta christo domino seruiebat: et votum virginitatis emiserat. Sed maximinus in partibus egypti existens pudicitie hostis et fidei: christianos mares ad deorum culturam: virgines ad voluptatem obscenam: totis nisibus prouocabat. Dum igitur virgo christi ab eodem pro adulterio impetitur: accepta dilatione timensque virginitatem amittere: nocturno silentio clam aufugit: et heremum petens orationibus et ieiunijs multo tempore vacans in pace quieuit. Cuius exemplum multe virgines imitate sunt. hec ibi.

¶ De sancto Moyse abbate. Cap. .ciij.

Moyses abbas in deserto de scythi penitentiam egit. Qui fratri a se petenti sermonem dixit: vt in sua cella sederet et ipsa eum vniuersa doceret. Cum quidam frater senex infirmatus in egyptum vellet ire ne fratres nimis grauaret prohibebat eum moyses abbas ne iret: quoniam in fornicationem incideret. Qui contristatus est nimium: tam infirmitatem suam quam senectutem considerans. Et contra abbatis inhibitionem discessit Cui cum virgo quedam ex deuotione seruiret ille conualescens eam violauit. Que concepit et peperit. Senex quidam infantem in vlnis suscipiens: in die magno festiuitatis que erat in scythi ecclesiam cum multitudine fratrum intrauit. Et puerum cum lachrymis omnibus ad sui confusionem et aliorum exemplum ostendebat: et ipsum filium inobedientie fore dicebat: ac vt nemo de senectute presumeret admonebat: necnon vt pro se orarent omnibus supplicabat. Cui moyses abbas penitentiam imposuit: et ille ad cellam reuersus ad pristinum statum rediit. ¶ Fratrem quendam qui peccauerat abbati moysi miserunt iudicandum. Qui accepto sacco pleno harena venit ad eos Et interrogatus ab eis quid hoc esset: respondit quod erant peccata sua post se currentia in similitudinem harene ponderosa: que ipse non poterat videre: qui tamen venerat aliena iudicare. Illi autem hoc audientes fratri pepercerunt. Hec in vitas patrum. Quieuit autem abbas moyses in domino et agitur eius festum septimo idus februarij.

¶ De sancto Moyse abbate alio episcopo saracenorum. Cap. .ciiij.

Moyses alius abbas ethiops natione episcopus saracenorum fuit vt habetur in hystoria tripartita. Hic postmodum ab egyptijs captus et seruus effectus propter multas culpas a domino suo expulsus latrocinijs et homicidijs deditus est. Tandem exemplo sanctorum anachoritarum ad penitentiam prouocatus: et christianus ac monachus effectus est. fuitque discipulus isidori abbatis. Cuius sanctitatis exemplo omnia dyaboli figmenta deuicit: et demonibus admodum terribilis fuit. Deinde ad sacerdotij ordinem ascendit: et septuagintaquinque annis in heremo seruire studuit. Cum autem primo clericus factus esset et episcopus ei superpelliceum imposuit: dixit ei episcopus: quod factus fuerat nimium candidatus. Ille vero quesiuit ab episcopo: an a foris: an ab intus: quasi diceret: quod dealbatio exterior sine interiori nihil prodest. Volens autem episcopus eius patientiam comprobare: dixit clericis suis: vt quando ad altare accederet: eum cum iniuria expellerent. Deinde ipsum insequentes quid loqueretur audirent. Projicientes ergo eum foras dicebant. Exi foras ethiops: nam ethiops niger erat: qui egressus inter se dicebat: quod illi optime fecerant ipsum expellendo: eo quod cum homo non esset inter homines stare presumpsisset. Hic autem sex annis in cella inclusus stetit quibus nulla necessitate exiuit: panem solum comedens et aquam ad mensuram bibens: totaque nocte stans apertis oculis orabat: vt tentationes quibus in somnis fatigabatur deuinceret. Transactis sex annis omnibusque tentationibus superatis ex charitate ductus nocturno tempore cellas monachorum circuibat: et aquam aliquando a decem aliquando a duodecim aliquando a .xx. deferens stadijs: omnium fratrum lagenas implebat: factoque mane vt nesciretur quis esset ad cellam redibat. Quem nocte quadam demon vt eum ab hoc opere euerteret: quasi ad mortem in dorso percussit: qui mane iacens repertus: et quis esset agnitus ad eius tugurium per fratres reductus fuit. Quieuit in pace in deserto scythi septimo idus febr. .lxxx. discipulis derelictis.

¶ De sancto Augulio episcopo. Cap. .cv.

Augulius episcopus in batannia martyrium passus est. Hic enim pontifex auguste ciuitatis batannie etate ac virtutibus prouectus cursum temporis per martyrium complens eterna meruit suscipere premia septimo idus februarij: vt ait ado.

¶ De sancta Cointa virgine et martyre. Cap. .cvi.

Cointa virgo et martyr apud alexandriam sub Decio cesare passa est agente diuino preside. Qui vt habetur sexto ecclesiastice hystorie libro: beatum metranum senem nolentem impia verba proferre: iussit omne corpus eius membratim fustibus collidi: vultumque eius ac oculos acutis calamis terebrari.

Deinde ipsum extra ciuitatem eiectum lapidibus mactari: vt superius dictum est secundo calen. februarij.

¶ Post hec iubente iniquissimo preside. coniutam virginem adorare ydola recusantes: pagani pedibus innectentes: ⁊ per plateas ciuitatis hinc inde trahentes horrendo supplicio corpore discerpserunt. Sicq; christo spiritū reddidit sexto idus februarij.

¶ De scā Apollonia virgine ⁊ martyre. Cap. cvij.



Apollonia virgo ⁊ martyr apud alexādriā sub Decio cesare passa est agēte diuino preside predicto. Quam pagani detentam ad ydola perducētes iussu presidis adorare cogebant. Quod cū illa execraretur persecutores ipsius omnes pruniū dentes excusserūt. Deinde copioso igne accenso cum minarentur viuam se eam incensuros: nisi cum eis impia verba proferret: paululum quidem intra semetipsam deliberans: repente de manibus impiorum prorupit: ⁊ in ignem quem parauerant: prosiliuit. Sicq; igne combustam in odorem suauitatis suauissimum christo hostiam obtulerunt quinto idus februarij. Cuius corpus vna cum reliquijs cointe virginis ⁊ metrani martyris christianis alexandrie sepultum est.

¶ De sancto Ausberto epo. Cap. cviij.

Ausbertus eps filius sircanij illustris cū esset iuuenis: andragasinam virginem filiam illustris roberti officialis lotharij regis francorum: satis renitentem tandem a parentibus coctam desponsauit vxorem. Nam cū ab annis puerilibus deo virginitatem vouisset: virum omnino accipere recusabat. Cum autem deum lachrymis propulsasset vt eius pudicitiam conseruaret anteq; a viro traducta esset: subito graui in faciē lepra percutitur: ⁊ a consortio hominum separatur. Sicq; dispēsante audoeno epo a viro repudiatur: ⁊ in cenobio virginum iuxta monasterium beluaci situm virgo ipsa sacro velamine consecratur. Sed post dies modicos a lepra mundata: priorem speciē reassumpsit. Que ⁊ postmodum eiusdem loci abbatissa facta laudabiliter vixit. ¶ Ausbertus vero vxoris exemplo relicta aula regia in qua inuite morabatur: de voluntate lotharij regis monachus effectus est in monasterio fontanelle: sub sancto vandegisillo abbate. Deinde ab audoeno epo presbyter consecratus: theodorico regi nondum regnanti: eum ad regnum ascensurū predixit. Et in huius signum in agro ipsius theodorici tempore hyemis herbam virentem produxit: que vsq; in presens ibidem perpetua viriditate conspicitur. Successit autem vandegisillo in regimine monasterij fontanelle. Ac deinde post beatum audoenum ad epatum rothomagen. electus fuit. Qui vti bonus pastor commissi sibi gregis dominici mirabilem curam egit. Sed tandem regi Pipino ꝑ quus falso tamen de proditione suspectus ab eodem apud altum montem in exilium actus est. Ubi in pace vitam finiuit: v. idus februarij. Cuius corpus dum inde transferretur visus est oculos tertio aperuisse. Sepultusq; est ad presens apud beluacum virtutibus clarens.

¶ De sancto Amonio confessore ⁊ abbate. Cap. cx.

Amonius confessor vir eruditissimus origenis didymiq; discipulus fuit. Qui a iuuentute vsq; ad mortem preter panē assum nihil vnq; comedit. Nunq; visus est irascens: aut iurans: aut mentiens aut vanum vel asperum vel infirmum protulisse sermonem. Cum athanasio epo romam tendens ⁊ rediens: nullum ciuitatis edificiū vel opus spectabile preter apostolorum ⁊ lateranen. ecclesias cōspexisse narrauit. Electus aliquando in epm: aurem sibi precidit: vt sic vti mācus ⁊ mutilatus epatu iudicaretur indignus. Et dum adhuc omnino hoc non obstante electioni insisterent: protestans q; sibi linguam precideret: dimissus est. Ignem de domo vicinorum assumēs: nec in quo deferret paratum habens prunas in vstis vestibus in sinu portauit. Quieuit in pace apud cyprum quinto idus februarij: vbi et sepultus est.

¶ De sancta Scholastica virgine. Cap. cx.

Scholastica virgo beati benedicti soror ab ipso infantie tempore domino dedicata in monasterio fuit. ad quā vir dei semel per annum visitandum venire cōsueuerat. Quadam die cū discipulis ad eam ex more descendit. Qui totum diē in sacris colloquijs deducētes: incūbētibus iā noctis tenebris simul cibū sumpserunt. cū ergo adhuc ad mensam sederent: ⁊ tardior se hora protraheret: sanctimonialis virgo fratrem rogauit: vt ibi secum eadem nocte permanēs diuinis eam sermonibus refoueret. Quod ille omnimode facere denegauit. Et cum tanta esset in celo serenitas vt nec parua nubecula appareret. Scholastica insertis digitis manus super mensam posuit: ⁊ caput in manibus dnm rogatura declinauit. Moxq; tanta chorusca tionis ⁊ tonitrui virtus tantaq; inundatio pluuie erupit: vt neq; pater sanctus: neq; qui cū eo erant fratres: extra loci limen pedē mouere potuissent. Sicq; ipse exire extra tectū non valens q̄ remanere sponte noluit: inuitus in loco cū sorore permansit. Totāq; noctem peruigilem deduxerunt ⁊ per sacra vite colloquia sese mutua relatione refecerunt. Dieq; sequenti vir dei ad monasterium rediyt. ¶ Post triduū vero in cella consistēs eleuatis oculis: vidit sororis animam de corpore egressam in columbe specie celi secreta penetrare. Quod mox fratribus nūciauit: eosq; vt corpus ad monasterium suū deferrent transmisit. Quod in sepulchro quod ipse sibi parauerat tumulauit. Sicq; cōtigit: vt quorum vna mens semper in deo fuerat: eorum quoq; corpora nec sepultura separaret. Quieuit in pace virgo domini quarto idus febr. hec gregorius secundo dyalogo. capi. xxxiij.

¶ De scā Sothera virgine ⁊ martyre. Cap. cxi.

Sothera virgo ⁊ martyr in orientis partibus passa est. Que grauiter ⁊ diutissime alapis cesa: cum cetera quoq; penarum genera vicisset nouissime gladio martyrium consummauit. iiij. idus febr. hec ado in martyrologio.

¶ De scā Austreberta virgine. Cap. cxij.

Austreberta virgo filia sifinnij illustris: et sancti ausberti rothomagen. epi soror fuit. Que voto virginitatis emisso ab eodē fratre suo in cenobio virginum apud ciuitatem rothomagum inclusa: post laudabilia sanctitatis

sanctitatis ⁊ vite testimonia.iiij.idus februarij migrauit ad dominum: vt dicit guilelmus.

¶ De sancta Euphrosyna virgine. Capl'm.cxiij.



Uphrosyna virgo apud alexandriam claruit. Que ipsius ciuitatis nobilissimo patre pannutio progenita fuit. Hic enim dum prole careret: ⁊ monasterium quoddam monachorum ciuitati proximum frequentius visitaret. Eique multas elemosynas conferret. Agabitum abbatem ⁊ monachos exorauit: vt sibi gratam sobolem a domino precibus impetrarent. Cui deus orationibus fratrum filiam Euphrosynam concessit. Dum autem ad annos nubiles peruenisset: ⁊ virginitatem suam christo vouisset: eamque pater licet inuitatam cuidam nobili iuueni desponsidisset: virgo christi votum adimplere cupiens de paterna domo latenter abscessit: ⁊ sumpto virili habitu seque smaragdum nominans ad dictum monasterium sexum virilem fingens accessit: seque monachum fieri postulauit. Quem abbas gratanter excepit: ⁊ monasticheum habitum sibi tradidit. Que in sancta religione ieiunijs ⁊ vigilijs pre omnibus occupabatur: ⁊ ab omnibus masculis putabatur. Cum autem eius eleganti decore fratres aliquando tentarentur: iussu abbatis separatim cellulam petijt: ⁊ sola inclusa deo seruiens omni tempore mansit. Uerum pater ⁊ sponsus euphrosynam vbique perquirentes: nec vsquam inuenientes: nimia tristicia afflicti eam vt mortuam deflebant. Pater vero occupatus tristicia: sepius ad abbatem agabitum veniebat ⁊ se suis orationibus commendabat. Ille vero cum fratribus deum exorabant: vt qui pannutio concesserat filiam: eandem sibi reuelaret vel defunctam. Sed cum abbas a domino se exaudiri minime conspexisset: ⁊ pannutius nullam consolationem recipere posset: perduxit abbas pannutium ad smaragdum inclusum: vt eius facundo colloquio consolaretur. Quem Euphrosina cognoscens: sed ab eo minime cognita: vtpote habitu virili vultu squalida ⁊ afflicta: patrem super amissione filie blandis adeo sermonibus consolatur: ⁊ sacris colloquijs exhortatur quod quasi rediuiuus effectus ex mortuo eam frequentius visitabat. Sicque trigesimooctauo annos inclusa omnibus incognita mansit. Post hec graui valitudine pressa mortique proxima: patrem secretius aduocat: eique omnia sua occulta referat: ⁊ quod sit Euphrosyna ipsius filia veris indicijs manifestat. Omnibusque detectis inter eius manus spiritum exhalauit. Quam pater amarissime deflens: vtpote sero cognitam: audita abbati ⁊ fratribus reuelauit. Dum corpus lauari deberet veritas detegitur: ⁊ virgo domini a fratribus cum lachrymis in monasterio sepelitur. In cuius exequijs monachus monoculus corpus deosculans lumen accepit. Pannutius vero omnibus venditis pauperibus medium precij: ⁊ aliud medium monasterio cessit. Ubi ⁊ ipse monachus factus in sancto proposito decennio filie supuixit. Quieuit in christo virgo sancta tertio idus februarij.

¶ De sanctis Saturnino ⁊ socijs martyribus. Cap.cxiiij.



Aturninus presbyter Dauid: felix: Apuleius: ⁊ plures socij eorundem martyres: apud aphricam passi sunt. Qui sub anolino proconsule per diuersa tormenta gloriosissime triumpharunt tertio idus februarij. Ubi scribit ado.

¶ De sancto Seuerino confessore. Cap.cxv.

Euerinus confessor claruit tempore clodouei regis francorum. Hic abbas fuit monasterij aganensis multorum miraculorum gloria celeberrimus effulsit. Nam prefatum clodoueum regem dudum validissimis febribus oppressum quem nullus medicorum curare potuerat: ab eo accersitus sua confestim oratione sanauit: ⁊ in ciuitate parisiensi multos languentes a diuersis infirmitatibus liberauit. Dum autem rex eidem pro beneficij vicissitudine multas pecunias obtulisset: nihil omnino recepit: nihilque aliud pro munere petijt: nisi vt in toto regno quicunque in carceribus qualitercunque detenti libere laxarentur: quod ⁊ factum est. Qui diebus aliquibus parisius residens: postquam obitum suum angelo nunciante cognouit: egressus vrbem ad montem qui castrum nauonis dicitur properauit. Ibique in oratorio quondam inter manus sacerdotum domino seruientium expirauit. Admirabili luce instar stelle in eius transitu ecclesia circunfusa: ibique sepultus est.ij.idus februarij.

¶ De sancto Juliano hospitatore confessore. Cap.cxvj.



Ulianus confessor qui a transeuntibus pro bono hospitio inuocatur: qui ⁊ hospitator bonus dicitur: verumque parentem ignoranter occidit. Cum enim existens iuuenis venationi insistens ceruum insequeretur: ceruus conuersus ei miraculose locutus predixit: quod patrem suum ⁊ matrem suam occidere debebat. Quod iuuenis audiens timuit: ⁊ ne sibi prophetata contingerent ad regionem longe remotam latenter abscessit: vbi cuidam principi adhesit: ⁊ tam strenue secum se habuit quod principem militie eum fecit: ⁊ quandam castellanam viduam in coniugem ei tradidit: ⁊ castellum pro dote accepit. Interea parentes iuliani pro amissione filij vagantes eum vbique sollicite requirebant. Tandem ad castrum cui filius preerat deuenerunt. Casuque iulianus abscesserat. Quos cum vxor iuliani vidisset: ⁊ qui nam essent inquisisset: ⁊ illi cuncta que de filio contigerant enarrassent: intellexit quod viri sui parentes erant: vtpote que hec a viro frequenter audierat. Ipsos igitur benigne suscepit: ⁊ pro amore viri sui lectum eis dimisit: ⁊ ipsa sibi alibi cubile preparauit. Factoque mane summo diluculo castellana ad ecclesiam perrexit. Julianus vero rediens thalamum suum vxorem excitaturus intrauit. Et inueniens duos pariter dormientes: vxorem cum adultero suspicatus: extracto gladio ambos pariter iugulauit. Exiens autem domum obuiauit vxori ab ecclesia redeunti: ⁊ admirans interrogauit: qui nam essent illi: qui in suo lecto dormirent: que respondit parentes suos esse: qui ipsum dudum quesierant quos honorifice susceptos in suo thalamo collocauerat. Ille hoc audiens effectus exanimis amarissime flebat: ⁊ se miserum ⁊ patricidam exclamabat. Et dum coniugem vellet deserere pro penitentia peragenda: vxor omnino eum sequi proposuit: vt que fuerat secum particeps leticie: fieret ⁊ doloris. Sicque abeuntes iuxta fluuium vbi multi periebant: hospitale fecerunt: in quo omnes pauperes hospitio recipiebant: ⁊ penitentiam peragebant: omnesque inde itinerantes iulianus transuadabat. Post multum temporis media nocte cum esset grauissimum gelu: audiuit iulianus vocem lugubrem: vt se traduceret inuocantem. Qui concitus surrexit: ⁊ pauperem frigore deficientem transuexit: ⁊ accenso igne in domo sua calefacere fecit. Sed cum calefieri non posset: ipsum in lectulum suum portauit: ⁊ diligenter operuit. Post modicam horam qui infirmus ⁊ quasi leprosus apparuerat: splendidus ad ethera conscendit: ⁊ vale faciens hospiti suo: dixit quod ipsum ad eum deus miserat: ⁊ peccatum suum sibi dimissum propter hospitalitatem nunciabat. Sicque ille disparuit. Et iulianus cum vxore post modicum plenus sanctis operibus vitam finiuit secundo idus februarij. Et quia fuit pau-

perum peregrinorum susceptor: inde viatoribus pro bono inuocatus hospitio dr̄ iulian⁹ cognomine hospitator.

¶ De quadragesima. Cap. xxvij.



Quadragesima incipit a dominica qua cantatur. Inuocauit me ꝛc. ⁊ significat tempus afflictionis vbi ecclesia que tot tribulationibus clamauerat. Circumdederunt me ꝛc. Et postmodum inuocandum adiutorium respirauerat dicens. Exurge domine ꝛc. Esto mihi in deum protectorem ꝛc. Nunc se exauditam ostendit dicens. Inuocauit me ꝛc. Notandum autem ꝙ quadragesima quandoq̧ dicitur habere quadragintasex dies: quandoq̧ quadragintaduos: quandoq̧ quadraginta: quandoq̧ vero tantum trigintasex secundum diuersos respectus.

¶ Dicitur autem esse quadringintasex dierum omnib⁹ ipsius diebus cōputatis incipiēdo videlicet a feria quarta cinerum: ⁊ procedendo vsq̧ ad diem pasche omnibus diebus tam dominicis ꝙ̄ ferijs cōputatis. Quāuis enī diebus dominicis non ieiunemus: tamē a carnibus abstinemus. Ratio autem huius obseruātie est: quia licet secundū theologos corpus humanum quadraginta diebus formetur: tamen secundū philosophos quod verius reperitur: hominis corpus quadragintaquinq̧ diebus organizatur: ⁊ perficitur: et quadragesimosexto die anima corpori infunditur. Ideoq̧ quadragintasex diebus abstinemus: vt sicut anima corpori infusa e carnis commixtione quadragesimosexto die maculatur: sic in carnis afflictione quadragintasex diebus a macula expietur. ¶ Velut homo tot diebus deo persoluat abstinentie debitum: quot ab eius clementia se nouit esse perfectum. ¶ Dicitur etiam quadragesima fore quadragesimosecundo die incipiendo a prima dominica a qua munda quadragesima incohatur: ⁊ numerando omnes dies vsq̧ ad resurrectionem tam dominicos ꝙ̄ feriales. Cuius obseruantie ratio est. Quoniam mattheus quadragintaduas generationes ab abraham vsq̧ ad christū posuit: ex quibus christus secundum carnem descendit. Quoto ergo numero ad nos descendit per carnis generationem toto ad eum ascendere debemus per carnis macerationem. Et hec est ratio ambrosij. ¶ Vel quia sicut filij israel ad terraʒ promissionis pergentes quadragintaduob⁹ mansionibus per desertū factis ad ipāʒ terram deuenerunt. Sic ⁊ nos ad patriam eterne promissionis festinantes q̄dragintaduob⁹ diebus per huius mundi heremum ieiunijs afflicti ad eandem patriaʒ deuenire oportet: ⁊ hec est ratio augustini. ¶ Dicitur insuper quadraginta die incipiendo a die cinerum vsq̧ ad pascha solis diebus ferialibus computatis et dominicis in quibus non ieiunamus deductis. Cuius obseruantie ratio est: quia vt dicit Augustinus. Ad hoc vt habeamus quinquagenariuʒ quadragenario denarius adijciendus est. Quia ad hoc vt veniamus ad eternam requiem: oportet nos presentis vite tempore laborare. Unde dominus post resurrectionem quadraginta diebus cum discipulis mansit ⁊ postea decima die spirituʒ eis paraclytum misit. ¶ Vel vt dicit gregorius. Cur in abstinentia quadragenarius numerus custoditur: nisi quia virtus decalogi per libros quattuor sancti euangelij impletur. In hoc etiam mortali corpore ex quattuor elementis subsistimus: ⁊ per voluptates eiusdem corporis decalogi preceptis contraimus. Quia ergo per carnis desideria decalogi mandata contempsimus: dignū est vt eandem carnem quater decies affligamus.

¶ Dicitur preterea quadragesima esse trigintasex dierum incipiendo a prima dominica vsq̧ ad pascha deductis diebus dominicis ⁊ solis ferijs computatis. Cuius ratio est vt dicit gregorius quia dum per. ccclxv. dies annum ducimus. xxxvj. diebus ieiunantes quasi anni nostri siue temporis decimas deo damus. Non solum enim deo debentur decime rerum sed etiam decime dierum. Notandum autem ꝙ christus postꝙ̄ baptismum suscepit statim suum ieiunium inchoauit. Quare autem eo tempore nostrum ieiuniū non obseruamus sed cum pascha potius illud continuamus: quadruplicem rationē assignat ioannes beleth in summa de officijs. ¶ Prima est si volumus cum christo resurgere quia pro nobis passus est ⁊ nos cum eo compati debemus. ¶ Secūda causa est vt per hoc filios israel imitemur: qui eo tēpore exierunt de egypto ⁊ subsequenter eodem tempore de babylonia. Quod inde probatur: quoniam tam isti ꝙ̄ illi statim egressi celebrauerunt pascha. Sic ⁊ nos imitantes illos: hoc tempore ieiunamus vt de egypto ⁊ babylonia id est hoc mundo exeuntes in terram hereditatis eterne ingredi mereamur. ¶ Tertia est quoniaʒ feruor libidinis magis accenditur tēpore veris: vt ergo refrenemus corporis estum hoc tempore maxime ieiunamus. ¶ Quarta est quia statim post ieiunium debemus eucharistiam sumere. Sicut igitur filij israel priusꝙ̄ agnum comederent se affligebant: edētes lactucas aggrestes ⁊ amaras. Ita nos debemus per penitentiaʒ prius affligi: vt digni ad esum agni vite peruenire valeamus: hec ioannes beleth vbi supra.

¶ De sancto Agabo propheta. Cap. xxviij.

Agabus propheta vt abbas dorotheus scribit vnus fuit ex. lxxij. discipulis christi. Hic natione antiochenus vt habetur actuum. xj. tempore apostolorum ex hierosolymis antiochiam veniens: significabat per spiritum famem in vniuerso orbe futuram: que facta est sub claudio cesare. Cuius rei gratia discipuli prout quisq̧ habebat proposuerunt in ministerium mittere habitantibus in iudea fratribus: quod ⁊ fecerunt mittentes ⁊ seniores per manus barnabe ⁊ pauli. ¶ Hic etiam cū paulus esset cesaree illuc superueniens tulit zonam pauli: ⁊ alligans sibi pedes ⁊ manus dixit per spiritumsanctum virum cuius erat zona illa sic alligandum per iudeos in hierusalem ⁊ tradendum in manus gentium sicut et rei euentus probauit. Sic ergo sub noui testamenti gratia iste prophetico spiritu claruit. Qui ⁊ antiochie in pace quieuit idibus februarij.

¶ De sctis fusca virgine ⁊ Maura marty. Cap. xxix.



Fusca virgo ⁊ maura nutrix eius apud rauennā martyrium passe sunt sub preside quintiano. Hec nobili patre eiusdem vrbis nomine syro gentilitatis errore detento progenita: cum esset annorū. xv. desiderabat eē xp̄iana. Quod

Quod cum maure nutrici sue secreto reuelasset: ipsa puelle consensisset immo etiam ad xpi nationem transire disponeret: venerunt occulte noctu ad ierm. presbyterum hermolaū: qui eas baptismatis vnda perfudit et de hac diligenter instruxit. Que cum syroi pater eius didicisset: et filiam ab intentione xpiana reuocare non posset: eam in carcere clausit: et cibum omnem triduo denegauit. Quibus diebus syroi missis ad filiam matronis et coetaneis puellis vt eam ad patris voluntatē inflecterent ut virgini persuaderi fecit: sed nihil omnino perfecit. Deinde ipse idem in carcerem personaliter accessit: et fuscam blandis sermonibus demulcēs animum eius in nullo mutare preualuit. Quā idem postmodū eductam gladio perimere voluit: sed interim eius se interposuit sperās ex dilatione temporis filiā ad patris voluntatē blanditijs demulcendā. Tunc ad sacrificandum dijs suis pater accessit: vt ipsi filie propositū cōmutarent. ¶ Post dies aliquot preses quintianus rauennam ingressus hoc audiens mandauit fuscam et maurā cum parentibus suis ad se vinctos adduci. Ministri vero videntes eam orantē: et angelū dn̄i splendidū iuxta eam stantem territi redierūt. Et dum hec presidi renūciarent fusca et maura se sponte sibi presentauerūt: et xpianas esse viua voce pronunciarunt. Dum aūt preses syroi tentum interrogasset: cur filiam xpianā fieri permisisset: illeque econtra se excusans oīa gesta per ordinem retulisset: quintianus quidē syroi dimisit: fuscam vero xpm confitentē et idola confutantem flagellari mandauit. Deinde in carcerē vna cum maura trudi fecit. Et dum in fide immobiliter perseuerarent: iussit eas preses ex vrbe educi: ibique illas gladio transuerberari. Cum aūt ad locum certaminis adducte fuissent: fusca oratione fusa ad dn̄m: vt susciperet animas earum in pace: voce celica confortatur: deinde a spiculatore gladio per latera transfixa necatur. Maura vero nutrix eius tenens corpus virginis cum lachrymis rogauit carnifices: vt eam simili passione transfoderent quod et factum est. Quarum corpora naute quidam xpiani noctu rapiētes ad prouinciam tripolitanam ciuitatē sabratam ea deduxerunt: et ibidem honorifice condiderunt. ¶ Transactis vero multis annorum curriculis ciuitate illa a paganis depopulata: vitalis quidam venetus diuinitus ad vrbem ipsam desertā nauigauit: et corpus sancte fusce inde sublatum ad prouinciam venetie transtulit: et in ciuitate torcellensi cum honore collocauit: vbi et ecclesia eius nomini fabricata est. Passa est autem virgo christi cum eius nutrice idibus februarij.

¶ De sancto Stephano abbate. Cap.xx.



Stephanus abbas ordinis grandimontēsis fundator claruit anno dn̄i.clxxj. Hic de aluernia natus nobilissimi cuiusdam stephani filius in annis puerilibus ab eodē beneuentū deductus sanctoque miloni archiepiscopo traditus annis.xij. sub ipso doctus et educatus est. A quo post modū discedens vitāque anachoriticā ducere cupiēs: multis heremis peragratis vt locum quietis inueniret: tandē deuenit aquitaniā prope ciuitatē lemouicensē. montēque nemorosum et asperum qui dicitur muretus conscendit quē sibi locū aptū elegit: factoque paruo tugurio monasticā vitam ducere cepit: pane solo et aqua refectus: lectulo ex tabulis tm̄ absque aliquibus stramentis decumbens: vestes viles et leues induens: quas nullo calore minuebat: nullo frigore peraugebat. Ibique ordinem incohauit pluribus miraculis fulgens. Inter que dum quidam miles pctm̄ aliquod sibi confessus esset a quo nullatenus desistere volebat: immo etiā ne crimen desereret: si forte pro se sanctus oraret valde dubitabat abbatem rogauit instanter: ne pro se preces ad deū villas effunderet. Pro eo tamen stephanus orauit: et antequā inde recederet: militem a paccato voluntarie subtraxit.

¶ Cum quidam diues ei victualia sepe deferret: quadā die cibaria portans: a predonibus in itinere capitur et spoliatur. Quod sanctus dei per spiritum intelligens: pro viro christum orauit. Et ecce nocte vir ille liber dimittitur: et cum furibus diuinitus vinculatis mane victualia deferens ante monasterij ianuas reperitur. Predonesque viso miraculo conuertuntur: et imposita eis per abbatem penitentia relaxantur. ¶ Ipse obitum suum sibi reuelatum a deo longe ante predixit: et anno etatis sue lxxx. sanctitate mirificus in pace quieuit idibus februarij. Cum autem fratres eius obitum occultarent: vt pacifice sine populorum concursu corpus sepelire possent. Adest subito presbyter ciuitatis et populi multitudo eius obitum cognouisse clamantes: et eius sepulture interesse supplicantes. Et interrogati quomodo eius transitum didicissent. Responderunt quod puer quidam nuper migrauerat: qui biduo ante loquelā amiserat: sed dum ad vltimam deuenisset horam locutus fuerat dicens quod scalam lucidissimam viderat cuius cacumen celum et infima pedes montem muretum tenebat: per quam dominum stephanum conscendisse conspexerat: cum quo et ipsum statim abire oportebat. Ex his dictis continuo expirauerat. Sicque populus eius interfuit exequijs. Sepultusque est in monasterio ipso. ¶ Post aliquot annos sub abbate petro eius successore monachi diuina reuelatione moniti: cenobium et ordinem ad grandimontem transtulerunt: a quo ordinis vocabulum assumpserūt: vbi et nouū monasterium construentes corpus sancti stephani detulerunt: vbi et iacet signis choruscans.

¶ De scto Stephano alio abbate. Cap.xxj.



Joannes monachus filius eutropij magistri militũ vrbis rome ⁊ theodore christianorũ cũ esset annoꝝ .xij. a parente liberalib⁹ studijs traditus ẽ. Cũ aũt pater in domo sua abbatẽ monasterij acimiteñ. hierosolymã p̃gẽtẽ hospitio suscepisset: iuuenis ad vitam monasticã animatus: ab eodẽ regularibus disciplinis imbuif: p̃missione sibi facta q̃ regrediens domũ illuc diuerteret: eo q̃d se cũ ire ⁊ monachus fieri dispone ret. Interea ioannes a patre euangeliũ sibi scribi petijt in quo studere cupiebat q̃d mater gẽmis ⁊ auro ad filij allectionẽ ornauit. In quo quotidie ioãnes legebat: ⁊ ad vite p̃fectionis cumulum anhelabat. Reuersus igif abbas in domo ioannis recipif: cum quo habito colloq̃o de fuga petenda: q̃ parentes timebat: nauẽ reperiũt iuxta littus: a q̃bus dũ naute multũ p̃ naulo exigerẽt: ⁊ pecunia carerent: abbasq; ad repatriandũ festinaret: iuuenis patrem rogat: vt det sibi centũ aureos p̃ cõuiuio cõsodalibus celebrãdo. Quibus acceptis ioannes quasi necessaria empturus abijt: vrbẽ exiuit ⁊ ad abbatẽ se iuxta mare prestolãtẽ cõcitus venit: datoq; naulo nauẽ secũ ascendit. Quẽ parẽtes diudũ p̃quirẽtes ⁊ minime inuenientes ad mortẽ affligebanf. Ille igif ad monasteriũ p̃ueniens factus est monachus vbi in omni vite sanctitate et summa obedientia septẽniũ p̃egit. Post hec cũ de visione parentum nimiũ tentaref: obtenta abbatis ⁊ monachoꝝ licentia: relicto cenobio romã venit: mutatoq; habitu conscissis vestibus idutus: facie p̃e ieiunijs tabefacta: in domo parẽtũ incognitus hospitaf: minime se reuelãs. Cui mane pater domũ egrediẽs: vt pauperi peregrino cõpatiẽs tuguriũ sibi iuxta domũ suã cõstruxit: eũq; de mẽsa p̃p̃na vti pauperẽ aluit. Qui multis ieiunijs affectus cõtinue oronib⁹ insistebat. Sed tãdẽ infirmitate correptus mortiq; vicinus: matrẽ vocauit. eiq; psalteriũ gẽmis ⁊ auro ornatũ exhibuit. Que libro cognito viroq; vocato ioannes interrogat: quõ psalteriũ illud habuisset: ⁊ si qua de coꝝ genito audiuisset. Qui cuncta p̃ ordinẽ narrans: se ioannem eorum filium patefecit: moxq; in eoꝝ brachijs expirauit. Cuius corpus cũ multarũ effusione lachrymarum parẽtes in nouo edificato oratorio sepelierũt: ⁊ eidẽ p̃ peregrinorum susceptione cenobiũ addiderunt: ibiq; domino seruientes p̃ter quotidianũ victum omnem substantiam suam pauperibus ministrabant. Quieuit autẽ in pace vir domini .iij. calen. martij.

¶ De sctõ ioanne abbate. Cap̃. clvij.

Joannes abbas in scythi' claruit. Ad quem cum quidam anachorita nomine episius visitandum venisset: qui per annos quadraginta in heremo habitauerat: interrogatus ẽ a ioan-

ne quantum ex inde profecisset: qui respondit q ex quo cepera solitarius esse: nunq sol eum viderat manducantem. Cui ioannes inquit: nec me irascentez. ¶ Dum autem ioannes vellet ad similitudinem angelorum nihil operari: sed domino sine intermissione vacare: seipsuz expoliauit: et hebdomadam in heremo perfecit. Cum autē fame periclitaretur: et aculeis muscarum et vesparum totus vulneratus esset reuersus ad hostium fratris sui pulsauit: dicens se esse ioannem: qui respondit q hoc eē non poterat. q ioānes angelus factus erat: et inter homines amplius non habitabat. Sicq dimisit eum affligi vsq mane. Postea eidem apparuit et ipsum de psumptiōe redarguit: dicens q si homo erat iterum eum vt pasceret: inter homines operari oportebat. Si autē angelus esset intrare cellam non quereret: ioannesq compunctus veniam postulauit. Cum autem moreretur rogauerunt eū fratres vt aliquod verbum salutare compendiosum loco hereditatis sibi relinqueret. Qui eis dixit q ex quo fuerat monachus nunq ppriam fecerat voluntatez: nec aliquid docuerat quod nō prius ipse fecisset. hec in vitis patrum. quieuit in domino. iij. calen. martij.

¶ De sancto Joanne alio abbate. Cap. clviij.

Ioannes abbas alius in heremo superioris thebaidis etate puectus vita moribus et abstinentia pcellens claruit. Hic primū secedens ad heremum tribus annis continuis sub quadam rupe stando semper orauit. Ita vt nunq sederet neq iaceret. Somni autem tantum ceperit: quatum quis stans rapere poterit. Cibum vero nisi die dominico sumpsit. Presbyter enim tunc ad eum veniens p eo sacrificium offerebat: et ipsum sacra hostia communicabat: idq ei erat sacramētum et victus. Huic die quadam dyabolus se in presbyterum transfigurans vt ipsum deciperet: horam solitam preuenit: simulans se sacramentorum gratia aduenisse. Quem sanctus pp̄ter intempestiuam horam demonem suspicatus: ipsz redarguit: morq dyabolꝰ confusus abscessit. Pedes autem eius ex nimia immobilitate dirūpebātur adeo vt sanie effluerēt. Sed completis tribus annis angelus sibi apparuit eiusq pedum vulnera sanauit et celesti cibo refecit: ac diuina repletum sapientia ad alios edocendos ire mandauit. Qui iussa complens: dominica semper die ad eundem locum redibat: et ipsm angelus reficiebat ceteris vero diebus ioannes ex palmarum folijs manibus operabatur. Cum qdam claudus ad ipsuz curationis gratia ire disponeret asinum ascēdit qui cingulo manibus sancti viri operato: sella constrictus erat morq vt pedes claudi cingulū tetigerūt: sanatus est: Secreta etiā hoim agnoscebat: ita vt monachis vicinoꝝ locorum eoꝝ peccata occulta conscriberet: et eoꝝ patribus: vt tales vel tales fratres de tali vel tali culpa corrigerent Eorū etiā merita eisdē p lrās insinuabat: admonens vt in eis pseuerarent. Similiter et patribus cenobioꝝ scribebat in qbus eos p spm̄ deliqsse cognouerat ita vt illi conscientie remorsu pūcti: negare nō possent multis quoq alijs virtutibus et miraculis admodū effulsit. hec omnia appellles hieronymꝰ narrauit vt idē refert in vitis patrū

¶ De scō Joanne viro dei confessore. Cap. clix.

Ioannes vir sanctus anachorita in deserto futrie claruit: qui totius gratie homo fuit: in quo vt dicit hieronymus vbi supra tanta consolationum gratia refulsit: vt q cunq mestitia quocunq tedio quis oppssus fuisset: paucis eius sermonibus alacritate et leticia repleretur: fedz sanitatum gratia plurima sibi a deo donata est. Hec in vitis patrum.

¶ De sancto Romano abbate. Cap. clx.

Romanus abbas in territorio lugdunēsi. in locis virētibus claruit. Qui primꝰ in eodē loco vitā heremiticā duxit: et multis virtutibus et miraculis insigniter effulsit: ac plurimoꝝ postmodū pater extitit monachorū: Qui et in eodē loco sanctitate famosus in xpo quieuit pridie calen. martij. hec vsuardus.

¶ De trāslatiōe scti augustini epi. Cap. clxj.

Translatio corpis sancti augustini facta ē anno dn̄i. dcccxviij. transactis ab obitu sancti annis. cclxxx. tpe luprandi regis longobardorū. Nam cū beatus doctor apud hipponēsi. ciuitatē aphrice cuius eps fuit in dn̄o qeuissz ibiq sepultus fuisset. Post aliquod tempus barbari terram illam occupauerunt: et loca sancta pphanauerūt: ppter quod fideles corpus sancti augustini inde tulerunt et ipm in sardiniam trāstulerūt. Tempore igit pmisso luprandus pdictus longobardoꝝ rex audiens sardiam a saracenis depopulatā: solēnes illuc nuncios misit: vt doctoris sancti reliquias papiam deferrēt. Qui magno precio dato corpus sancti augustini tulerunt: et ipm vsq ianuam nauigio adduxerunt. Quod deuotus rex audiens vsq ad dictam ciuitatē eidē obuiauit: et reuerenter illud excepit. Cum autem mane corpus vellent educere: nullo modo inde moueri potuit: donec rex votū emisit q si se inde deduci pmitteret: ibidem in nomine eius ecclesiaz fabricaret. Statimq corpꝰ sine vlla difficultate inde motum est: et rex quid vouerat adimpleuit. Idem miraculuz die sequenti in villa cpatus condenensis que dicitur casselle contigit: et eodem modo ibidez in honore sancti rex aliam ecclesiam construxit. Et quia videret sancto complacere vt in suo nomine ecclesie plures fierent: vbicūq mansisset corpus nocte cum rege timens ne alium locū q vbi desiderabat sibi eligeret: in honore eius ecclesiam inchoabat. Sicq cum gaudio papiaz deducitur: et in ecclesia sancti petri que dicitur celum aureum honorifice collocatur: pridie calen. martij: vbi claris virtutū signis effulget.

¶ De sanctis ducentis et sexagintaduobus martyribus. Cap. clxij.

Ducenti et sexagintaduo martyres rome sub claudio passi sunt: quos primo p xpi nomie ad harenā fodiēdā dānatos iussit claudiꝰ vt foras muros porte salarie in amphitheatro mitterent: ibiq sagittis militū interficerent. Quod audiēs mariꝰ cū filijs suis audifax et abbacuc vbi l coꝝ passiōe habet. xiiij. calē. febr. illuc accesserūt ioanne pſbytero secū assumpto: vt sctoꝝ corpa sepelirēt. Et inuenerūt ipa igni superposita. Tūc eruētes se ceperūt corpa subtrahere: et sepelire: quotquot ex ipsis potuerūt: q et ibidē sub clauio cucumeris recondiderunt. Cetera vero igne cōsumpta sunt. Qui passi sunt calen. martij.

¶ De sancto Herculano epo. Cap. clxiij.

Herculanus eps ciuitatis perusine anno decimoseptimo iustiniani impatoris sub rege gothorum totilla passus est. vt aūt sigibertꝰ hic ex cōuersatiōe monasterij ad sacerdotalis ordis gfaz deductꝰ. Totille aūt regis gothoꝝ tpibꝰ eādē vrbē ānis septē ptinuis exercitꝰ gothoꝝ obsedit ex qua multi ciuiū fugerūt: q periculū famis ferre nō poterant. Anno vero septimo nec dū finito obsessaz vrbē exercitus gothoꝝ intrauit. Tūc comes q exercitui perat ad regem nuncios misit exquirens: quid de epo vel populo fieri iuberet. Qui mandauit: epo primo a ceruice vsq ad calcaneū corrigam tolli: et tūc caput eius amputari: omnem vero populum gladio extingui. Tunc idem comes crudelitatem tantam abhorrens herculanum episcopuz super

super murum vrbis capite truncauit: eiusdemqꝫ cutem iam mortui a vertice vsqꝫ ad calcaneū incidit: vt ex eius corpore corrigia subtracta videretur: moxqꝫ corpus extra murum proiecit. Quod quidam humanitate compulsi abscissum caput ceruici apponentes cum corpore paruuli infantis illic iuxta muros reperto sepulture tradiderunt. Cumqꝫ post eandē sedē die quadragesimo rex totilla misisset: vt ciues vbilibet dispersi ad ipsam ciuitatem sine trepidatione remearent: hi qui prius famē fugerant: accepta viuendi licentia reuersi sunt. Qui corpus episcopi sui perquirentes: effossa terra vbi iacebat corpus pueri pariter humati: vtpote die quadragesimo corruptum et vermibus plenum: corpus vero episcopi acsi die eodem esset sepultum inuenerunt. Et quod mirabilius est: ita caput eius vnitum fuerat corpori: acsi nequaqꝫ fuisset abscissum: in quo nec sectionis vestigia apparerent: et similiter tergum eius perquirentibus ita sanum atqꝫ intemeratum omne corpus inuentum est. acsi hoc nulla incisio ferri tetigisset: quod intra vrbem adducētes honorifice sepelierunt: q̄ passus est calendis martij. Hec gregorius tertio dyalogo capi.xiij.

¶ De sancto Albino epo. Capitulum.clxiiij.

Albinus eps tempore sancti egidij abbatis floruit. Hic de regione venetina que oceani britannici confinis est: nobilibus parentibus ortus tinilacensis monasterij prius monachus fuit. Qui cum aliquando ad obedientiam abbatis perficiendam pergeret: et subito tēpestas nimia ingrueret: et domus ad quam cum alijs diuerterat ipsa tempestas etiam tectum contriuisset: omnibus alijs qui in eadem se domo reduxerunt madefactis: ipse solus a pluuia immunis fuit. Deinde annorum xxxv. existēs ipsius monasterij abbas factus est. Qui ipsi regimini laudabiliter prefuit annis.xxv. Post hec annorum.lx. andegauis eps ordinatur. curecqꝫ pastorali vigilāter insedit annis.xx. diuinis operibus vacās multisqꝫ miraculis choruscans. Inter que duos mortuos suscitauit. In asiaco monasterio cecum illuminauit: et mulieres duas ab immundo spiritu vexatas liberauit. ¶ In andegauensi ciuitate sedis sue: dum ꝑ carceratis in turri detētis ad iudicem interuenisset: nec alicuius liberationem obtinere potuisset: orationem fudit. Statimqꝫ saxū quadrum de muro turris exiliens: inclusis exeundi aditū fecit: omnesqꝫ cōtinuo exierunt et deo ac sancto gratias egerunt. Quieuit in pace calen. martij. Sepultus andegauis. In cuius exequijs paralytici tres sanati et duo ceci illuminati sunt.

¶ De sancto Donato martyre. Capitulum.clxv.

Donatus martyr apud carthaginē aphrice ciuitatem passus est. Qui sub iudice missatio et marcellino tribuno: cum esset militaris: in christi confessione gladio cedente martyrij coronam percepit calen. martij. vt dicit ado.

¶ De sanctis pluribus martyribus. Capitulum.clxvj.

Martyres plurimi quorum tamen certus numerus minime reperitur. Rome sub alexandro imperatore passi sunt. Quos idem augustus diu cruciatos capitali sententia in extremo dānauit.vj.non.martij. Hec ado in martyrologio.

¶ De sanctis quadringentis martyrib⁹. Capi.clxvij.

Quadringenti fere martyres a lōgobardis passi sunt. Quos cum longobardi italiam deuastantes cepissent: more suo immolauerunt caput capre dyabolo. Hoc circunferentes per circuitum et carmine nephando dedicantes. Cūqꝫ illud ipsi prius submissis ceruicibus adorarent: eosqꝫ quos ceperant hoc adorare pariter compellebant. Sed ex eisdem captiuis per maxima multitudo paucis videlicet exceptis obtemperare iussis sacrilegis noluit: et ceruicem quam semper creatori flexerat creature inclinare cōtempsit. Quapropter hostes q̄ eos ceperant graui iracundia accensi cunctos gladijs interfecerunt. Quos in errore suo participes habere nequiuerunt. Hec gregorius.iij.dialog.capi.xxvij. Qui passi sunt.vj.non.martij.

¶ De sanctis pluribus episcopis martyribus. Capitulum.clxviij.

Episcopi plures martyres: quorum etiam nec certus numerus scriptus colligitur iustiniani augusti tēporib⁹ apud aphricam passi sunt. Nam cum ꝑsecutio vandalica in partibus illis vehementer insaniret: quidam in defensione veritatis episcopi fortiter ꝑsistentes ad medium sunt deducti. Quos vandalorum rex verbis ac munerib⁹ flectere ad ꝑfidiam non valens: tormentis frangere eos posse credidit. Nam cum eis in ipsa defensione veritatis silentium indiceret: nec tamen ipsi contra perfidiam tacerent: raptus in furorem eorum linguas abscidi radicitus fecit. Qui ita post ꝑ defensione veritatis etiam sine lingua loquebantur sicut prius loqui per linguam consueuerant. Hos omnes iussit postmodū idem rex in exilium deportari. Qui multo post tempore superuixerunt. Et quidam ex ipsis miraculum narrantes constantinopolim venerunt: vnus autem illorum statim vt in luxuriam decidit loquendi facultatem amisit. Hec idem qui et vbi supra capi.xxxij.

¶ De sanctis Iouino et Basileo martyribus. Capitulum.clxix.

Iouinus et basileus martyres rome via latina passi sunt sub valeriano et galieno imperatoribus. Qui per gladium palmam martyrij perceperunt sexto nonas Martij vt ait ado.

¶ De scto guillermo presbytero. Ca.clxx.


Guillermus angelicus sacerdos vir charitatiuus: sanctitate vite pollēs ac morib⁹: et officij sui ꝑsecutor strenuus tpe henrici iij. imꝑatoris plenus sanctitate migrauit ad christū.vj.non.martij. Ad cuius sepulchrum tpe mortis eius ceci illuminati sunt claudi erecti: et alij plures a diuersis infirmitatibus liberati: vnde et corpus eius a multis ꝑegrinantibus visitatur. ꝑgentibus ad ipsum deuotiōis causa. Hec vincentius.

¶ De sctis Marino et Asterio martyrib⁹. Ca.clxxj.

Marinus miles et asterius senator apud cesareā palestine sub valeriani imꝑatoris ꝑsecutiōe passi sunt. de q̄b⁹ habet.vij. ecclesiastice hystorie libro. Quorum prior ciuis hierosolyme clarus a cōmilitonib⁹ accusatus q̄ esset christianus: datoqꝫ sibi a iudice spacio triū horarum ad deliberandum: an sacrificare an mori eligeret. Interim quoqꝫ a sancto theoteno eiusdē vrbis episcopo cōfortatus: dū immolare renuisset ꝑ christo decollatus est. cuius corpus cū asterius trūcatum subiectis humeris et expoliata veste excepisset: et sepelisset. Honorem quem martyri detulit continuo martyr ipse accepit de quo asterio scribitur: vbi supra q̄ dum esset apud cesaream philippi que nunc paneas dicitur: et gentiles suo more idolis imolarent: victima arte demonis subito rapiebatur et nusquam comparens celo delata putabatur. Quod dum sanctus fieri cerneret: orationem fudit:

ad dominum. Et ecce victima que credebatur assumpta aquis superferri conspicitur: ⁊ populus ab errore conuertitur. Passi sunt autem .v. non. martij.


¶ De sanctis Emiterio ⁊ Chelidonio martyribus. Cap. clxxij.


Miterius ⁊ chelidonius ⁊ martyres vt scribit aurelius clemens in libro coronatorum: primum apud legionum gallie ciuitatem exurgente persecutionis procella pro confessione nominis iesu xpi plurimis tormentis afflicti: deinde calagurium vsqꝫ perducti: atqꝫ ibi capite cesi martyrio coronati sunt. In quorum decollatione anulus vnius ⁊ stola alba alterius nube suscepti: ⁊ in celum euecti sunt: quousqꝫ ab assistentibus anuli aurei fulgor linteí candor: intentis luminibus discerni potuerunt. Passi sunt autem .v. non. martij.


¶ De sancto Lucio papa ⁊ martyre. Cap. clxxiij


Lucius papa ⁊ martyr natione roman⁹ ex patre porphyrio concilio pape in epatu romano successit: ⁊ sedit annos .iij. menses .iij. dies .iij. Hic precepit vt duo presbyteri ⁊ tres dyaconi in omni loco epm non desererent: propter testimonium ecclesiasticum ⁊ stilum erroris. Hic primum in exilium missus: demum ad ecclesiam suã reuersus a valeriano capite truncatus martyrio coronat. Et sepultus est cuꝫ colleg⁹ suis epis via apia in cimiterio calixti .iiij. non. martij. Et cessauit epatus dies .v.

¶ De sanctis caio ⁊ socijs martyribus. Cap. clxxiiij.


Caius palatinus ⁊ alij .xxvij. martyres apud vrbem romaꝫ passi sunt. Qui omnes maris fluctibus immersi victorie coronas a domino percipere meruerunt .iiij. nonas martij. vt dicit ado.


¶ De sanctis noningentis martyribus. Cap. clxxv.


Noningenti martyres rome via apia passi sunt. Qui omnes vna die laurea martyrij coronati: positi sunt in cymiterio ad sanctaꝫ ecclesiam .iiij. non. martij. Ibiqꝫ tumulati digna fidelium deuotione venerant hec ado.

¶ De sctõ Phoca martyre. Cap. clxxvj


Phocas martyr apud antiochiã passus est. Qui post multas quas pro xpi nomine redemptoris est passus iniurias: qualiter de illo antiquo serpente triumphauerit vsqꝫ hodie populis declaratur. Nam si in quempiã in locis illis coluber venena diffuderit: mox vt ianuam basilice martyris credens attigerit euacuata virtute veneni saluatur. Sed ⁊ longe satis ab ei⁹ templo animalia queqꝫ mortifera approximare non audent. Passus est autem .iiij. non. martij. hec ado.

¶ De sancto Theophilo episcopo turris stratonensi. Cap. clxxvij.


Theopilus epo palestine ciuitatis que quondam turris stratonis siue cesarea dicebatur: nunc vero paneas dicitur: sub seuero principe insignis sapientia ⁊ cõspicuus sanctitate admodum effulsit. Qui inter cetera laudabilia cum ceteris epis synodicam ⁊ vtilem valde aduersus eos qui cum iudeis luna decimaquarta pascha celebrabant composuit epistolaꝫ. Et quieuit in domino .iiij. non. martij. hec hieronymus de viris illustribus.

¶ De sancto Theophilo episcopo alexandrino. Cap. clxxviij.


Theophilus eps alius scꝫ alexandrinus studior doctrina clarissimus extitit. Hic aduersus origenes grande scripsit volumen: in quo ipsius ⁊ omnia fere sua pariter damnat: docẽs illum a sanctis patribus ⁊ maxime ab heraclia fuisse presbyterio eiectum: ecclesia pulsum: vrbe fugatum. Scripsit ⁊ contra antropomorphitas hereticos asserentes deum humana effigie ⁊ membris constare humanis eos longissima disputatione confutans. Tres libros sub illius nomine inscriptos se legisse: sꝫ eis nõ multũ credidisse propter stili dissonantiã tradit gennadius qui hec de illo.

¶ De sctõ Martiano epo ⁊ martyre. Capitulm. clxxix


Martianus marty ⁊ eps apud terdonã passus ẽ sub hadriano imperatore agẽte pfecto sapritio. Qui a ciuitate mediolanensi ad partes illas ab imperatore delegatus ciuitatem terdonam ingressus: martianum de christianitate suspectum in carcere reclusum inuenit. Ad quem visitandum sanctus secundus miles iam a calocero in ciuitate asten. in fide edoctus: sed occultus christianus cum sapritio venerat: eũqꝫ satis videre desiderabat. Tunc educente ipsum angelo martianus de carcere exijt: ⁊ secundum visitauit: atqꝫ in dño confortauit: vt dicetur in passione secundi .iij. calen. aprilis. Post hec secundus mediolanum iuit: ⁊ a sanctis faustino ⁊ iouita baptizatus fuit vt superius in eoꝝ passione dictum est .xv. calen. martij. Corpus quoqꝫ dominicũ qđ eis columba de celo detulerat: ab eisdem suscepit: ⁊ preterqꝫ ipsius martiano detulit: quem terdone in carcere reliqt. Rediens autem secundus cum iam nox esset: ⁊ ad ripas padi venisset: angelus domini frenum equi accipiẽs super padum ipsum transuexit: ⁊ vsqꝫ ad terdonam perducens ad martianum in carcerem introduxit. cui ⁊ secũdus munus eucharistie ex parte faustini presentauit quo suscepto: secundus angelico mandato ad suum hospitium redijt. Post hec martianus eductus de carcere cum laminis ferreis candentibus super verticem eius appositis illesus permansisset: a sapritio capitalem sententiam accepit. Et secundus corpus eius rapiens sepeliuit secundo non. martij.

¶ De sanctis Victore ⁊ Victorino martyribus. Capitulm. clxxx.


Victor ⁊ victorinus martyres apud nicomediã ciuitatem passionis gloriam perceperunt. Qui per triennium cuꝫ claudiano ⁊ bassa vxore eius tormentis multis afflicti: ⁊ retrusi in carcerem. Ibidem vite sue cursum cuꝫ palma martyrij compleuerunt .ij. non. martij. Hec ado.

¶ De sancto Thoma de Aquino confessore. Capitulm. clxxxj.



¶ Thomas



Thomas confessor ordinis predicatorum ex
illustri psapia comitum de aquino patre
landulfo comite: matre theodora nobili d
neapoli in cfinibus campanie et regni sici
lie extitit oriundus. Cuius ortus et vite p
gressus antequam nasceretur: fuit diuinitus p⸗
monstratus. Nam a quodam heremita re et noie bono in
partibus illis solitariam vitam ducente: matri eius ex⸗
istenti in castro suo noie rocha sicca: et quod esset pgnans ad
huc ignoranti fuit pphetatum quod filium pareret et Thomam
nolandum: ordinis pdicatorum habitum et regulam assumptu
rum et pclarum sapientia in toto orbe futurum. Que oia vt p⸗
dixerat sunt copleta. Natus ergo puerulus thomas vo
catus est. Quem cum die quadam nutrix balnearet stri⸗
ctam cedulam vidit in manu eius: quam cum de manu ip⸗
sius vix mater auelleret: repperit in ea scriptam saluta⸗
tionem angelicam. Sed puer fletibus et signis scedulam
instanter repetijt quam sibi traditam ptinus in ore posi⸗
tam transglutiuit. Et extunc in csuetudinem duxit: vt si
qn fleret: nunquam desisteret: nisi aliqua sibi charta vel li⸗
ber pstaretur. Et cum adhuc vix sciret aliqua verba dicere
cum libros videret ad eos festinanter currebat: et chartas
reuoluens tali se ludo more puerorum exercebat. ¶ Cum autem
esset annorum .v. traditus est a patre abbati monasterij cas⸗
sinensi. vt ibi litteris erudiretur. Quem abbas videns esse mi⸗
rabilis indolis ad patrem remisit: vt ipsum ad neapolita⸗
num studium destinaret pfectius sapientia imbuendum.
Pater ergo ipsum annorum decimo neapolim destinauit:
vbi in liberalibus scientijs modico tpe optime profecit
Sed cum sepius ad locum pdicatorum pgeret: et fratrum ser⸗
mones audiret: delectatus illorum sapientia et regulari vi
ta relicto seculo annorum .xiij. ordinem ingressus est: vbi san
ctis opibus et studio sacre sapientie vacare cepit. Quod
fratres eius carnales patre iam defuncto audientes mo⸗
leste tulerunt: et primo quidem ad ipsum venientes: cumque
ab ordine reuocare nitentes: nihil ptinus profecerunt:
Tandem ab ipsis thomas violenter rapitur et quasi per
biennium turris custodie mancipatur. ¶ Cumque nec mi⸗
nis nec blanditijs posset a pposito reuocari: per speciem
puelle impudice ad eum introducte: subuertere querunt
animum innocentis. Qui mox de igne titionem arripiens
suggestionem ignite libidinis extra cameram effugauit
factoque signo crucis in oratione se pstrauit: petens cum
lachrymis a dno sibi dari ppetue ctinentie castitatem.
Mox oranti duo angeli affuerunt dicentes ipsum a deo
clementius exauditum: qui etiam cum cingulo quodam
circa renes stringentes dixerunt: quod nullatenus dissol
ueretur. Et extunc in vita sua nunquam sensit stimulum ve⸗
neree voluptatis. ¶ Tandem mater ipsius dubitans di
uine resistere voluntati: et recordata eorum que de ipso pre⸗
dicta fuerant: ipsa pmittente p fratres ordinis ad ordi⸗
nem est reductus: et quia sanctus dubitabat ne adhuc car⸗
nalium fratrum psequeretur ptinacia: pcurauit de neapoli
discedere: missusque romam ad capitulum generale inde
cum magistro ioanne teutonico iuit parisius: ibidem in
sacre theologie studio mancipatus. Deinde missus co⸗
loniam magistrum albertum virum sapientia mirabi⸗
lem: in philosophia et theologia habuit pceptorem: vbi stu⸗
dio intentus ab alijs condiscipulis quodammodo despi⸗
ciebatur: eo quod in scholis nunquam verbum pferret. Et quia
naturali copletione carnosus erat bouem mutum eum
appellabant. Dum autem quidam ex fratribus de eius in
dustria aliqua notabilia copertissent: et hec magistro re⸗
uelassent: ex mandato ipsius quandam questionem dispu⸗
tandam assumpsit. Ad quam dum mirabilibus argumen⸗
tis respondisset: magister albertus pphetico spiritu p⸗
dixit ipsum esse futurum bouem: qui talem daturus esset
mugitum: quod totus eum mundus audiret. ¶ Post hec
missus est baccalarius ad studium parisiensi. vbi post le
cturam libri sententiarum: quam luculentissime transcurrit
Dum ad magistratum peteretur: ex humilitate reputans
se indignum: potissime quia annorum .xxx. nondum impleto
rum omnino recusabat. Cui apparuit sanctus quidam
senior: qui sibi ex parte dei vt magisterium assumeret man
dauit: et thema quod in sui sermone pponeret edocuit: au
toritatem videlicet illam psalmi. Rigans montes de su
perioribus tuis etc. Sicque thomas humiliter ad magiste
rium ascendit: in quo non segniter maiori adhuc studio
intendebat: et velut apis spiritualia mella colligens: suo
tpe inclita doctrinarum eloquia infundebat. ¶ Tanto etiam
gaudio in ctemplatione replebatur: vt quampluries dum in
secreto loco oraret: visus fuerit stare totaliter eleuatus
a terra: nullo prorsus innixus corporis fulcimento. ¶ Quo
tiens autem disputare: legere: vel dictare voluit: prius ad
orationis secretum accessit: et inde surgens inueniebat
quod querebat quasi in libro aliquo didicisset. Nam vt so
cio suo fratri reginaldo in cfessione reuelauit: scientiam
suam non tam humano ingenio vel studio quam orationis
diuinitus impetrauit suffragio. Et quia cause per effectus
cognoscuntur: quantum in eo diuine sapientie gratia abun
dauerit: si quis cognoscere velit p ipsius scripturarum
opera percipere potest. ¶ Hic doctor cum quadam nocte ora⸗
tioni incumberet: visi sunt apostoli sancti petrus et pau
lus: ipsum de textu aliquo dubio scripture pphetice ple⸗
nissime instruentes. Ex studijs etiam ctemplatione nimia
adeo a sensibus abstrahebatur: vt quasi in extasi raptus
nullis sensibus vel motibus corporeis vti videretur: et
quodammodo sepius mortuus vel insensibilis reddere
tur. Non solum enim inter homines stans homines non aduer⸗
tebat: sed nec visibilia videbat: nec ad interrogata respon
debat. Aliquando etiam tanto feruore mentis studio ctempla
tionis spiritu inherebat: vt de nocte ad librum sedens:
et candelam manu tenens: ac ipsius candele consumpte
cauterium non sentiens: digitos multa adustione lede
bat: et quasi lapis esset vel ferrum nec per hora sui me⸗
ditatione retrahebatur: plurium autem miraculorum gloria
claruit. Nam et puerum cecum illuminauit et mulierem
a demonio vexatam liberauit: et matronam sibi deuotam
in die pasche post pdicationem a sanguinis pfluuio sanam
effecit: aliosque plures a diuersis languoribus exemit.
¶ Post hec vite ipsius termino ppinquante: cum nocte
quadam apud neapolim deuotius oraret: visus est a quo⸗
dam fratre quasi duobus cubitis in aera eleuari: et audi
ta est vox ab imagine crucifixi: que thomam quia de xpo op⸗
time scripserat comendabat. Et quam exinde mercedem
accepturus esset querebat. Qui respondebat quod nihil: nisi
aliud ipsum christum recipere cupiebat. Et quia facta fuerat
questio de mercede: dabatur intelligi de ppinquo labori
suo terminum imponendum. Cum enim ex mandato gre⸗
gorij pape .x. iret romam ad concilium generale transiens
per campaniam infirmitate deprimitur: et in monasterio
fossenoue ordinis cisterciensi honeste recipitur. Ubi languo⸗
re ingrauescente: nec sic a doctrina fluentis sapientie se
poterat ctinere. Rogatus enim a monachis exposuit eis
cantica canticorum: vt sic ad cantica tenderet angelorum.
Per triduum autem ante eius obitum stella cometes ap⸗
paruit: que quid presignaret doctoris obitus patefecit.
Nam sancto deficiente stella defecit. Sicque ad extremam
horam deueniens anno dni .M.cclxxiiij. etatis vero sue
quinquagesimo in pace quieuit non. martij. ¶ In cuius
obitu frater Reginaldus testimonium perhibuit: quod ip
sius sancti sepius et tunc cfessionem audierat: et semper eum
vt puerum quinque annorum inuenerat: quia nunquam sue carnis
contagium sensit: nec mortalis criminis habuit in vo⸗
luntate csensum. In hora vero transitus sui quidam frater
vidit eum in scholis legentem: et sanctum apostolum paulum

ad eum intrantem. A quo dum thomas peteret: an in epistolis suis verum intellectum habuisset respōdit ꝙ sic: quantum quis viuens in corpore posset habere. Sed tamen cum volebat ducere: vbi clariorē intellectū haberet. Videbaturq; sibi ꝙ ipm per capam tractum extra scholas educeret. Tunc frater fortiter clamans fratres ad auxilium inuitabat: q: frater thomas ab eis tollebatur. Ad cuius clamorē excitati fratres: ⁊ visa audientes diem ⁊ horā notauerūt: ⁊ tunc sanctū a corpore migrasse cognouerūt. ¶ Verꝫ q: monachi fossenoue timuerūt ne corpus sancti ꝑ fratres sui ordinis tolleretur: ipm de nocte clādestine ad locū alium transtulerūt. Sed beato thoma priori dicti loci apparente in somnis: ⁊ ipsum de hoc durius increpante: corp⁹ ad locū pristinū ductū est totaliter integrum: ⁊ tanto odore refragrans ꝙ totum claustrum suauitate repletum est: ibiq; conditū requiescit: ⁊ miraculis gloriosis refulget. ¶ Scripsit autē hic sanctus sup oēs libros dialectice ⁊ pene totius philosophie naturalis ⁊ moralis scripta elegātia ⁊ vtilissima in multis voluminibus. Composuit ⁊ fallacias logicales rudibus perutiles. Scripsit ⁊ cōmentum sup quattuor libros sententiaꝝ. Summā theologie in libros quattuor distinctam. Summā ꝯtra gentiles in libros quattuor ꝯspicuam. Composuit ⁊ scripta plurima sup libros diuine scripture plurimis. Super quattuor euangelijs. Sup psalterio. Sup epl'is pauli. Sup q̄nq; libros moysi Sup canticis canticoꝝ ⁊ sup alijs pluribus. Scripsit et questiones de malo. De veritate. De potentia. De spiritualibus creaturis. De aīa. De virtutibus. Et alia multa insignia ⁊ notabilia opuscula que singula scribere non occurrunt.

¶ De sanctis Perpetua ⁊ felicitate ⁊ socijs martyribus. Capitulum.clxxxj.

Erpetua ⁊ felicitas martyres cum Saturnino satyro: reuocato: ⁊ secundulo in ciuitate tyburbitanorum mauritania passi sunt tēpibus Valeriani ⁊ galieni imperatorꝫ sub ꝓconsule tarnutio. Fuerunt aūt saturninus ⁊ satyrus germani. Reuocatusq; fuit frater felicitatis. Qui oēs sacrificare ꝯtēnentes a p̄dicto ꝓconsule in carcerem missi sunt. Erāt autem perpetua ⁊ felicitas ambe nobiles ꝯiugate. Felicitas quidem pregnans erat: perpetua filiū lactentem habebat. Pater aūt perpetue ad carcerē venit: vt filiā a ꝓposito reuocaret: sed non valuit. Vidit autē ꝑpetua per visionē scalā auream vsq; ad celum erectā in dextra ⁊ leua cultris ⁊ gladijs plenam adeo angustā: vt nō nisi vnus ⁊ paruus ꝑ eā inter gladios ascēdere posset. Sub ea draco teterrimus ⁊ ingens iacebat: quē cuncti ascendere volentes formidabant. Viditq; satyrum ꝑ eā sursū ascendentē: ⁊ cōsocios vt ascenderent: similiter ⁊ ne draconem timerent exhortantē. Quā visionē cum sanctis ceteris recitasset: oēs deo grās egerūt: quia se vocatos ad martyrium cognouerūt. Presentati ergo iudici fuerūt viri a mulieribus separati. Cum autem felicitati suaderet: vt sui misereret: eo ꝙ pregnans esset: illaq; imobilis permaneret: compatiens iudex sibi quodammodo quia pregnans eam ad carcerem reduci fecit. Cū aūt parentes ⁊ vir perpetue cum lachrymis eidem suaderent: vt ꝑfidi ꝯsentiret paruulum quoq; ipsius lactentē ad collū eius iactassent: illa fortissimo animo paruulū abijciens ⁊ parentes ac virum ꝯtēnens in xpi ꝯfessione inuictissime ꝑstitit. Quapropter iudex ipsam cū sanctis diutissime verberatā iterꝫ carceri mancipauit. Sanctis autem pro felicitate orantibus: quia .viij. mensium p̄gnās erat subito in eam dolores irruerunt: peperitq; filiū viuum. Qđ preses audiens eos oēs de carcere educi fecit: ⁊ ligatis post tergum manibus nudatisq; natibus ꝑ plateas circunduci: deinde in amphitheatro duci ⁊ bestias sibi laxari. Ex quibus satyrus ⁊ perpetua a leonibus deuorantur. Reuocatus ⁊ felicitas a leopardis comeduntur saturninus ⁊ secundolus illesi diuina volūtate seruant. Vnde post hec saturninus iussu ꝓconsulis decollatus finem accepit. Secundolus xͦo ad carcerē reductus ibidem expirauit. Quoꝝ olim corpora a fidelibus in eadem sunt vrbe tumulata. Qui passi sunt non. martij.

¶ De sanctis Philemone ⁊ Apollonio ⁊ socijs martyribus. Capłm.clxxxij.

Philemon ⁊ apollonius hadrianus ⁊ theoticus cum alijs tribus apud egyptum in ciuitate antinoꝝ. tēpore diocletiani augusti sub preside hadriano passi sūt. Cū eīm post mortem ascle martyris: de quo dictū est .x. calen. februarij Philemon ⁊ apollonius ad eius tumulū orare reperti fuissent a iudice tenti sunt. Qui philemonem fecit primo alapis cedi: deinde ligatum ad stipitem sagittari. Et cū sagitte in aere penderent: accessit hadrianus vt videret: quē vna ex sagittis ꝑcutiens oculo excecauit. Sed cum philemon admonuit: vt se mortuo ac sepulto de terra illa aqua infusa oculū inungeret: sicq; visum recuperaret. At xͦo hadrianus fecit philemonē cū apollonio decollari. Sequenti die dum quasi tentatiue sibi a philemone ꝯsulta ꝑficeret: lumen ꝑcepit ⁊ ꝯfestim conuersus est ad xpm. Qđ diocletianus audiens: misit theoticum cum alijs trib⁹ ad ipm capiendū. Accedēsq; hadrianus ad sepulchrum martyrum: ⁊ coꝝ implorans auxilium: voce sanctoꝝ de sepulchro lapsa: in dño ꝯfortatur. Qđ quattuor illi ꝑsecutores audiētes stupefacti sūt. Cum quibus hadrianus ad imperatorē accessit. Et q: per spiritum se in mare necandum cognouerat: ꝑcepit octauo seruis suis: vt ipsius corpus die octauo ad mare expectarent: qđ delphinus ad terram portare debebat: illudq; sepulture traderēt. Cum aūt coram diocletiano xpm ꝯstanter ꝯfiteretur: iussit eum ligatum in foueam profundam deponi: terra que defossa fuerat superiecta. Sed cum sero ad lectum pergeret: inuenit hadrianum in cubili suo iacentem incolumē: ⁊ catenas ipsius trabi appensas. Tūc indignatus imperator fecit cū in sacco cum harena ligato: in mare mergi: vna cum quattuor ꝑsecutoribus p̄dictis: qui ad ipm tenendum fuerant missi quiq; tantis visis miraculis ad xpm erant cōuersi. Die igitur octauo serui hadriani ad littus prestolabant. Et ecce .v. sanctoꝝ corpora sup .v. delphines ad littus allata deducunt. Cum autem serui dubitarent: ne corpus dñi sui ibi non esset: eo ꝙ de se solo non de alijs p̄dixerat exportando: subito vocem vnius ex delphinis loquentem humanitus audierunt: ⁊ ꝙ dñi sui corpus ibi esset cum alijs quattuor vna secum passis intellexerūt. Sicq; oīm predictoꝝ corpora iuxta corp⁹ ascle martyris sepelierūt: vbi ⁊ philemon ⁊ apollonius tumulati quiescunt. Hoꝝ omnium passio recolitur octauo idus martij.

¶ De sancto Pontio diacono ⁊ martyre. Ca.clxxxiij.

Ontius diaconus cypriani carthaginen. epi ⁊ martyris: vsq; ad diē passionis ei⁹ cū eo exiliū ducens egregiū voluminē de vita ⁊ passione eius reliquit: ⁊ i suis semp passionib⁹ xpm glorificans coronā vite ꝑmeruit. Qui apud carthaginem sub galieno imperatore in dño feliciter quieuit .viij. idus martij vt dicit hieronymus de viris illustribus.

De sanctis .xl. martyribus. Cap.clxxxv.

Vadraginta milites in ciuitate sabasten. armenie minoris passi sunt tpe licinij īpatoris sub agricolao preside ⁊ lysia duce. Quorum nōia hec sunt. Eunoicus: sisinnius: domitianus: heraclius: alexāder: iohānes: claudius: athanasius: valēs: helianus: melition: editi⁹: achatius iulianus

iulian⁹:helius:theodolus:cyrillus:flauius:seuerianus quirion:valerius:thudion:sacerdon:priscus: eutiTyus: smaragdus: philoturion: actius: lysimachus: dōnus: theophilus:eustochius:santis:agius: leontinus: isiti⁹ gagius:gorgonius:candidus: michalius. Qui primo ab agricolao preside in carcerem diebus plurimis detenti expectante lysie ducis aduentum. Deinde ipso lysia ad eandem ciuitatem veniente:coram vtroqꝫ cōstituti: dū christū dn̄m ꝯfiterent̄:lapidibus ī facies cedi iussi sunt. Sed diuino nutu ministri alterutrum lapidibus se feriebant. Dux autem leuans lapidem vt eoꝝ aliquē percuteret:lapide retorto faciem presidis ꝯtudit. Sicqꝫ sancti carcerem reducti diuina visitatione ꝯsolant̄. Mane ꝟo ante presidem,⁊ ducem iteꝝ ꝯstituti:cum xp̄m viua voce ꝯfiterent̄ in stagnum gelidissimū missi sunt:vt gelu cōstricti corpora eoꝝ nocte superueniēte dirumperent̄ custodibus sibi adhibitis:balneo quoqꝫ iuxta posito: vt si quis vellet transgredi fidem suam ad balneum ꝯfugere posset:vnus ꝟo de numero.xl.effectus pusilanimis:refugit ad balneum:moxqꝫ vt attigit calorē resolutū reddidit sp̄m. Ceteri ꝟo ꝯfortati in laudes dn̄i eruperunt. Circa horā noctis tertiam resplenduit velut sol lumen super eos:⁊ glacies dissoluta est. Custodibus quoqꝫ cunctis dormientibus solus clauicularius vigilabat. Qui eos orantes audiens:⁊ in luce curiose ꝯspiciens:vidit in luce coronas.xxxix.descendere super eos. Et cognouit ꝙ qui ad balneum ꝯfugerat:non erat cum ceteris numeratus. Expergefaciens ergo custodes ꝓiecit vestimēta sua in facies eoꝝ ⁊ se christianum ꝓfitens exiluit in stagnū ⁊ cum ceteris tota nocte psallebat. Quod dū preses ⁊ dux mane didicissent:iusserunt ipsos oēs ad littus trahi: et baculis crura eoꝝ ꝯfringi. Sicqꝫ reddentes xp̄o alas tali crurifragio martyrium ꝯsummauerūt. Corpora vero martyrum iusserūt igne ꝯsumi: ⁊ reliquias in fluuium iactari:ne a christianis sepulta martyrum colerent̄ nominibus. Hoꝝ vnus meliton noīe cum esset oīm etate iunior:⁊ cruribus fractis adhuc superuiueret: mater que assistebat dubitans:ne in cruciatu deficeret: blandis ⁊ salutiferis ipsum sermonibus hortabat̄. Cūqꝫ sanctorū corpora plaustris imposita:ad incendiū a ministris portarentur mater iuuenis ip̄m tollēs in humeris vehiculū sequebat̄. Cūqꝫ ferret̄ inter maternos amplexus emisit sp̄m. Cuius corpus mater in ignē cum alijs ꝓiecit:vt nec filius mortuus a sodalibus esset diuisus: combusta sunt igni sanctoꝝ corpora ⁊ ossa in fluuium dispsa. Ep̄s eiꝰ ciuitatis per visum admonitus:noctu ad flumē veniens inuenit sanctoꝝ reliquias in alueo fluminis subtus aquas sicut luminaria splendentes. Quas oēs collegit ⁊ digna veneratione recōdidit. Qui passi sunt.vij. idus martij.

De sancto Gregorio ep̄o emenseſi. Cap.clxxxvj.



Gregorius emenisenus ep̄s frater beati basilij cesariensis ep̄i fuit. Qui habuit ⁊ alterū frēm noīe petrū:quoꝝ alter in ꝟbo doctrine:alt̄ ī ope basiliū exequebant̄. Huius extant plurima opuscula luculenta. Nā vt ait Uincentius in speculo scripsit librū de imagine in supplemētū exameron bti basilij. Scripsit etiā libros ꝯtra eunomiū quos btō gregorio nazanzeno ⁊ hieronymo legit. Scripsit ⁊ ꝯtra apollinarē librū in quo euidenter ī xp̄o ostēdit vnā esse ꝑsonā:sed duas naturas ⁊ opationes. Itē librū de aīa obscurū valde:quē pisanus causidicus tp̄e secūdi federici de greco transtulit in latinū. Itē ep̄lam de trinitate fidē catholicā explicantē. Alia quoqꝫ multa scripsisse dicit̄. De quo hieronymus in lib.de viris illustribus mentionē facit. Et claruit sub imꝑatore valēte. Et quieuit in xp̄o die.vij.idus martij.

De sancto Paciano episcopo. Cap.clxxxvij.

Pacianus ep̄s apud barcinonam eiusdē pontifex ecclīe claruit vir castitate īsignis: vita ⁊ sermone clarus:varia cōpilauit opuscula. E quibꝰ est certus liber cōtra nouatianos; tp̄e aūt theodosij penultima senectute fessus finem vite sortitus est.vij.idus martij. Hec hieronymus de viris illustribus.

De sanctis Alexandro ⁊ Caio mar. Cap.lxxxviij.

Alexander ⁊ caius martyres apud apamiam passi sunt. Qui vt apollinaris scribit hieropolitanus ep̄s in libro aduersus cathaphrigas ꝑsecutione antonini veri glorioso martyrio coronati sunt.vj.idus martij. Hec hieronymus in martyrologio.

De sancto Anatholio episcopo. Cap.clxxxix.

Anatholius alexandrinus natione laodicie syrie ep̄s tp̄ibus probi ⁊ chari imꝑatoꝝ floruit:qui vir in artibus liberalibꝰ ⁊ philosophoꝝ disciplinis eruditus plurimo sermōe celebratur. Hic opuscula multa; non solum religiosis sed ph̄is ipsis admiranda reliqt:que ad se peruenisse testat̄ Eusebius. Cuius ingenij magnitudo de libro quē sup pascha cōposuit:⁊ de libris decē arithmetice institutionis pōt apertissime cognosci:qui etiā sanctitate sublimis in pace quieuit.vj.idus martij.

De sancto Attalo abbate. Cap.cxc.

Attalus abbas mōasterij luxouiensis successor fuit sancti colūbani abbatis. Qui dū egregie mōasteriū regeret: quidā ex suis fratribꝰ austeritatē vite nō valentes sustinere:ꝯtra eius ꝓceptū apostatarūt:quoꝝ vnus subita febre correptus:cū ad sanctū Attalum venire se posse ꝑoptaret post modicū extinctꝰ est. Cuius exēplo plurimi ad monasteriū redierūt. Qdā ꝟo obstinati in apostasi ꝑmanserūt:quoꝝ vnus securi ꝑcussus interijt:alter ī paruissimo flumine necat̄: tertiꝰ de naui in mare ꝯcidens submergit̄. Cū aūt bobius fluuius inundans molendinū monasterij ⁊ officinas inuaderet:mandauit sanctus ꝑ sinoaldū diaconē suū fluuio vt se retrahere deberet. Statimqꝫ fluuius alueo naturali relicto ꝑ alios meatus adeo a loco illo discessit:vt etiā alueus siccaret̄. Et cū quidā ex monachis laborādo ī nemore casu sibi pollicē ꝓcidisset ⁊ sepelisset. Sanctus digitū defossum manui applicās sputoqꝫ liniēs ad locū suū sanatū reduxit. Quieuit in dn̄o.v.idus martij.

De sanctis Hirado ⁊ socijs martyribꝰ. Cap.cxcj.

Hiradus:zozimus:alexander:candidus: piperion:⁊ alij eoꝝ.xx.ꝯsocij martyres apud carthaginē ꝓ xp̄i noīs confessione passi victorie triumphum a domino cōsecuti sunt.v.idus martij. Hec ado.

¶ De sancto Gregorio papa ꝛ doctore. Cap. cxcij.

Gregorius papa primus doctor egregius ex senatoria stirpe romanoꝝ nobilissima p̄genitus patre gordiano matre Siluia romane sedis pontificatū tenuit annis. xiij. mensibus. vj. diebꝰ. x. Qui cū summū philosophie apicem in annis adolescentibus attigisset: ac reꝝ ꝛ diuitiaꝝ copia abundaret: cogitabat hec oīa deserere: ꝛ ad religionē se transferre. Sed dū sub pretoris vrbani habitu mun͛do deseruiret: multaq̄ꝫ sibi ex seculi cura succrescerent tandē orbatus patre sex monasteria in sicilia ꝯstruxit: ꝛ septimū intra vrbē in honorem sancti Andree: quibus de ꝓprio large dotatis oībus ceteris pauperibꝰ erogatis: i septimo se fecit monachū sub abbatis disciplina. Ubi ad tantā in breui ꝑfectionē deuenit: vt posset iam in ꝑfectoꝝ numero cōputari. Tātaq̄ꝫ districtione corpus suū afflixit: vt infirmato stomacho subsistere vix valeret: ꝛ infirmitatē illam quā greci sincopin vocant patiens: ꝑ horaruꝫ momenta quasi ad exitum ꝓpinquaret. Abbate quoq̄ꝫ eiꝰ defuncto successit eidē in regimine abbatie. ¶ Quadā die cū in studio suo scriberet: naufragus ad eū venit: sibiq̄ꝫ misereri cuꝫ lachrymis postulauit. Cuiq̄ꝫ sibi sex argēteos dari iussisset ꝛ abysset: eadem die iterū rediit: seq̄ꝫ multa ꝑdidisse ꝛ pauca accepisse dixit. Qui cum ab eo totidē argenteos recepisset: tertia die iterū reuersus: misereri sibi importunis clamoribꝰ postulabat. Sed cū sanctus Gregorius a procuratore domus nihil o andū preter scutellam argēteam didicisset: illam statim sibi dari ꝑcepit. Quam ille accipiens letus abscessit. Postq̄ aūt gregorius ad papatum ꝓmotꝰ fuit die quadā cancellario suo mādauit vt duodecim peregrinos ad conuiuiū vocaret. Et dum oēs recūberent: intuens papa tredecim numerauit. Et cū cancellario diceret cur contra suum mandatū inuitasset: illeq̄ꝫ non vltra duodecim eē assereret. Animaduertit Gregorius vnū ex illis crebro vultū mutantem: ꝛ nunc senem nunc iuuenē simulantē. Finito cōuiuio illū in camerā secreto vocauit: ꝛ interrogans q̄s esset: audiuit ꝙ angelus ille erat qui ab eo in forma naufragij existente in monasterio duodecim nummos ꝛ scutellā argenteam receperat: ex quo diē deus ipm̄ romane vrbis pontificē futuꝝ destinauerat: statimq̄ꝫ ab eo disparuit. ¶ Cum die quadā Gregorius adhuc abbas ꝑ foꝝ trāsiret: vidit pueros pulcherrimos vultuq̄ꝫ venustos eē venales. Et interrogans vn̄ essent: audiuit ꝙ erant de insula angloꝝ quos ille recte ait vocari anglos quasi angelos: qui angelicos vultus hn̄t. Cū aūt didicisset illos esse gentiles cōpatiens genti ꝙ princeps tenebraꝝ tam decoros hoīes possideret: pelagiū romanū pōtificē obnixe rogat: vt ad conuertendas gentes illas ꝑdicatores aliquos mittat: offerēs se in tale opus esse paratū. Quē papa cū quibusdā alijs ad ꝑdicādū ad angliam destinauit Sed postq̄ triū dieꝝ iter ꝑfecisset ad instantiā romani ppl̄i: se de ipsius abs̄itia cōquerentis gregoriū ꝑ nūcios reuocauit: quē postmodū a suo monasterio abstraxit: et ipm̄ cardinalē diaconū ordinauit: ipm̄ quoq̄ꝫ successiue legatū ad ꝯstātinopolim ꝓ causis ecclie destinauit: vbi existens gregorius Eutycetis heresim de resurrectione corpoꝝ male sentientis ꝯfutauit: librosq̄ꝫ ipsius cōburi fecit: ꝛ grām imꝑatoris mauritij plurimā acquisiuit: vn̄ ꝛ filiū eius de sacro fonte leuauit: indeq̄ꝫ ad vrbeꝫ rediit. ¶ Post aliqđ tp̄s fluuius tyberis alueū suū egressus i tantū excreuit: vt sup muros vrbis īflueret. ꝛ plurimas domos euerteret. Tūc etiā ꝑ tyberim serpētū multitudo cū dracone ad mare descenderūt: s͛ a fluctibꝰ suffocati ad litus ꝓiecti aerem terribiliter infecerūt. Sicq̄ꝫ plaga pessima quā inguinariam vocāt secuta est. Que primo olim pelagiū papā ꝑcussit: deinde in ppl̄m adeo deseuit vt domus plurime vacue remanerent. Tunc gregorius ab omni pplo in pontificem electus est. Cū ergo ꝯsecrari deberet: ꝛ lues ppl̄m deuastaret: sermonē ad populuꝫ fecit ꝛ ꝓcessionē cum letanijs instituit: ꝛ oēs diuinā misericordiam implorare monuit. In qua ꝓcessione. lxxx. de populo sp̄m exhalarūt. Sed nequaq̄ ab oratione cessandū admonuit: finitaq̄ꝫ ꝓcessione habitū mutauit: et ex vrbe fugiens triduo latitauit. Sed dum ppl's ipsum vbiq̄ꝫ ꝑquireret: cuidam heremite ꝑ visum ostēditur vbi esset. Nam colūna lucis sup cauernā vbi latebat ꝯspicit Sicq̄ꝫ licet renitens a pplo trahit͛: ꝛ ad summū pontificium sublimat͛. Et cum imperatori mauritio ꝑcibꝰ per litteras institisset: vt electioni de se facte nullatenꝰ consentiret: prefectus vrbis litteras surripuit. Sicq̄ꝫ confirmationem gratante imperator misit. Sed ꝙ adhuc eōmam pestis ꝑdicta vastabat ppl̄m more solito ꝓcessionem iterum cum letanijs vrbem circuneūdo ordinauit: ꝛ imaginem beate virginis quā lucas euangelista in ꝓpria forma pinxisse dicit͛: circunferri iussit. Cui aer infectus miro modo cedebat: ꝛ post imaginem serenitas remanebat. Tunc audite sunt voces angeloꝝ in aere concinnentiū antiphonā illā. Regina celi letare ꝛc. viditq̄ꝫ gregorius sup castrum crescentij angelum: qui gladium cruentum in vaginā reponebat: quo signo deū placatū intellexit: ꝛ sic pestis ex vrbe cessauit: vn̄ ꝛ castrum illud deinceps sancti angeli vocatū est. Tandē vt dudū optauerat: augustinū melitū ꝛ ioannē cū quibusdā alijs ad angliam misit: ꝛ ppl̄m illum suis precibus ad fidem cōuertit ꝓpter qđ ab angloꝝ populis apostolus appellat͛ Tante aūt humilitatis fuit ꝙ primus seruus seruorum dei se nolauit ꝛ alios notari instituit. Tante largitatis ꝛ elemosynarum: vt non solū p̄ntibus: sed etiā longe positis: etiā in monte synai monachis necessaria ministraret. Nam oīm pauperū nōīa scripta habebat: ꝛ eis liberaliter subueniebat: monasteriū hierosolymis instituit ꝛ illic degentibus necessaria ꝑcurauit. Tribus milibꝰ ancillis christi ꝓ quotidianis stipendijs. lxxx. libras auri annuas offerebat: quotidie quoq̄ꝫ ad mensam suā peregrinos ꝛ pauperes inuitabat. ¶ Cū die pasche in ecclesia sancte marie maioris celebraret: ꝛ pax dn̄i sit semper vobiscum dixisset. Angelus dn̄i alta voce respondit Et cū spiritu tuo: ꝓpt͛ qđ pape ipsa die ibidē celebrāti ꝛ pax dn̄i dicenti: nihil respōdet͛. ¶ Die quadā ꝑ foꝝ traiani trāsiens: recordatus virtutū q̄ de traiano imꝑatore legerat: ꝛ qualiter iusticiam summoꝑe coluerat: ꝛ ex sola ignorantia: cum maxima tn̄ moderatiōe christianos ꝑsecutus fuerat ad sancti petri basilicam deuenit: ꝛ ibidem ꝓ eo amarissime fleuit. Cuius lachrymis deus placatus mirabili dispositione traianum reuocauit ad vitam: vbi suscepto baptismate: grām ꝯsecutus veniā meruit: ꝛ sic iterū obdormiens gl'am obtinuit. Nec eīn̄ eius aīa erat in inferno finaliter deputata sed ad tp̄s nō sententia diffinitiua dānata. Huius aūt rei ecclie orientalis ꝛ occidentalis credulitas testis est. Post hec angelus sibi apparuit: ꝛ ꝙ pro dānato orauerat: duaꝝ sibi penarum optionē dedit: aut biduo in purgatorio cruciari: aut in vita sua infirmitatibꝰ fatigari. Qui primo spreto scdm̄ elegit. Unde deinceps semꝑ: aut febribꝰ: aut podagra: aut stomachi occupatione: aut varijs membroruꝫ doloribus pressus fuit. ¶ Matrona quedam singulis diebus dn̄icis beato viro panes offerebat. Qui cuꝫ sibi post missam corpus dn̄i offerret: illa subrisit: eo ꝙ panē quē ꝓprijs manibus illa fecerat: gregorius corpus dominicum appellabat. Qui pro incredulitate mulieris se in oratione ꝓstrauit: ꝛ partē illam dn̄ici corporis ad instar digiti conuersam inuenit. Et sic matronā ꝯuertit: Orauit iterū: ꝛ carnem in formam panis cōuersam vidit: ꝛ matrone sumendū tradidit. ¶ Cū quēdam romanoꝝ principem

principem ꝓpter culpam adulterij excōicasset: ille vindictam expetans magoꝝ suffragia requisiuit. Qui demonem in equum pōtificis immiserunt. Cū aūt gregorius equo insideret, illeq3 vexatus nequaq̄ teneri posset: gregorius per spm̄ sanctum intelligens: signo crucis edito demone ab equo eiecit qui egressus maleficum ꝑpetua cecitate damnauit: quē tn̄ sanctus ecclesie subsidio nutriri mandauit. ¶ Cum apud mauritium imperatorem de morte cuiusdā epi falso accusaret: et mauritius ex hoc ipsum et ecclesiam persequeret: quidam monastico habitu gladium tenens imperatori astitit et gladium vibrans: illum ꝓpter persecutionē pape gladio moriturū predixit. Qui territus a ꝑsecutione destitit: et vt pro se oraret pape per litteras supplicauit. ¶ Hic ꝯstituit etiam in singulis ecclesijs vrbis rome in diebus aduētus et quadragesime fieri stationes deuotione fidelium celebrandas. Et ne errores antiqui semē de cetero pullularent: fecit generaliter amputari imaginibus demonum capita: vt per hoc extirpata gentilis prauitatꝭ facultas: ecclesiastice veritatis palma plenius exaltaret. Addidit i canone misse. Diesq3 nostros in tua pace disponē etc. Et precepit: vt super corpora apostoloꝝ a papa siue cardinalibus celebraretur missa. ¶ Officium misse per introitum et .ix. kirieleison et alia que in antiphonario ꝯtinent celebrari instituit. Letanias maiores inter pascha et pentecosten ordinauit. Anno quoq3 imperatoris mauritij .xiiij. synodū ad ecclesiam sancti petri .xxiiij. episcopoꝝ celebrauit. In qua plurima de necessarijs ecclesie ꝓuidit. Alia quoq3 multa insignia et laudabilia opera tam in orbe q̄ in vrbe perfecit. Et plenus sanctis virtutibus a corpore migrauit circa annum dn̄i .dcccccvj. die quarto idus martij. Et sepultꝰ est in ecclesia sancti petri iuxta secretariū. Et cessauit episcopatus menses .v. et dies .xvj. ¶ Hic eximius doctor librum composuit pastoralem: in quo ostendit qualis esse debeat: qui ad ecclesie curam debet assumi. Librum sacramentoꝝ per totū anni circulum. Euangelioꝝ homelias .xl. Dialogoꝝ libros .iiij. Super iob libros .xxxv. Primam et vltimam ezechielis partē que obscuriores videbantur per homelias .xxij. quantum lucis habeant ostendit. Antiphonarium nocturnum et diurnum suaui modulatiōe formauit. Epistolarum suarum registrum ad diuersos missarum in .xij. voluminibus ordinate digessit. Super canticis canticoꝝ. Et in oēs ꝓphetas. Et libros regum Josue. et iudicum multa scripsisse dicit. Aliaq3 plurima que ab inuidis combusta fuisse traduntur.

¶ De scō Petro diacono et ꝯfessore. Cap. cxciij.



Petrus sancte romane eccl'ie diaconus et beati gregorij discipulus fuit. Ad cuiꝰ instantiam ipse doctor librum dialogoꝝ composuit: et vtriusq3 mutuas collocutiōes in eo inseruit. Hic sanctitate ꝯspicuus bonꝰ magistri imitator extitit. Hic aliq̄n beato gregorio ꝑdicante vel dictante spm̄ sanctum vidit in columbe specie super caput doctoris verba in eius auribus inferentē. Qui cum beato gregorio visa narrasset: admonuit eū doctor: vt visa silentio tegeret: q2 q̄cūq3 hora visum referret: ꝯfestim spm̄ exhalaret. Mortuo igitꝰ gregorio cum quidam eius emuli sibi detraherent: q ꝓdigus thesauros ecclesie ꝯsumpsisset: et in vindictā libros eius comburerent: opposuit se petrus diaconus dicens tanti viri opera perutilia non fore delenda. Tandē mortē preeligens q̄ sancti doctoris infamiam. ad hanc eos sententiam deduxit: vt secretum qđ de gregorio viderat reuelaret: et iureiurando firmaret: quo dicto si statim ipse decederet a libroꝝ combustione cessarent. Sin autem superstes existeret ipsum cum libris insimul incendio concremarent. Itaq3 cum apparatu diaconi librum euāgeliorum gestans venerabilis petrus coram populo reuelauit: q pluries super caput gregorij spm̄ sanctum in specie columbe ꝯspexit quod moꝝ vt tactis euangelijs iuramēto asseruit a dolore mortis extraneus inter verba vere cōfessionis spm̄ exalauit. Statimq3 inuidi a libroꝝ exustione destiterūt: et corpus petri iuxta magistri tumulum sepelientes: ipsum vti sanctum venerari ceperunt.

¶ De sancto Petro martyre. Cap. cxciiij.



Petrus martyr apud nicomediam passus est sub persecutione diocletiani. Hic cum esset cubicularius imperatoris diocletiani ꝑfati: et cum ipso in thalamo fiducia accepta cessarem de immensis martyrum supplicijs liberius causaretur: q esset christianus deprehensus est. Et eodem imperatore iubente in medium ducitur: ac ꝑmo suspensus diutissime flagris torquet: deinde aceto et sale vulneribus perfunditur: ad vltimum in craticula assat. Sicq3 vere petri apostoli extitit fidei heres et nominis. Passus est autē quarto idus martij. Hec hieronymus in martyrologio.

¶ De sancto Paulo episcopo. Cap. cxcv.



Paulus leonen. in episcopus a beato elduco a pueritia nutritus et doctus simul cum beato sampsone episcopo et alijs pluribus tēpore Justini iunioris claruit in britannia cismarina. Cum autē sanctus Elducus in planicie triticum seminasset: ne vastaret ab alitibus marinis: paulum adhuc iuuenculum custōdez adhibuit. Quo nocte dormitante ager vastat. Sed excitatus mane dāmnum segetis aduertit: oratione fusa agrum ambiuit: auesq3 se mouere non valētes alarum virtute deposita: vt oues ad claustrum abegit. Qđ cernens abbas et quid sibi hoc vellet interrogans: respondit paulus illos esse segetꝭ hostes: quos captos ad ipm̄ duxerat puniendos. Qđ pat videns et miraculum stupens aues abire ꝑcepit. ¶ Rogatus a sorore vt alueus eius iuxta mare positus dilataretur: ad mare accessit: vndasq3 sibi cedentes vsq3 ad certum locum sibi visuz insequi cepit: vbi lapillis modicis iactatis: mari mādauit ne lapillos transire presumeret. Quod vsq3 hodie factum est. Nam et eo redeunte lapilli in columnarum magnitudinem excreuerunt. ¶ Temporis processu abbas factus est. Qui die quodā discipulis per aridas siluas vagantibus et siti deficientibus: solo percusso: humoq3 in triplici loco defossa tres fontes de terra ꝓduxit: vsq3 in ꝑsēti tpe permanentes. Sz et draconem infestum qui etiam armatos plurimos inuadebat stola sacerdotali collum eius ꝯstringens: sicut agnū ad mare vsq3 deduxit: et in ꝓfundum equoris demersit. Postmodum aūt electus eps leonen. q̄uis dudum renitens clarus sanctitate in pace quieuit .iiij. idus martij.

¶ De sanctis Egduno presbytero et socijs martyribus. Capitulum cxcvj.



Egdunus presbyter et alij .vij. martyres apud ciuitatem nicomedie sub diocletiani ꝑsecutione passi sunt. Qui diebus singulis singuli coꝝ suffocati sunt: vt ceteris metus incuteretur. Quorum passio recolit .iiij. idus martij: vt ado in martyrologio scribit.

¶ De sancta Euphrasia virgine. Cap. cxcvij.



Euphrasia virgo filia antigoni senatoris et euphrasie nobilissime de ciuitate constantinopolitana tpe theodosij īperatoris originem duxit. Cuius pater augusto amicissimus et ꝓpinquus totiꝰ lycie negocia gubernabat. Post cuius ortum parentes eiꝰ celibem vitam duxerunt. Antigonus ꝗ̄̄o anno integro elemosynis et sanctis operibus intentus: post annum diē clausit extremum. Mater ꝗ̄o adhuc iuuenis que ꝑ triennium cū viro vixerat: in sancta viduitate deo seruire

studens apud imperatorem cum filia degebat. Qui filiā eius euphrasiam annorū .v. cuidā magno pncipi despondit: donec pfecte etatis existens eidem matrimonio iungeret. Cū aūt post aliqđ tps euphrasia antigoni relicta ab augusta suaderet: vt alteri eam petenti nuberet senatori: euphrosia moleste ferens: et ne ad hoc compelleretur timens: cum filia sua euphrasia ex vrbe latēter discessit: et ad possessiones suas in egyptum accessit: vbi cōsistens ecclias et monasteria seruorū dei sepius visitabat: et multas elemosynas faciebat. ¶ Erat aūt in thebaide monasterium dnarū bhs virgines .cxxx. in summa vite sanctitate dño seruientes: vbi cōtinue ieiuniū arduū seruabat: et vnaqueqꝫ manibus opabat. Dum aūt euphrasia cū infantula locū illum frequētius visitaret: cepit infantula in vita virginū delectari: et audiens que ab eis de xpo dicebant ad ingressuz monasterij quotidie ardentius alari. Quadā vero die cū matre ad cenobiū accedens oīno ibidem remanere cū abbatissa voluit: nec vllis pcibus aut minis: vel impositis pauorib9 inde abstrahi potuit: sed matrē ad ciuitatē venire permisit. Et cū dieb9 pluribus ibidē fuisset: et in scō pposito perseueraret: dicēs se xpm in sponsum elegisse: cōsentiente matre ab abbatissa cilicino habitu monasterij induit: et in cenobiū monialis effecta introducit. Quā mater dño cōmendauit: et filiā annorū .vij. in monasterio dimisit. Que summa humilitate et sancta cōuersatiōe pollere cepit. Dataqꝫ sibi magistra iulia psalterium breui tpe didicit: et mira obedientia in cunctis ministerijs pre cunctis pfecit. Post modicum tpis euphrasia mater virginis moritur: et in monasterio sepelit. Euphrasia vero iunior oēs facultates paternas pauperibus erogauit. Cum aūt ad perfectā venisset etatem sponsus suus p litteras imperatoris eam ad cōiugium requisiuit: sed ipsa imperatori rescribens: vtpote xpo iam nupta temporale connubiū denegauit: vnde et in monasterio summa abstinentia deo feruentius famulari cepit. Multasqꝫ diaboli tentationes pertulit: ppter quas superandas penitentia mirabili se afflixit. Nam et lapidez capiti supposuit et cinerem sup stratū cōspersit. Aliqñ per tres vel qttuor dies aliqñ hebdomada itegra se inedia macerauit. Cuius patientiā abbatissa tentare volens: lapidem magnū vix duabus feminis baiulandum diebus singulis de horto ad furnum et inde ad hortū p dies .xx. ipsam portare iussit: quē illa cū omni humilitate detulit: nō murmurans neqꝫ de labore importabili: neqꝫ de inanitate pcepti. Et cū iterū diabolus eam tentaret: q senatoris filia ad aliarū ministeriuz esset submissa: cepit adhuc vilioribus officijs se occupare: et in coquina ollas abluere: et immundicias exportare: nec ppter hec ab abstinentia se solita subtrahebat nec officiū i ecclia dimittebat. Cum aūt eidē quedā germana noīe improperaret q talia opa pretextu hypocrisis ostenderet: et ob hoc abbatissa illam punire vellet: euphrasia nedum ad pedes sororis sibi cōuiciantis veniam petens pcidit: sed etiā p ea ab abbatissa veniam impetrauit. ¶ Cum aūt diabolus eam animo superare non posset: cepit ipsam persequi prelio corporali. Nam cū ex puteo aquā hauriret: capite deorsus deijcit: sed a sororib9 illesa educit. Ipse vero vbi quotidie portabat singulas: cepit exinde deferre hydrias aq binas. Alia quoqꝫ vice dum ligna pcideret: securi calcaneum sibi vsqꝫ ad tibiam scidit: et colligata a sororib9 propter hoc non desistit: qn ligna incisa deferre voluerit. Sz cum scalam ascenderet: summitatē tunice calcans: sup ligna cecidit: quorū vnum fere oculū eius effossum grauiter vulnerauit. Sed dei misericordia diebus modicis ex vtraqꝫ plaga conualuit. ¶ Post hec eam diabolus de tertio solario pcipitauit: que tñ sine vlla lesiōe ad terram descendit. Deinde ollam cum aqua feruente portās cecidit: aquaqꝫ bullienti facie pfusa omnino intacta permansit. Multis autem signorum miraculis claruit.

¶ Mulier quedam infantē annorum octo ex paralysi effectum surdum et mutum ad monasterium detulerat: vt ipsum sororū orationibus cōmendaret. Quem morē vt sancta virgo ad abbatissam deferendū in brachijs sumpsit: puer loqui et audire cepit: et ad matrem ad ianuam expectandam incolumis proprijs pedib9 cucurrit. ¶ Quedam ex sororibus antiquis ab immundo spiritu dudum vexata fuerat quā nulle ancillarū christi pces liberare potuerant. Que etiā catenis vincta tenebat: cibusqꝫ ei cū cauco ligneo porrigebat: eo q nulla ad eā appropinquare presumebat: quia vestes et carnes sororū dentibus lacerabat. Et quia abbatissa sanctitatez euphrasie nouerat eiusqꝫ miraculum in puero viderat: eidem licet ex humilitate satis recusanti: per obedientiam sororis illius liberationem imposuit. Pro qua euphrasia diudiū se ieiunijs afflixit: et ad dñm diebus pluribus exorauit. Et tandez in christi nomine demonem ab illa effugauit: et cū maximo strepitu in abyssum ire precepit. Ex istis tñ in nullo extollebatur: sed ampliori humilitate pficere videbat. ¶ Post hec abbatissa per visionez conspexit: q duo viri venerabiles ad monasterium venientes: euphrasiam rapiebant: et ipsam in aureum palatium gemmis ornatuz introducebant: que ibidem ab angelis concinentib9 suscipiebatur: et ad christi pedes pcidens a genitrice domini corona aurea decorabat. Intellexit ergo abbatissa virginem qͣtocius ad celestem thalamum deducendā. Que cum sororibus intimasset: et ille obitū dilecte sororis deflerent: euphrasia subita febre corripit: et vite termino pxima in oratorium deducitur: verum ex pfunda eius humilitate orabat ad dñm: vt eam adhuc per annū in carne dimitteret: eo q penitentiam condignā suo arbitrio nō perfecisset. Et cū abbatissa et eius magistra iulia virginem exorarent: vt ipsaz sequi sine dilatione liceret: permisit eis orare dñm: vt ipsarum desiderium adimpleret. Sicqꝫ inter sororuz manus migrauit ad christū .iij. idus martij. ¶ Post cuius obitum die tertio iulia obijt. Abbatissa vero substituta quadam eugenia in matrem filiarum ipsa die .xxx. ex hac vita decessit. Que ambe in codē sepulchro cum euphrasia virgine condite sunt.

¶ De sanctis Macedonio presbytero et socijs martyribus. Caplm. cxcviij.



Macedonius presbyter: patricius: modesta: theodora: ores: theodora: impōdera: martia: et trabia apud nicomediam ciuitatez martyrium passi sūt. Qui omnes p ignē conflagrati acceptabile sacrificium christo domino reddiderunt .iij. idus martij: vt in martirologio adonis habetur.

¶ De sanctis .xlix. militib9 martyribus. Cap. cxcix.



Quadragintanouem milites rome sub nerone cesare passi sūt. Hos omnes vna cū sanctis Processo et martiniano beatus petrus apostolus conuertit ad christum: cū teneretur in custodia mamertina vna cū coapostolo suo paulo: vbi nouem menses detenti fuerant. Et cum milites predicatione apostolorū conuersi essent: et aquam pro ipsis baptizandis non haberent: orante apostolorum pncipe de silice saxei montis fons aque prorupit: ex cuius vnda ipse apostolus baptizauit: et fons ibidem in testimonium miraculi pmanet vsqꝫ in presens in loco qui dicit carcer petri sub colle tarpeio. Deinde predicti gloriosi .xlix. milites sub deuotissima fidei confessione neroniano gladio consumpti sunt pridie idus martij.

¶ De santo Petro abbate clareuallesi. Cap. cc.

Petrus



Petrus abbas clareuallen͂. cum esset nobili exortus prosapia factꝰ monachus igniaci monasterij nobilitatem suam summa vilitate occultabat: vilibus indutus: vilia officia exercendo. Tamen ob vite nimiam sanctitatem a multis reuerentie habebatur. Adhuc nouus in ordine dum in matutinis aliquādo dormitaret: seq; pulsari sentiret: aptisq; mox oculis nullum conspiceret orauit dominum: vt excitantem ipsum sibi ostenderet. Et dum iterum dormitasset: pulsatus citius aperiens oculos vidit iuuenem splendidum sibi assistere: indeq; morose per chorum transire: qui demū disparuit: ⁊ petrus eum esse angelum intellexit: media nocte cum fratribus psallens subito dolore capitis premitur ⁊ recedere de ecclesia cogitans audiuit vocem dicentem ver. illum. laudans inuocabo dominum ⁊c. statim dolor cessauit. Et dum mane iterum cum dolore eodem capitis perseuerante: ad cōmunionē accessisset: visum est sibi ꝙ lapis ponderosus de capite eius egressus esset: ⁊ exinde a tali dolore liberatus perfecte fuit. Post hec factꝰ est prior igniaci. Deinde abbas vallis regis assumptus est Quod abbas eius igniacen͂. tali visione presciuit. Videbatur enim sibi candelabrum lucens ante altare: p maiorem fenestram exire. Nec multo post petrus prior ī abbatem electus est. ¶ Cum aliquando abbas egrotaret ⁊ mercenarius quidam a cellario operis mercedem exigeret: illeq; dare recusaret: indignatus mercenariꝰ prunas ardentes ad vnā ex monasterij grangijs in cacabo deferebat: vt eam incenderet. Tunc affuit abbas: ⁊ eum de mala voluntate redarguit: ⁊ vt ad se mane ⁊ ad infirmariam veniret mercedem suam recepturus admonuit Quod ⁊ factuz est mercenarius quoq; est miratus eo ꝙ abbatem de infirmaria vtpote languentem minime recessisse cognouit: ⁊ penitentiam egit. ¶ Vocatus ad electionem abbatis igniacen͂. oratione premissa vt deus sibi idoneum inspiraret: audiuit vocē ꝙ illuc veniens audiret quis idoneus esset. Cūq; ad locum veniens p eodem orasset: iussus est socios itineris sui de hoc interrogare. A quibus cum quereret quis vtilis eligendus foret: responderunt ꝙ ipse. Sicq; omniū consensu electus est. ¶ Cum henricus comes campanie se ipsius orationibus cōmendasset: ⁊ ipse pro eo celebrasset: post vltimā collectam vidit comitem tunc absentem signum crucis in veste habentem. Et diem ac horam notans comperit postmodum ipsum eodem tempore cruce fuisse signatuz. Oranti sibi aliquando apparuerunt sancti bernardus abbas ⁊ malachias episcopus: qui eum abbatem clareuallen͂. futurum predixerunt. Nō multo post gerardus clareuallen͂. abbas a fratre hugone de basochijs qui grauiter in ordine deliquerat ⁊ abbatis punitionē timebat interfectus est. Cui successit henricus. Quo post modicum in presbyterū cardinalem assumpto: petrus ad electionem vocatus affugit: eo ꝙ eligi formidaret: qui tamen absens electus est. Et cum diu recusaret: tandē visionis memor consensit. ¶ Romanus pontifex eius famam audiens: eum ad se accersiuit: cui et peccata sua ex deuotione confiteri ⁊ ab eodem cōmunicari voluit. Cuz autem esset in valle regis: infirmitate graui vnū ex oculis amisit: ex hoc gaudens ⁊ deum laudans: quia vnū ex hostibus suis capitalibus sibi abstulerat. Et dum esset cum fratribus in messibus operans tres pulcherrimas mulieres in medio fratrum vidit: quas de nimia psumptione redarguens: audiuit ab illa que erat formosior: ꝙ erat maria mater christi: alie due maria magdalena ⁊ maria egyptiaca: que fratres in suo labore cōsolare curabant. Quieuit autem sanctus petrus in domino pridie idus martij.

¶ De sancto Longino martyre. Cap.ccj.



Longinus fuit quidam centurio de prouincia ysaurie: qui cum alijs militibus cruci domini astans: latus eius lancea perforauit. Et videns signa que fiebant solem scilicet obscuratum ⁊ terremotū in christo credidit: maxime ex eo vt quidam dicunt ꝙ cum ex infirmitate eius oculi caligassent de sanguine christi per lanceam decurrente casu oculos tetigit ⁊ protinus clare vidit: vnde renuncians militie ⁊ ab apostolis instructus: in cesarea cappadotie. xxviij. ānis monasticam vitam duxit: ⁊ plurimos ad christum cōuertit. ¶ Cum autem ab octauiano preside tentus sacrificare nollet: iussit preses omnes dentes eius excuti ⁊ linguam abscidi. Ex hoc tamen loquelam nō amisit: sed accepta securi omnia idola confregit. Demones autem de idolis exeuntes: ⁊ in aere vlulantes in presidem ⁊ in eius socios intrauerunt. Qui insanientes longini se pedibus prostrauerunt. Quos omnes longinus in christi nomine ab oppressione demonum liberauit: ⁊ demones in desertum misit. Quo miraculo quidā aphrodisius cōmentarien͂. cum multis alijs ad christum conuersus est. Post dies aliquot cum octauianus longinum tentū ad se adduci iussisset: vt eum penis afficeret: ⁊ ipsum ex hoc aphrodisius reprehenderet eo ꝙ de suscepto ab eo beneficio ingratus esset: iussit preses aphrodisio linguam precidi: sʒ ipse nihilominus loquebatur. Preses vero confestim excecatus est. Cui longinus suasit ꝙ liberari nō posset nisi ipsum occideret. Nam martyr effectus pro preside oraret ⁊ ipse lumen recuperaret. Statimq; preses longinum decollari fecit. Post hec ad corpus eius adijt: ⁊ prostratus cum lachrymis penitentiam egit: ⁊ continuo visum recepit. Corpusq; martyris honorabiliter tumulauit: ⁊ ī bonis operibus perseuerauit. Passus est autem martyr christi idibus martij.

¶ De sancta Matrona martyre. Cap.ccij.



Matrona martyr apud thessalonicam passa ē. Hec religione christiana cum esset ancilla plautille vidue gentilis: christū occulte adorabat. Et cum a domina sua deprehensa esset in ecclesia christianorum ab eadem in scāno ligatur: ⁊ crudeliter flagellatur: dieq; ⁊ nocte integra inclusa ⁊ vincta dimittitur. Sed dum noctu diuinitus soluta ⁊ clausis ianuis educta esset: ad ecclesiam redijt et deo gratias egit. Quā iterum ibidem repertam domina sua: iterum ipsam in scamno vinxit: ⁊ crudelius flagellauit: triduo quoq; sine cibo reclusam dimisit. Illa vero iterum diuinitus soluta educitur: ⁊ in ecclesia orans a domina sua tertio reperitur. Que tertio ab eadem ligatur ⁊ loris durissimis tādiu ceditur donec spiritum exhalauit. Que passa est idibus martij. Hec ado.

¶ De sctis Ilaro epo ⁊ Tatiano martyre. Ca.cciij.



Ilarus ep̄s ⁊ tatianus diaconus apud aquileiam passi sunt tp̄e numeriani imperatoris. Beatus enim ilarus ab infantia christianus sacris litteris eruditus ad diaconat⁹ ordinē deinde ad pōtificatū aquileieñ. eccl̄ie a pplo promotus est. Qui eius discipulū noīe tatianum sibi archidiaconē ꝯstituit: cū quo in xp̄i fide pplm admonebat. Cū aūt ab imperatore numeriano christianoꝝ ꝑsecutio excitata fuisset: ⁊ quidā beronius p̄ses aquileie christianos ad sacrificia coartaret: ad suggestionem cuiusdā sacerdotis idoloꝝ noīe monophanti fecit Ilarū ep̄m christianoꝝ detineri: ⁊ ad templū idoloꝝ adduci: vt ibi dijs thura imponeret. Quē sacrificare nolentē iussit nudatū virgis durissime cedi. Deinde ī eculeo leuari ⁊ vngulis radi: adeo vt eius intranea nudarent̄. Deinde depositū ex eculeo mādauit dorsum eius carbonibus aduri: ⁊ post hec acetum sale ꝯmixtū ei⁹ vulneribus infundi: ipsasq̄ plagas ex cameloꝝ cilicio ꝯfricari. Et cum hec oīa ꝓ xp̄i noīe patientissime tolerasset: orōne p̄missa exufflauit in simulacra ⁊ mox cuncta in puluerē redacta sunt. Clamante quoq̄ aduersus illum omni pplo paganoꝝ fecit eum p̄ses in carcere recludi. Et cū audisset: ꝙ haberet diaconum tatianum: qui similiter pplm a deoꝝ cultura subtrahebat: fecit eū teneri: ⁊ deos gentium ꝯfutantem extendi: ⁊ virgis diutius flagellari: cesum quoq̄ vna cū Ilario ep̄o eodē carcere detineri. Orantib⁹ aūt sanctis nocte illa factum est tonitruum magnum: ita vt fundamēta vrbis cōmota fuissent: ⁊ multi paganoꝝ interirēt. Templū etiam herculis funditus euersum est. Quo audiens beronius p̄ses missis spiculatorib⁹ fecit gladios in pectora ipsoꝝ in ipso carcere transfigi. Cum quibus ⁊ alij tres christiani in eadem custodia vincti scʒ felix largus ⁊ dionysius eodē martyrio necati sunt. Quoꝝ corpora noctu a christianis ď carcere rapta iuxta muros aq̄leie ciuitatis sepulta sunt. xvij. calen. aprilis.

¶ De sancto Patricio episcopo. Cap. ccciij.



PAtricius ep̄s apud scotiam primus christum predicauit. Qui cum die quadam scotborum regi de passione domini aliqua narraret: ⁊ ille deuote intenderet: appodians se sup ferulam quā manu tenebat: casu pedi regis supposuit: ⁊ cuspide ferule ipm perforauit. Rex vero credens ep̄m hoc ex industria facere: ⁊ se aliter fidē nō posse suscipere: nisi talia ꝓ xp̄o pateret̄: patienter ꝑtulit. Sanctus vero hoc intelligens obstupuit: ⁊ regis pedē sanauit. Hic precibus suis toti illi insule obtinuit: ꝙ nullū venenosū aīal ibidem viuere possit. Et qd̄ plus est etiā ligna ⁊ coria illius regionis ꝯtraria sunt veneno. ¶ Quidā conuicani sui ouem furatus fuerat: ⁊ comederat. Et cū ep̄s pluries furem quicūq̄ ille esset: exhortatus esset: vt furtum redderet: ⁊ nullus appareret: ꝯueniente oīm pplo ad eccl̄iam orauit dn̄m: vt in cuius ventrem ouis intras set: coram omnibus balatum daret: qd̄ ⁊ factum est. Et reus penitentiam egit. ¶ Erat aūt eius ꝯsuetudo oēs cruces quas videbat adorare. Cum aūt quandā crucem inuisam preterisset: ⁊ ad suis admonitus cur nō vidisset audiuit vocem de sub terra cuiusdā ibidē sepulti: dicentis se fuisse paganū: ⁊ signo crucis indignū: ⁊ ideo ipsā non viderat: vnde fecit ipsam abinde tolli. ¶ Cū autē patricius per hiberniam p̄dicaret: ⁊ fructū ibi modicū faceret: rogauit deum: vt ibi aliqd̄ signū ostenderet: per qd̄ territi peniterent. Iussu igit̄ dn̄i in quodā loco circulum magnū cū baculo designauit: intra qd̄ terra se statim aperuit: ⁊ puteus ꝓfundissimus ibidem apparuit. Reuelatū quoq̄ fuit sancto: ꝙ ibi quidam purgatorij locus esset: in quē quisquis vellet descendere: alia sibi penitentia non restaret: nec aliud pro peccatis purgatorium sustineret. Plerique aūt non redirent: ⁊ qui redirēt die naturali integro ibidē moram facerent. Multi igit̄ ingrediebant̄ qui de cetero nō reuertebant̄. ¶ Post longum tp̄s mortuo patricio: quidā nobilis noīe nicolaus qui peccata multa cōmiserat: ad penitentiā deuenit: ⁊ locum ipm intrare volens diebus octo p̄cedētibus: vt oēs faciebant: se ieiunijs macerauit: ⁊ sic in puteū descēdit ⁊ hostium qd̄ a latere inuenit: introiuit: vbi monasterium inuenit: ⁊ a quibusdā albatis in oratoriū introducitur: officioq̄ peracto: vt constans esset admonet̄: q2 multa diaboli tentamēta eum percurrere oporteret. Et cū se penis affligi sentiret: ꝯtinuo diceret. Iesu xp̄e fili dei viui miserearis mihi peccatori. Quibus abeuntibus adsunt demones: ⁊ vt sibi obediat. p̄mo eum blandis sermonib⁹ persuadent: asserentes ꝙ ipm custodient: ⁊ ad ꝓpria incolumem deducent. Et cū eis obedire nollet: diuersarum feraꝝ terribiles audiuit voces. Ad que pauefactus verba inuocationis protulit: ⁊ oīs ille tumultus conquieuit. Vlterius ꝓcedens ⁊ demonibus ꝯsentire nolens ī ignē maximum ꝓijcit̄: sed verbis expressis ignis extinguitur. Ad locum alteꝝ veniens vidit hoīes viuos igne assari: ⁊ carbonibus vsq̄ ad effusionē viscerum concremari. Et dum nec sic ꝯsensisset demonijs ab eisdē simili pena torretur: sed verba ꝓferens ꝯtinuo liberat̄. ¶ Inde ꝓcedens in puteum ꝓfundum obscurum ⁊ fetidum deijcit̄: dicentibus sibi demonibus ꝙ ille erat infernus: sʒ dum verba repetisset inde illesus educit̄. ¶ Post hec ad pontem arduum ⁊ lubricum deuenit: subter quē igneus fluuius rapidusq̄ currebat. Et dum pontem transire desperaret: vnum pedem ponens verba que didicerat dixit: deinde alium pedem ponēs ipsa repetiuit: ⁊ ad quālibet pedis mutationē eadē iterauit: ⁊ sic illesus transiuit. Et ī quoddam pratum amenis ⁊ odoriferis floribus cōsertum deuenit. ¶ Ubi a duobus speciosis iuuenibus ad quādā ciuitatem auro ⁊ gemmis fulgentē adducit̄: ⁊ ꝙ illa eēt paradisus sibi reuelat̄. In qua dū se admitti oraret: audiuit ꝙ p̄mo ad suos rediret ⁊ post dies. xxx. in pace quiesceret: ⁊ sic illuc intraret. Tunc Nicolaus inde ascēdēs supra puteum se restitutum altero mane repperit: ⁊ que viderat enarrauit: ac post dies. xxx. ī pace quieuit. Dies aūt depositionis sancti Patricij. xvj. calē. ap̄lis celebrat̄.

¶ De sancta Gertrude virgine. Cap. ccv.



Gertrudis virgo obijt anno cōstantis imperatoris. xxj. vt dicit Sigibert⁹. Hec oriunda fuit de ciuitate nigelensi: vbi ⁊ monasterium dominaꝝ ꝯstruxit: ⁊ ipm sub regulari disciplina laudabiliter rexit maxima sanctitate pollens. Que die obitus sui apparuit modeste abbatisse monasterij treuereñ. sibi in amicicia coniuncte ante altare beate virginis tūc in oratione prostrate: eiq̄ ipsa hora ad christū migrasse: ⁊ celestem patriam introisse nunciauit. ¶ Post annos vero. x. ignis exciens monasterium sancte cōsumere videbatur.

batur. Sed tunc sancta supra tectum apparuit ⁊ velum suum flammis obijciens: ignem excussit: statimq; extinctus focus monasterium omnino indemnem reliquit.

¶ Puer quoq; in fonte necatus: ipsius meritis suscitatur: ⁊ alia multa miracula ad eius tumulum demonstrantur: vbi in ipso monasterio sepulta veneratur. Quieuit autem in pace .xvj. calen. aprilis.

¶ De sctō Alexandro epō ⁊ martyre. Cap. ccvj.

Alexander episcopus ⁊ martyr apud cesaream passus est. De quo in .vj. libro ecclesiastice historie scribit q̄ de cappadocia ⁊ propria ciuitate sanctoꝝ locorū visendorum causa hierosolymam veniens: diuina reuelatione eiusdem loci gubernacula suscepit. Nam cum narcissus hierosolymoꝝ episcopus esset annorum .cxvj. ⁊ ꝓpter nimiam senectutē cure pastorali intendere non posset: voce de celo prolapsa: vt omnes ciues eidem hierusalem venienti occurrerent: ⁊ ipsum suū vna cum narcisso episcopum ordinarent: a populo honorifice susceptus: ⁊ factus est narcisso coadiutor: ⁊ eiusdē post obitum ipsi successor. Post hec romam venit ad apostolorum limina visitanda: Reuersus autem hierosolymam sub ꝑsecutione Decij ductus est cesaream. Et dū diebus multis: multo ferri pondere vinctus: de carcere ad tribunalia iudicis: ⁊ inde ad carcerem duceret: inter ipsa sibi vicissim succedentia tormenta defecit: Atq; ob ꝯfessionē christi martyrium compleuit .xv. calen. aprilis

¶ Hic ad ecclesiā antiochenam: cuius regimini primo prefuerat sub pacem ecclesie vnam scripsit epistolā. Ad antonitas vero aliam ꝑ Clementem presbyteꝝ alexandrinum. Item ad origenem ⁊ pro origene: cōtra Demetriū aliam. Sed alie eiusdem ad diuersos ferunt epistole: vt dicit Hieronymus libro de illustribus.

¶ De sancto Joanne abbate. Cap. ccvij.

Joannes abbas magne sanctitatis vir de syria oriundus ꝑuenit italiā. Susceptusq; hospitio a deuota matrona apud vrbē penacensem resedit. Et ab angelo monitus locum sue habitationis sub quadā arbore prope eandem ciuitatem elegit. Sub qua dum mense decembris quiescere cepisset: arbor repente inusitato imbris tpe flores ꝓtulit ⁊ frōdes. Quod vbi a venatoribus illac transitantibus cōpertum est: visoq; miraculo: ⁊ cognito q̄ seruus dei esset fama ipsius circunquaq; delata est: vnde a ioanne spoletano episcopo visitatur: ⁊ ab eodem sibi iuxta dictam arborem cenobium fabricatur: vbi per annos .xliiij. congregationi sanctorum multorum monachorum prefuit: multisq; clarus virtutibus post vitam laudabilem in pace quieuit .xiiij. calē. aprilis ibiq; sepultus iacet.

¶ De sancto Calocero martyre. Cap. ccviij.

Calocerus martyr de cuius triūpho ī passione faustini ⁊ Jouite ex parte dictū est supra .xv. calen. martij. visis miraculorū insignijs que deus in tormentis predictorum sanctorum exhibebat: ad Christum conuersus est: ⁊ cum eisdem martyribus plurimis supplicijs cruciatus: tandē ab alexandro augusto mediolani existente: traditus est sapritio prefecto puniēdus: qui ad alpes cotias ab imperatore mittebat. Quem sapritius ante se premisit sub custodia: in ciuitate astensi carceri mancipandum: vbi dum sapritius cum secundo milite aduenisset: et secundus calocerum sepius in carcere visitasset: ab eodem in christi fide doct9 est: ⁊ missus mediolanum a sanctis faustino ⁊ iouita baptizandus. Qui baptizatus terdonam rediit: ⁊ martianum episcopum in carcere visitauit: ipsumq; a sapritio martyrizatum sepeliuit: ꝓpter quod plurimis afflictus tormentis a sapritio in carcerem missus fuit: vt in eius passione dicetur .iij. calen. aprilis. Cum autē sapritius ad carcerem mittens sctōm non inuenisset: ⁊ ad ciuitatē asten. redijsset: vt vel caloceꝝ mori faceret: repperit sctōm in eodem carcere cum calocero existentem. Et secundū quidem in custodia reseruari iussit. Calocerum vero albiganum mitti: ⁊ ibidem capite cedi. Cuius corpus a fidelibus iuxta ipsam ciuitatem cum honore humatum est .xiiij. calen. aprilis.

¶ De sctō Joseph sponso domine nostre. Cap. ccix.



Joseph sanctissimus domine nostre sponsus de ciuitate bethleem oriundus: de domo scilicet ⁊ familia dauid regia stirpe ꝓgenitus: per miraculū aride virge florentis: ⁊ spiritusancti columbe specie in eius cacumen descendentis: cum iam senex eēt ⁊ filios ex vxore premortua haberet: inter omnes suos contribules solus deo placēs ad desponsandam virginē electus est: eiusq; ad custodiā deputatus: vt in historia natiuitatis virginis dicet .vj. idus septembris. Hic eni virginem desponsatam in nazareth in domo paterna dimisit: ⁊ in bethleē ad preparandas nuptias accessit: vbi dum moram traheret: angelus ad virginem mittitur: ipsaq; operante spiritusancto impregnatur. Cum autē ioseph post septem menses rediens pregnātē reppeisset: cum iustus esset: voluit occulte dimittere eam. Sed admonitus ab angelo vt dicitur matthei .j. Eam accepit: quia ipsam de sancto spiritu concepisse cognouit. Postmodum cum describeretur orbis illam secum bethleem pro facienda ꝓfessione deduxit: vbi ⁊ filium dei natum de virgine primus in vlnis suscepit: et ipsum vti bonus nutricius summa diligentia educauit: ⁊ omnibus verbi dei infantie gestis interfuit. Nam ⁊ eidē circuncisō asstitit: ⁊ magos ad eum adorandum venientes conspexit: ⁊ ipsum vna cū matre ad templum presentauit: ipsumq; metu herodis ab angelo monitus in egyptum cū mre fugauit: ⁊ ꝑ septēnium ibi manens: mortuo herode eundem ⁊ genitricem ad patriam retulit. In medio doctorum etiam ipsum duodenem vna cū maria triduo ante amissum inuenit. Ideoq; virginitatis spōse sue ⁊ omniū infantilium christi actuum veridicus testis fuit.

¶ Hic ioseph vt in libro de infantia christi dicitur: vxorem alteram prius habuit: ex qua plures filios procreauit: qui etiam ex euangelio ioannis .vj. cap. fratres iesu dicunt: quia ex iesu patre putatiuo progeniti: vnde ⁊ quibusdā placet: q̄ iacobus minor apostolus ideo frater domini dicatur: qr ioseph filius fuerit ex alia coniuge: vt hieronymus libro de illustribus ponit: cuius ab eodem talis opinio reprobet. Eodem etiam infantie christi libello traditur: q̄ ioseph faber lignarius fuit: vn̄ ⁊ ibidē fer-

tur: ꝙ cum ioseph grabatum faceret: ⁊ omnes tabulas secuisset: vna ipsarũ ex errore mensure minor ceteris reperta est. Et cũ ioseph ex hoc tristaret: puer iesus tabulam breuem alijs apposuit: ⁊ ipsam veluti esset cera mollis ꝑtrahens ad ceteraꝝ lõgitudinẽ diuina virtute ꝑduxit: ꝓpter hoc in euãgelio ioãnis iesus a iudeis fabri filius appellat. Hec ex textu euangelioꝝ: ⁊ libro de infantia predicto: et ex compilatione fratris bartholomei colliguntur.

¶ Quanto vero tempore ioseph superuixerit: vel vbi: aut quo modo humanitatis debitum soluerit: expressum nõ habemus. Tamẽ ꝙ vsq ad duodecim ãnos etatis xpi superstes extiterit ex textu luce. ij. cap. didicimus. In quodam tamẽ antiquissimo calendario in cuius exordio rubrica ponebatur: quod ex vetustis eusebij cesariensis. exemplaribus sumptum fuerat: scriptuz repperi: festũ ioseph sponsi domine nostre. xiiij. calen. aprilis. Cui ex antiquitate ⁊ exemplaris origine satis fidem adhibui.

¶ De sancto Theodoro episcopo. Cap. ccx.

Theodorus heracliensis episcopus tempore Constantini magni imperatoris in thracia claruit. Qui in mattheum: ioannem: paulũ ⁊ psalterium elegantis apertiq sermonis cõmentarios edidit: ⁊ sermonibus atq moribus admodum effulsit. Diem quoq extremum. xiij. calen. aprilis conclusit. Hec hieronymus de viris illustribus.

¶ De sancto Archyppo discipulo. Cap. ccxi.

Archypus discipulus apostoli pauli fuit. Cuius cõmilitonis sui idẽ apostolus meminit scribens colossensibus ad col. iiij. Qui ab eodem apostolo ibidem predicationis gratia dimissus: post completum eius ministerium perrexit ad dominũ. xiij calen. aprilis: vt hieronymus in martyrologio testatur.

¶ De sancto Cudberto episcopo. Cap. ccxij.

Cudbertus episcopus: vt dicit beda quarto libro historie anglorum vir sanctus ⁊ venerabilis in insula modica que appellat pharnes ⁊ ab ecclesia lyndifarciensiũ nouem milibus passuum distat in oceano vitam solitariam pluribus annis duxit. Fuit autẽ primo monachus monasterij melros: quod in ripa tuidi fluminis positum est sub abbate ethaa: cuius ⁊ post mortẽ successor extitit. Inde ad curiã lyndifarciensis monasterij vocatus ibidẽ diutius mansit. Deuenit post hec ad insulam pharnensem omni cultu ⁊ habitatiõe desertam cupiens solitariã ducere vitam. A qua ⁊ plures infestationes demonũ expulit: ⁊ fontem viuum fratribus suis de terra produxit: qui ibi vsq in presens scaturit: ibiq edificato nouo cenobio congregationi anachoritarum pluribus annis prefuit. Deinde post mortem theodori lyndifarciensis archiepiscopus satis restitisset: archiepiscopus ordinat. In qua sede verbo semper ⁊ exemplo populum instanter docuit: ⁊ miraculorum signis vitã inclitam posuit. ¶ Post hec autem quia obitum suum de proximo futurũ diuina reuelatiõe prenouerat: ad monasterium suum redijt: vite residuũ ibidem consummare desiderans. Ubi dum quidam sanctus presbyter herbertus eius intimus ipsum visitasset. Cudbertusq ei suum transitũ predixisset: rogauit eum instantius presbyter: vt vna secum sibi occũbere liceret. Qui oratiõe facta sibi a domino qd poposcerat: impetratum nunciauit. Reuersus itaq ad ecclesiam suam herbertus anno integro ante obitum sancti viri languore detentus die ⁊ hora qua ille obijt: ⁊ hic ex hoc seculo transmigrauit: scilicet. xij. calen. aprilis. Cuius corpus ad ecclesiam lyndifarciensem delatum: ⁊ in solo sepultum est. Cum autem post annos vndecim leuaretur: vt supra pauimentum honorabilius locaretur: integrũ ⁊ omnino incorruptum repertum est: ⁊ vestes quibus indutus fuerat: illibate nulla vetustate consumpte. Cui successit sanctus eadbertus sanctitate clarus: qui decedens in eodem tumulo cum sancto Cudberto positus est: vbi ambo requiescunt miraculis prepollentes.

¶ De sancto Uulphranio episcopo. Cap. ccxiij.

Uulphranius senonensis episcopus successor lamberti ex territorio vastinensi. inclytus fuit in aula regis dagoberti ⁊ filij eius Ludouici patre milite nolberto ꝓgenitus Qui primus a christo admonitus assumptis secum a sancto ausberto tunc rothomagensi. episcopo quibusdam socijs de monasterio fontanelle genti frixonum christi euangelium predicauit.

¶ Cum autem per mare nauigans in naui celebraret: ⁊ patenam offerre vellet: de manu diaconi casu patena ꝓlabitur: ⁊ in mare demergitur. Sed orante sancto patena in manu diaconi diuinitus reponitur. ¶ Dum autẽ saxonibus predicaret: die quadam iuuenẽ laqueo appensum repperit: quem illi forte elegerant: ⁊ more sue gentilitatis suspensum demonijs immolare volebant. Quem illico sanctus sola oratione dirupto laqueo: ⁊ ipso illeso cadẽte a morte eripuit: ⁊ tali miraculo multos ad fidez conuertit. ¶ Cum autem filiũ ducis rathboldi baptizasset: ⁊ albis induisset: ille subito expirauit: qd episcopus idcirco a deo obtinuit: ne iuuenis a patre gentili ad culturam idolorum reduceretur. Completa vero predicatione sua post annos. v. reuersus ad ecclesiam suam episcopatum resignauit. Et ordinato sibi successore gerico: ⁊ monasterio fontanelle monachus factus: vitam in sanctis operibus consũmauit anno domini. dccccccxl. xiij. calẽ. aprilis. Sepultusq est iuxta sanctũ Uuandegisilũ.

¶ De sctõ Benedicto abbate ⁊ ꝯfessore. Cap. ccxiiij.



Benedictus abbas cuius vitam gregorius ij. dialog. scribit ex nursia prouincia: claris parentibus ortus. Cum rome liberalibus studijs traditus esset: in ipsa infantia mundum deseruit ⁊ desertum petere decreuit. Quem nutrix eius ipsum tenere diligens vsq ad locuz qui effide dicitur secuta est: vbi dum ad purgandum triticum capisterium mutuo accepisset Illud cadens in terram fractum fuisset. Benedictus nutricis flenti compassus capisterij partes accepit: ⁊ orõne fusa ipm reintegrauit. Post hec nutricẽ fugiẽs in locuz qui sublacus dicit deuenit: vbi triennio hoĩbus cunctis

excepto

excepto romano monacho incognitus mansit qui ei necessaria ministrabat. Et cum ad specum ipsius iter nõ esset: panem in fune ligatum ei deponebat. In quo et tintinabulum ligauerat: vt ad eius sonitum benedictus panem sibi delatum audiret. Sed diabolus ex inuidia proiecto lapide tintinabulũ fregit: nihilominus tamen romanus sancto ministrare aliter non desijt.

¶ Post hec dñs cuidam presbytero qui die pasche sibi refectionem parauerat: apparuit: ⁊ vt cibos viro dei tali in loco ferre deberet: admonuit. Qui cũ multo labore ad eum veniens: inuitauit patrem vt cibos sumeret: qr eo die pascha esset: qui respondit: ꝙ vere pascha esset: ex quo illum videre meruisset longe quippe ab hominibus positus: ꝙ die eadẽ paschalis foret solẽnitas ignorabat. Sicq3 benedicentes dñm ambo refecti sunt. ¶ Quadã die auicula merula circa faciem eius volitante: signoq3 crucis effugata tanta libidinis tentatione accensus est quantam nunq̃ expertus fuisset. Qui in spinis et vepribꝰ adeo se volutauit ꝙ exinde totus cruentus et laceratus exiuit. Et sic per cutis vulnera mentis vulnus eduxit. Ab illo ergo die talis nunq̃ tentatio ĩ eius corpore pullulauit. ¶ Fama igitur eius crescente venerunt ad eum monachi cuiusdam monasterij abbate vacantis: ⁊ ipm̃ in patrẽ elegerunt. Qui satis recusabat eo ꝙ se eoꝝ moribus minime conuenire dicebat: tandem instantibus acquieuit. Cũq3 ille districtius eos regulam seruare cõpelleret: illiq3 illicita sibi non licere ꝯspicerent: penitentes ꝙ eum elegerant: venenum vino miscuerunt ⁊ ei ĩ poculum porrexerunt: sed signo crucis edito: sic vitreũ vas quod vinum tenebat: confregit: acsi pro signo lapidem dedisset. Moxq3 intelligens ꝙ illi fecerãt: ab eis discessit: ⁊ ad locum dilecte solitudinis remeauit. Ubi multĩ ad eum discipulis conuenientibus duodecim monasteria construxit. ¶ In vno quorum monachus erat: q̃ ceteris in ecclia orantibus mox foras exibat: ⁊ aliqua temporalia peragebat. Quod dum benedictus per abbatem illius loci didicit: illuc iuit: viditq3 puerum nigrum monachum illum ceteris orantibus extra ecclesiam per vestimenta trahentem. Quod etiam maurum monachũ videre oratione impetrauit. Egrediens ergo sanctꝰ monachum virga percussit: ⁊ tunc immobilis in oratione ꝑseuerauit: acsi malignus spiritus eiꝰ verbere percussus fuisset. ¶ Et ipsis monasterijs tria in cacumine montis erant: que deorsum aquas cum nimio labore hauriebant. Ubi sanctus pater ascendẽs cũ puero: nocte tres lapides pro signo posuit: reuersusq3 domum fratribus illis mandauit: vt in locis vbi lapides erant: foderent: et aquam inuenirent. Quod ⁊ factum est: in illis locis aq̃ vsq3 in presens largiflue inundante. ¶ Cum quidã frater circa mõasterium vepres securi absciderent: ferrum de manubrio prosilijt: ⁊ in lacum ꝓfundum se demersit: vir autem domini manubrium in aquam posuit ⁊ ferruz ad suum locum enatauit. Placidus puer ⁊ monachus cuz ad aquam hauriendam descẽdisset: ipsum mox vnda rapuit: ⁊ in momẽto introrsus a terra subtraxit. Quod dũ sanctus in cella per spiritum cognouisset: maurum vocauit: ⁊ qđ acciderat enarrauit: atq3 vt ad eripiendũ pueꝝ pergeret imperauit. Tunc ille concitus cucurrit: ⁊ ꝑ terram se ire existimãs: ad puerum super aquas venit: eũq3 ad terram per capillos adduxit: ⁊ deinde ꝙ super vndas ambulasset aduertit. Ad virum dei ergo veniens quod acciderat enarrauit: qđ abbas non suis meritis ꝫ eius obedientie deputauit. Cũq3 exinde inter eos pia contentio oriretur: dũ alter alterius meritis miraculũ ascribebat. Placidus puer ex aqua liberatus arbiter accessit: dum esset in periculo melotem abbatis super se existentem: seq3 protegentẽ vidisse narrauit. ¶ Presbyter florentius sancto inuidẽs: panem veneno infectum quasi pro benedictione misit: quẽ ille gratanter accepit. Coruo quoq3 qui de manibus eius quotidie panem accipiebat mandauit: vt panem illum ĩ loco deferret: vbi a nullo hominum sumi valeret. Coruus ergo patris mandatum impleuit: ⁊ post triduum reuersus solitã ab eo escã accepit. Quod presbyter sentiens septez puellas nudas in horto monasterij ludentes ⁊ canentes immisit: vt sic vel fratres eius ad libidinem inflammaret. Qđ sanctꝰ prospiciens emulationi cessit: et quibusdam fratribus secum assumptis habitationem mutauit. Statimq3 solarium domus in qua erat florentius corruit ⁊ malignãtem oppressit. ¶ Benedictus autem locum nõ hostem mutauit. Nam ad montem cassinum veniens: templũ apollinis ibi situm in sancti Joannis baptiste ecclesiaz commutauit: ⁊ circumadiacẽtes homines ab idolatria conuertit. Quod diabolus moleste ferens: eidẽ teterrimus apparebat: ⁊ in eum ignem visibiliter emittebat multaq3 eidem conuitia inferebat. ¶ Quadam die lapidem in terra iacentem multitudo fratrum in edificiuz leuare non poterant: donec vir sanctus aduenit: ⁊ demonem lapidi insidentem conspexit: sed signo crucis edito diabolus effugatur: ⁊ lapis faciliter a paucis fratribus subleuatur. ¶ Alia etiam vice demon coquinam monasterij vt cũctis videbatur inflammauerat. fratresq3 oẽs vt ignem extinguerent aquam sollicite deferebant: vbi autem abbas superuenit: ⁊ signum crucis edidit: omne illud incendiuz vt phantasia euanuit: ⁊ nihil cõbussisse per effectum ostendit. ¶ Alias etiam malignus spiritꝰ parietem quem fratres edificabant euertit: ⁊ puerũ monachum ruina extinxit: quem vir domini mortuum ⁊ laceratum in sago ad se adduci fecit: ⁊ ipm̃ oratione suscitauit ⁊ operi predicto eadem hora restituit. ¶ Laicus q̃dam ex deuotione semel per annum ad eum ieiunus venire consueuerat. Et cum semel ad euz vadens: alteriq3 viatori se iungẽs ab eo tertio pulsatus in quodã prato comedit: ⁊ sic ad benedictum venit. Cui ille ꝙ comederat mox patefecit: ⁊ de gulositate redarguit: laicusq3 penitentiam egit. ¶ Totila rex gothorum audiens ꝙ spiritum propheticum haberet: eum probare volens: quẽdam spatharium suis regijs vestibus induit: ⁊ cum magno comitatu: vt regem ad benedictum misit. Quẽ ille venientem conspiciens mox agnouit: ⁊ vt vestes regales sibi non pertinentes deponeret mandauit: ⁊ spatharius confusus erubuit. ¶ Clericum quẽdam a maligno spiritu vexatum liberauit. ei tamen precepit ne ad sacros ordines vnq̃ ascenderet: quod si secus faceret eum demõ iterato opprimeret. ¶ Cum autem clericus dudũ mandatis paruisset: post tempus aliquod se consecrari fecit: ipsumq3 continuo demon vsq3 ad spiritus effusionem inuasit. ¶ Uir quidam duos flascones vini sibi miserat: quorum alterũ portitor in via absconderat. Qui cũ gratiarum actione vinum accepit: sed latorem ne de altero quem absconderat biberet omnino prohibuit. Qui confusus ab eo recessit ⁊ in flascone occultato serpentem inuenit: ⁊ de commisso penitentiam fecit. ¶ Filius defensoris monachus eidem cenanti candelam tenebat: ⁊ spiritu superbie in corde suo murmurabat indignum reputans ꝙ filius tanti viri illi comedenti assisteret. Quod vir dei statim per spiritum agnouit: ⁊ vt cor suum contra tentationem signaret admonuit: atq3 de manu eius lumen auferri precepit. Alia quoq3 multa cordium secreta cognouit: ⁊ multa que ventura erant spiritu prophetico predixit. ¶ Cum quosdam fratres ad locum construendum misisset: certo die se ad illos venturum dixit: ⁊ qualiter operari debeant indicatuꝝ. Nocte ꝟo diẽ statutaz precedẽte: abbati ⁊ ꝓposito illius loci ꝑ somnium apparuit: ⁊ qualr locus ꝯstruendus eẽt ꝑ singula indicauit. Cum aũt visioni non crederent sed ipm̃ expectarẽt: tan-

dem reuersi sunt dicentes q non venerat diutius expe-
ctatus. Qui se venisse vt pmiserat per visum asseruit: et
q vt in somnis moniti fuerant oia facerent ordinauit.
Quidam eius monachus temptatus de monasterio abijt
sed draconem maximū se deuorare nitentē inuenit: pter
ritusq ad claustrū redijt & pmissione pseuerauit. ¶ Cū
fames valida regionem illam premeret: & duo solūmo-
do panes in monasterio superessent: fratribus conque-
rentibus diuidi iussit: ipse vero nocte in oratione pmāsit
Et ecce mane ducenti farine modij ante fores monaste
rij inuenti sunt: sed vnde vel a quo missi fuerint ignorat.
¶ Eodem quoq tpe cum oia que in domo erant paupe-
ribus dispensasset: modicū olei qd in vitreo vase reman
serat: pauperi elemosynā petenti dari iussit. Qd dispen
satori obedire ɔtēpsit: timens ne fratribus oleum deesset
Qd pater audiēs: oleum p fenestrā abijci iussit ne quid
ibidem p inobedientiā remaneret. Cum aūt vas super
saxa deiectum nec fractum eēt: nec oleum effusum: oleū
cum vase petenti tribuit: & cum orasset doliū olei quod
vacuum erat vsq ad summum repletum oleum p pauī-
mentum effudit. ¶ Rusticus quidā corpus defuncti fi-
lij in vlnis ad monasterium detulit: & vt puer suscitaret
virum dei cū lachrymis exorauit. Quē oratione pmissa:
ipse suscitatum patri restituit. Multisq alijs signorū
virtutibus effulsit. Scripsitq monachoꝝ regulam san-
ctitate precipuā sermone luculentā: q: vir dei non potuit
aliter docere q vixit. ¶ Eodem anno quo migraturus
erat obitum suum etiam absentibus fratribus nuncia-
uit. Ante sextum vero exitus sui diem: aperiri sibi sepultu
ram iussit. Moxq correptus febribus. vij. die in eccliaꝫ
portari se fecit: sumpto quoq viatico: inter discipulorū
manus: vltimum spm̄ inter verba oratiōis efflauit. Ea-
dem hora in aurus monachus lōge positus: ipm versus
celos tendentem ɔspexit per viam videlicet orientis per-
lucidam ab eius cenobio vsq ad celos ptingentē. Cuius
corpus in cassinēn. monasterio sepultum est. Quieuit
in christo. xij. calen. aprilis. circa annos dñi. cccccxviij.
tempore Justini senioris.

¶ De sctō Benedicto papa primo. Cap. ccxv.

Benedictus papa huius noīs secūdus na-
tione romanus ex patre Joanne leoni se-
cundo in pontificatu romano successit & se
dit menses. x. dies. xij. Hic benedictus ex
vite sanctitate cum noīe concordauit. Et
cum tam modico tpe sederit: multas tā i
vrbe ecclesias reparauit. Hic ab ineunte etate ecclesie
militauit. Atq sic se diuinis scripturis et cantilene a
puero: & in presbyteri dignitate noīe pariter & operibus
exhibuit: vt digne ad pontificatus honorem perueniret.
Paupertatis nāq fuit amator. Humilis mansuetus: &
in omnibus compatientiam habens: manuq largissi-
ma. Hic constituit vt ad tumulandum romanum pon-
tificem: omnes eiusdem ecclesie clerici conuenirent: si-
militer & ipse in eorum faceret obsequijs. Sepultusq est
apud sanctum petrum. Et cessauit episcopatus mensi-
bus. ij. diebus. xv.

¶ De sancto Benedicto monacho. Cap. ccxvj.

Benedictus monachus in campanie ptibus
xl. ab vrbe miliario in quodam monasterio
fuit: etate quidem iuuenis sed moribus gran-
deuus & in sancte conuersationis regula se
fortiter stringens. Quē cum tpe totille regis
gothi reperissent: hunc incendere cum sua cellula mo-
liti sunt. Ignem nāq supposuerunt: & in circuitu omnia
arserunt: cellulam vero comburere nequiuerunt. Quod
illi videntes magisq seuientes: ipsumq ex suo habita-
culo educentes primum accensum clibanum p coquē-
dis panibus inspexerunt: eumq in illo piecerunt cliba
numq clauserunt. Sed die altero ita illesus inuentus
est: vt nec caro eius: nec extrema vestimenta vllo modo
cremarent. Hec gregorius. iij dialog. cap. xviij.

¶ De sancto Serapione abbate. Cap. ccxvij.

Serapion abbas vt in octauo libro histoie
tripartite: & in vitis patrum habet: fuit in
regione arsenoite pater decem milium mo
nachoꝝ: de labore manuum victum querē
tium quotidianū. Tpe aūt messis oēs ad
metendum pcio ɔducebant: & quicqd acq-
rere potuissent indigentibus regionis & alexandrie car
ceratis ac peregrinis in eoꝝ necessitatibus expendebāt.
Hic tpe iuuentutis existēs monachus: post mensam cō
munē panē furabat: quē sero latenter comedebat. Tan
dem ad cor rediens: abbati pctm̄ confessus est: moxq ex
ore eius quasi flamma ignis egressa fetorē sulphureum
exhalauit. Hic sola vnica sindone amictus: pane tm̄ p
cibo & aque potu ɔtentus: nihil aliud quotidie sumebat
¶ Cum aūt semel amictum suū pauperi tribuisset: & al-
teri nudo obuiās tunicam dedisset euangeliumq tenēs
nudus sederet. Interrogatus quis eum expoliasset: re-
spondit: q euangelium quod tenebat. Alias insuper pau
perem tertium vidēs euangelium ipsum vendidit: & pau
peri pcium dedit: dicēs q euangeliū omnia pcipit vēdi:
& pauperibus dari. Seipsum ergo euangelium vēdi mā
dat. ¶ Alio tpe existens in quodam oppido paganorū:
seipsum eis vendidit: quos postq verbo & exēplo cōuer-
terat: reddito pcio ab eis recessit. Hoc idem fecit in la-
cedemonia apud athenas: seipsum vendēs vni piuario
ciuitatis: vt ipsum conuerteret: qd & fecit. Dormiuitq
in pace. xij. calen. aprilis alexandrie tumulatus.

¶ De sancto aphrodisio epo & ɔfessore. Cap. ccxviij.

Aphrodisius genere egyptius pfectus to-
tius egypti erat tēpore quo puero iesu in
egyptum fugato: & in tēplo deorum delato
idola omnia corruerunt. Qd cum aphro-
disius tunc pfectus audisset: ad phanum
in quo simulacra euersa fuerant accessit:
& viso puero iesu eum adorauit: ipsumq vna cum parenti
bus a furore pontificum idolorum eos in deorū suorum
vltionē occidere volētium viriliter defensauit. Et extūc
in christum quasi p somniū credidit. Sed post ascensio-
nem domini cū pdicatio euangelij ad egyptum puenis
set: prefecturam deserens antiochiam venit: & ibi bapti-
zatus atq beati petri discipulus factus est. Cū quo post
modum romam iuit. A quo & directus est ad gallias p-
dicandas. Qui etiam ibidē sancto paulo sergio episco-
po narbonensi se associauit. A quo ordinatus bituricen
sis episcopus ad ipsam ciuitatē deuenit: vbi multo tem-
pore officio pdicationis insistens: & miraculorum gloria
refulgens: omnem populum eiusdem vrbis christi nomi
ni subiugauit. Et virtutibus ac etate maturus in domi
no quieuit. xj. calen. aprilis. Et sepultus est in ecclia sua
signis clarescens.

¶ De sancto Victoriano martyre. Cap. ccxix.

Victorianus adrumentine ciuitatis nobi-
lis: vt dicit aphricanus: a quodam pcon-
sule carthaginis quo nullus in psecutiōe
ecclesie durior fuit: dum idolis immolare
cogeretur: & omnino renueret. primo re
bus spoliatus: deinde tantis tormētorum
generibus cruciatus: quantus humanus sermo non po
terit explicare: feliciter tripudians martyrium in eadē
vrbe consumauit. x. calen. aprilis. Hec aphricanus.

¶ De sanctis frumentio & alio frumentio
martyribus. Capitulum. ccxx.

Germani


Ermani duo quorum vterque frumentius vocabatur aquisfregien. ciuitate oriundi apud ta badeñ. oppidum passi sunt. Qui sibi inuicē iurauerūt tortores rogare: vt semp pari supplicio torquerent. Tenti igit a paganis cuz die integro penderent suspensi molis in pedib⁹ alligatis: vnus eorū se deponi petijt. Et inducias sibi dari. Sz ab altero ꝯfortatus: ⁊ penitens tortores rogabat: vt lapides maiores adijcerent. Deinde ambo laminis ignitis estuati: ⁊ post hec vngulis exarati: multis quoqꝫ cruciatibus vexati: ab ipsis tortorib⁹ tedio derelicti: ⁊ a facie eorū proiecti spiritum dño reddiderūt .x. calē. aprilis.

¶ De sctis duodecim īfantulis martyrib⁹. Ca. ccxxi.

Duodecim infantuli apud aphricā sub pse cutione vandalica passi sunt. Qui ab arrianis de numero confessorū xpi segregati: non spiritu sed corpore: suggerente quodā teuchario heretico: qr ipsos nouerat ad cantilenā vocales ac strenuos: carthaginē deducti sunt: vbi pmo qr puerili blanditijs suasi: dum arriane fidei ꝯsentire nollent: durissimis verberibus tādiu cesi sunt: quousqꝫ spm̄ emiserunt. Ibidemqꝫ quasi in numero apostolorū sepulti. Quorū exemplo duo negociatores quorum vterque frumentius dictus est ⁊ .v. eiusdē monasterij fratres .s. liberatus abbas bonifacius diacon⁹. Rusticus subdiaconus: rogatus: ⁊ maximus monachi pro fide catholica martyrium pertulerunt. Qui passi sunt .x. calen. aprilis.

¶ De sctis Liberato ⁊ socijs martyrib⁹. Cap. ccxxij.

Liberatus martyr cū vxore ⁊ filijs duob⁹ ⁊ crescentius pbyter necnon puer quidaz annorū .vij. cuius nomē non exprimit tpe psecutionis arriane in aphrica passi sūt. Nam pmo infantulus iussu Cyrille arrianorū epi a parentibus raptus matre post raptores conclamante: vt se quoqꝫ ducerēt: dū viua voce se catholicum ꝓfitetur in gurgitem demersus est. Qd ⁊ de duobus filijs liberati medici factum est. Post hec liberatus ⁊ vxor detenti separatim in duobus carceribus missi sunt. Cūqꝫ prius liberatū eductū in loco honorabili ꝯsedere fecissent: vxorem suā eduxerunt: suggerentes ei qꝫ vir suus ꝯsenserat arrianis. Que vbi ipm conspexit in loco sublimiori ꝯsidentē: verū existimās qd audiuit: ipm de apostasia durissime increpare cepit. Ille vero se catholicum ꝓfitens hereticorū fallacias detexit. Quapropter ambo coniuges gladijs trucidant. Crescentius aūt pbyter taxetane ciuitatis psecutionez fugiēs in speleo quintini montis inclusus inedia defecit. Horum passio agitur .x. calen. aprilis. Hec aphricanus.

¶ De sctō Pygmenio pbytero ⁊ martyre. Ca. ccxxiij.

Pygmenius presbyter ⁊ martyr rome sub iuliano apostata passus est. Hic iulianū eūdē vna cū sctō donato postmodū aretino epo ⁊ martyre a puero enutriuit: ⁊ sacris litteris erudiuit. Julianus aūt post hec factus monachus xpi fidē apostatauit. ⁊ omnina pmissione ꝓcurante diabolo ad imperij apicem ascendit: vnde christianos vltra modū psecutus est. Audiēs aūt qꝫ pygmenius corpora martyrū sepeliret misit eum in exiliū in psidē: vbi quadriennio demoratus cecitatē incurrit. Post hec in somnijs diuinitus admonitus venit romā. Cū aūt vna cuz puero ipm deducente stipem petens cliuiū facere vie cōscenderet: offendit baculo redam cesaris transeuntis. Qui pygmenium videns ⁊ eius quodāmodo cecitati cōgaudens ait. grās dijs qꝫ te video. At ille. grās inqt deo meo qꝫ te non video. Quē mox imperator pprātem in tyberim iactari fecit. Cuius corpus a christianis collectū in cimiterio pontiani sepultum est: non longe a corporibus abdon ⁊ sennē .ix. calen. aprilis.

¶ De sancto Murita martyre. Capitulum. ccxxiiij.

Murita diaconus ⁊ martyr cū plurib⁹ alijs apud aphricam passus est. Qui cū quēdā elpidephorū baptizasset: illeqꝫ postmoduz apostatasset: ⁊ ad psidis dignitatē peruenisset: ab eodē tentus suasus est: vt arrianorū fidei ꝯsentiret. Cum aūt murita nō soluz ei ꝯsensum prebere renueret: sed etiā ipm de apostasia increparet: ⁊ vestes candidas quas ei in baptismate dederat: reseruatas ad eius ꝯfusionē ostenderet. Elpidephorus ira accensus muritam cū pluribus clericis cesos ⁊ nudos i exiliū relegauit: vbi fame ⁊ inedia ac frigore cōsumpti martyrium compleuerūt .ix. calen. aprilis. Hec autor aphricanus.

¶ De annūciatōe btē Marie semp virginis. Ca. ccxxv.



Annunciatio dominica dicit: qr tali die ab angelo aduentus filij dei in carnē virgini marie annunciatus fuit: videlz .viij. calen. aprilis. Cū eñ virgo beata a tertio etatis sue anno vsqꝫ ad .xiiij. in tēplo cum alijs virginibus extitisset: ⁊ votū virginitatis nisi deus aliter disponeret emisisset: eā ioseph desponsauit dño reuelante: ⁊ ioseph virga frondente: sicut in historia natiuitatis eius dicet .vj. idus septēbris. Et in bethleem vnde erat ioseph necessaria ꝓuisurus iuit: ipsaz quoqꝫ in nazaret in domo paterna dimisit: vbi ad eam angelus venit ⁊ eidē verbi dei aduentū nunciauit. ¶ Circa hanc annunciationē sex ꝯsideranda occurrūt videlicet: tpis oportunitas: missi nobilitas: mittētis autoritas: loci cōgruitas: nunciū suscipientis sanctitas ⁊ annunciationis nouitas. ¶ Primū ergo ꝯsiderandū occurrit tpis oportunitas qd fuit in mense .vj. a conceptione ioannis baptiste: que facta est octauo calē. octobris: vt p hoc detur intelligi qꝫ ioannes fuit figura veteris testamenti vt dicit Augusti. Cuius aduentū xpi aduentus sequit .vj. mense: qr sexta mundi etate dñs incarnatus est. ⁊ .vj. feria: ⁊ hoc. ¶ Primo ꝓpter numeri perfectionē: qr numerus senarius ex ipsis partibus suis cōponitur scz .iij. ij. ⁊ .j. nullo superante vel deficiente: vt per hoc pfectio ipsius incarnationis denotet: in qua ꝯcurrunt tria .s. eterna diuinitas: aīa de nouo creata: et caro ab adam traducta: ⁊ due nature .s. diuinitas ⁊ humanitas: ⁊ hec ꝯstituūt vnā psonā xpi. ¶ Scdo ppt hoīs formationē. Nam sicut adam pmus sexta feria de terra virgine formatus est: sic ⁊ adam scds qui est xps de femina virgine incarnat⁹: ⁊ eodē die anni ad litterā vt quidam tradūt: qd ē .viij. calē. aprilis pmi ⁊ scdi ade diuerso tpe. videlz post ānos .M. cxcix. formatio facta est. ¶ Tertio ppt nature renouationē. Nā fili⁹ dei i equinoctio vernali quo tpe oīa renouant īcarnari voluit p hoc ostendens qꝫ p ipsaz īcarnatōēz oīa renouabant. apoc. xxi. Ecce noua fa

cio omnia. ¶ Scdm est missi nobilitas q̇ fuit angelus
gabriel. Congruum em̄ fuit ꝙ angelus ad virginē mit-
teretur. ¶ Primo ex parte ordinis: vt ordo reparatiōis
responderet ordini ꝑuaricationis: vt sicut malus ange
lus mulierē ad peccati lapsum inclinauerat: sic bon⁹ an
gelus virginē ad verbi ꝯceptum induceret. ¶ Scdo ra
tione ipsius virginis. Nam vt dicit hieronymus. Recte
mittit angelus ad virginē: q: semꝑ est angelis cognata
virginitas. In carne ꝑter carnē viuere: non terrena vita
est sed celestis ꝛc. ¶ Tertio rōne finis subsequentis. Nā
incarnatio xp̄i ordinabat ad finē ruine angelice ꝑ saluā
dos hoīes reparande. Ideo angeli nō debuerūt excludi
¶ De quo aūt ordine hic angelus fuerit dubitat. Gre-
gorius tenet ꝙ fuerit de ordine supremo dicens summū
angelū venire dignum fuit: qui summū oīm nūciabat.
¶ Alij tenent ꝙ de ordine archangelorum: q: ipm ecclesia
archangelū noīat: dicentes ꝙ hoc magis cedit ad hono
rem virginis: q: si quis de superioribus mitteret: ab eo
illuminari potius q̄ nunciari videretur. Quid autem
gabriel interpretet: dicetur infra ꝓxima historia gabrie
lis. ¶ Apparuit aūt sibi corporaliter: vt visio eēt certior
q: corporaliter visa certiora sunt. Cognitio plenior: quia
visa etiā ꝑ intellectū melius cognoscunt. Et facto simi-
lior q: nunciabat spūale verbū incarnandū: ideo fuit cō
gruum: vt corporaliter appareret. Et apparuit corpore
humano: q: dei filiū non quodcūq₃ aīal sꝫ hoīem assum-
pturū nunciabat. ¶ In sexu masculino: tum q: dignior:
tum q: magis illuminatiuus: tum qꝛ in ipso sexu dei fi-
lius erat hoīez assumpturus. ¶ In etate iuuenili: q: iu
uenis dicit nouitatē cū ꝑfectione. Nā in puero est noui
tas imꝑfecta. In sene ꝑfectio antiquata. Et q: angelus
nunciabat illū qui erat nouus humanitate: ꝛ ꝑfect⁹ di-
uinitate: ideo apparuit in iuuenili etate. ¶ In veste al
ba que denotat innocentiā ꝛ angeli nunciantis ꝛ virgi-
nis recipiētis: ꝛ verbi carnē innocentē assumētis. ¶ In
ortu solis q: veri solis ortū venerat nunciare. ¶ Tertiū
est mittentis: autoritatis qui est ipse deus. Missus est
em̄ angelus a deo patre qui ibi posuit suā oīpotentiam
vt ꝑter naturā virgo mirabiliter pareret. A deo filio qui
ibi posuit suā sapientiā: vt saluo pudicitie sigillo in ven
trem virginis intrare ꝛ inde exire sapiēter sciret. A deo
spūsancto q̇ posuit suā grām: vt mulier sine pctō ꝯciperet
¶ Quartū est loci congruitas: q: missus est in ciuitatē
galilee cui nomē nazareth: qđ interꝑtat flos: vt sic loc⁹
ꝑsonē cōgruat. Unde dicit Bernardus ꝙ flos nat⁹ est
de flore in florē ꝛ floris tpe. ¶ Quintū est virginis nun-
cium recipientis sanctitas: q: missus est ad virginez ꝛc.
Ubi tria videnda occurrunt. Primo quare xp̄s in mēꝫ
elegit virginē feminā. hoc em̄ fuit ꝯueniens. Primo ex
parte mittentis patris. Non em̄ fuit cōuen ēs vt xp̄s q̇
ꝑm naturā diuinā naturaliter est filius dei: alium habe
ret patrē q̄ deū. Scdo ex pte ꝯcipiētis matris. Nā xp̄i
generatio temporalis: est imago generatiōis eterne: vt
sicut de vno patre indiuisibiliter nascit gn̄atiōe eterna
sic de vna matre incorruptibiliter nascat gn̄atione tem
porali: vt in vtraq₃ gn̄atiōe de vno solo ꝑncipio ꝓcedat.
Tertio ex pte incarnati germinis: vt sicut vbū sine cor-
ruptione in mente ꝯcipit: sic verbū dei incorrupte carni
vniatur. Quarto ex pte subsequētis muneris: vt sicut fi-
lius dei naturalis sine corruptione nascit de virgine fe
mina: sic filij dei adoptiui renascant sine corruptiōe de
virgine eccl̄ia. ¶ Scdo quare elegit virginē desponsatā
Huius aūt sex rōnes a doctorib⁹ assignant. Prima rō
est vt ꝑ hoc sacrm̄ istud diabolo celaret: qui vidēs mariā
pregnātē ꝛ eam desponsatā sciens: putauit eā de ioseph
concepisse: ꝛ per hoc aduentū xp̄i non plene cognoscere
potuit: quē sciebat de virgine nasciturū. ꝛ hec rō est orige
nis. Scda vt per hoc xp̄s legē implere videret. Quo em̄

legem nō solueret: qui ab iniuria legis cepisset: cū par-
tus innupte lege damnetur. ꝛ hec est ratio Hieronymi.
Tertia vt ꝑ hoc infamia virginis tolleret. Maluit em̄
dn̄s aliquos de suo ortu q̄ de matris pudore dubitare.
Ideo potius voluit credi filius esse ioseph q̄ matrē im-
pudicam. ꝛ hec est Ambrosij. ¶ Quarto vt ꝑ hoc ceteris
mulierib⁹ exēplū daret. Nā si beata virgo infamata fu-
isset: cetere virgines sinistra opinione viuentes velamē
excusationis haberēt ꝙ infamata quoq₃ mater dn̄i vi-
deretur. Et hec etiam est Ambrosij. ¶ Quinto vt ꝑ hoc
virgini testimoniū preberet. Fuit em̄ ioseph virginitatis
dn̄e testis veridicus: qui eam ꝛ virginē ꝓbauit ꝛ si alte-
ram cognouisset accusare potuit. Et hec est augustini.
Sexta vt ꝑ hoc nato puero a ioseph ministeriū ꝑberet.
Cui ioseph nutricius fuit: ꝛ oīs eius infantie educator:
vt dictū est supra de sancto ioseph. xiiij. calen. aprilis. et
hec hieronymi. ¶ Tertio quare elegit virginē noīe ma
riam. Hoc em̄ nomē interꝑtat. Illuminatrix. Illumi-
nata. Mare amarū. Et dn̄a. Atq₃ stella maris. Fuit em̄
illuminata in verbi ꝯceptione. Illuminatrix in ei⁹ par-
turitione. Mare amarū in eius passione. Dn̄a in ipsius
assumptione. Stella maris est in peccatorū ꝯuersione.
¶ Sextū est legatiōis nouitas que ꝯsistit in. vj. ¶ Pri
mo in angelica salutatiōe. Ingressus em̄ angelus ad eā
in cubiculum: ꝛ orantem inueniens cū nimia claritate
ꝛ summa reuerentia prostratus vt seruus ad dn̄am: qui
ante alias venerat eidēq₃ apparuerat vt socius ad ami-
cam: vultu in terram demisso iocunda voce inquit. Aue
gratia plena dn̄s tecum benedicta tu in mulieribus ꝛc.
Et ostendit ipsam a seruitute liberatā. Aue idest sine ve
Triplici em̄ ve mulieres laborant: qđ notat in triplici
littera huius noīs eua. Est em̄ ve pudoris quo ad conci-
pientes: ꝛ hoc denotat littera. E. que est nota irrisiōis.
Est ve doloris quoad parturientes: ꝛ hoc denotat litte
ra. U. que est nota lamentationis. Est ve laboris quoad
nutrientes: ꝛ hoc denotat littera. A. que est nota fatiga
tionis. Sed econtra nomen eua vertitur ꝛ fit Aue idest
sine ve pudoris: doloris: ꝛ laboris: quia sine pudore con
cepit: sine dolore peperit: ꝛ sine labore filium educauit.
¶ Dotibus adornatam: gratia plena. Hieronymus
singulis enim gratia largitur per partes: marie vero si-
mul se totam infundit gratie plenitudo. ¶ Matrimo-
nio copulatam: dominus tecum: plusq̄ mecum. dicit
Chrysostomus quia mecum per gratiam: tecum per na
turam: mecum in mente: tecum in carne. mecum quia
ab eo sum creatus: tecum qui ex te est incarnat⁹. ¶ In
reginam ordinatam: benedicta tu in mulieribus. Augu
stinus maledictio eue: in benedictionem mutatur ma-
rie ꝛc. ¶ Secundo notatur hec nouitas in virginis co-
gitatione. Hec enim cum virgo audisset turbata est nō
perturbata: ꝙ enim turbata est fuit pudicitie virgina-
lis: ꝙ nō perturbata fortitudinis: vt dicit Bernardus.
Et turbata est non in angeli visione: quem sepe videre
consueuerat: sed in noua salutatione. Ideo turbata est
in sermone eius: ꝛ cogitabat qualis esset ista salutatio.
¶ Tertio in facti siue legationis narratione. Angelus
enim more sapientum legatorum post salutationem vir
gini factam ex parte dei narrat ei causam sui aduentus
dicens. Ne timeas maria ꝛc. Annuncians ei dei filium
ex eius vtero incarnandum: ꝛ ipsum ꝑm hominem sup
sedem dauid patris eius perpetuo regnaturum.
¶ Quarto in dubij cuiusdam interrogatione. Nā virgo
go cum credula verbis angelicis redderetur quantū in
facto: non dubitās aliqualiter quin hoc fieret ꝙ mater
filij dei eēt: dubitās de modo vt doctores dicūt: angelū
super hoc interrogauit dicens quo modo fiet istud ꝛc.
Et debet scribi diuise vt sint due dictiones. s. quo ꝓno-
men ꝛ modo nomen: ꝛ non vna dictio: quomodo que est
aduerbium

aduerbium interrogandi: quasi dicat virgo. Tu virginitatem predilexi: vt salua diuina dispositione: potius eligerem virginem permanere q corruptam dei matrem esse ¶ Quinto in ipsius dubij solutione: qd immediate angelus soluit dicens. Spiritussanctus superueniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi. Et notanter dicit nō venire sed superuenire: vt superabundantie gratia ostendatur. Et virtus altissimi eidem obumbratura prenunciatur. Hec aūt obumbratio ipsa est diuini verbi incarnatio. Nam vmbra a lumine et corpore obiecto formatur. Sicut enim sol quodāmodo est pater vmbre: et statua siue quodlibet corpus eius mater: et statua ex solis lumine concipiēs lumen: vmbram format in terra que vmbra patrē solem habet in celis: statuam vero matrē in terris. Sic christus patrem deum habet in celis matrē virginē in terris: q dei lumen concipiens christi humanitatē instar vmbre ex sui natura formauit in terris. ¶ Ultra hec angelus ad leticie virginis cumulum: et eius perfecte fidei firmamentū: elisabeth eius cognatam zacharie coniugem: nunciauit sterilē concepisse et iam mensem sextū attigisse: vt ex hoc deo possibile quodq vellet esse assereret. ¶ Sexto in legationis finali conclusione. Nam vbi virgo audiuit q mater filij dei esset futura: nec propter hoc virginitatē quā deo vouerat amissura summa repleta leticia: genu terre posito expansis manibus oculisq ad celum erectis cum lachrymis dixit. Ecce ancilla dñi fiat mihi sm verbū tuum Statimq filius dei in vtero virginali de ipsius semine spiritusancto operante conceptus est: perfectus deus: perfectus homo: ex aīa rationali et humana carne subsistēs. Cuius corporis formatio et organizatio non .xl. seu .xlv. dierū numerum expectauit: sed mox ipso instanti: vt virgo verbuz protulit: diuina operante omnipotentia perfecta et integralis facta fuit. ¶ Tunc surgens maria abijt in montana ad elisabeth visitandam: quā vt salutasset ioannes in eius vtero exultauit. Illa per spm̄sanctum in exultatione filij: virginem christum in vtero concepisse cognouit: et qd nouerat prophetauit. Et maria canticum: magnificat: cum exultacione decantauit. Et inde apud cognatam tribus mensibus mansit: donec ioanne nato ipsa mater christi eidem primum officium obstetricis impendit.

¶ De sancto Gabriele archangelo. Cap. cxxvi.



Gabriel archangelus cuius nulla speciali solēnitate aliquo anni tpe ab ecclesia recolatur: merito tñ .viij. calen. aprilis de ipso memoria celebris habenda censetur: q ipso die mysterium incarnationis principiū nostre salutis: vt dictum est beate virgini nūciauit: et ad ipsam legationem deferendā nuncius idoneus pre cūctis angelis a deo electus fuit. Quāuis enim alias plures a deo magna sacramenta nuncianda pluribus sanctis fuerit destinatus: in illo tñ sicut in mysterio incarnationis fuit tanto honore sublimatus. De ipso enim in scriptura sacra expressum habemus: q multa predixit danieli de tempore futuro: et secreta nunciauit zacharie de ioanne nascituro. Hic etiam sm ioānem beleth ortū beate virginis ioachim et anne eius parentibus nunciauit. Et generaliter licet ex noīe gabrielis non exprimatur creditur a pluribus: q ad queq magna dei sacramenta prenuncianda hic angelus destinetur. Unde et ex hoc quidā putant eundē fore qui ortum sampsonis patri manue predixit: et ioseph vt christum puerū fugaret in egyptum in somnis mandauit: eidemq in egypto herode defuncto vt in iudeam rediret imperauit. Atq magos vt per aliam viam reuerterentur ad patriam: similiter soporatos admonuit. Hic insuper idez fuisse arbitratur: qui christo domino passionem expectanti: et sanguineum sudorem emittēti in oratione apparuit: eiusq humanitatem sm motus sensibiles confortauit: quamuis alijs rectius videatur: q ille michael potius fuerit quia angelus qui tunc christo apparuisse legitur: non venit ad aliquid nunciandum sed exhortandū: qd potius est officiū michaelis q gabrielis. ¶ Dicunt quidam q non fuerit ille idem angelus qui ortum ioannis et virginis et ortum christi prenunciauit: licet enim eodem nomine appellentur: istud tamen nomē est officij non persone. Nam ista nomina michael: gabriel raphael nomina sunt officiorum sicut comes imperator episcopus et sacerdos. Et ideo plures angeli idem exercentes officium: possunt eodem nomine nūcupari. Nō enim videtur conueniens: q idem angelus fuerit nūcius natiuitatis serui et domini: precursoris et regis. Cū alter de inferioribus: alter de superioribus ordinibus extiterit. Sed hanc opinionem leo papa reprobat in sermone asserens gloriam baptiste inter alia in hoc consistere: q eius natiuitas eodem angelo quo et christi incarnatio prenunciata fuit. ¶ Gabriel vero interpretatur fortitudo dei. Et hoc ideo: quia illum nunciare venit: qui dñs fortis et potens in prelio ad debellandas aereas potestates descendit. ¶ Officium autem eius est secreta mysteria diuina nunciare. Unde et de sctā elisabeth de vngarie inuenitur: q gabriel angelus eidē pluries apparuit et multas ei diuinas visiones reuelauit: qui etiā ei dixit: q ipse erat angelus qui verbi dei conceptum beate virgini nunciauit: quiq obitum ipsius virginis eidem predixit. ¶ Est etiam eius officium animas iustorū cū michaele assumere. Unde in vitis patrum habetur: q quidam frater veniens ad ciuitatem vidit peregrinū egrotum in platea iacentem: et in extremis laborantem: cui nullus assistebat: viditq a dextris eius et a sinistris michaelem et gabrielem archangelos: qui descenderant propter animam eius: rogantes eam vt egrederetur. Sed cuz ex corporis affectione egredi recusaret: dixit gabriel ad michaelem vt eam assumeret: et sic abirent. Qui respondit q non poterat: quia impositum a deo sibi fuerat: vt animam peregrini sine dolore educerent. Et tūc frater ille vidit dauid cum cithara et omnes ciues celestis hierusalem psallentes iussu dei descendere: ad quorum cantus et sonitus melodiam anima peregrini sponte a corpore exiuit: quam Michael cū Gabriele suscepit. Hec in vitis patrum.

¶ De passione dñi nr̄i iesu christi. Cap. cxxvij.



Passio dñi eodem die quo et eius incarnatio ad literam post annos .xxxiij. eadē sexta feria facta est. s. viij. calen. aprilis: quo etiaz die augustinus quarto de trinitate hominē primū de terra formatū: et ipso die lapsuz fuisse testatur: et quidam eundem post annos .ccccccccl. ipso die dicunt esse defunctum: vt sic ordo redemptionis concordet creationi. ¶ Et notandum: q passio domini est memoriter retinenda: eo q quantum ad processum fuit iniusta quantū ad modum

fuit ignominiosa: quantum ad supplicium fuit penosa: quantum ad effectum fuit fructuosa. ¶ Primo quātū ad pcessum fuit iniusta: quia pctm̄ non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. Nam que venit indigne: pena dolenda venit. ¶ Fuit etiam cōtra humanā legē: q: eū in hoiem non ꝯfessum nec ꝯuictū sententia mortis ferat ꝯtra oēm legē. Ecce ego ait pilatus coram vobis interrogans nullā cām inueni in hoie isto ex his in quib⁹ eum accusatis. De tribus eīn eum accusabāt ꝙ scilicet tributum dari cesari ꝓhibebat: ꝙ se regem dicebat: ⁊ ꝙ filium dei se faciebat. De primo a pilato interrogatus non fuit: q: manifeste de ꝯtrario sibi ꝯstabat: ꝙ scʒ dixerat. Reddite que sunt cesaris cesari ⁊c. De scdo interrogatus satisfecit: manifeste se regem ꝓbans: ⁊ ꝙ regnum eius non erat de hoc mundo. De tertio interrogat⁹ nō respondit. Cū eīn eum preses interrogasset: vnde es tu? responsum ei non dedit: eo ꝙ diuinam generationē siue etiam humanā mirabilē audire indignus fuit. ¶ Fuit scdo ꝯtra ꝯsuetudinem. Nam temporis cursu nullā dilationem accepit. Unde a die qua in concilio decretum fuit ipm̄ occidendū nullā requiem ei dederunt. Et post ꝙ eum ceperunt sine vlla intermissione verberauerunt: hincinde traxerunt: flagellauerunt: iudicauerunt: crucifixerunt ⁊c. ¶ Fuit tertio ꝯtra legē naturalē. Natura eīn ipsa repugnat in corpus hois mortui plagas innouare. Christus xo iam defunctus in cruce lancea transuerberatur ꝯtra naturalem legē. Joan. xix. vnus militū lancea latus eius aperuit ⁊c. ¶ Scdo quantū ad modū fuit ignominiosa. Et hoc ꝓpter. vij. causas. Primo propter ignominiosum precium: q: ꝓ. xxx. argenteis cōparabilis p̄cij sanguis venalis factus est: vt pro tā vili precio quis non daret asinum: aut deforme mācipiū. zach. xxiij. appenderunt mercedem meam. xxx. argenteis ⁊c. ¶ Scdo ꝓpter ignominiosum officiū: q: crucis supplicium suum portare cōpellitur: qđ nusqͣ de latrone auditum est: figura ysaac qui ad immolandū vadens ligna sibi detulit gen. xxij. ¶ Tertio ꝓpter ignominiosuʒ locū: q: in loco caluarie vbi malefactores ⁊ scelerati extra ciuitatem puniebant. ¶ Propter ignominiosuʒ supplicium: q: morte turpissima ꝯdēnat⁹ est. Crux eīn supplicium erat latronum vel quorūcunqꝫ sceleratoꝝ. Sap. ij. Morte turpissima ꝯdēnamus eū. ¶ Quinto ꝓpt ignominiosum ludibrium: q: coram multitudine nudus constituitur in cruce suspensus. psalmista. Tota die verecūdia mea ꝯtra me est. Et alibi diuiserunt sibi vestimenta mea ⁊c. ¶ Sexto ꝓpter ignominiosum ꝯsortium: q: cuʒ sceleratis deputatus est. i. cum latronibus: quoꝝ vnus scilicet dismas qui erat a dextris vt dicitur in euāgelio nicodemi cōuersus ad penitentiam saluatus est. Alius qui erat a sinistris. s. gestas obstinatus permanens est damnatus: vt dicetur infra de sancto disma. ¶ Tertio quantum ad supplicium fuit penosa acerba ⁊ dolorosa. Et hoc ꝓpter. vij. rōnes. ¶ Primo ꝓpter carnis christi patientis viuacitatem. Plus eīn dolet caro delicata ꝙ̄ grossa. Et q: caro xp̄i fuit viuacissima et delicatissima: q: optime cōplexionata: ⁊ sine omni deordinatione formata. Ideo magis dolorem sensit. Et ꝓpter hoc sudorē sanguineum emisit: q: caro optime cōplexionis fuit. In huius figura dicitur de Dauid. ij. regum. xxiij. Ipse est eīn quasi tenerrimus ligni vermiculus. ¶ Scdo ꝓpter occidentium qualitateʒ. Tolerabilius eīn quis patitur vel ab inimicis vel ab extraneis ꝙ̄ a suis. Christus autē passus est ab amicis ⁊ a ꝓximis: idest de quoꝝ stirpe natus est: ⁊ ab his quibus multa bona ꝯtulerat: vnde conqueritur dicens in officio huius diei. Popule meus, qđ feci tibi ⁊c. Ubi recolit oīa beneficia sibi illata: ⁊ omnia supplicia sibi retributa. ¶ Tertio ꝓpter passionis acerbitatem: q: ꝯfixus est in locis magis sensibilibus ⁊ neruosis ⁊ corpore distentus supra crucem pendens manibus ⁊ pedibus conclauatus: que maximum ⁊ dolorosuʒ suppliciū intulerunt. psalmista. Foderūt manus meas ⁊ pedes meos: ⁊ dinumerauerūt oīs ossa mea. ¶ Quarto ꝓpter passiōis diuturnitatē. Nam ab hora qua ipm̄ ceperūt vsqꝫ ad horam qua spm̄ emisit semꝑ in dolore et ꝯtinuo cruciatu fuit. Passus ē ad minus. xij. horis. s. vj. noctis ⁊. vj. diei. psal. Tota die ꝯtristat⁹ igrediebar: qm̄ nō est sanitas ī carne mea. ¶ Quinto ꝓpt passionis generalitateʒ. Nam generaliter passus est. In fama quia eum blasphemabant dicentes. vah qui destruis ⁊c. In rebus: q: nudus expoliatus est vt dictum est. In anima vnde passionem presentiens tristabat ⁊ dicebat: tristis est anima mea vsqꝫ ad mortem. In corpore: a planta eīn pedis vsqꝫ ad verticem non fuit ī eo sanitas. Isaie. j. In amicis: quia discipuli ipm̄ captum videntes fugerunt: iudas eum ꝓdidit: petrus negauit ⁊c. qđ fuit cā atrocis doloris in mente christi. In matre: nam dicit damascenus ꝙ tantus fuit dolor christi ex dolore quē sciebat matrem sentire quātus ꝓprius: quē corporaliter sentiebat. In multoꝝ ingratitudine. Dolor eīn maximus fuit xp̄i quia presciebat mortē suam inaniter pati ꝓ multis damnandis. Nam intolerabilis dolor est homini: cum maximum laborem portat pro filijs cum videt se ex eorum prauis moribus inaniter laborasse. ¶ Item passus est christus in singulis corporis sensibus. Nam passus est in oculis: quia velauerunt oculos eius: et quia in cruce lachrymatus: vt dicitur hebre. v. In auditu cum ei. s. opprobria ⁊ blasphemie irrogate sunt. Nam qui erat summa potestas: dicitur seipsum non posse saluum facere: qui erat summa veritas dicitur alios subuertendo decipere: qui erat summa bonitas vti malefactor dicitur pilato traditus esse. In olfatu: quia maximū fetorē sentire potuit in caluaria: vbi erant fetida corpora mortuorum Itē quia ex sputoꝝ multiplicatiōe fetor in eius facie augebatur. In gustu: quia dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum. In tactu quia in omnibus corporis membris. Ber. Caput angelicis tremebundum spiritibus: densitate spinarum pungitur: facies pulchra pre filijs hominū sputꝭ iudeoꝝ deturpat: oculi lucidiores sole caligantur in morte: aures que audiūt angelicos cantus: audiunt peccatoꝝ insultus: os qđ docet angelos: felle ⁊ aceto potatur: pedes quorum scabellum adorat cruci clauo affiguntur: manus que formauerūt celos sunt in cruce extense ⁊ clauis affixe: corpus verberatur: latusqꝫ lancea perforatur: quid plura? Non remansit ī eo nisi lingua: vt pro peccatoribus oraret: ⁊ matrem discipulo commendaret. Et hec suo peracto officio potatur felle ⁊ aceto. ¶ Sexto ꝓpter passionis causalitatem: que sola inuidia fuit sine vlla culpa patientis. Nā quodāmodo quis ꝯsolatur dum iuste patitur: ſʒ filius dei agnus innocens pro peccato nō suo moritur Isaie. liij. Uere languores nostros ipse tulit ⁊c. ¶ Septimo ꝓpter cuiuscūqꝫ remedij inopiam ⁊ egestatem. Consolatur eīn aliqualiter quis mortem patiens ex remedio alicuius cōsolantis. Christus autē nullum habuit ꝯsolatorē. psal. Elongasti a me amicum ⁊ ꝓximum ⁊c. vnde ⁊ ipsum patrem conquestus est humanitatē dereliquisse. ¶ Quarto quantum ad effectum fuit fructuosa. Cuius vtilitas est triplex scilicet peccatorum remissio: gratie collatio: ⁊ glorie exhibitio. Et hec tria notantur in titulo crucis Nam iesus peccatores saluans quo ad primum nazarenus florem gratie cōferens quo ad secundū: rex iudeorum regnum se ꝯfitentibus exhibens quo ad tertiū. ¶ Uel dicendum ꝙ fructus huius passionis est quadruplex. Primo namqꝫ fuit acceptissimus ad placādum deum. Unde anselmus in libro cur de⁹ homo. Nihil asperius ⁊ difficilius potest homo pati ad honorem dei sponte ⁊

non ꝙ

non ex debito q mortē. Et hoc est qd dicitur de christo ephes. v. Tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam deo etc. ¶ Scdo fuit cogruentissimus ad curandum morbum. Et hoc ex parte tpis: quia eodem mense die et hora qua peccauit adā: et christus eius pctm exoluit: vt dictum est. Et ex parte loci: quia locus passionis psideratur siue cōmunis: quia i terra pmissionis: siue specialis: quia in monte caluarie: siue singularis: quia i cruce. In loco aūt cōmuni primus homo formatus fuerat: quia in agro damasceno. In loco speciali sepultus: videlicet ibidem vbi passus est christus. In loco singulari deceptus: quia in ligno. Et ex parte modi: qui modus fuit et per similia et per ptraria. Per similia vt dicit Augustinus: quia homo hoies mortalis inortales: in morte mortuos liberauit. Per ptraria qm vt dicit gregorius. Primus homo peccauit p supbiam: quia voluit deo similari per sciencie sublimitatem: per inobedientiam: quia transgredi voluit mādatum per subtilitatem: per gulā: quia gustauit pomi suauitatem. Econtra dei filius: vt dicitur ad philip. ij. humiliauit semetipsum ptra primum factus obediens: cōtra scdm: vsq ad mortē ptra tertium. ¶ Tertio fuit efficacissimus ad attrahendum genus humanū. Bernardus. Super oia reddit te amabilem bone iesu calix quē bibisti opus redemptionis nostre. ¶ Quarto fuit prudentissimus ad expurgādum humani generis inimicū. Job. xxv. Prudētia eius percussit supbum etc. Nunqd capere poteris leuiathan hamo? Abscōdit eñ christus hamum diuinitatis in esca humanitatis. Et diabolus volens capere escam carnis: captus est ab hamo deitatis.

¶ De sancto Disma pfessore. Cap. cccxviij.



Dismas cōfessor fuit ille latro qui a dextris dnī crucifixus est: et credens in eum: et delictorum suorum penitens: nulla alia pena purgatus statim vt mortuus est euolauit. Sic eñ christus ei pmiserat dicēs. Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiso. Vidit eñ statim xpi diuinitatem: quā videre paradisus est: ppter qd sanctorum pfessorum numero sociatur. Omnis eñ qui cōfestim vt moritur euolat sanctus esse censetur. Nam hec est differētia inter sanctos et beatos Sancti nempe sunt qui nulla pena purgati spm̄ emittentes statim euolant. Beati vero qui post aliquorum purgationem ad celestia pscendunt. Hic aūt sanctus quis sanctorum pfessorum numero sociatur: non tamen vt martyr reputatur: quis in cruce passus fuerit. Nā vt dicit augustinus. Martyrem nō facit pena: sed causa. Dismas ergo et si per passionem crucis obierit: non tamen ipsam penam pro veritate vel iusticia pertulit sed ex ppria culpa. Ideoq mortem patiens et in xpm credens ac peccatorum suorum penitens: per mortem quidem illam reatum suum quoad purgatorij penam diluit: martyr tamē esse non meruit. ¶ Fuit autem latro hic egyptius natiōe: vt habetur in compilatione damasceni. Qui tempore quo xps in egyptum fugatus est: predo erat: et in quodam nemore habitaculum habens transeuntes cum socijs spoliabat. Cum autem ioseph cum maria et puero in egyptū fugientes illuc transitum facerent: occurrit eis dismas: vt eis substantiam auferret. Visa vero virginis mansuetudine et pueri speciositate: admiratus substitit: et quasi diuinitus inspiratus hoc verbum protulit. Non esse possibile puerum ab homine genitum tanta pulchritudine decoratum. Et si possibile esset: vt deus haberet filium elegantissimum illum infantem diceret ex aliquo numine generatum. Igitur et ppter pueri speciē: et matris aspectum placabilem: non solum ab eorum depredatione abstinuit: sed etiam eos illa nocte in domum propriam introduxit: et necessaria ministrauit. Habebat autem vxorem et filium tot vlceribus plenum vt leprosus videretur. Cum autem vxor disme puero iesu balneum preparasset: et virgo christum balneasset: latronis coniunx quasi diuino instinctu puerum suum in eadem aqua balneauit: sperans quodammodo ex quadam latente virtute quam in filio virginis esse cogitabat filium suum vlcerosum posse sanitatem suscipere: quod et factum est. Mox eñ vt puerum vlcerosum aqua illa tetigit: sine vlla macula confestim de balneo mundatus ascendit: quod videns dismas puerum iesum cum matre vt deos adorauit: et eosdē vsq ad ciuitatem cum securo comitatu associauit. Dicitur quoq q puer iesus in recessu suo latronem allocutus p humanitate sibi impensa eidem in regno patris sui premium se retributurum pmisit. ¶ Tempore igitur mortis christi dismas cum alio latrone nomine gestas p facinoribus suis a iudeis capti cum xpo mortti crucis adiudicantur. Et dismas qdem xpm ppter hoc aliter non cognoscens ad dextris eius gestas vero a sinistris confixus est. Et cum iesum ois populus blasphemaret: ipsi quoq ambo latrones q crucifixi erant cum eo improperabant ei: vt duo euangeliste testant. Cum autem sol ad meridiē tenderet: et latus xpi radio suo feriens vmbram eius versus dextram partem emitteret: girante sole mox vt vmbra corporis xpi super latronem a dextris existentem descendit: virtus diuinitatis eius in corde illius subintrauit. Vidensq qualiter xps p inimicis patrem obsecrauerat compunctus est: et continuo in xpm credens nō solum vt dicit lucas euangelista consocium de blasphemis increpauit: sed etiam iesu misericordiam implorauit. Cui dominus misericors: qui p peccatoribus pendebat ne dum peccata remisit: sed etiā ei morienti paradysum condonauit. Gestas vero q in sua obstinatione permansit: ad inferna descendit. In euangelio nicodemi legitur q cum xps sanctos patres de limbo extraxit eos ad terrestrem paradysum introduxit: vt vsq ad diem ascensionis eius ibidem manerent: et tunc secum ascendente ascēderēt. Quibus paradysum introgressis: occurrit vir portās humeris signum crucis. Et interrogatus ab eis quis esset: respondit: q latro ille erat: q cū xpo crucifixus fuerat et in ipm credēs eius iniam postulauerat. Cui dñs regnum celeste pmiserat: signū quoq crucis sibi tradiderat: mandās vt illud ad paradysum portaret: et angelo ipsius loci custodi ostēderet: ac sibi ex pte xpi crucifixi mādaret: vt ipm in eodē loco intromitteret. Quod postq latro fecit angelus ipm in paradysum introduxit. Hec in euāgelio nicodemi. festū aūt beati disme eodē die dominice passionis recolitur. s. viij. calen. aprilis.

¶ De scto hyreneo epo et mar. Cap. cccxix.

Hyreneus eps smyrnen. passus ē apd sirmiū tpe maximiani imperatoris: agēte pbo pside pānonie. Qui pmo tormētis acerrimis vexatus: deinde dieb plurib in carcere cruciatus. Nouissime p cōfessiōe nois xpi

vsq ad mortez grauissime cesus est. Corpusq eius in flumine sarni precipitatum. Ado tamen dicit q nouissime ab scisso capite consummatus est. Qui passus est octauo calen. aprilis.

¶ De sancta Dula virgine et martyre. Cap. cccxx.



Dula virgo et martyr nicomedie ciuitate passa. Hec fuit ancilla cuiusdam militis paganorum. Quã cũ ille cognoscere vellet ipaq omnino recusaret: dicẽs xpiana lege sibi ab eo non esse prohibitum cum ipam xpianã audiuisset: ab eodem dño suo p fide et castitate occisa est. vij. calen. aprilis. hec ado in martyrologio.

¶ De scto Castulo martyre. Cap. cccxxj.



Castulus martyr zetarius palatij imperatoris: sub dyocletiano rome passus est. Qui in superiori ipsius palatij et altissimo manes cũ esset occulte christian⁹. Caius papã: marcellianus et marcũ germanos effectus dyacones: atq tranquillinuz eorum patrem factũ pñbyterũ refouebat: et alios xpianos: qui de ipso suspitio nulla erat. Tandẽ deprehensus q christianos esset: et christianos prestertu officij refoueret a persecutoribus tentus: tertio appẽsus: tertio auditus in confessione dñi perseuerans inclusus est in foueam: et dimissa sup eũ massa harenaria cũ palma martyrij migrauit ad christum. vij. calen. aprilis.

¶ De sancto Quirino martyre. Cap. cccxxij.



Quirinus martyr rome passus est tpe claudij imperatoris. De quo legit in passiõe sanctorum marij et marthe audifax et abbacuch xiij. calen. febr. q cũ predicti sancti venissent romam ad orationem: martyres detẽtos in carceribus visitabãt venientes aũt in castrũ trans tyberim intra carcerẽ inuenerũt hoiem venerabilem noie qrinũ: q iã multa verbera p christi nomine ppessus fuerat et facultate nudat⁹. Cũ quo dieb⁹. vij. manserunt ministrãtes ei de facultatibus suis: et lauãtes pedes eius q in vinculis erant cõstricti. Inde abierũt ad martyres alios reqrendos: et post dies aliquot redeũtes beatũ qrinũ nõ inuenerũt. Sed a quodã pastore pñbytero audierunt: qualiter qrinus gladio in carcere interfectus fuerat: et in tyberim iactatus. Cuius corp⁹ reinãserat in insula lycaonie. Ad qd reqrẽdũ marius cũ filijs et pastore pñbytero p'exit noctu: et inuẽtũ corp⁹ sepelierunt in cymiterio pontiani in crypta. vij. calen. aprilis.


¶ De sanctis Montano presbytero et Maxima martyribus. Cap. cccxxiij.



Montanus presbyter et maxima virgo in oppido surmio passi sunt. Qui dũ christũ dominum viua voce confiterent ab infidelibus tenti et vinculis ferreis colligati: ambo in mare mersi sunt. vij. calen. aprilis vt hieronymus in martyrologio testatur.

¶ Explicit Liber tertius.

¶ Incipit Prologus quarti libri.



Quartus liber pñtis catalogi ptinet gesta et passiões illorũ sanctorũ quorũ festiuitates occurrũt infra tps in quo repñtat ecclesia solẽnẽ spõse a spõso factã traductionẽ: et ipi⁹ dotationẽ siue adornationẽ: qd tps fuit a resurrectione dñi vsq ad diẽ pẽthecostes. Et ipsum tẽpus ecclia dei put ad iram euenit repñtat. ¶ In quo qdẽ tpe pnuba christi figuratiue: pimo in die resurrectiõis dñi et p octauã de domo tyrãni dyaboli q pater eius factus fuerat nõ creãdo sed decipiẽdo p christũ resurgẽtẽ educit. Cuius p psalmistã dr. Obliuiscere ppim tuũ et domũ patris tui. ¶ Scdo ipsa eadẽ nupta ab octaua pascbe vsq ad ascẽsionẽ mysticẽ vestit et colit atq dotibus adornat. ¶ Ha in pma dñica post pascha glorificat in corpe vestit imortalitate. In cuius figura ipsa dñica vocat in albis: illoq cãdidis neophyti vestiunt: qd denotat dotes corpis imortalis. Et in euãgelio de glia dñi ei corpis ad discipulos clausis ianuis introgrediẽs memoria fit: qd est figura nostre future corporee glorificatiõis. ¶ In reliqs quattuor subsequẽtibus dñicis glificat in aia: cui⁹ dotes fm augustinũ sunt visio et dilectio. ¶ Ideo in scda et tertia dñica repñtat beatorũ visio in libro scti apocalypsis q tũc legit: vbi narrat de. xxiiij. senioribus et de angelis ac turba magna sanctorũ stãtibus ante thronũ diuinaq fruẽtib⁹ visione. ¶ In quarta et qnta dñica repñtat eorũdẽ dilectio in epiis canonicis: q tũc legunt in qbus de dilatiõe pcipue ptractat. ¶ Tertio ipsa eadẽ spõsa a die ascẽsionis vsq ad pẽthecosten subarrata et vt dicit est feliciter dotata in domũ spõsi christi solẽniter introducitur: et hoc in psona christi carne gliosi: et sanctorũ patrum glorificatorũ cũ illo ascẽdẽtiũ: vnde tunc cãtatur. Ascẽdẽs christus in altũ captiuã duxit captiuitatem et ascẽdit deus in iubilatione etc. Ad huius ergo tpis festa discutiẽda pcedendum est.

¶ Incipit liber quartus: a pascha resurrectionis domini vsq ad penthecosten.

¶ De resurrectione dñi nři iesu christi. Capitulum. j.



Resurrectio dñi nostri iesu christi tertio die a passione ipsius facta est: eo videlicet die ad litterã quo hic ponitur. s. vj. calẽ. aprilis. Circa quã resurrectionem iiij. cõsiderare debemus. s. factũ miraculosum. Tẽpus gratiosum. Modũ gloriosum: fine fructuosum: atq preciosum. Pmo cõsiderare debemus factũ miraculosum: nã omnẽ naturalẽ cursum excedit: q fm philosophũ. Quod semel corruptũ est fcdm suã formã specificã: impossibile ẽ idẽ numero reparari. Tñ alicbus rõnibus pbabilib⁹ potest pbari christum resurrexisse p naturam: et p figuram: et p scripturam. Pmo p naturã phenicis: nam phenix que est sola in mundo sue speciei: post q p annos. ccc. vixerit: vt dicunt naturales: mõte excelsũ ascẽdit: et de lignis pluribus aridis nidũ sibi facit. In quẽ intrãs alas aperit: et versus solẽ aerẽ pulsat pulsando ignẽ excitat: q cum regio illa q est ppe eqnoctialẽ sit calidissima ex solis inflammatione et aeris pcussione faciliter ignis accẽditur: sicq phenix in nido cõburitur: cuius corpus cõbustũ solis radius nutrit: et ex eo post dies aliquot nouã phenicẽ pducit. sic quodãmodo christus phenix est solus in mũdo sine semine humano cõceptus: q carnẽ antiquatã pter pcim

ade peccatum ad sublimia caluorie montis adduxit: et
ibi nidum sibi crucis elegit: que de quattuor lignis fuit
quam ascendens alas: id est brachia extendit: igneque cha
ritatis vltra modum accensus carnem passione vsque ad
spiritus emissionem combussit: sed eterni solis diui-
nitas ipsum corpus in sepulchro refouit: ac ex resurre-
ctione glorificatum in nouum hominem excitauit.
¶ Leo etiam dicitur nasci mortuus qui ad patris vocē
rugientis post triduum excitatur. Sic et christus qui est
ille leo de quo apoc. v. Ecce vicit leo de tribu iuda etc.
Post triduum mortis sue paterna voce ipsius excitante
suscitatur. ¶ Secundo per figuram. Nam vt habetur. iij.
regum. c. xvij. Helias filium sareptane vidue super eius
lectulum positum a mortuis suscitauit. Helias autem
qui interpretatur deus meus significat deum patrem:
qui filium suum in cruce mortuum in sepulchri lectulo
collocatum a mortuis excitauit. Hic est filius marie secundum
carnem que propter eius passionē viduata fuit: vel filius
synagoge: que ipsum mortuum semper existimans semper
in viduitate manet. ¶ Tertio per scripturam. j. corint.
xv. cap. Tradidi vobis in primis: quod et accepi: quod christus
mortuus est: et quia resurrexit tertia die secundum scripturas.
Et in symbolo patrum additur: quod resurrexit tertia die
secundum scripturas. Licet enim de ceteris articulis humanita
tis scripture loquantur: tamen in hoc additur secundum scri-
pturas: quia hic articulus est difficilior ad probandum et
magis dubius ad credendum: vt quia scripture credere
debemus: merito resurrectionem christus improbabilem
credamus. ¶ Secundo considerare debemus tempus gratio
sum. Et hic tria sūt videnda. s. quare christus die tertio
et non ante resurgere voluit: quare cū alijs in vltima re-
surrectione resurgere non expectauit: et qua hora resur-
rexit. Circa primum sciendum est quod non fuit conueniēs
vt ante diem tertium resurgeret triplici ratiōe. Primo
propter mortis sue probationem: sicut enim in tribus testi
bus stat omne verbum: ita in tribus diebus experitur
omne factum. Et vt mortuum se perfectissime compro-
baret vsque ad diem tertium iacere voluit in sepulchro.
Nam si ante resurrexisset: potuisset opponi: quod vere mor
tuus non fuisset: cū homo vsque ad. xxxvj. horas possit ex
aliqua angustia quasi mortuus detineri: vt phisici dicūt.
Ideoque. xl. horis mortuus stetit. Secundo propter sue potesta
tis ostensionem: quia si statim resurrexisset: non videre
tur habere potestatem ponendi animam suam et iterum
sumendi eam. Tertio propter nostre mortis significatio-
nem: vt per hoc ostendatur: quod lux sue mortis curauit no
stram duplicem mortem. et ideo vna die integra et duabus
noctibus iacuit in sepulchro. Nam vna dies significat
eius simplicem mortem: due noctes nostram duplicem
mortem. ¶ Circa secundum dicendum quod triplici rōne
non expectauit cum alijs resurgere in nouissimo die.
Primo propter corporis dignitatem: quia non erat decens
vt corpus deitati vnitum: cum ceteris puluaresceret. ps.
Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Secundo
propter fidei firmitatem. si enim non surrexisset: fides
perisset: nec aliquis ipsum verum deū credidisset. j. cor.
xv. Si christus non surrexit inanis est fides nostra. Ter
tio propter nostre resurrectionis exemplaritatem. Nam
si christus resurrexit et nos resurgemus: vt dicit aposto-
lus: quia eius resurrectio est causa exemplaris nostre:
vnde Gregorius. Habemus spem resurrectiōis nostre
considerata gloria capitis nostri. Circa tertium scien-
dum: quod de hora resurrectiōis doctores diuersa senserūt.
Hieronymus et quidam alij tenēt: quod surrexit in media
nocte: adducentes illud in figura iudicum. xvj. Dormi
uit sampson vsque ad noctem mediam. Sed si hec opinio
vera esset: christus solum. xxxiij. horis mortuus extitis-
set. Augustinus vero et quidam alij tenent quod summo dilu

culo surrexit: vt sic. xl. horis mortuus fuerit: et adducunt
pro autoritate illud ps. Exurge gloria mea exurgam di-
luculo. ¶ Tertio habemus considerare modum glorio-
sum. Circa quod sciendum quod christus resurrexit. Primo
potenter: quia propria virtute. ioannis. x. Potestatē ha-
beo ponendi animam meam et iterum sumendi eam.
Secundo feliciter: quia deposita omni miseria. Habuit
enim dotes. iiij. que corporibus nostris glorificandis in
fine debentur: que sunt opposita corpori nostro morta-
ro. Corpus enim nostrum nunc est passibile: obscurum:
grossum et ponderosum. Tunc autem erit impassibile: quia
mors vltra non erit neque luctus neque clamor: neque vllus
dolor. Et christus resurgens a mortuis iam nō moritur.
Roma. vj. Item erit luminosum: quia fulgebunt iusti si
cut sol in regno patris eorum. Et christus resurgens ha
buit in corpore eandem claritatem quam habuit trans-
figuratus in monte quando resplenduit facies eius sicut
sol. Item erit subtilissimum in cuius figura corpus chri
sti clausis ianuis ad discipulos intrauit: sicut solis ra-
dius ex subtilitate penetrat corpus perlucidum. Item
erit agillimum: quia assument pennas vt aquile volabunt
et non deficient isai. xl. ¶ Tertio surrexit mirabiliter: quia
clauso sepulchro exiit: sicut alias clauso vtero matris pro-
cessit: legitur quod anno domini mil. c. xi. cuidam monacho
sancti laurentij extra muros vrbis mirāti de cingulo suo
insolutor ante illum proiecto vox in aere facta est. Sic po
tuit christus clauso prodire sepulchro. ¶ Quarto surre-
xit vtiliter quia capta preda hiere. iiij. ascendit leo de cu-
bili suo: predo gentium se leuauit. ¶ Quinto socialiter
quia enim pluribus resurrexit. Nam multorum corpora
sanctorum surrexerunt cum eo etc. Habetur Mat. xxvij.
In quibus vt plurimi doctores opinantur perfecta resur
rectio completa est. Et hoc probatur. ¶ Primo quia ad
hoc cum domino surrexerunt vt fidem resurrectionis eius
per simile cōfirmarent. Et ideo apparuerunt multis. Hāc
aūt fidē confirmare non possent si iterum morituri fuis-
sent: et in ipsis perfecta resurrectio completa non esset.
Item probatur per auctoritatem petri de dauid quem
petrus die pentecostes in testem christi allegando pro
duxit dicens de eo. Et sepulchrum inquit eius apud nos
est actu. ij. Nō enim petrus ausus est dicere corpus dauid
ibidem esse. Et sepulchrum eo quod per spiritum sibi in
fusum iam ipsum nouerat perfecta resurrectione cum do
mino surrexisse. ¶ Item probatur per euidentiam. Nam
iacob in egypto moriens se ad hebrō in sepulchro patrum
sepeliendum mandauit. Joseph filios adiurauit: vt quā
do deus eos visitaret et de egypto educeret ossa eius ad pa-
ternum tumulum transportarent. Cura enim fuit istis san
ctis vt dicit comestor sepeliri in loco illo: vbi deo reuelan
te christum sepeliendum nouerant vt cum eodem resur-
gente communem resurrectionem accelerarent quod nō
esset si veram resurrectionem se non obtenturos presci-
uissent. ¶ Item probatur per textum euāgelicum: quia
dicitur quod sancti qui cum domino surrexerunt venerunt
in sanctam ciuitatem: et apparuerunt multis. Nam hoc
verbum apparere non competit nisi corpori glorificato:
quod propter eius dotes premissas in momento videtur et
subito non videtur. Nusquam enim dicitur de lazaro quod appa-
ruerit quia perfecta resurrectione non fuerat suscitatus: sed
iterum moriturus. ¶ Sexto surrexit veraciter: triplici-
ter autem se vere resurrexisse comprobauit. ¶ Primo per
angelicam attestationem. Angelus enim qui non men-
titur eiusdem resurrectionem nunciauit. Et non solum
vnus angelus tribus marijs: sed etiam duo angeli ma-
gdalene vt euangeliste testantur: quia in ore duorum vel
trium testium stat omne verbum. ¶ Secundo per om-
nium sensuum comprobationem. ¶ Probauit enim se ve-
re surrexisse per sensum visus: quia cicatrices ostendit et

per hoc se surrexisse vere demonstrauit in eodem corpore quo passus fuit. ¶ Per sensum auditus: qr aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas. ¶ Per sensum olfactus: qr insufflauit in eos r dixit. Accipe spiritumsanctuz rc. vbi dicit glo. interlinearis q xps habuit anhelitū refragrantem cuius odorem apostoli sentientes ipm vere surrexisse cognouerunt. Per sensum gustus: qr cum comedisset coram eis sumens reliquias dedit eis. Et in die ascensionis conuescens precepit eis a hierosolymis ne discederent. ¶ Per sensum tactus: qr thomas cicatrices tetigit: r in fixuras clauorum digituz r in aperturam lā cee manum misit. ¶ Tertio per frequentem apparitionem. Nam die ipso resurrectionis. v. vicibus apparuit: r alijs diebus sequentibus alijs. v. ¶ Primo enī apparuit marie magdalene. ioan. xx. r marci. vlti. ¶ Secūdo tribus marijs a monumento redeuntibus: dicēs eis. auete mat. vlt. ¶ Tertio apparuit symoni: sed vbi vel qñ nescitur. Dicit tamen damascenus q cum petrus a monumento redisset ad foueam suam redijt vt peccatū suuz defleret. Tuncq sibi dominus apparuit r se surrexisse declarauit ac peccatum suum sibi dimissum nunciauit: luce tamen capi. xxiiij. habetur q surrexit dominus vere et apparuit symoni. ¶ Quarto apparuit duobus discipulis euntibus in emaus luce vlti. ¶ Quinto. x. discipulis in cenaculo cōgregatis thoma absente ioānis. xx. He. v. apparitiones ipsa die resurrectionis facte sunt: r has representat sacerdos in missa quinquies se ad populum conuertens. ¶ Sexto apparuit. xj. discipulis octaua die congregatis r thoma presente qui tunc ipsum tetigit: et cicatrices palpauit ioan. xx. ¶ Septimo apparuit discipulis. vij. ad mare galilee piscantibus, ioan. vlti. ¶ Octauo apparuit. xj. discipulis in thabor monte galilee mat. vlti. ¶ Nono discipulis recumbētibus in cenaculo die ascensionis vbi eorum incredulitatem exprobrauit r cum eis comedit mat. vlti. r actu. j. ¶ Decimo r vltimo apparuit eisdem ipsa die in monte oliueti: vnde ab eis in celū ascendit actu. j. He. x. apparitiones ab euangelistis expsse ponuntur. ¶ Sunt r alie tres que in ipsa die resurrectionis facte dicuntur. ¶ Prima quando apparuit iacobo iusto de qua in eius passione dicetur calen. maij.

¶ Secunda quando apparuit ioseph ab arimathia de qua infra ppria legenda. ¶ Tertia ante omnes istas et alias qualscūq ipsa hora qua surrexit virgini gloriose apparuit: licet hoc euangeliste subticeant. Hoc enī nō solū ambrosius libro de virginibus testatur dicens: vidit maria mater domini resurrectionem eius r prima vidit r credidit: sed etiam ecclesia romana hoc approbare videtur: que ipsa die apud sanctam mariam maiorez celebrat stationem. ¶ Quarto habemus cōsiderare resurrectionis effectum fructuosum qui re vera quadruplex est. Est enī resurrectio christi operans iustificationes peccatorū: docens nouitatem morum: generans spem de receptione remunerandorum: r creans resurrectionem omniū mortuorum. De primo Rom. iiij. Traditus est ppter delicta nostra: r resurrexit ppter iustificationem nostram.

¶ De scdo roma. v. Quomodo xps surrexit a mortuis p gloriam patris: ita r nos in nouitate vite ambulemus.

¶ De tertio pma petri. j. ppter magnam miam suaz regenerauit nos in spem vitā p resurrectionē iesu xpi ex mortuis. ¶ De quarto pma cor. xv. xps resurrexit a mortuis primitie dormientium: qm̄ qdem p hominem mors r p hominem resurrectio mortuorum.

¶ De scto Joseph ab arimathia. Cap. ij.

Joseph ab arimathia siue ramatha ciuitate iudee nobilis decurio occultus xpi discipulus fuit: q corpus eius defuncti a pylato petijt: r cum aromatibus in sindone munda in suo ppno monumēto exciso de petra quod ipse sibi parauerat: sepeliuit. In quo nondum qsq positus fuerat: ne forte si xps resurgeret alter ibidē alias tumulatus crederet. Quapropter indignati iudei ipsuz ceperunt: r in quodam cubiculo clauso sigillato recluserunt: post sabbatum occidere cogitantes. Et ecce iesus die resurrectionis ad eū intrauit: r faciem eius a lachrymis extersit r osculū dedit: ac suspensa domo a quattuor angelis in aera: inde ipm saluis sigillis eduxit: r in arimathia in domo ppria collocauit. Hec in euangelio nicodemi. Cum autem ioseph post ascensionem domini a discipulis baptizatus fuisset: r xpm cum eis predicaret: a iudeis iterum captus: r in quodam muro inclusus est vt ibi in fame r tenebris interiret. Cum vero hierusalem a tito imperatore capta r destructa esset: videns ipsum murum titus eum aperiri fecit: r ioseph veneranda canicie: et aspectu glorioso introclusum inuenit: r quis esset aut cuius rei causa ibi inclusus fuisset: ab eo audiuit: addiditq q a die qua intromissus ibidem fuit vsq tunc celesti fuerat cibo refectus r diuino lumine confortatus. Qui post captam hierusalem cum discipulis omni tempore vite sue permansit: et in senectute bona in domino quieuit.

¶ De sancto Nicodemo discipulo. Cap. iij.

Nicodemus ex phariseis gamalielis doctoris honorabilis iudeorū nepos r auditor fuit. Hic videns signa que iesus in hierusalem fecerat circa festum pasche primo eius pdicationis anno in euz credidit: r ad eum visitandum nocte venit: auditisq sermonibus ipsius occulte r ipse iesu discipulus extitit. Qui etiam in concilio iudeorum de morte iesu tractantium cum pontificibus fuit: r ipm p posse defendit. Et cuz de iesu occidendo inter eos diffinitum fuisset: ipse amore magistri clandestine conspirationem iudeorum magdalene nunciauit: quatenus sibi pcaueret: r secederet a finibus iudeorū. Quod magdalena iesu secreto p epistolam reuelauit ex nomine nicodemi: cum ipse iā ad ciuitatē effrem iuxta desertum persecutionem fugiens declinasset. Hec damascenus ponit. Qui etiam vna cum ioseph ab arimathia sepulture christi obsequium impendit. Sed post ascensionez christi ab apostolis petro r ioāne baptisma suscepit: propter quod iudei contra ipsum stomachati vsq ad mortem eum ceciderunt. r plagis affectum semiuiuum reliquerunt omni substantia spoliantes. Gamaliel vero ipsum collectum in possessionem suam gap hargamala extra ciuitatē adduxit: r ibi ipm diebus pluribus refouit. Qui tandem in christo obdormiuit: r sepultus est a sancto gamaliele in eius sepulchro: vbi r corpus prothomartyris stephani iā pridem fuerat tumulatum.

¶ De sancta Maria iacobi. Cap. iiij.

Maria iacobi


Maria iacobi.s.minoris mater q ab alio euangelista dicit maria cleophe:subaudi filia fuit soror btē virginis vterina filia sancte anne ⁊ cleophe:cui ipsa nupserat mortuo ioachim primo viro dñe nostre parre:hec tradita est in ꝯiugem alpheo:ex quo quattuor filios ꝓcreauit scilz iacobum apostolū:qui dicit minor ad differētiā alteriꝰ maioris:non ꝙ iste minor fuerit etate sed posterior vocatione. Joseph iustuz qui dicit barsabas:qui cū mathia sortitus fuit:⁊ simonē ⁊ iudam apostolos. Hec cū maria matre iesu sorore sua ad crucē dñi stetit:⁊ cuz ea mortez iesu defleuit:atq cum magdalena ⁊ altera maria circa corpus dñicum ꝑungendū sollicita fuit. Jdeoq eisdez dñs apparuit:vt supra de resurrectione dictū est. Cuius corpus in ꝓuincia ꝓuincie requiescit in ciuitate.

De sancta Maria salome. Capitulum.v.


Maria salome subaudi fuit etiā soror dei genitricis vterina filia sctē anne ⁊ salome: cui anna post mortem duorum virorum.s. ioachim ⁊ cleophe fuit matrimonio copulata. Uel vt quidaz volunt hec maria binomia fuit.s.maria ⁊ salome. Alijs placet ꝙ salome nomē mulieris fuerit que passioni dñi cū maria eiꝰ matre interfuit:que tū nec maria vocata fuit nec soror virginis extitit:vñ ⁊ mattheus euang. duas solas marias.s.magdalenā ⁊ alterā mariā noiauit. Doctores tū cōiter tenent ꝙ fuerint tres marie. Cum quibus potuit esse ⁊ alia mulier salome de qua dicetur in eius festo quā ⁊ hieronymus in suo martylogio ponit. Hec aūt maria salome vxor fuit zebedei:ex quo genuit filios iacobum maiorem apostolū ⁊ ioannē euāgelistā. Et hec cum sororibus circa passionē xp̄i ⁊ sepulturam ⁊ corporis vnctionē laborauit:christumq sibi ⁊ duabꝰ alijs apparentē videre meruit:vt supra dictū est. Hec filium suuz ioannē euangelistā audiens rome detentū ad ipm visitandum accessit. Sed cū eum in exilium relegatū audisset:⁊ rediret in ciuitatem campanie que dicit verulana defuncta est:cuius corpus in specu sepultū diudū latuit sed reuelante filio suo iacobo ꝓcessu tpis inde leuatum est miro fragrans odore ⁊ miraculis fulgens:atq l ipsa ciuitate digno honore ꝯditum est. Hoꝝ ꝑdictoꝝ.iiij.sanctoꝝ.ideo hic acta ponunt:qr dies certos non hñtes oportune resurrectionis festo applicant:eo ꝙ sepulture ⁊ resurrectōis dñice ꝯsortes ꝑmaxime fuerūt atq ꝑcipes.

De sancto Joanne anachorita ꝯfessore. Cap.vj.


Joannes anachorita: vt ait sigibertus ⁊ i vitis patrū habet anno primo imꝑatoris theodosij senioris sanctitate ⁊ spū ꝓphetie in egypto claruit:habuitq cellā in eremo thebaidis in rupe ascensus grauissimi et pene inaccessibilis in qua inclusus lx.annis permāsit. Qui nunꝙ mulieri ⁊ vix rarissimis viris se loqui ꝑmittebat. Nullum tū ad se intrare vnꝙ voluit sed per fenestrā solūmodo loquebat. Hic theodosio imꝑatori per litteras de eugenio tyranno triumphū predixit:eidēq ꝑncipi suū obitū satis longe spū ꝓpheti co ꝑnunciauit. Cuidā etiā romanoꝝ duci de gente ethiopum que thebaidem ciuitatē inuaserat:certa die victoriam ꝓphetauit:⁊ vt ꝑdixerat per oīa euenit. Cū quidam tribunus eū rogaret vt ꝯiugem suā ad se videnduz ex deuotiōe venire permitteret oīno denegauit: ꝑmisit tū eidem ꝙ ipsa nocte illam visitaret. Dormientibusq ipsa nocte ambobus ꝯiugibus ꝑ visum apparuit:⁊ mulierem in dño cōfortauit. Que euigilans:⁊ que viderat viro referens vultum ⁊ gestus ac habitū viri sancti put erāt exposuit acsi ipm corporaliter vidisset. Preposito etiam cuidam militum qui ad se de longe venerat:⁊ vxorem pregnantē reliquerat:nūciauit coniugem masculū pepisse:⁊ vix periclitatā in partu tādē nutu dei euasisse: monensq vt domū rediret ⁊ filium.vij.dieꝝ natum inueniret:quē ioannē vocari mādauit. Qui regressus oīa vt sibi ꝑdixerat cōtigisse repꝑit:⁊ ioannē pueꝝ noiauit. Sex monachos cū vno dyacono ad se venientes:qs eoꝝ esset clericus interrogauit. Quibꝰ rñdentibꝰ neminē:dyaconuz alijs iuniorē ꝑ spm cognouit:⁊ qs esset ostēdit:⁊ de mendacio illos redarguēs bñ edificatos remisit. Occulta etiā cordium pluribus:⁊ peccata q commiserant reuelabat. Sicq multos ad penitentiam inducebat. Per triduum ante obitum suum neminem ad se ingredi ꝑmisit: vt sic deo liberius vacare posset. Et positis genibus in oratione spiritum emisit.vj.calen.aprilis.

De sctō Joanne obediente cōfessore. Cap.vij.


Joannes monachus ab adolescētia sua cuidā seniori tāta humilitate deseruiuit: vt ipsi quoq seni stuporē inferret. Hic q̄dā iussus ab eo vt saxum imane volueret qd turba hoīz magna vix voluere posset nūc applicata ceruice nūc pectore toto nitu voluere conabat. Adeo vt sudore mēbroꝝ totū infunderet vestimētū:ea videlicet fide ac obedientia q putabat senē nil posse sine rōne vel incassum ꝑcipere:mirabilis enī humilitatis ⁊ sollicite obediētie vir fuit. Jdeoq cognomē ex obediētia sortitꝰ ē. Abbas suus aliqñ vt eū ꝓbaret lignū aridū ꝓ foco paratū:iā ꝓpe putridū vetustate defixit in terrā: iussitq iuuenē aq quotidie bis rigare donec virescet: qd mādatū ille, vt impossibile sumēs aquā bis in die q̄si duobꝰ miliaribꝰ afferēs lignū irrigabat ita vt nulla occupatiōe vel necessitate aut festiuitate aut hyemis aspitate itermitteret aut retardaret ꝑceptū. Sicq anno integro cōtinuauit: donec abbate iubēte lignoq īpulso ruente irrigare cessauit. Alias etiā vt venientes ad se exēplo edificaret ꝑñtibꝰ qbusdā monachis iussit ioanni vt lenticulā olei q sola in heremo vel ibi vel aduenientiū vsibꝰ necessaria erat deorsum abijceret ꝑ fenestrā:qd ille nil ꝑcogitās de inepto ꝑcepto vel necessitate aut olei penuria moꝝ adimplere curauit. Hec cassianus ⁊ ex vitis patrum.

De sctō Gunterano rege ⁊ cōfessore. Cap.viij.


Gunteranus rex frācoꝝ tpe mauritij imꝑatoris miraculis ⁊ sctītate refulsit. Qui ita se spūalibꝰ actiōibꝰ mācipauit: vt relictis sctī pōpis thesauros suos eccl'ijs ⁊ paupibus erogaret. De hoc paulꝰ in hystoria lōgobardoꝝ refert ꝙ dū venatū iuisset in siluā hac illac cūctis discurrētibꝰ ipse in genibꝰ fidelissimi socij grauiter soporatꝰ obdormiuit. De cuiꝰ ore paruuz reptile egressum dū tenuē riuulū ibidē positū trāsire satageret:ille in cuius gremio rex q̄escebat spatā euaginatā sup riuulū posuit ꝑ quā aīal trāsiēs mōtis foramen intrauit. Atq post morulā egressus in os regis dormientis socio stupente rursus introiuit. Expgefactus rex dixit se vidisse in somnis ꝙ fluuiū ꝑ pōtem ferreum ꝑtransibat ⁊ speluncā mōtis ingrediens auri pondus maximum inuenerat. Retulit socius q ipso dormiente contigerant:⁊ effosso loco quem serpens intrauerat repti sunt infiniti thesauri ibidem diudum absconditi. De quo auro rex fecit ciborium maximum super sepulchrum dñi deferendum gemmis ornatum. Quod cum illuc deferri non posset positum est supra corpus sancti marcelli martyris in ciuitate cabiloneñ. passi ⁊ sepulti:cuius festum agitur ꝑdie non.septēbris. Quod vsq hodie ibi manet. Reliquū vero ipsius thesauri sanctus rex pauperibus dispēsauit: ⁊ in ciuitate cabiloñ. que tunc regni sedes erat in dño quieuit.v.cal.aprilis vbi ⁊ tumulatus miraculis claret.

De sctīs prisco marco ⁊ alexādro marty. Cap.ix.



Riscus malcus et alexāder martyres apud cesareā palestine passi sunt sub persecutiōe valeriani: qui diuino fidei calore succensi vltro iudicem adeuntes: cur tātum in sanguinem xp̄ianorum deseuiret obiurgant. Quos ille continuo pro christi nomine tentos bestijs tradidit deuorandos. v. calen. aprilis.

¶ De sanctis Armogaste Archiminio et Satyro martyribus. Cap. x.



Rmogastes archiminus et satyrus martyres apud aphricā tēpe vandalice persecutiōis sub gerserico rege arriano cū essent christianissimi et prauitatē arrianorum libertate catholica frequēter arguerēt martyrium passi sunt. ¶ Ex quibus archiminus ductus est ad decollādū: mādāte rege: vt si expauesceret gladiū decollaret: sin autē dimitteret. Sz quia cōstās stetit: et in nullo territus fuit: dimissus cōfessor redijt solo alio martyrium patiendo. ¶ Satyrus aūt cū esset procurator domus hunerici edictū cōtra eū proponit: vt si cōsentire nollet: rebus omnibus spoliaret: filij in seruitutem traderent: vxor quoque eius in coniugē camelario daret: datis inducijs vxor ad se ducendum virum. Que cum diebus plurimis ipsum blandicijs et lachrymis auertere nō valeret, q̄ cōtra eū decreta fuerant exequunt. ¶ Armogastes vero postq̄ diu tortus: et in eculeo vno pede suspēsus diudū tolerasset: ad cōfusionē suā a theodorico principe in bizagenā prouinciam prope carthaginē relegat: vt pastor esset vaccarum: vbi in confessione christi perseuerās migrauit ad dn̄m. Quem dū quidā felix christianus iuxta ilicē sepelire vellet: prout ei sanctus per visionem mandauerat: effossa humo sepulchrū repperit preciosum: in quo ipsum sepeliuit. Horum passio recolitur. iiij. calen. aprilis.

¶ De sancto Eustasio abbate. Capitulum. xj.



Ustasius abbas monasterij limatiensis. discipulus fuit sancti columbani abbatis. Hic sexcentorum pater ferme extitit monachorum et vitae sanctitate cōspicuus: etiam miraculis claruit: et in eodem cenobio. iiij. calendas aprilis feliciter obdormiuit.

¶ De sancto Secundo martyre. Capitulum. xij.



Ecūdus miles et martyr in ciuitate astensi. passus est tempore hadriani imperatoris sub prefecto sapritio. Qui a beato calocero qui ab eodem prefecto in ipsa vrbe in carcere detinebatur fidem christi edoctus est. Cum autem sanctus martianus in terdonensi. ciuitate teneretur in custodia Sapritius illuc proficisci voluit vt eum faceret immolare. Cum quo secundus quasi causa solatij profectus est: martianum videre desiderans. Et cum extra ciuitatem astensem equitarent: columba super caput secundi aduolans insedit: et cum ad flumen tanarum venissent vidit secundus angelum super aquam ambulantem et ipsum in fide confortantem. Sapritius vero voces deorum cum secundo loquentium esse putabat. Et cum peruenissent ad flumen burbiam: angelus similiter sibi apparuit: et ipsum vt in xp̄m crederet sine vlla hesitatione cōfortauit. Sed dum terdonam appropinquarent: martianus angelo duce de carcere exiuit: et secundo obuiauit: et vt ad palmam obtinendam pergeret inuitauit. Sapritius vero vocem audiens: et nullum adesse videns stupefactus se somniare putabat. ¶ Post hec secundus mediolanum iuit ad quem angelus faustinum et iouitam de carcere eduxit: a quibus nube quadam aquam prebēte baptismus suscepit. Et ecce columba de celo venit: et corpus domini deferens faustino et iouite dedit: qui secundum cōmunicauerunt: et residuum eucharistie eidem vt martiano deferret tribuerunt. Rediens autem secundus cū iā nox esset: et ad ripam padi venisset angelus frenum equi eius accipiens super aquam illum transuexit: et vsque ad terdonam perduxit: atque ad martianum in carcerem intromisit. Qui corpus domini ei obtulit: et ad domum suā angelico ductu rediuit. ¶ Postq̄ autem martianus a sapritio martyrizatus est: et secundus ipsum sepeliuit: vt supra dictum est in legenda martiani pridie nonas. martij Sapritius hoc audiens secundum teneri fecit christum confitentem in eculeo suspensum tādiu torqueri mandauit: donec eius brachia a suis compagibus soluerentur. Sed cum fuisset sanitati a domino restitutus in carcerē illum reclusit: vbi dum esset angelus domini sibi apparuit: et secundum clauso carcere eduxit: et vsque ad astensem ciuitatem deductum ad carcerē vbi erat calocerus intromisit: quibus saluator apparuit: et eos benedicens confortauit. Cum autem mane sapritius ad carcerem pro secundo misisset: et carcere clauso et signato ipsum minime repperisset: indignatus venit ad vrbem astensem. vt vel calocerum puniret: et cum in eodem carcere et secundū et calocerum inuenisset: calocerum quidem albiganum misit: et ibidem illum decollari mandauit: vt dictum est supra in passione caloceri. xiiij. calen. aprilis. Secundum vero aliquibus diebus in carcere detentū educi fecit: et in confessione vere fidei ipso immobiliter persistente picē cum resina liquari mādauit: et super caput eius infundi: ac in os ipsius iactari. Quod cū viriliter tolerasset: et iubilando deo psalleret: ipsum extra ciuitatē ductum decollari mandauit. Cuius corpus angeli mox tulerunt: et ipsum cum laudibus sepulture tradiderunt. iiij. calen. aprilis.

¶ De sancto Mamertino abbate. Cap. xiij.



Amertinus abbas prius paganus cum idola quadam vice coleret: vnum oculum perdidit et vnius manus ariditatem incurrit. Qui dum deos se offendisse putaret: et ad templum ad idola colenda pergeret: obuiauit cuidam christiano nomine sauino. Qui cum ab eo causam sue infirmitatis didicisset: eidem christum predicare cepit: et ne demones quos deos putabat amplius coleret admonuit: consulens vt ad sanctum Germanū antisiodorensem episcopum pergeret cuius consilio fretus sanitatem reciperet. ¶ Mamertinus ergo iter arripiens venit ad sepulchrum sancti amatoris episcopi et plurium sanctorum. Et propter pluuiam nocte super tumbam sancti concordij se collocauit. Cumque obdormisset apparuit ei visio mirabilis. Videbat enim virum ad cellam eius venientem et sanctum concordium vocantem vt veniret ad festum quod sancti peregrinus amator cum alijs episcopis faciebant. Cui de tumulo sanctus respōdebat quod [illegible]

venir

venire non poterat: quia hospitem suum custodiebat: ne a serpentibus ibidē exñtib⁹ occideret. Tunc ille recedēs: post interuallum redibat ꝛ iterū concordium aduocabat Sanctus ꝯo de tumulo surgens mamertinum ꝑ manū apprehensum ducebat. Quē sanctus amator quis esset interrogabat. Et concordius hospitē suum eē rñdebat. Cūq3 amator ipm tanꝗ pollutum expelleret ꝛ ille coram eo ꝓstratus gra3 impetraret: iubet vt ad sctm̄ germanū pergat: ꝛ quicqd ille sibi iusserit adimpleat. Euigilans igit̄ ad sctm̄ germanū venit: ꝛ sibi visa narrans veniam cu3 baptismate postulauit: perrexerunt ergo ad tumulū sancti concordij ꝛ remoto lapide plures inuenerunt serpentes qui decem pedum longitudinē excedebāt. Quos germanus ad talem locum abire iussit vbi nemini nocere possent. Sicq3 mamertinus baptizat⁹ est ꝛ ꝓfectim sanatus. Factusq3 est monachus ꝛ deinde abbas monasterij sancti germani: vbi sanctus alodius abbas fuit. Quadam vice monachi eius vise laqueum tetenderunt qui ouibus insidiabat: que nocte irruēs capta detinebat. Q̄ꝺ abbas presciens de lecto surrexit: ꝛ vise cōpatiens ipsam exoluit: ꝛ ne amplius ad oues redire ꝓsumeret imperauit. Bestiaq3 deinde patris mandata adimplere curauit. Latrones quidā cū eū expoliassent solū ei palliolum dimiserunt: qui nūmū in palliolo ligatu3 inueniēs latrones reuocat: vt etiā denariū illu3 sibi forte necessarium accipiant. Qui reuersi pallium cū denario abstulerūt: ꝛ nudū penit⁹ dimiserūt. Festinantesq3 ad suas latebras fugere tota nocte vagantes mane diuinit⁹ ad cellam eius inuenti sunt. Quos ille benigne suscipiens ad penitentiā adduxit: ꝛ sibi ab eis ablata recepit. Cū autē ad monasterium de fontaneto venisset ad instantiā fratrum die dñico palmar̄ missam eis solēniter celebrauit Et eodē sero egrotare incipiens die parasceue spm̄ xp̄o emisit. videl3. iij. calen. aprilis. Cuius corpus dū antisiodorum sepeliendum portaret venientes ad quādā villam nullo modo illud inde mouere potuerūt donec quidam carceratus fractis vinculis liber exiliit ꝛ ad corp⁹ veniens illud cum alijs vsq3 ad vrbem deportauit: vbi in ecclesia sancti germani sepultus est.

De sancto Quirino martyre. Cap. xiiij.

Quirinus tribun⁹ martyr passus est rome ꝑsecutione traiani sub aureliano comite viri vsq3 militie. Qui tribunus cū btm̄ hermete3 vrbis ꝓfectum in domo in custodia detineret btm̄ quoq3 alexandrū papā alibi ī artissimo carcere vinculis mācipatū haberet: ꝛ cū quirino diudu3 de fide nostra colloquium habuisset. Alexander nocturno silentio a quodā puero qui faculā ferebat ardentem e carcere ꝑ fenestrā educit: ꝛ ad domū quirini deductus in custodiā hermetis intromittit. Q̄ꝺ quirinus cernēs credere cepit: ꝛ alexandro ꝓmisit vt si filiā eius balbinā habentem in collo strumā liberare posset: ipse vna secū fidē xp̄i susciperet. Alexander ꝯo filie sue sanitatē spopondit eiq3 mandauit vt puellam ad se in carcerem suū deferret Abeunteq3 quirino alexander ad carcerem suū a puero reductus est clausis ianuis custodie vtriusq3 tā alexandri videl3 ꝙ hermetis. Cum autē quirinus filiam suam alexandro ad carcerem suum adduxisset ꝛ obseratis ianuis ipm ibide3 reperisset magis obstupuit. Cuius boiā exoluens filie sue imposuit moxq3 puella sanitatem recepit: sicq3 quirinus ꝛ filia eius balbina cum oībus qui in custodia eius tenebant fidē susceperunt ab alexādro papa baptizati vt in eius narrabit passiōe. v. non. maij. Q̄ꝺ audiens aurelianus qui locum imperatoris absitis in vrbe tenebat quirinum detineri mandauit. Cui xp̄m confitenti linguam fecit abscidi ꝛ in eculeo leuari. Qui cum nihilominus loquens in iniurias ꝓrumperet iudicis precisis sibi manibus ac pedibus decollari eundem mandauit: ꝛ corpus canibus iactari: q̄ꝺ tñ occulte xp̄iani rapientes via appia sepelierunt. iij. calen. aprilis.

De sancto Regulo ep̄o. Cap. xv.

Regulus ep̄s natione grecus ioannis euāgeliste apud ephesum discipulus fuit. Quo in pathmos insulam relegato athenas veniens dionysio adhesit cum quo romam perrexit: ꝛ vna secum ꝛ cum sanctis rustico ꝛ eleutherio a beato papa clemente ad gallias ꝓdicationis gratia destinatur: qui primu3 arelatum deuenit: vbi a sancto dionysio xp̄i nomine inuocato ydolum martis destruitur: ꝛ multis conuersis templum illud in honorem apostolorum petri ꝛ pauli consecratur: missis ergo socijs suis ad diuersas vrbes ipse dionysius sancto regulo arelaten. ciuitati ordinato ep̄o parisius accessit: vbi cum rustico ꝛ eleutherio martyrij palmam suscepit. Eodem autem die quo passi sunt dū missam regulus in arelato celebraret ꝛ nomina istorum martyrum inaduertenter in canone cu3 alijs sanctis recitasset miratus quid diceret vidit in altari. iij. columbas ipsorum martyrum nomina conscripta in rostris habētes. Qua visione cognoscens sanctos per martyrium migrasse commisso populo cuidam felici ep̄o parisius accessit: et a xp̄iana matrona olim dionysij discipula catulla nomine hospitio susceptus: martyres xp̄i eadem die qua visionem viderat passos fuisse comperuit: ꝛ sup eorum corpa basilicam edificauit. Inde siluanectensem ciuitatem ire disponens in villa latiria ydolum mercurij baculo comminuens: populum conuertit: ꝛ basilicam dei genitricis ibidem construxit. Post hec in ciuitate siluanectensiu3 a filio calicie consanguinee catulle ꝓdicte a demone obsesso immundum spm̄ in specie vespertilionis eiecit: q̄ cum asinum sancti intrare vellet: asinus miraculose pede crucem in terra signauit: ꝛ demō euanuit. In introitu etia3 ipsius vrbis hostia carceris leui baculi ictu feriens reserauit ꝛ xp̄ianos detentos absoluit. Quem dum ꝓfectus q̄reret puniendum: a sancto dionysio ꝛ socijs noctu in somnis morte sibi cōminata terretur: ꝛ ne regulo noceat admonetur. Qui cum mane ꝓ eo mitteret: vt doctrinam salutis susciperet: audiens ꝙ regulo ingrediente templum omnia ydola corruissent: ꝛ ꝙ et hoc ipm pontifex occidere vellet ep̄m q̄dem ab eorum furore defendit: ꝛ fide percepta templum illud in honore beate virginis dedicandu3 obtinuit: omnemq3 populu3 baptizari fecit. Post hec cum die quadam sanctus in villa rulliaco ꝓdicaret: multitudinis ranarū garrulitate ꝓpedit⁹ ranis illius vni excepte ꝑpetuum silentium imposuit: q̄ꝺ vsq3 in ꝓsenti in ipso loco miraculose ꝑmansit. Quieuit in pace anno. lx. etatis sue. iij. cal. aplis: sepultus in vrbe arelaten. in eccl̄ia apostolorum quam ibidem consecrauit.

De sancto Amos ꝓpheta. Cap. xvj.



Amos ꝓpheta non fuit pater esaye. vt plures putant. Nā esayas nobili genere nobili parēte exortus est: hic aūt pastor rusticus fuit aliq̄sq3 istis ꝙ

ille apud hebreos scribit: vt hieronymus tradit q̃ lsaru͛ differētia apud latinos nō habet. Fuit aūt cognatio huius ex oppido thecua: qḋ sex milib⁹ a bethleē distat curā q̇ gerēs pecoꝝ in latitudine cāpoꝝ q̃ ꝓximi sunt oppido thecue: l q̇b⁹ humi arido atq̇ harenoso nihil oīno frugū gignit: sꝫ vberrimis pascuis abūdāt: ⁊ iō cūcta sunt pastoribus plena: ⁊ sterilitas terre cōpēsat pecoꝝ multitudine. Ex numero isto pastoꝝ fuit amos imperit⁹ sermōe sed plenus scia. Prophetauit aūt ijsdē tpib⁹ q̇b⁹ ioel: naū: ionas osee: isaias: sed aliquātulū exorsus ē ꝓphetare añ esayam videlꝫ tpibus hieroboā filij ioas regis isrl' ⁊ amasie regis iuda. Missusq̇ est vt cōtra gētes illas q̃ ei⁹ lectiōe cōprehendunt irā dei vēturā denūciaret: ⁊ maxime cōtra .x. tribus isrl' vt euersionē dom⁹ hieroboā ⁊ calamitatē ppl'i ꝑdiceret. Qḋ cū significasset amasias sacerdos bethel hieroboam regi ex mādato ipius ꝓhibuit amos ne vltra in regno .x. tribuū ꝓphetaret. Cū aūt amos cessare nollet: dicēs se nō esse ꝓphetā ſꝫ pastorē missuꝫ a dño frequēter illū amasias plagis affluit. Tādē fili⁹ ei⁹ ozias frequenter eū increpās vecte ꝑ tpa trāsfixit: ⁊ semiuiu⁹ in terrā suam deductus post dies aliquot dolore vulneris expirauit ꝓ. die cal' aplis. Sepultusq̇ ē cū ꝑrib⁹ suis. Hec hieronym⁹ ⁊ ioseph⁹ hic ꝓpheta ex nūero .xij. ꝓphetaꝝ ē q̃ in sctōꝝ patrum catalogo eccle .xlix. c. conscribuntur.

De sancto Amos abbate. Capitulum .xvij.

Amoa abbas in deserto scythi pr̃ fuit q̃si. M. ii. cccc. monachoꝝ cenobij qḋ dicebat tebarmēse: q̃ erāt ingētis abstinētie. vini habētes vsui indui collobijs q̃si saccis lineis ⁊ pelle cōfecta a collo post tergum ⁊ lat⁹ descēdēte ꝯtegi: cucullis etiā caput opiri maxime cū ad sumēdū cibū veniebat: eisq̇ faciē velare: ne ali⁹ aliū ꝑius escā sumētem dephēderet: hñtes summū silentiū: ita vt nec putaret esse in illo loco q̇sq̃ hoīs vbi sedebatur ad mēsas. Et oīs eoꝝ cōgregatio sic erat posita l multitudine acsi eoꝝ q̇sq̇ fuisset in solitudine dū ita lateret vniuscuiusq̇ abstinētia: vt ab alio cognosci nō posset. Sedebāt ad mēsas cōtinētes magis q̃ cibos sumētes vt nec defuisse mēsis nec vētri satisfecisse viderent q̇ maior v'tus est his abstinere q̃ l oculis habent ⁊ manib⁹. ¶ Post gubernatā vero ⁊ regulatā cōgregationē ad desertū nitrie accessit: vbi dū esset: rogauit duos ad se veniētes: vt sibi dolium a ciuitate deferrēt necessariū ad aquā colligēdā. Illiq̇ ꝓmiserūt. Recedentes aūt alter eoꝝ penituit: et deferre recusauit: eo q̇ ꝑ deuexa ⁊ ꝑrupta inōtiū nollet camelū lōgo itinere ⁊ ꝑiculo exponere. Alter v'o nō habens camelū cū deuotiōe portauit asino qḋ ita leuiter asinus tulit: acsi nullo pōdere onerat⁹ incedēs. Qui dū ad cellam deuenit amos illū gratāter excepit. eiq̇ camelū comitis sui mortuū esse nūciauit: eo q̇ ꝑmissum attendere noluit. Illeq̇ reuersus ita euenisse cōperuit. Quieuit in dño vir dei ꝓ. die calen. aprilis. hec in vitis patrum.

De sancto Amonio abbate. Cap. .xviij.

Amonius abbas in deserto interiori nitrie plenus charitate habitauit cū duob⁹: q̃ sibi carne ⁊ spū fratres erāt. Quoꝝ alter eusebius alter eutim⁹ vocabat: tertiū quoq̇ germanū dioscoꝝ nole habuit: q̃ epūs fuit: hic aūt fratres suos ꝑdictos ⁊ alios monachos acsi nutrix filios cōfouebat: q̇ ⁊ monasterium muro vallatū ꝯstruxerat: in quo ⁊ puteū foderat oībusq̇ necessarijs instruxerat. Et dū q̇dā frater saluari volēs ad eum venisset q̇rēs cellulā vacātē in q̃ habitare posset: īposuit ei vt se in suo cenobio expectaret: donec ad reḋrēdū accederet. Abiensq̇ ꝓcul ab eo loco sibi cellulā paruissimā fecit in qua habitare cepit: ⁊ fratri q̃ aduenerat monasteriū cum oībus q̃ in eo fuerāt reliq̇t. Sed si plures fuissent q̃ ad eum venissent saluari cupientes: vir sanctus omnib⁹ fratribus cōgregatis ⁊ cū alacritate eū iuuantibus locellum vna die cōstruebat. Et dū aduene q̃ venerāt ad ecclesiam vel ad refectionem inuitati essent vnusq̇sq̇ de fratribus amonij de suis cellulis necessaria ꝓferebāt: ⁊ nouas cellulas cōstruebāt: ita vt nihil vtensilium q̃ reḋruntur deesset: nec tñ cuiusq̃ collatio nota foret. Regressi ergo hi q̇bus cellule fuerāt ꝑparate: eas introgressi oīa inueniebant q̃ ad vsum necessaria erant. Et hec ipa amoni⁹ sepius summa charitate iterauit. Hec in vitis patrum.

De sancta Balbina virgine. Cap. .xix.

Balbina v'go fuit filia q̇rini tribuni martyris de quo supra dictū c. aij. cal' apl'is. Que vt ibidem dictum habet cū essꝫ strumosa a sancto alexādro papa liberata est. Nā cū pater eius boiā de collo alexādri tulisset et ꝑgeret vt filie collo impꝯneret ꝓut sibi sanctus papa mandauerat apparuit puer faculā deferens ⁊ puelle assistens: q̃ eam in amorē xp̄i ⁊ virginitatis perseuerantiā cōfortauit eiq̇ sponsum celestem ꝓmisit. Mox autem vt boia circa collū virginis cingit: puella a struma liberat: ⁊ ab alexādro papa baptizat. Que in virginitatis ꝓposito vsq̇ ad vite finem ꝑmāsit. Et cū ex deuotiōe boiā alexādri pape oscularet admonita ab ipso catenā bti petri apl'i reḋsiuit ⁊ obtinuit: ⁊ moriens sancte theodore sorori hermet' prefecti martyris cōmendauit. Sepultaq̇ est via apia in cymiterio pretextati iuxta patrem suū ꝓ. die calen. aprilis.

De scā Theodora virgine ⁊ martyre. Cap. .xx.

Theodora virgo ⁊ martyr sub aureliano imꝑatore rome passa est hec fuit soror hermet' martyris ⁊ prefecti vrbis q̃ a sctō alexādro papa in fide docta ⁊ baptizata est. Cū aūt beatus hermes ab aureliano passus fuisset: ⁊ ipsum soror theodora sepelisset ab eodem imꝑatore ⁊ ipsa diuduꝫ in vinculis detenta: tādem capitis obtruncatiōe passa martyrium sepulta est iuxta fratrem suum in via salaria nō longe ab vrbe roma calen. aprilis.

De sancto Valerico abbate. Capitulum .xxi.

Valericus abbas aluernis natus cū patris oues adhuc puer pasceret scholas puerorum frequentans: occulte litteras didicit. Deinde relicto sclō secut⁹ est auunculum abbatem monasterij autuniēsi: vbi satis renitente patre monachus effect⁹ est. Et post alicuius tpis lapsum artiori vite ⁊ ꝓfessiōi se tradens a sancto macario abbate in monasterio antisiodoreñ. ciuitatis receptus est: vbi diudum manens adhuc ad ꝑfectiora tendens quendā nobilē nomine bobinum cōuertit: ⁊ cum ipso monacho facto luxouium ijt. Ibiq̇ ambo discipuli facti sunt columbani abbat'. ¶ Post hec valericus de sui abbat' licentia cū alio fratre ad predicādum gentibus accessit. Et veniens neustriam remotum solitudinis locum a rege clotario impetrauit: vbi cum eodem cōsocio in vite sanctitate permāsit: ⁊ multis virtutum signis effulsit. Nā in vico ambianensium in gualunago reum quendā diudum patibulo appensum deposuit ⁊ suscitauit. ¶ Matrona quedā per puerum suum panes ⁊ duos vini flascones viro dei misit: sed puer partem panum ⁊ vinum ex flasconibus in via abscondit: ⁊ reliquum vtriusq̇ ad sanctum portauit: quem ille monuit ne de vino aut pane in via dimissis gustaret eo q̇ serpens esset in flascone ⁊ venenum in pane. Confusus puer rediit: ⁊ serpentem in flascone videns extimuit: ⁊ penitentiam egit. ¶ Cum tempore hyemis ad domum presbyteri cum socijs ad ignem ꝓ se calefaciendo declinasset: ⁊ presbyter cum quodam iudice ciuitatis ad focum sedentes inania ⁊ lasciua verba ꝓferrent: ab eo admoniti vt silerent cum adhuc in deteriora ꝓrumpent inde discessit. Et

sit: Et statim presbyter excecatus est. et iudicis virilia marcuerunt. Obiit in christo calen. aprilis. Sepultus ambianis in monasterio leucasi.

De sancto Hugone episcopo ordinis cartusiensis. Cap.xxij.

Hugo episcopus gratiopolitanus fundator fuit ordinis cartusiensis. Cuius mater cum ipsum gestare in vtero vidit in somnis se parere filium: qui a beato petro apostolo et alijs multis sanctis in celum ferebatur. Et precognoscens eum aliquid magni futurum natum puerum et educatum tradidit litteris imbuendum. Qui satis iuuenis monachus effectus cartusiensium ordinem inchoauit. Cum enim esset in solitudine cartusie vidit per somnium .vij. stellas sibi ducatum ad habitaculum vsque prestantes. Mane autem facto ecce .vij. viri quorum vnus fuit magister bruno. iiij. alij litterati. et .ij. laici ad eum venerunt vitam solitariam exquirentes. Quos sanctus .vij. stellas visas esse intelligens: eisdem visa narrauit: et cum eis in ipso loco monasterium et ordinem inchoauit. Deinde disponente deo factus est abbas calesiensis. Deinde episcopus nuncupatus siue gratiopolitanus. Factus autem episcopus quietem mentis desiderans absolutionem ab episcopatu per nuncium deinde per seipsum ab honorio secundo et innocentio secundo romanis pontificibus obtinere nequiuit: eo quod ipsum perutilem ecclesie cognoscebant: multasque persecutiones a petro leonis ecclesie dei aduersario pro libertate ecclesie passus est. eo quod innocentio pape cui ille inimicabatur constanter iste faueret. Obiit in pace anno gratie .M.cxxxij. etatis sue anno .lxxx. in senectute bona calen. aprilis.

De sancto Hugone abbate bonevallis. Capitulum .xxiij.

Hugo abbas bonevallis ordinis cisterciensis. floruit tempore federici primi. Qui dum iuuenis ordinem esset ingressus: et de redeundo ad seculum grauiter tentaretur: oratione in ecclesia facta beata virgo sibi presentem apparuit: eiusque natiuitatem: conuersationem passionem: resurrectionem: et ascensionem christi ostendit. Ex qua visione confortatus in nimia sanctitate perseuerauit: quem sanctus bernardus abbatem bonevallis constituit. Sub hoc nouitius quidam in suo principio tentatus de redeundo ad seculum confessus abbati: et ab eo confortatus perstitit. Et per biennium ante eius obitum grauem infirmitatem incurrit: sed a beato iob ei apparente confortatus die sequenti expirauit. Ac postmodum abbati apparuit gratias ei agens quod eius hortatu in ordine permansit: se in gloria esse dixit. Alij quoque duo nouitij de recessu tentabantur: quorum vnus qui miles quersus fuerat: in somnis vidit se cadentem in puteum tante profunditatis quod tres dies transibant donec ad profundum perueniret. Quod cum abbati retulisset: exposuisset hunc esse abyssi puteum in quem casurus erat: si ab ordine discederet. Ille vero nihilominus abijt et post triduum ab hostibus occisus fuit. Alius vero qui clericus erat: ab eo monitus permansit: eo quod sibi abbas vitam eternam promisit. Cui pridie quam moreretur: domina nostra apparuit: et in crastinum ei gloriam a suo abbate promissam obtinendam incunctanter asseruit: qui die sequenti expirauit. Cum sepius dyabolum in choro inter fratres vidisset: dixit aliquem ex fratribus graui peccato detineri: nec talis visio restitit: donec vnus ex fratribus peccatum quod commiserat confessus fuit. Joannis eius ministri fratri vnius paralatici egrotantium dicens horam transitus predixit: et vt predixerat sic euenit. Famulus cellarii infirmatus peccatum graue vnius fratrum confessus ab eo monitus est vt abbati illud confiteretur: quod ille se facturum promisit si abbatem tunc absentem antequam obiret reuerti contingeret. Sed antequam abbas venisset expirauit. Postea vero frater ille abbati in dormitorio apparuit: eique peccatum vt promiserat confessus fuit addens ex hoc magnas luere penas: quem abbas absoluit. Ac postea confessorem suum interrogans de eodem peccato et promissione sibi facta certificatus extitit. Pro cuius anima dum oraret: vidit eum postmodum cum magna luce de sua liberatione sibi gratias referentem. Post multa vero sanctitatis eius insignia sanctus abbas hugo in monasterio bonevallis humanitatis debitum soluit: ibidem sepultus.

De sancta maria egyptiaca. Capitulum .xxiiij.



Maria egyptiaca que peccatrix appellabatur in egypto nata parentes annorum .xij. deserens alexandriam fugit: ibique .xvij. annis publice se libidini subiecit et nulli hominum se petenti denegauit quinimmo multos ad luxuriam obscenis actibus inseruiens prouocauit. Cum autem homines regionis illius ad adorandam sanctam crucem hierosolymam ascenderent: quibusdam iuuenibus sociata cum eis nauem ascendit. et hierosolymam nauigauit: et nauigando omnibus indifferenter se exposuit et plurimos secum concumbere fecit. Cum vero naute ab ea naulum requirerent: corpus suum eis pro naulo prestitit. Et cum hierusalem aduenisset et pro adoranda cruce vsque ad fores ecclesie cum alijs accessisset: subito invisibiliter repulsam patiebatur: et intrare nullatenus permittebatur. Ceteris quoque cunctis intrantibus ipsa tertio ad limen perueniens repulsa est. Ad se igitur reuersa et hoc propter eius enormia flagitia euenire cognoscens: pectus tundere cepit et lachrymabiliter a cordis intimo peccata sua defleuit. Et coram ymagine dei genitricis prostrata orare cepit: vt peccatorum sibi veniam impetraret: et sanctam crucem adorare permitteret promittens se seculo abrenunciaturam: et de cetero caste mansuram. Receptaque aliqua fiducia sine repulsa ecclesiam intrauit: et crucem domini cum ceteris adorauit. Cui quidam pro elemosyna tres nummos tribuit: de quibus tres panes emit Audiuitque vocem sibi dicentem: quod si iordanem transiret: salua esset. Jordanem ergo transiuit et in desertum accessit et .xlvij. annis ibidem manens: nec hominem: nec quodcumque animal vidit. Tres autem panes quos secum tulerat: ad instar lapidis indurauerunt. et .xvij. annis ei ad cibum suffecerunt. vestimentis autem eius putrefactis nuda remansit: estu pariterque gelu cute ethiopis instar denigrata: capilli vero cani effecti cutis nigredinem operiebant. Annis autem .xvij. diuersis tentationibus molestata: ipsas tandem dei gratia omnes deuicit: et deinceps annis .xxx. celesti lumine super eam diebus singulis radiante sine cibo permansit. Eodem tempore abbas zozimas in cenobio sanctorum monachorum iuxta iordanem morabatur: qui diuina inspiratione commotus: eremum illam ingressus est: vt aliquem seruum dei ibidem latitantem inueniret. Qui cum iter .xx. dierum perambulasset: vidit quandam nudo nigroque corpore perambulantem incendio solis exustam: canis comisque respersam: que videns eum fugam arripuit: et abbas post eam cur-

rere cepit. Tunc eum ex nomine vocans: cur se persequeretur interrogat: et quia nuda erat pallium suum sibi tradi petijt: vt sic operta eum alloqui possit. Qui se nominari audiens stupefactus: pallium ei piecit: et in terra prostratus vt se benediceret exorauit: illa vero ad eum benedictionem spectare dicebat: eo quod p̄sbyter erat. Cum autem nomen et officium suum audisset: magis extimuit et instanter ab ea benedictionem obtinuit. Cumqꝫ ipsa extensis manibus oraret: vidit ipsam mensura vnius cubiti a terra in aere eleuatam. Et cogitare cepit: ne forte spiritus esset: qui se orare sic fingeret. Cui mox sancta ei⁹ cogitationem aperuit: et q꜡ vere esset mulier et non spiritus affirmauit. Et adiurante sene cum eo sedit: et omnem vite sue ordinem vt p̄missum est enarrauit: rogans senem vt ad monasterium redeat: et post annum die dominice cene ad iordanem veniat: et corpus domini secum ferat promittens q꜡ tunc ad ipsum locum veniet: et de manu illius sacramenta dominica sumet. ¶ Rediens igitur abbas ad monasterium reuoluto anno die cene domini tulit corp⁹ dominicum: et vsqꝫ ad iordanem perueniens ex alia parte fluminis mulierem stantem aspexit: et cogitans quomodo ad eum sine nauicula pertransiret: subito vidit eam signo crucis edito super aquas ad se venientē. Cumqꝫ stupens ad pedes eius se p̄sternere vellet: illa p̄hibuit eo q꜡ domini corpus ferret et sacerdotij dignitate p̄emineret. Sumptoqꝫ sacramento abbatem rogauit vt sequenti ad se anno ad heremum redire vellet. Et super aquas iterū iordanis ambulans rediyt: et solitudinem petijt. Zosimas vero ad suum monasterium regressus dolere cepit q꜡ eam de nomine suo interrogare non meminit. Sequenti vero anno ad locum vbi eam prius viderat venit: et ibidem eam defunctam reppérit. Qui lachrymans eamqꝫ tangere nō audens timens ne forte sibi displiceret: ad caput eius litteras in terra descriptas legit ita continentes. Sepeli zosima marie corpusculum: redde terre puluerem suum et ora p̄ me ad deum: cuius p̄cepto die secundo aprilis reliqui hoc seculum. Tunc ille p̄ certo cognouit et mox vt sacramentum domini accepit: et ad desertum rediyt vitam finiuit: et q꜡ spatium itineris dierum .xxx. illa vna hora perambulauit. Cumqꝫ terram quo foderet non haberet: leoni ad se venienti mansuetissime iussit effodere terram. Qui iussa humiliter adimpleuit: et ad desertum vt agnus accessit. Senex quoqꝫ corpore humato ad monasterium suum glorificans deum venit. Quieuit in domino sancta dei maria peccatrix .iiij. non. aprilis.

¶ De sancta Theodosia virgine et martyre. Cap. xxv.

Theodosia v̄go t̄pe diocletiani apud cesareā palestine passa est anno etatis sue .xviij. Que nobili eiusdem ciuitatis exorta p̄sapia elegantis pulchritudinis existens dum ad sanctos martyres in carceribus detentos confugisset vt eorum se orationibus commendaret: facta est ei vox de celo q꜡ eā xp̄s oleo athlete p̄ungeret ad passiōes tolerandas. Hec a p̄side vrbano comp̄hēsa: dū xp̄m cōfiteret nudata ad stipitē p̄ capillos suspēdit: sed nube superueniente p̄tegit. Deinde ferro onusta incarceraf: sed diuinitus a xp̄o dn̄o liberaf. Post hec ligato ad collū ei⁹ ingēti saxo in mare p̄cipitaf: sed ab angelis soluta ad litus reducit. Subsequēter leopardis exponit a q̄b⁹ oīno intacta custoditur. Nouissime vero capite cesa est visaqꝫ est ab astātib⁹ columba auro splendidior de ore eius exire et celum ascendere. Cuius corpus a fidelibus in eadem ciuitate conditum est .iiij. non. aprilis.

¶ De sancto Nicetio epo. Cap. xxvi.

NIcetius ep̄s lugdunensis fuit. Cui⁹ vita v̄tutib⁹ nō mediocriter effulsit: et p̄ciosa mors nihilominus miraculis cōmēdat. Qui et in xp̄o quieuit .iiij. non. ap̄lis in ipsa vrbe tumulatus. Hec in martyrologio adonis.

¶ De sctis agape et chionia virginibus et martyribus. Cap. xxvij.

AGapes: chionia et hyrenes virgines passe sūt in vrbe t̄pe diocletiani sub comite sisinnio. He fuerūt sorores et ancille sctē anastasie: vt in eius passione dictū ē sup̄a .viij. cal. ianuarij. Que cū xp̄iane essent et p̄fecti mandatis obedire nollēt: in cubiculo eas reclusit vbi coqne vtēsilia seruabanf. Et cū in earum amorē exardesceret: eo q꜡ pulcherrime essent: ad eas nocte intrauit vt suā libidinē exerceret. Sed in amentiā versus putās se tractare virgines: carbones patellas caldaria et sīlia amplexās osculabatur: et ex hoc satiatus et deformis ad modū exiens a seruis putaf in demoniū versus: et verberibus afficif. Cūqꝫ imp̄atorē adijsset vt de hoc cōquererel suspicātib⁹ cūctis q꜡ in furiā versus esset: virgis p̄cutif facie cōspuif luto et puluere in ip̄s p̄iectis deterius fedaf. Et q꜡ oculi eis tenebanf ne se talē vt erat aspiceret: mirabaf cur sic oēs eū vituperose tractarent: videbaturqꝫ sibi q꜡ ipse et oēs alij albis induti essent. Cū aūt sic se deformē ab aliq̄s didicisset: putās q꜡ puelle magicis sic eū artib⁹ ludificassent. Iussit eas corā se expoliari vt saltē nudas aspiceret: vestib⁹ aūt earum corp̄ib⁹ adherētib⁹: nullaten⁹ spoliari potuerūt. Ipse vero adeo dormitauit q꜡ a pulsantib⁹ excitari neq̄bat. Hec audiēs diocletianus virgines tradidit sisinnio comiti puniēdas. Qui p̄mo hyrenē auditā vti magis iuuēculā carcerauit. Agapē vero et chioniā ignib⁹ īmisit. Staticqꝫ v̄gines orātes sp̄m emiserūt. Corp̄a illarum et vestimēta ac capilli oīno intacta ab igne māserūt. Quorum corp̄a anastasia earum secundum seculum domina sepeliuit .iij. non. aprilis.

¶ De sancto Euagrio p̄sbytero. Cap. xxviij.

EUagrius p̄sbyter duorum macariorum discipulus fuit. Hic a gregorio nazāzeno diacon⁹ ordinat⁹: et cū eo in egyptū descēdēs: viros monasticos inspiciēs relicto sclo vitā illorū ē imitat⁹. Qui dū ad sacerdotiū esset: et pulcherrim⁹ corp̄e in vrbe resideret a senatore p̄pter vxoris zelotypiā nouit sibi mortē parari: eo q꜡ eidē familiarissim⁹ esset. Sꝫ diuina monitus visiōe heremū petēs duorum macariorum successiue discipul⁹ factus est. De hoc heraclides rettulit q꜡ .xiij. annis in abstinentia vixit: panis et olei modicū sumēs. Qui dū de carnis concupiscētia tētaref: tota nocte in puteo stabat t̄pe hyemali: vt carnes gelu ꝯstringerent. Aliq̄n etiā sp̄ū blasphemie tact⁹ .xl. dieb⁹ sine tecto p̄māsit. A demonib⁹ etiā pluries v̄berat⁹ ē. ¶ Die q̄dā tres maligni sp̄ūs in specie clericorū eidē astiterūt ꝯtra fidē catholicā disputātes: quorū vnus se arrianū: scd̄s eunomianū: terti⁹ apollinariū se dixit quos oēs ipse dei sapiētia sup̄auit. ¶ Cū eccl̄ie claues deȷ̇ssent: ipse hostij p̄te illā quā claues introibāt signauit statiqꝫ fores ap̄uit. Cuidā etiam discipulo oīa q̄ sibi p̄ annos .xviij. euenerūt: an̄ illō t̄ps sibi futura p̄dixit. Per annos .xvi. neqꝫ carnes: neqꝫ coctū: neqꝫ pomū: neqꝫ q̄cq̄ viride comedit. nec balneo vsus fuit. Et cū anno .xvi. p̄p̄f stomachi passionē sibi necessitas esset coctū comedendi panē nō tetigit: sꝫ olera vel lēticulā biēnio degustauit. Artes quoqꝫ et fallacias demonū et spirituū differētias subtiliter nouit. Appropinquās neci: sꝫ tātū p̄ duos annos antea se a carnali impugnatione liberatū fuisse dixit. Etateqꝫ longeuus sub imperatore valente e seculo migrauit. iij. nonas aprilis. Huius discipulus palladius fuit.

¶ Hic sanct⁹ diuina et humana litteratura clar⁹ aduersus octo p̄ncipaliū vitiorum suggestiones: quas aut primus

mus advertit: aut inter primos didicit octo ex sacrarum litterarum testimoniis libros opposuit. Ita ut unaqueque suggestio contra se habeat testimonium: quem librum ex greco in latinum vertisse se tradit gennadius. Scripsit et anachoretis simpliciter viventibus librum centum sententiarum per capitula digestum. Eruditis vero et studiosis quinquaginta quem etiam de greco idem gennadius transtulit in latinum. Superiorem vero iam diudum translatum coperit. Scripsit et cenobitis sinai montis doctrinam vite comis. Virgini deo sacrate libellum edidit religioni sue convenientem ac sexui. Paucas etiam sententiolas obscuras valde et solis monachorum cordibus cognoscibiles ostendit. Quas et gennadius ex grecis latinas fecit. Scripsit alios duos libros valde utiles. Quorum unus de actuali vita monachis intitulatur. Alter vero cognitionalis. hec gennadius de viris illustribus.

De sancto Euagrio episcopo. Cap. xxix.

Euagrius presbyter alexandrinus et postmodum antiochenus episcopus vir acris et ferventis ingenij et discipulus athanasij alexandrini episcopi fuit a quo et presbyter ordinatus est. Hic vitam beati antonij ab eodem athanasio in greco scriptam in latinum convertit sermonem. Dum adhuc presbyter esset diversorum tractatus hebreorum misit hieronymo ut ipse libro de viris illustribus tradit. Qui etiam sanctitate insignis antiochie quiescit.

De sancto Isidoro episcopo et confessore. Cap. xxx.

Isidorus episcopus hispalensis que civitas est hispanie ex eisdem hispanus oriundus tempore heraclij imperatoris sanctitate claruit et doctrina, ut ait sigibertus. Qui multa volumina ecclesie dei utilia condidit. videlicet soliloquiorum libros duos Sententiarum libros quattuor. Synonimorum libros viginti. Ethymologiarum libros viginti de officijs libros duos. Contra iudeos ad sororem florentianam libros duos De significatione novi et veteris testamenti ad orosium libros duos. Allegoriarum in quinque libros moysi libros quinque. In iosue unum. In librum iudicum unum. In libros regum librum unum. De corpore et sanguine domini librum unum: et plura alia. De origine officiorum libros duos. Item librum differentiarum. Item de vita et obitu sanctorum qui dominum pretulerunt. Item de natura rerum. Item librum artium. Item librum de summo bono. Item extat et liber decretorum apostolicorum romanorum pontificum canonumque conciliorum: que per successiones temporum diversis locis per orbem a catholicis episcopis celebrata sunt: que omnia grandi et insigni volumine compingit. Ex quo constat byuonis prepositi beluacensis et gratiani decreta ut plurimum fuisse decerpta: ut dicit vincentius. Quievit hyspali vita et doctrina preful-gidus pridie nonas aprilis: ibique iacet humatus.

De sancto Ambrosio confessore. Cap. xxxi.

Ambrosius dyaconus martionis primum labe infectus postmodum ab origene correptus christiane fidei confessor euasit. Et in eruditione verbi dei studium ferventes adhibuit: atque confessionis dominice gloria insignis fuit huius solerti studio et flagranti industria ut precum et obsecrationum coactus origenes infinita ferme dictavit volumina Notarios nempe scriptores et scriptores puellas scribendi peritis apprime eruditas exhibuit: et sumptum necessaria affatim ministrauit. Ipsum etiam elegantis ingenij fuisse: epistole ipsius ad origenem date indices sunt. Obijt ante mortem origenis: ut dicit hieronymus libro de illustribus: et de hoc eusebius. vj. ecclesiastice hystorie mentionem facit. Quievit autem in domino pridie nonas aprilis.

Jacobus apostolus qui dicit minor seu iacobus frater domini cognomento iustus: fuit filius alphei et marie sororis matris domini: sicq̧ consobrinus christi fuit: propter quod more iudeorum ꝛ frater domini appellabat. Minor autē dicit ad distinctionem alterius iacobi apostoli filij zebedei: qui maior vocatur: non q hic minor illo fuisset etate: sed posterior vocatione. De hoc autem dicetur plenius in historia natiuitatis virginis marie .vj. idus septembris. Justus āt cognominatus est propter meritum excellētissime sanctitatis. Nam vt de eo dicit hieronymus tante reuerentie fuit in populo: vt fimbriam vestimenti eius certatim contingere cuperent. Et vt dicit egesippus: hic ex vtero matris sue sanctus fuit: vinum ꝛ siceram non bibit: carnes nunq̄ manducauit: ferrum in capite eius non ascēdit: oleo nunq̄ vnctꝰ: nec balneo vsus fuit: sindone idest veste linea semper indutus. Totiens in oratione genua flexerat: vt callos in genibus more cameloruꝫ videretur habere. Hic solus ex apostolis propter sanctitatem suā permittebatur intrare in sancta sanctorum: non quideꝫ causa immolationis sed orationis. ❡ Intantū autem ꝛ facie ꝛ liniamentis corporis simillimus christo fuisse perhibetur: q plerīq̧ in amboruꝫ specie fallerent: vnde vt dicit hieronymus cum iudei ad capiendum christuꝫ pergerēt: ne forte iacobum in personam christi caperēt: a iuda qui eos optime discernebat signum osculi acceperunt. Et nihilominus fugientibus apostolis: quidā ex ministris qui propter turbam christo approximare non poterant: iacobum iustum vice iesu tenuerunt. Qui relicta sindone qua vtebatur: vt dictum est nudus profugit ab eis. ❡ Hic etiam vt idem hieronymus testat cōtra iouinianum perpetue virginitatis extitit. Et vt ideꝫ tradit i parasceue mortuo domino iacobus votum vouit se non comesturum donec videret dominum a mortuis surrexisse. In ipsa autem die resurrectionis cum vsq̧ tūc non gustasset: dominus eidem apparuit: et astantibus mensam apponere iussit. Deinde panē accipiens benedixit ꝛ fregit ꝛ iacobo dedit hortans eū vt comederet: eo q filius hominis a mortuis surrexisset. Huic etiam propter sue sanctitatis excellentiam apostoli intantū detulerunt: vt primus inter eos missam hierosolymis post ascensionem domini celebrasset quā petrus postmoduꝫ primus celebrauit antiochie ꝛ marcus alexādrie. Post ascensionem ergo domini discipulis ad predicanduꝫ ad diuersas partes adeuntibus. Jacobꝰ frater domini hierosolymorum episcopus ordinatꝰ est: qui ecclesiā ipsam annis .xxx. gubernauit. Et cum primum concilium ab apostolis in hierusalem celebratum esset propter obseruationem legalium. Jacobus vti ecclesie ipsius episcopus concilij diffinitor ꝛ iudex fuit. vt habetur act. xv.

❡ Anno igitur .vij. episcopatus sui cum apostoli ad diē pasche hierosolymis conuenissent: et interrogante eos iacobo quanta per eos dominus coram populo fecisset: ipsiq̧ omnia seriosius explicassent: ꝛ iacobus cum apostolis in templo coram caipha et aliquibus iudeis predicasset: iamq̧ prope esset vt baptizari vellent: quidam iudeus templū ingressus sacerdotes redarguit q se ab illis magis decipi permitterent. Intantūq̧ populū concitauit vt apostolos lapidare vellent. Ascenditq̧ homo ille super gradum vbi iacobus predicabat: ꝛ ipsum precipitauit deorsum. Qui fracto crure ex die illo plurimū claudicauit. Hoc autem passus est anno .vij. post domini ascensionem. Sed nec sic vsq̧ ad annum .xxx. episcopatus sui a predicatione cessauit. ❡ Quo tempore videntes iudei q paulum occidere nō potuissent eo q cesarem appellasset. vt dicit act. xxv. psecutionē in iacobū conuerterunt. Conueneruntq̧ ad eum obsecrantes: vt

populum

populum reuocaret qui errabat in iesu putantes ꝙ eēt christus: de quo ipse testimonium quid sibi videretur coram populo die pasche proferret: cui tanꝗ̃ iustissimo oēs acquiescerent. Statuentes igit̃ eū die pasche supra pinnam templi: illum rogabant pontifices tanꝗ̃ virorꝫ iustissimū: vt enunciarent oībus quid sibi de iesu videret̃. At ille cum ingenti voce pronunciauit: ꝙ in celis sedit ad dexterā summe virtutis: venturus iudicare viuos ⁊ mortuos. Quo christiani audiētes gaudebāt. Pontifices vero iudeorꝫ ꝯfusi stabant. Et clamare ceperūt ꝙ etiā iustus errasset. Consilio quoqꝫ inter se inito de eius nece super pinnam ascenderunt: ⁊ ipm̄ precipitauerūt. Qui deiect⁹ non solum mori non potuit: sed sup genua procumbens pro persecutoribus suis orauit. Cūqꝫ eum orantē desup lapidibus perurgerent: vnus ex sacerdotib⁹ de filijs rechab ceteros increpabat: ꝙ iustum pro eis orantem lapidarent. At vnus ex illis perticam fullonis arripuit: ⁊ valido ictu caput eius impetens ipm̄ excerebrauit: talīqꝫ martyrio migrauit ad dn̄m. Sepultus ibidem iuxta templū cal. maij. In cuius sanguinis vltionē vt dicit iosephus subsecutū est excidiuꝫ hierl̄m ⁊ dispersio iudeorꝫ. Quo licet re vera fuerit principaliter propter mortē dn̄i. Ad hoc tn̄ addere potuit interfectio iacobi iusti. ¶ Hic vt ait hieronymus libro de viris illustribus vnā tm̄ scripsit epistolā que de .vij. canonicis est: que tamen ab alio quodam ei⁹ noīe edita a nonnullis traditur: licet paulatim procedente tempore obtinuerit autoritatem.

¶ De sancto Hieremia propheta. Cap̄.cix.

Hieremias propheta et sacerdos ex trib⁹ sacerdotali ortus vico anathoth qui tribus milibus a hierl̄m distat patre elchan sermone quidem apō hebreos rusticior prophetauit: que simplicitas eloquij de loco ei in quo nat⁹ est accidit. Cuius prophetia per tempora quattuor regnū extēditur. s. iosie ⁊ ioachim primi: et ioachim scd̄i: et sedechie regum iuda. prophetauit aūt in regno iuda iam .x. tribubus in assyrios translatis. Hic ex vtero matris sanctificatus extitit: ⁊ etate puerili prophetare cepit. Anno videlicet .xiij. Iosie regis iude: ⁊ prophetauit vsqꝫ ad euersionem vrbis hierl̄m .xlj. annis preter illud tp̄s quo i egypto prophetauit in tanis. Et cum puer esset tetigit dn̄s os eius cepitqꝫ prophetare ⁊ predicare: mane ꝯsurgens ⁊ frequenter stans in porta domus dn̄i in atrijs tēpli. Et ostēdit ei dn̄s signa euersiōis hierl̄m quā p̄dicabat. Primo signo significauit autorem euersionis deum sub figura furis cū virga vigilanti eo ꝙ iam vigilabat ad percutiendum ppl̄m. Scd̄o ostendit ei quo ministro ad hoc vteretur per ollam succensam a facie aquilonis .i. a chaldeis qui iuxta situm hierl̄m venerunt ab aquilone. In tertia vero de lumbare putrefacto ostēdit ei cāꝫ euersionis nec fuit hec visio imaginaria sed corporalis. Quia enim filij hierl̄m recesserūt a dn̄o fornicando post deos alienos cōparant̃ lumbari putrefacto: vt sicut lūbare adheret lūbis viri sic primo adherebant dn̄o. ¶ Anno aūt quarto ioachim primi regis iuda cū hieremias propheta destructionem vrbis hierl̄m ⁊ templi in proximo fiendam publice denunciaret a principibus ppl̄i cesus missus est in carcerem: ne publice p̄dicaret. Qui vocato baruch filio nerie scriptore suo scribi fecit i volumine que prophetabat ⁊ misit ppl̄o ⁊ regi per manus baruch. Que cū baruch in templo legisset ppl̄s penitens ieiuniū p̄dicauit. Rex aūt cum hec audisset volumen cōbussit. Hieremiam quoqꝫ iam de carcere a ppl̄o dimissum: ⁊ baruch apprehendere voluit: sed deus eos ad tp̄s abscondit. ¶ Post hec nabuchodonosor rex babylonis ascendēs hierosolymaꝫ cepit ioachim: ⁊ partem vasorꝫ templi asportauit: ipsumqꝫ in babylonem ducebat. In itinere vero remisit eū acceptis obsidibus: daniele cum tribus pueris ⁊ alijs nobilib⁹ iudeorꝫ: ⁊ imposito ei tributo qui soluit ei tributum annis tribus. Postmodum vero audiens ꝙ rex egypti ꝯtra nabuchodonosor bellum assumeret: tributū denegauit: vn̄ ⁊ rex babylonis veniens hierl̄m: intrauit eam sub iure federis: sꝫ fide mox rupta iuuenes fortissimos cū ioachi rege occidit ⁊ ioachim iechoniā ioachim filiū patri equiuocum regē ꝯstituit. Postea aūt timēs ne ioachim memor paterne iniurie adherendo egyptijs ꝯtra se pugnaret: rediens iterꝫ hierl̄m obsedit. Sed de ꝯsilio hieremie ioachim se cum matre ⁊ omni familia nabuchodonosor tradidit: qui capta ciuitate ioachim ⁊ principes ⁊ multos de ppl̄o transmigrauit in babylonē cum ezechiele ⁊ mardocheo. Hec aūt traductio filiorꝫ iuda in babylonē dicitur transmigratio: sed alia que facta est post euersionem hierl̄m dicit̃ captiuitas. Constituit aūt nabuchodonosor regem patruum ioachim sedechiam sub iureiurādo: ꝙ ei seruiret sub tributo. Qui duobus annis promissa cōpleuit. Cum aūt pseudo prophete deciperēt sedechiam dicentes in proximo babylonios ab egyptijs esse vincēdos. Sedechias rex iude ꝯtra iuramentū suū regi chaldeorꝫ denegauit tributū. Qua de re nabuchodonosor veniens in iudeam obsedit hierl̄m. Interim vero falsi prophete nūciabant regi prospera sed falsa hieremias vero his ꝯtraria sed vera. Qui egrediens hierl̄m vt veniret ad vicū suum anathoth tanꝗ̃ fugeret ad hostes captus est ⁊ incarceratus: nabuchodonosor vero ⁊ nabuzardan hierl̄m .xviij. mensibus obsederūt. Tūc sedechias territus hieremiā de carcere tulit: ⁊ prophetie veritatē secreto inquirens audiuit. Hieremias aūt precognoscens templū dn̄i euertendum diuino oraculo admonitus: tulit arcā testamenti cum his que in ipsa erant: ⁊ i montē abariā quē moyses ascenderat: vt terram promissionis videret deportauit: ⁊ pedibus suis eam absorberi fecit in petra: digito vero nomē dei designans impressit: acsi ferro sculptū esset. Et extūc nec locum quis cognoscere pōt: nec nomē legere vsqꝫ in presens. Sepeqꝫ nubes vt ignis fit super locum illum nocturno tp̄e: eo ꝙ gloria dn̄i ab eius lege non desinat. Dixitqꝫ hieremias presentibus. Dn̄s de syon recessit ad celos rursus in virtute venturus. Eritqꝫ signum p̄sentie eius quando vniuerse gentes adorauerint lignū. ¶ Deinde cum hieremias captiuitatem publice predicaret. Sedechias rex principibus cum petentibus tradidit. Qui cū eum in lacum deposuissent: vbi erat in luto vsqꝫ ad guttur: extraxit eū inde abdemelech ethiops vir eunuchus pietate cōmotus. Tamen in carcere detentus est vsqꝫ ad diem quo capta est hierusalem. Quā nabuchodonosor .xviij. mensibus obsessam tandem cepit fugientemqꝫ regem sedechiam comprehendit: filios eius occidit: ⁊ oculos ei eruit: ac vinctum cum principib⁹ in babylonē adduxit. Nabusardam vero princeps militie regis qui remanserat: templum ⁊ vrbem succendit: murum euertit: ⁊ captiuos multos: ⁊ vasa templi in babylonem transtulit. Godoliam vero pauperibus in terra relictis prefecit ⁊ hieremiam nolentem secum abire: sicut a rege in mandatis acceperat dimisit. Sed postꝗ̃ godolias a quodam ismaele de semine regio interfectus est timentes sibi reliquie iudeorum contra consilium hieremie in egyptū descenderunt ⁊ hieremiam ⁊ baruch secum ⁊ inuitos duxerunt. et habitauerunt in magdalo tanis ⁊ memphi: atqꝫ faturés. Cunqꝫ essent ibi hieremias regibus egypti signum dedit: ⁊ eorum idola subuerti oporteret: cum virgo pareret: vnde sacerdotes eorum in secreto templi loco imaginem virginis ꝙ pueri statuentes adorabant. Dum vero post tempora ptolemeus eos interrogasset: cur hoc agerent: dixerunt paterne traditionis esse mysterium: quod a sancto propheta maiores eorum acceperant: et ita futurum esse credebant. ¶ Et cum heremias ibidē ppl̄m de idolatria redargueret: insur-

rerit pplo iudeoꝝ ɔtra eum: ꝛ lapidauerunt eũ. Porro egypty eum honorauerunt: sepelientes iuxta tumulum regum suoꝝ: memores beneficioꝝ que ꝑstiterat egyptys. Oratione em̃ sua fugauerat aspides ꝛ bestias aquarum quas greci crocodilos vocant: quibus prius egyptus infestabat. Cuius corpus alexander macedo trãstulit alexandriã: ꝛ sepeliuit gloriose. Extunc quoqꝫ a terra illa ꝓhibiti sunt crocodili ꝛ aspides memorati. ¶ Nõ solum aũt hieremias eius ꝓphetiã suo libro cõscripsit: sed etiã propter mortẽ iosue regis iude elego metro trenorũ lamentatiões cõposuit: quibus in exequijs funeralibꝰ vtebant cantores ꝛ cantatrices. Occubuit aũt sanctus ꝓpheta calen. maij. Et hic non solũ ecclesiastica. xlix. i sanctoꝝ patrũ catalogo scribit: sꝫ etiã in plerisqꝫ diuine scripture locis ꝛ a multi doctoribꝰ vt sanctissimus memorat. Hec iosephus: hieronymus: comestor ꝛ guilelmus.

¶ De sancto Baruch propheta. Cap. cx.



Baruch ꝓpheta ꝛ scriptor hieremie fuit: ac ei in carcere minister ꝛ in exilio socius vsqꝫ ad diẽ mortis ipsius eũ non deseruit. Multaqꝫ ex ore ipsius ɔscripsit: ipse quoqꝫ spm̃ ꝓpheticum habuit ꝛ multa ac magna mysteria d' incarnatione dñi ꝓphetauit. Qui ꝛ cũ magistro suo a pplo in egyptum deductus post eius interfectionem in pace dormiuit. Sed qꝛ dies certus eius obitus nõ habet suo recte ꝑceptori ꝛ magistro subijcit. Sanctitatem vero huius ꝓphete non solũ doctoris eius hieremie vita sanctissima quã bonum discipulũ imitatũ fuisse credendũ est: sed etiã eidem a spiritusancto tradita indicat ꝓphetia: ꝓphetauit aũt baruch in babylonia tpe captiuitatis iude: ꝛ verba ꝓphetie legit in auribus iechonie siue ioachim regis iuda ꝛ ceteri ppl'i trãsmigrati vt ex textu ipsius libri liquido patet: ꝓpter qđ arguẽdũ est baruch cum ceteris captiuis in babylonẽ adductũ. Et inde forsitan obtenta a rege grã redeundi: eo qꝫ hieremie fuisset consocius ꝛ discipulus taliter ad iudeam reuersum: vt cum hieremia postmodum vt dictum est descenderit in egyptum. Hec notantur supra.

¶ De sancto Andeolo martyre. Cap. cxi.

Andeolus subdiaconus ꝛ martyr a sctõ policarpo epõ ex oriente cũ benigno ꝛ andochio ꝑsbyteris: ꝛ thyrso diacono ad gallias ꝑdicandas missus est. Quẽ seuerus cesar eius ꝑdicatiõe comperta i territorio iuuariẽsi cõprehẽsũ ꝛ spinosis fustibꝰ flagellatũ: xp̃m ɔfitentem in carcerẽ trudi fecit. Dieqꝫ sequẽti facto de ligno durissimo ense ad formam gladij caput eius in modũ crucis scindi ꝑcepit. Et sic eliso cerebro martyriũ ɔsũmauit calen. maij: vt dicit ado.

¶ De sctõ Sigismũdo rege ꝛ martyre. Cap. cxij.

Sigismundus rex ꝛ martyr filius gencbaudi regis burgundie ꝛ eiꝰ post mortẽ i regno successor fuit tpe anastasij imperatoris vt ait sigibertus. Qui a pueritia christianissimꝰ ecclesias ꝛ monasteria sctõꝝ limina visitabat. Ieiunijs quoqꝫ ꝛ orationibus intentus assidue pauperibus vberes elemosynas impendebat. Assumpto vero regno cultum xp̃i ampliare curabat eo qꝫ adhuc burgundiẽsi. gentilitati seruiebant. Dumqꝫ loca martyꝝ ꝑlustraret venit ad ciuitatẽ sedunẽsẽ. ad locũ agaunẽsẽ. vbi beatus mauritius cũ sancta legione thebeoꝝ passi sunt. Ibiqꝫ diuinitus inspiratus orabat ad dñm vt de ɔsortio martyrum effici mereret. Angelus vero eidem tunc apparuit eũqꝫ docuit: vt sicut audiret militie celestis alternatim psallentiũ choros: sic in eccl'ia psalmos decantari instrueret. Sanctus ergo extensis auribus choros angelicos canentes audiuit: ꝛ angelica mandata sicut audierat adimpleuit. Nam vsqꝫ ad illud tp̃s in ecclesijs gallie non alternatim: sed insimul ab oĩbus psallebatur. ¶ Cũ igit franci adhuc gentiles regnũ burgundionũ depopulassent: ꝛ multos ex suis adhuc paganis rex sibi aduersantes ꝛ gallias adherentes haberet: tonsa capitis coma ꝛ habitu religionis indutus ad locũ ꝑdictorũ agaunensium martyꝝ latenter aufugit. Quo franci cũ burgundionibus ꝑditoribus ꝑuenerũt. Tunc burgundiensis regẽ cognitũ ꝛ vinctũ francis tradiderunt: vna cũ coniuge ꝛ duobus filijs sigiberto ꝛ gunterano. Qui eos illi ad locũ qui dicit belsa deducentes in puteo antiquo capitibus deorsum ꝓiecerunt: taliqꝫ martyrio ad dñm migrauerũt. calen. maij. Quoꝝ corpora a limo contecta ibidem triennio iacuerunt. Sed cũ sepius noctu a multis viris sanctis supra locũ ipm accense lampades viderent expletis tribus annis abbas ipsius loci ab angelo monitus corpora sctõꝝ de puteo leuata in eccl'ia sctĩ ioannis euangeliste tumulauit: vbi eoꝝ meritis multa miracula fiunt. Hoc aũt spãli priuilegio sanctꝰ iste martyr effulget: qꝛ a febricitantibꝰ inuocatus cuiuscũqꝫ generis febrem expellit. Hec sigibertus.

¶ De sancto Amatore episcopo. Cap. cxiij.

Amator episcopus antisiodorẽsi. in ãnis iuuenilibus litteris eruditus deo iam deuotissimus a parentibus insignibus coactus virginẽ desponsauit. Quã tamen vt virginitatẽ ꝑsisteret induxit: ꝛ ipse simili se voto ɔstrinxit. Cum aũt vterqꝫ votum emisisset: ãgelus dñi eisdẽ astitit: duas coronas sibi afferens: ꝛ singulas singulis imponẽs: eos in sancto ꝓposito ɔfortauit: puella igit monasteriũ virginum ingressa est. Amator vero clericus factus post mortem eladij antisiodorẽsi. epi eodem in pontificatu surrogatur. Qui pluribus miraculis effulsit. Inter que dum paruam haberet eccl'iam que ppl'm omnino capere non valebat: rogauit obnixius ciuem quẽdã reptilium noĩe vt domum suam templo dei contiguã concederet ad ecclesiam ampliandã. Qđ ille facere denegans: grauiter i firmat. Sꝫ sctõ postulata ɔcedẽs ɔtinuo liberat. Sctũs ergo eps domum eccl'ie adijciens candẽ in honorẽ prothomartyris stephani fabricauit. In qua verbum dñi predicabat. Sed cum obitum suum imminere conspiceret ad eccl'iam perrexit: celebrataqꝫ missa ꝓpl'o sermone m fecit ꝛ in throno suo residens expirauit. Cuius anima in columbe specie celum petere visa fuit. Corpus quoqꝫ eius i ipsa ecclesia tumulatum quiescit. Aqua vero qua corpus lotũ fuerat: perfusus paralyticus curatus est. Quieuit i pace calendis maij.

¶ De letanijs. Cap. cxiiij.

Letanie bis in anno fiunt scilicet in festo sancti marci. que dicit letania maior ꝛ triduo ante ascensionem. que dicitur minor. Et interpretat letania supplicatio vl' rogatio. ¶ Letania aũt maior tripliciter noĩat. s. letania maior. ꝓcessio septiformis. ꝛ cruces nigre. Dicit autem

aũt letania maior. rõne istitutẽtis. q2 a magno gregorio
papa vrbis instituta est. Rõne loci q2 rome instituta ẽ. q̃
caput orbis ẽ. Rõne cause: q2 pro magno morbo grauis-
simo q̃ rome viguit. s. p epidemia inguinaria: q̃ infinitũ
pplin romanũ extinxit: de quo dictũ est supra in legẽda
gregorij pape .iiij. idus martij. ℂ Dicit etiã pcessio septi-
formis: ex eo q beat⁹ gregorius pcessiones suas p septẽ
ordines disposuerat. In primo em ordine erat clerus. In
secũdo monachi religiosi. In tertio sanctimoniales. In
quarto īfantes. In quinto laici. In sexto vidue ꝛ ptinen-
tes. In septimo ꝯiugate. Sed qꝺ modo nõ põt in nume-
ro psonaꝶ: suppleꝉ in numero letaniarũ: q2 septies dici
debent. ℂ Dicunt ꝛ cruces nigre: qm̃ in signũ meroris
ex tanta strage hoim ꝛ in signũ penitentie: nigris vestib⁹
induebanꝉ: pp̃ter eãdẽ etiã cãm cruces ꝛ altaria cilicijs
velabanꝉ. ℂ Alia vero est letania minor: que fit trib⁹ die-
bus ante ascensionẽ: quã sanctus mamertus vienneñ.
eps ante institutionez pmo instituit. Et dicit minor ad
differentiã pme: q2 instituta est a minore epo: in minori
loco: ꝛ p minori morbo. ℂ Causa aũt huius institutõis
fuit: q2 tunc apud viennam crebris ꝛ validis terremoti-
bus domus ꝛ eccłie subuertebant: nocturni sonit⁹ ꝛ cla-
mores audiebanꝉ: ꝛ lupis etiam nimia feritate ipsas ci-
uitates intrantibus pueri ꝛ hoies pfecti lacerabantur.
Predictus ergo eps triduanum ieiunium indixit: leta-
nias instituit: ꝛ sic tribulatio conquieuit. Deinde ab ec-
clesia statutũ est: vt hec letania vniuersaliter ꝯseruetur.
ℂ Dicunꝉ etiã rogationes: q2 tunc sctõꝶ suffragia im-
ploramus. Et merito talis obseruantia his diebus ob-
seruanda est multiplici rõne. Primo vt deus bella paci-
ficet: que in vere frequentius ꝯcitanꝉ. Scdo vt teneros
adhuc fructus ꝯseruando multiplicet. Tertio vt motus
carnales qui hoc tpe magis vigẽt in se vnusquisq3 mor-
tificet. Quarto vt ad receptionẽ spiritussancti se quili-
bet magis habilitet. Quinto vt xpo ascendente ꝛ dicen-
te: petite ꝛ accipietis: quisq3 cõfidentius postulet. Sexto
vt eccłia se carne macerans p ieiuniũ: ꝛ plumis ampli-
ficans p orationẽ cũ xpo ascendente liberius ꝛ facilius
euolet. Hę due vltime rõnes sũt guilelmi antisiodoreñ.
ℂ In his ergo letanijs cruces deferunꝉ: cãpane pulsanꝉ
vexilla portanꝉ: ꝛ olim sctõꝶ patrocinia generaliter iplo-
rãꝉ. Ideo aũt cruces deferimus: ꝛ campanas pulsam⁹:
vt demones territi fugant: vexilla regis eterni ꝯspicien-
tes: eiusq3 tubas exercitatorias audientes. Vexilla defe-
rimus ad representandũ victoriam ascensionis xpi: q̃ cũ
preda: celos ascendit: vnde vexillum p aerea deferens est
xps ad celos ascendens: ppłi qui sequunꝉ: sunt sancti q̃
ab eo ad celestia subleuant. ℂ Sanctoꝶ aũt olim singu-
lariter ꝛ generaliter suffragia imploramus. Primo p-
pter nostrã inopiam: quã habem⁹ in merendo: vt vbi no-
stra non suppetunt merita: patrocinenꝉ aliena. Vel pro-
pter inopiam quã habemus in ꝯtẽplando: vt qui nõ pos-
sumus summã in se lucem aspicere saltẽ in sanctis aspi-
ciamus. Vel pp̃ter inopiam quã habemus in amando
q2 plerũq3 imp̃fectus homo magis afficiꝉ circa aliquem
sanctum q̃ circa ipm deum. ℂ Scdo pp̃ter sctõꝶ gliaꝫ:
vt dum per eoꝶ suffragia qꝺ petimus imploram⁹: ipsos
magnificentius collaudemus. ℂ Tertio pp̃ter dei reue-
rentiam: vt peccator qui deum offendit quasi nõ audeat
ipsum in psona ppria adire: sed sanctoꝶ possit patroci-
nia implorare. ℂ In his autem letanijs cõsueuit illud
canticum angelicũ frequẽtari. Sancte deus: sctẽ fortis:
sancte ꝛ immortalis miserere nobis. De quo refert da-
mascenus libro tertio: q cum apud constantinopolim
propter epidemiã letanie cum pcessione fierent. Puer
de medio ppłi in celum raptus ꝛ istud beate trinitatis
canticum ibidẽ edoctus rediens ad pplm: illud frequẽ-
tari docuit: ꝛ mox tribulatio cessauit. In chalcedoneñ.
quoq3 concilio fuit istud canticum approbatum.

ℂ De sancto Athanasio epo ꝛ ꝯfessore. Cap.cv.





Thanasius episcopus alexandrinus ꝛ
doctor grecorum: de quo in libro decimo
ecclesiastice historie: ꝛ ab alijs plurib⁹
multa scribuntur tempore constantini
ꝛ constantij eius filij arriani claruit.
Qui a puerilibus annis liberalib⁹ di-
sciplinis imbutus: ꝛ sacra philosophia
eruditus: a sancto alexandro episcopo glorioso sene cle-
ricus factus ꝛ presbyter ordinatus: in predicando rebus
domini eidem coadiutor effectus est. Et inde vna secum
niceno concilio interfuit: ꝛ arrium hereticum mirabi-
liter confutauit. Propter quod ab arrianis odio con-
ceptus innumeras ab eisdem persecutiones perpes-
sus est. Quibus suggerentibus concilio iterum apud
laodiciam conuocato dum omnes sederent: ꝛ disputa-
tio incepta esset oratione tamen Alexandri episcopi et
athanasij presbyteri premissa arrius secreta nature cõ-
pulsus exiuit: vbi intestinis omnibus in secessum de-
fluentibus expirauit. Quo miraculo multi arrianoꝶ
ad fidem catholicam redeunt: ceteri vero in athanasium
amplius obstinati deseuiunt. Cum autem post mortem
alexandri eidem in pontificatu successisset fidem catho-
licam scriptis ꝛ sermonibus defensabat: ꝛ arrianam per-
fidiam impugnabat. ℂ Verum ex arrianorum emula-
tione ac susurratione cõstantio imperatori arriano exo-
sus factus velut hostis imperij cẽsebatur. Delatus autẽ
augusto de adulterio violenter illato: ꝛ de dextera arse-
nio eius diacono precisa apud tyrum ciuitatem impera-
toris iussu ad concilium euocaꝉ. Ingressusq3 synodum
mulier ipsum de adulterio falso accusabat: que ꝛ ipsum
quem accusabat nõ cognoscebat. At vero timotheus sub
nomine athanasij se excusat: mulier vero ipsum athana-
sium credens obiurgat: sicq3 de falso crimine conuicta
est ꝛ confusa. Deinde manus arida in loculo produciꝉ:
que arsenio ab episcopo abscisa fuisse asseritur. Episco-
pus vero arsenium latentem qui longius esse putabaꝉ.
adesse fecit. quo ambas manus exhibente se innocentez
probauit. Cuꝫ autem hec arriani magicis artibus depu-
tarent. innocẽs athanasius vti culpabilis iudicatur ex
vrbe ꝛ sede propellitur ab imperatore proscribitur. ꝛ per
totũ orbez occidendus inquiritur. Qui vbiq3 profugus
a maximino treuerensi episcopo benigne suscipitur. sed
post modicuꝫ metu principis inde progreditur. Deinde
sex annis latuit in sicca cisterna sola ei quadam ancilla
virgine ministrãte catholica. vbi simbolũ. Quicũq3 vult

saluus esse: dictauit et scripsit. Cum autem persecutores sui illuc aduenissent: et nunciante ei ancilla athanasius aufugisset: illi hoc cognoscentes virginē ad mortē ceciderunt. Post hec cum ad ptes ipatoris ꝯstantis fratris constantij occidentales venisset: cāmque ipsius constans examinasset super epi iniusto exilio lrās fratri direxit: cōstantinusque ipsum vt fratri cōplaceret ad sedē suā reuocauit. Sed modico post tpe ad instantiā arrianoꝝ. iterū eū constantius exiciens psequit. Iterumque ꝯstantis comminationibus reuocat. ¶ Defuncto vero ꝯstante soloque regnante ꝯstantio cum athanasium suspectū haberet. ꝙ sibi germanū inimicū fecisset suasu arrianoꝝ tertio ipsum de sede ppulit: et georgium arrianum sibi in epm surrogauit: missis per vniuersum orbem romanum litteris vt vbicūque repertus fuerit athanasius occidat remuneratione taxata cuicūque qui caput athanasij impatori obtulisset. Quo tpe sanctus vir toto vrbe hincinde pfugꝰ euagat. Aduersus quē reges ac principes et ppli cōmouētur. Sed multis euasis periculis: et psecutionibꝰ dei grā reseruat. Mortuo vero ꝯstantio et iuliano apostata ei succedente: et humanitatē fictam pretendente: vt ex hoc in initio suum imperiū roborasset iussu iuliani oēs epi exulantes ad suas ecclias redire permittunt. Sicque athanasius alexandriam remeauit. ¶ Post modicū vero tēpus diabolo suadente ad suggestionē magnoꝝ iuliano fauētium misit milites multos alexandriam ad athanasiū perimendū. Qui p flumen nili cū paucis catholicis nauicula fugiens: psecutores obuios habuit. Illi vero eum presentē cernentes non agnoscunt: et de athanasio vel de alio interrogantes ptranseunt. Ipse vero alexandriā alia via repetens vsque ad tpa pacis ibidē latenter permansit. Post mortē vero iuliani succedente in imperiū iouiano catholico reducit athanasius in ppriam sedem: et restitutus honorifice post menses octo quieuit in pace anno epatꝰ sui. lvj. vj. non. maij. Ibique clarēs miraculis tumulatur. ¶ Hic gloriosus doctor inter multa insignia eiꝰ sapientia opuscula. Duo aduersus gentes excudit volumina. Contra vrsatium et valentē vnum. De virginitate vnum. De psecutione arrianoꝝ plurima. De psalmorum titulis vnum. Historiam antonij monachi vitam continentē insigni volumine texuit. Epistolas insuper et alia multa que enarrare longum est edidit. Hec hieronymus libro de illustribus.

¶ De sancto florentio episcopo. Cap. cxvi.

Florentius et vindemialis epi taurisij translati quiescunt. Quoꝝ vindemialis apher natione a sancto alpiano ꝯfessore doctus ad presbyteratus ordinē inde ad epatum peruenit: vbi vna cū eugenio miraculis multis ostensis pplm copiosum ꝯuertit. Deinde peregrinatōis grā ad insulā corsicam venientes in castris faunch. et vadch. pplm a cultura draconis eruerunt: ligato ad collum serpentis et ipso in mare demerso. Sicque ꝯuersum populum baptizarunt. Post que sanctus eugenius ibidem in castro vandch. comoratus quieuit i pace: vbi etiam extat puteus ab eodem in mare defossus preter naturam dulcem aquam emanans. Vindemialis vero regressus corsicam: ibidem in pace vitam finiuit: et sepultus est ibi: vbi et olim sanctus florentius episcopus quiescebat. Vastata vero corsica a saracenis: tityanus taruisinus episcopꝰ illuc nauigio accedens: corpora sanctorum florentij et vindemialis obtinuit: et taruisium trāslata in basilica sancti ioannis baptiste deposuit. Que successor eius rotharius postmodū in maiori ecclesia sancti petri honorabiliꝰ tumulauit. Horum festum colitur. vj. non. maij.

¶ De inuentione sancte crucis. Cap. cxvij.

Inuentio scte crucis dicit: qr eo ꝙ die a scta helena matre constantini imperatoris crux inuenta fuisse perhibet. Illud enim pciosum lignum dñicum i quo christus ꝯfixus fuit ducentis fere annis sub terra iacuit. Anno aūt dñi ducētesimo trigesimotertio cōgregata est iuxta fluuiū danubiū multitudo innumerabilis barbaroꝝ: volētes fluuium transire: et oēs regiones vsque ad orientē subiugare. Cōtra quos ꝯstantinus imperator castra mouit et ꝯtra danubiū se cū suo exercitu collocauit. Visaque barbaroꝝ multitudine infinita iam transeunte flumē extimuit: cum qua die sequēti erat prelium cōmissurus: nocte aūt ab angelo excitat: vt sursum respiciat admonet. Qui signum crucis vidit in celo ex clarissimo lumine factum: litteris his aureis circunscriptum. In hoc signo vinces. Qui ꝯfortatus licet adhuc gentilis crucis similitudinē fecit: et ipm ante exercitū portari iussit. Vexilla quoque militaria et arma cruce signari fecit: et irruens in hostes: ipsos in fugā vertit: eorūque maximam multitudinem interfecit. Reuersus ergo ad vrbem oēs idoloꝝ pontifices conuocauit: et cuius deoꝝ hoc esset signū diligentius inquisiuit. Quibꝰ se nescire dicentibꝰ: quidā christiani eidem crucis mysteriū explicarūt. Qui licet xpm tanꝗ vnum deoꝝ more gentilitatis in reuerentiā haberet: tñ nec tūc ꝑfecte credidit: nec baptisma suscepit: donec plaga lepre eidē superueniente a scto siluestro mūdatus pariter et baptizatus est: vt supra tactum est in legenda sancti siluestri pridie calendas ianuarij. ¶ Cū autē post disputationē quā siluester cum iudeis habuerat: vt ibidem dictū est. Helena imperatrix constantiniꝑmater ad xpm ꝯuersa fuisset: infudit ei spiritus: vt lignū dñice crucis requireret. Veniēs igit hierosolymā cū exercitu maximo decima octaua die scdi mensis ꝙ est apulis oēs sapientes iudeoꝝ qui per totā regionē reperiri potuerūt: ad se cōgregari mādauit vsque ad numero quingentos: qui nimium formidantes inter sese perquirebāt: cur eos regina sic coadunari mandauerat. Vnus ergo ex ipsis iudas noīe dicere cepit: ꝙ dubitabat: ne ab eis discere vellet: vbi lignū in quo iesus crucifixus est existeret. Admonens vt nemo hoc ꝯfiteri presumeret: qr statim vt crux illa reperiret: lex iudeoꝝ euacuabit. Dicebat quoque ꝙ nouerat locum: vbi illud absconditum erat lignum. Nam zacheus auus eius illud secreto reuelauerat patri suo simoni: et pater ipsius iude simon ppalauerat sibi. Addēs ipse zacheus: ꝙ cum illud lignum contigerit reuelari: gens iudeorum de cetero nunꝗ regnaret: sed illi qui crucifixum adorant: eo ꝙ vere filius dei fuerat: prout ipse zacheus clare didicerat. Nā in conspiratione mortis xpi nunꝗ assenserat: paterque ꝓtomartyris stephani ꝑfuerat ¶ Cum autem iudei omnes predicta se nunꝗ audiuisse assererent: iude sub obedientia mandauerunt: vt crucis lignum nullatenus reuelaret. Et cū ante reginam stetissent

stetissent: ⁊ ipsa eos de loco vbi crucifixus fuerat iesus interrogasset: ipsiq; se illud scire negarent: iussit eos oēs igne cremari. At illi timentes tradiderūt iudam: viri iusti ⁊ ꝓphete filium: ⁊ optime leges scientē. Regina oēs dimittens iudam solum tenuit: eiq; mortē aut vitam ꝓposuit: nisi sibi crucem dominicā demonstrabit. Qui nec crucem nec locum se scire dicebat: eo ꝙ anni ducenti a passione xp̄i iam lapsi fuerant: quo tp̄e ipse minime natus erat: ipsū ergo in puteū siccū iussit mitti: ⁊ ibidē fame cruciari. Cum aūt septem diebus sine cibo mānsisset die septimo se extrahi petijt: ⁊ crucem dn̄icam indicaturum ꝓmittit. Extractus igit̃ cōcitus venit ad locū golgatha: ⁊ cum ibidem orasset: locus subito cōmouet̃ ⁊ fumus aromatum miri odoris sentit̃: ita vt iudas mirat⁹ christum ꝯfiteret̃. Erat aūt in loco ꝑut in historia ecclesiastica tradit̃ templū veneris: qđ hadrianus imperator ibi ꝯstruxerat: vt si q̄s in illo loco xp̄m adorare vellet venerem adorare videret̃: ob hoc locus pene obliuioni datus: regina igit̃ tēplū funditus fecit destrui ⁊ locū arari. ❡ Post hec iudas cum socijs viriliter fodere cepit: ⁊ viginti passus fodiēs tres cruces inuenit: quas regine detulit. Sed cum xp̄i crucem a duabus latronū nescirent discernere: ⁊ circa horam nonam quidā mortuus in pheretro portaret̃ iudas pheretrum tenuit: ⁊ ꝑma ac secūda cruce appositis mortuus minime se mouit. Apponit terciam ⁊ ꝓtinus defunctus redijt ad vitam. Quedā etiam mulier ciuitatis primaria semiuiua iacebat: vt dicit̃ in ecclesiastica historia. Ad quā hierosolymitanus ep̄s ꝑmā ⁊ scđam crucem adhibuit ⁊ nihil ꝓfecit: tertia vo; apposita confestim mulier sana surrexit. Hanc ergo crucem dn̄i fore intellexerunt: quātum postmodū lecto eius titulo quē pilatus superposuerat: qui ex antiquitate fere deletus erat plenius cognouerunt. Diabolus aūt terribiles emittens voces cunctis audientibus de iuda cōquerebat̃: eidem quoq; tormenta ⁊ ꝑsecutiōes plurimas minabat̃. ❡ Post hec iudas baptizatus quiriacus vocat̃: ⁊ hierosolymoꝝ ep̄o defuncto iussu helene in ep̄m ordinat̃. Nam multo tp̄e regina ibidem fuit ⁊ cuncta sacra loca perlustrauit. Cum aūt clauos dn̄i habere desideraret: rogauit ep̄m quiriacum vt ad locū pergeret ⁊ clauos ꝑquireret. Qui cum venisset ⁊ oratione fudisset ꝯtinuo claui velut aurum in terra fulgentes apparuerūt. Quos ep̄s regine detulit: illaq; eos reuerenter adorauit. Crucē vo dominicam per medium secari fecit: ⁊ ꝑtem filio deportauit: ꝑtem vo thecis argenteis inclusam hierosolyme reliquit. Clauos vo dn̄icos secum adduxit. Quoꝝ vnū in galea alteꝝ in freno imperatoris composuit: vt sic armatus armis securus ad bellum ꝓcederet. Tertium vo reseruauit vel vt quidam asserunt in mare adriaticū qđ tunc erat vorago nauigantium iactauit. Precipiens festum inuentiōis sancte crucis singulis annis solēniter celebrari ꝑ vniuersum orbem: videlz. v. non. maij.

❡ De sanctis Alexandro papa Euentio et Theodolo martyribus. Cap. cxviij.

Alexander papa ⁊ martyr huius nois primus cum duobus presbyteris euentio et theodolo passus est rome sub persecutiōe traiani agente aureliano comite vtriusq; milicie. Hic natione roman⁹ ex patre alexandro de regione capitauri. Euaristo pape in episcopatu romano successit: iuuenis quidē etate: videlicet annoꝝ forte. xxx. sed senior moribus. Seditq; annos decem menses. viij. dies duodecim. Hic sanctitate ⁊ scientia incomparabilis fideq; preclarissimus maximam partem senatoꝝ vrbis conuertit ad dominum: prefectum quoq; hermetem cum vxore ⁊ sorore theodora et filijs baptizauit cum. M. ccl. seruis suis cum vxoribus quoq; eoꝝ ⁊ filijs quos omnes die sabbati pasche factos ingenuos sacri fontis vnda perfudit. Cum autem traianus imperator tunc absens hec audiens aurelianū comitem misisset ad vrbem de seleucia hisaurie ad ꝑsequēdos christianos. Aurelianus hermetē prefectum apud quirinum tribunum carcerauit. Alexandrum vo in alia custodia in vinculis posuit. Qui tamen vt supra dictum est in passione quirini martyris. iij. calen. aprilis ꝑ puerum qui faculam ferebat ardentem e carcere noctu per fenestram eductus ad domum quirini tribuni vbi hermes in custodia tenebatur ipsum quirinum conuertit: ⁊ iterum eadem nocte per eundem puerum ad carcerem suum reductus filiam ipsius quirini balbinam sibi delatam a strumate sanauit: ⁊ quirinum cum filia ⁊ omnib⁹ in custodia ipsa detentis baptizauit. ❡ Postq̄ autem hermes ⁊ quirinus ac theodora soror hermetis necnon ceteri christiani in custodia reperti ab aureliano comite passi sunt: vt in eoꝝ singulis passionibus agit̃: traiano iam defuncto: hadriano vo in imperium sublimato: exhibitus est alexander cum sanctis theodolo et euentio presbyteris iam biennio in carcere detentis. Erat autē theodolus iam senex annorum videlicet. lxxx. qui anno vigesimo presbyter fuerat ordinatus. Cumq; alexander confiteretur christum iussit eum iudex in eculeo leuari ⁊ vngulis ac lapidibus attrectari. Et hec patienti sime tolerasset: fecit eum deponi ⁊ presbyteros applicari. Cum autem ⁊ ipsi christum cōfiterentur: iussit furnum incendi: ⁊ alexandrum atq; euentium simul vinctos intus iactari theodolo quasi seniore spectante. Cū eis aūt ⁊ ipse sponte in flammas prosiliuit. Et cum illesi educti fuissent: fecit aurelianus sanctum alexandrum punctis creberrimis per tota pūgi mēbra donec deficeret. Duos vo sanctos presbyteros gladio consumari. Quoꝝ corpora seuera quedam religiosa via numentana in suo ꝑdio sepeliuit. v. non. maij. ❡ Hic in canone memoriam passionis domini miscuit: a loco qui ꝑidie quā pateret̃ vsq; in mei memoriam facietis. Hic ꝑcepit vt aqua vino misceretur in sacrificio ad designandā christi ⁊ ecclesie vnionem: ⁊ vt oblatio fieret ex azimo non ex fermento ꝓpter christi corporis puritatem: ⁊ fieret in modica quantitate dicens ꝙ hec oblatio quanto rarior tanto potior. Constituit etiam aquam exorcizatam cum sale diebus dominicis benedici ⁊ ex ea populū aspergi ad effugandas contrarias valitudines ⁊ aereas potestates. Qui postea martyrio coronatus est: ⁊ cessauit episcopatus dies. xxv.

❡ De sancto Juuenale episcopo. Cap. cxix.



Iuuenalis episcopus narniēsis. dum eēt presbyter ⁊ medicus ex aphrica romaꝫ veniens a matrona christiana suscept⁹ est. Audiens autem ab ea ꝙ narniēsis populus christianitatem nunq̄ recipere voluisset: romanum pontificem adyt ⁊ ab ipso predicandi ad ipsam vrbem licentiam postulauit. Quem papa eidem ciuitati episcopum delegauit: vbi predicans verbum ⁊ miraculis coruscans multum populum conuertebat. ❡ Cum quidam de templo idoloꝝ egressus: de immolatis idolo obulū in os episcopi mitteret: illeq; recipere recusans: os dentib⁹ obseraret: produxit ille cultellum: vt manubrio os eius violenter aperiret. Sed manu eius elapsa gladiū in guttur proprium intromittens continuo iugulatus expirauit. Quo miraculo viso septem milia gentilium conuertuntur: inter quos baptizatur venantia quedam nobilis matrona cum duobus filijs que deinceps sancto de suis facultatibus ministrauit. ❡ Dum ligures ⁊ carpi multas ciuitates italie depopulassent: narnium obsede-

rent: sed oratione sancti ep̄i nimia tēpestate ⁊ tonitruis subito ingruentib⁹: plusq̄ tria milia ex eis extincti sūt. Reliqui vero territi ab obsidione discesserūt. ¶ Cū die quadā de calice paruo crystallino quē habebat ppl'm cō municaret. nihil superinfuso de vino ſʒ libamine diuinitus excrescente oībus satisfecit. Quieuit in dn̄o vir sanctus āno septimo ep̄atus sui cōpleto. v. nō. may sepultus ad portam superiorē via flaminia miliario ab vrbe roma quinquagesimoquinto. Cui⁹ meritis naute fere trecenti in naufragio positi scm̄ iuuenalē vocantes: ipsoq̄ super vndas eis apparente tempestate sedata ad portum incolumes peruenerunt.

¶ De sanctis Quiriaco episcopo Anna ⁊ Amonio martyribus. Cap. xx.



Quiriacus ep̄s ille iudas fuit qui cum helena crucem dn̄icam inuenit: vt supra actū est de inuentione sancte crucis. v. nō. may. Qui baptizatus ⁊ quiriacus vocatus ep̄s hierosolymor̄ ordinatus est. ¶ Cum aūt Julianus imperator apostata nōis christiani ad persas pergeret: veniens hier'lm. Quiriacum ep̄m teneri fecit: ⁊ ad deorum sacrificia inuitauit. Qd̄ cum renueret: dexterā eius abscidi fecit: eo ꝙ manu illa multis ep̄las scripserat: quos a deor̄ sacrificijs reuocabat. Ille vero scandalū sui corporis precisum gaudebat: eo ꝙ existēs iudeus multos ve xp̄m colerent scribens ep̄las ꝯfortabat. Tunc iulianus plumbum liquefactū in os eius infundi iussit. Deinde sup lectum ferreū ventre deorsum extendi: ⁊ carbones subterponi: ac salem ⁊ adipem aspergi: dorsum quoq̄ eius desup virgis cedi. Et cū in oībus immobilis ꝑmansisset: iussit eum in carcerē trudi. Ad quē veniens Anna mater ei⁹ filium in dn̄o hortabaꝰ. Qd̄ iulianus ꝑaudiēs fecit eam teneri: ⁊ per capillos appensam iugulari: ac lampades ardentes eius lateribus apponi: que cum deeret emisit spm̄. ¶ Post hec imꝑator quiriacum eductum ilarem vultū habentē: iussit in foueam ꝓfundā serpentib⁹ plenam iactari eodē a venefico immissis. Sed tn̄ serpentes oēs subito extincti sunt. Quo viso miraculo amonius incantator ꝯuersus est: ⁊ in christi ꝯfessione iussu imꝑatoris decollatus. Deinde mādauit iulianus quiriacum in caldariā oleo feruentissimo plenā immergi. Quā ille se signās sponte ingredit: orans deum: vt iter̄ martyrio baptizareꝰ. Iratusq̄ iulianus in ipso cacabo cū gladio pectore transfodi mandauit. Sicq̄ martyrium suum consummauit. iiij. nō. may die sabbati. Sepultusq̄ est hierosolymis cū anna matre eius ⁊ amonio martyre.

¶ De sancto floriano martyre. Cap. xxi.



Florianus martyr passus est apud lauriacum oppidū tp̄ibus diocletiani ⁊ maximiani imꝑator̄ sub preside aquilino. Qui cū esset princeps officij militaris in certa vrbe audiens qualiter quadraginta martyres christiani post diuersa supplicia ab aquilino ꝑside in carcere detenti essent desiderio martyrij valefaciens militib⁹ suis versus lariacensem ciuitatem ire cepit. Obuiisq̄ militib⁹ qui a ꝑside missi fuerant ad perquirendos christianos: seipsum sponte illis obtulit vti christianū. Quē illi tenē tes duxerunt ad presidem: qui florianum xp̄i nomē confitentē: primo atq̄ iter̄ a militibus ꝓprijs cedi iussit: deinde scapulas eius acutis ꝯfigi. Et cū eū ad oīa supplicia paratū vidisset: iussit illum ad fluuiū anisi adduci: ⁊ ligato ad collū eius saxo ipm̄ de ponte precipitari. Cum autem eodē adductus orandi spatium a militibus impetrasset: quidā miles ceteris crudelior superueniens ceterosq̄ de moranciis eius redarguens: illum in flumen ꝑcipitauit. Statimq̄ oculi illius crepuerunt. ¶ Postq̄ vero sanctus martyr alam xp̄o reddidit corpus eius sup vndas enatans in eminenti saxo ab aquis eiectum est. Et superueniens aquila alis expansis in modū crucis corpus a feris protegebat. Tunc reuelante se sancto martyre cuidam deuote matrone christiane ostēsisq̄ ei indicijs loci vbi eum inueniret, ⁊ vbi eum sepeliret: mulier iunctis bobus cum plaustro ad locū deuenit: ⁊ corp⁹ inuentū vehiculo imposuit: sentib⁹ quoq̄ spinosis timore paganor̄ operuit. Et interrogantibus quibusdā spinas collectas ad claudēdū hortū ducere simulauit. Deduxitq̄ corpus ad locū sibi a beato martyre demonstratū: vbi ipm̄ secreto tumulauit. Sed dū boues plaustrū trahētes in via siti deficerent: nec aquā reperire possent: orante muliere ⁊ martyris auxiliū postulāte subito fons de terra erupuit ⁊ saciatis alalibus vsq̄ in p̄ns in ipso loco fluere non desistit. Passus est autem sanctus martyr iiij. nō. maij.

¶ De sancta herina virgine ⁊ martyre. Cap. xxij.



Herina virgo ⁊ martyr filia fuit licinij imperatoris in ciuitate magedon ⁊ licinie regine q̄ virgo prius penelope vocabaꝰ. Pater vero eius turrim nobilissimā ꝯstruxit: ⁊ muro circūdedit, ac viridariū plantauit: ipsumq̄ locū cunctis delitijs repleuit: statuasq̄. xxviij. deor̄ apposuit: vbi filiam suā annor̄. vj. ꝓpter eius elegantiā, vsq̄ ad tēpus nuptiar̄ inclusit: datis ei ancillis. xiij. ad ministerium ⁊ apeliano magro litteras edocendū. Cum aūt eēt annor̄ xij. die quadam columba per fenestrā turris orientalem super mensam paratam tulit oliuam: ⁊ per aliā fenestrā occidentalem coruus in eadē mensa deposuit viperā. Qd̄ cum magistro retulisset: exposuit coruum regē impiorū viperā tribulationē sibi inferendā: columbā regē celor̄: oliuam vero pacem celicā sibi dandā. Pater vero eius volens illam nuptui tradere ipsius animū requisiuit. Ipsa vero dier̄. vij. acceptis inducijs deos patris superinde ꝯsuluit. Sed ab eis nullo responso habito deum xp̄ianor̄ de quo audierat inuocauit. Cui statim angelus dn̄i apparēs eam in fide docuit mutatoq̄ nōie herinā vocauit. Sequēti vero die theotimus quidā ꝑsbyter ab angelo in turrem intromissus eam baptizauit: moxq̄ illa patris idola de turri ꝓiecit: pater vero post dies. vij. reuersus cū idola ꝯfracta vidisset ipsamq̄ christianā didicisset eā ad ciuitatē duci fecit: que iuxta vrbis portā diabolū sibi apparentē ⁊ eidē cōminantē crucis signo fugauit. ¶ Cum aūt xp̄m ꝯfiteretꝰ iussu patris vincta vngulis indomitorum equor̄ terenda subijcitꝰ: sed ipsa angelo assistēte nil lesa: pater morsu vni⁹ ex equis occiditꝰ. Quē virgo a mortuis suscitauit: ⁊ ꝯuersum vna cū matre sua in turri reclusit donec penitentiam agerent. Ipsa vero in ciuitate remansit: vbi xp̄m annuncians multos ꝯuertit. ¶ Qd̄ audiens sedechias decius frater licinij rex potentissim⁹ venit ad ipsam ciuitatē: ⁊ herinā cōprehensam in foueam serpentibus plenā immitti fecit: vt ibi fame ⁊ reptilium morsibus deficeret. Que ab angelo ꝯfortata ⁊ serpentib⁹ interfectis ibidē diebus. xiij sine cibo ꝑmansit. Deinde decius pedes eius secari fecit. Sed cōtinuo ab angelo ei restituti sunt. Post hec de ꝯsilio hipparchi comitis sub rota molendini ligatꝰ ⁊ aqua laxatꝰ: ſʒ mox aque diuidūtur vincula eius rūpuntꝰ: rotaq̄ ꝑmāsit immobilis: ⁊ virgo surrexit incolumis: vnde ⁊. vij. milia paganor̄ ꝯuersi sunt: ⁊ lapidantes deciū ex vrbe deiecerunt: qui post dies modicos ꝓpter ictus lapidum expirauit. Filius autem nōie sapor mortē patris vindicare cupiens cum exercitu ciuitatē obsedit: sed dum virgo stetisset in porta hostes oēs excecantꝰ: ⁊ iter̄ eius orationibus illuminantꝰ. Sapor vero vrbem ingressus ꝯfixis clauis in calcaneis virginis eidem imposuit massam quā portare fecit ad septē miliaria. Cūq̄ illesa redisset: triginta milia hoīm ꝯuersi sunt. Sapor vero a diabolo oppressus expirauit. ¶ Post hec veniens theotimus presbyter parentes virginis et ppl'm baptizauit

baptizauit: et eos in fide diligenter instruxit. Post annos vero tres veniens virgo ad ciuitatē calanicum tenta est a numeriano rege p xpi nois pfessione. A quo in tres boues eneos ignitos successiue inclusa cū pmāsisset illesa: et tertius bos ac si viuus calorē sentiēs: mugiens discurreret decem milia gentilium puertunt. Huic mortuo rege pdicto a pretore quodam in igne misso cum exisset tā membris quā vestibus inusta ptorem puertit. ¶ Hinc ad vrbem pstantianā deueniēs ramūqz oliue deferēs diebus octo pmansit ibidem: et multos ad fidem adduxit.

¶ Inde ad niceam accedens saporem quēdam regē cū multis de pplo xpo acquisiuit: vbi diebus .lxxviij. pmāsit. Post hec ad vrbem ppriam rediens patrem defunctum reppertit: et diebus aliquibus ibi degens matrem in dño pfortauit. Nouissime vero diuina virtute assūpta ephesū deducit: vbi multis ostēsis miraculis et plurimis dño lucratis post dies .xv. assumpto apliano didascalo suo cū alijs .vj. viris vrbē exiuit: vbi nouum sepulchrū reppertit. In quo se includi fecit: et vt post dies .iij. ad se rediret mādauit. Qui ad terminum reuersi: amotoqz lapide sepulchrum vacuum inuenerunt. Cuius festum agitur .iiij. non. maij quo videlicet die sepulchrum intrauit.

¶ De sancta Antonia virgine et martyre. Cap.cxxiij.



Antonia virgo apud nicomediam passa est que nimium torta et varijs afflicta cruciatibus: post ab vno brachio tribus diebus suspensa: deinde in carcere biennio detrusa a priscilliano preside nouissime flammis exusta est. iiij. non. maij. Hec hieronymus in martylogio.

¶ De sctis Siluano epo et socijs marty. Cap.cxxiiij.

Siluanus eps cum socijs suis in palestina ciuitate gaza martyrium passus est. Hic enī cum esset eps tyri phenicis et annis fere quadraginta sacerdotio func⁹ fuisset sub persecutione maximiani imperatoris vir mansuetudine animi et ipsa iā senectute venerabilis: cum plurimis clericis suis et tribus iuuenibus christianis bestijs subiecti hostia xpi effecti sunt: sicqz martyrio coronati .iiij. non. maij.

¶ De sctis quadraginta martyribus. Cap.cxxv



Quadraginta martyres sub psecutiōe diocletiani apud castrum lauriacū passi sunt agente preside aquilino. de quib⁹ supra in passiōe sancti floriani martyris actū est. Qui ab eodem preside post varia et exquisita eis illata supplicia: vincullis duris artati in carcerem missi sunt. Quorum passionibus florianus martyr predictus ad martyriū tollerantiam animatus est. Qui oēs dudum reclusi et inedia afflicti: tandem in carcere spiritum tradiderunt .iiij. non. maij.

¶ De sanctis alijs quadraginta martyribus. Cap.cxxvj.




Quadragita alij scti martyres in metallo phanēsi passi sunt: de qb⁹ scribit eusebius .viij. libro ecclesiastice hystorie cap.xiiij. q tpe psecutionis diocletiane oēs insimul p xpi nois cōfessiōe capite cesi sunt .iiij. non. maij.

¶ De sctis qdraginta rusticis marty. Cap.cxxvij



Quadraginta rustici martyres tpib⁹ gregorij pape pmi martyriū passi sunt: q a lōgobardis capti carnes imolaticias comedere cōpellebant. Cūqz dudū resisterent post multas cōminatiōes eisdē a lōgobardis illatas: fideliter psisterūt: ac in sua cōstātia sil oēs gladijs cesi sunt. Hec gregori⁹ .ij. dialo. cap.xxvij.

¶ De ascēsione dñi nri iesu xpi. Cap.cxxviij.





Ascensio dñi die qdragesimo a resurrectiōe ipi⁹ facta ē. Nā l ipa die dñs discipulis bis appuit: semel. xj. discipulis comedētib⁹ in cenaculo. Oēs qdē tam apostoli q a ij discipuli: necnon mulieres habitabant in illa parte hierlm q dicebat mello in arce dauid: sz l mōte syō. Et erat ibi cenaculū illud grāde stratū: in quo dñs pcepit sibi pascha parari: et in illo cenaculo tūc vndecim apli habitabāt. Ceteri aūt discipuli et mulieres in eadem arce p diuersa hospitia: vbi dū discipuli recumberēt dñs eisdē appuit: et illorū incredulitatē exprobrauit: et cū comedisset cū eis et pcepisset vt in mōtē oliueti versus bethaniā irēt: ibidē eis iterū appuit: ac spm̄ sanctū eis se missurum pmisit. Indiscrete quoqz de tpe futuro querētib⁹ rñdit q eis datū nō erat nosse tpa vl momēta. ¶ Tūc eleuatis manibus eis bñdixit: et inde corā eis in celū ascendit. In quo loco cū postmodū edificata fuisset eccl'ia: loc⁹ ille in quo steterūt xpi vestigia nūq sterni potuit pauimēto sz resiliebāt marmora in ora calcantiū. Calcato quoqz puluere a dño adhuc vestigia impssa cernunt: et eādē adhuc speciem terra custodit. Cū aūt xps ppria virtute eleuat⁹ aliquātulum ascēdisset videlz vsqz ad nubes: tūc nubes clara inuoluit eū: et obtexit ab oculis discipulorū cū q sil celos ascendit. Et intuētib⁹ illis in aera postq ipm ampli⁹ videre nō poterāt: duo eisdē angeli in albis astiterūt dicentes que sus q ab eis assumpt⁹ in celū fuerat: in eadē carne et codez mōte in ipo loco indicatur⁹ et ventur⁹ erat. Tūc illi hierosolymā ad locū habitatōis sue reuersi sunt pmissum spm̄ paclitū expectātes. Cui⁹ ascēsiōis festū ad lrām ptigit .iiij. non. maij. ¶ Et qr de more est: vt cū aliqs magn⁹ dñs ad aliqs ptes vadit qttuor inqri solēt. s. de loco vn abijt de tpe qn recessit: de mō quē tenuit: et de fine ad quē peragrauit. Idcirco circa hāc ascēsionē pdicta qttuor inqrenda sunt videlz loci celsitudo tpis plenitudo: modi rectitudo: et finis magnitudo. ¶ Circa pmū videlz circa loci celsitudinē sciēdū ē q xps ascēdit sup oēs celos vt dr ephe. iiij. Qui descēdit ipse ē: et q ascēdit sup oēs celos. Est aūt celū materiale: rōnale: intellectuale: et supsubstātiale. ¶ Celū ma-

l

teriale triplex ē.s.aereū vñ z aues celi dicunt̃ p aerauolitā tes mat.vj. Respicite volatil.ce. Ethereū qḋ diuisū est in vij.orbes planetar̄z firmamētum stellar̄ fixar̄.eccl.xliij. Species celi glīa stellar̄. Et empyreū qḋ est de pura luce in quo est paradysus z sedes dei.psal. Dñs in celo parauit sedē suā. ¶ Celū rōnale est hō iustus rōne inhabitatiōis diuine:qr sicut celū est sedes dei:sic ala iusti sedes ē sapiētie. ¶ Celū intellectuale est angel⁹:angeli enī dicunt̃ celi p similitudinē:qr sunt altissimi rōne dignitatis z excellētie:p ulcherrimi rōne nature z glīe:z fortissimi rōne virtutis z potentie iob. Celi.i.angeli nō sunt mūdi:in cōspectu eius. ¶ Celū supsubstātiale est ipa diuina excellētia de quo celo xp̄s venit:z postea vsq̄ ad illud ascendit.psal. A summo celo egressio ei⁹ zc. Ascēdit ergo xp̄s sup oēs celos materiales.psal. Eleuata est magnificentia tua sup celos. ¶ Sup oēs celos rōnales psal. Ponis nubē ascē.s.q̄ ainbu.sup pennas ventor̄.i.sanctor̄. ¶ Sup celos intellectuales psal. Ascendit sup cherubin. ¶ Et ascendit vsq̄ ad celū supsubstātiale videlz vsq̄ ad dei eq̄litatē marci.vlti. Assumptus est in celū z se.a dex.dei. ¶ Circa scd̄z videlz circa tpis plenitudinē videndū est quare nō statim vt surrexit ascendit:sz tot diebus expectauit. Hoc aūt fecit triplici rōne. ¶ Primo ppter resurrectiōis certificationē:q̄ difficili⁹ pbat̃ q̄ mors. Nā a pma die vsq̄ ad terciā vere poterat pbari mors z passio:sz ad verā resurrectionem pbādā plures dies reqrebant̃.leo papa. Quadragenarius iō cōpletus est numerus sacratissima ordinatiōe disposit⁹ vt dū in hoc spacio mora penitentie corpalis extendit̃:fides resurrectiōis documentis necessarijs muniret̃. ¶ Scd̄o ppter apl̄or̄ cōsolationem. Qz enī consolationes diuine tribulatiōib⁹ supabundāt:z tp̄s passionis fuit tribulatiōis apl̄or̄:tp̄s aūt resurrectiōis fuit cōsolationis eor̄ ideo plures debuerūt esse isti q̄ illi. Et est ratio damasceni. ¶ Tertio ppter mysticā significationem vt p hoc det̃ intelligi q̄ cōsolatiōes diuine tribulatiōib⁹ cōparant̃ sicut dies ad horā qḋ pz per hoc q̄ dñs per.xl. horas mortuus fuit:qḋ erat tp̄s tribulationis:p.xl.vero dies resurgens appuit:qḋ erat tp̄s cōsolatiōis:vnde glo.xl.inqt horis mortuus fuerat ppter hoc.xl.dieb⁹ viuere cōfirmabat. ¶ Circa tertiū videlz circa modi rectitudinem qualiter.s.ascēdit sciendū est q̄ ascendit. ¶ Primo potenter:qr viribus pprijs esa.lxvj. Quis est iste q̄ venit de edon z infra gradiens in multitudine virtutis sue. Jo.iij. Nemo ascendit in celū.s.virtute ppria nisi q̄ descēdit de celo zc. Lz enī in quodā q̄si globo nubis ascēderit. Hoc tñ nō fecit qr nubis officio indigeret:sed vt p hoc ostenderet̃ q̄ oīa creatura parata est obseq̄ creatori suo. Ipse enī potentia sue diuinitatis ascendit. Et in hoc notat̃ differentia scd̄m qḋ dī in hystoria scholastica inter xp̄z enoch z heliā. Nā enoch trāslatus est. Helias igneo curru subuectus sed iesus ppria virtute ascendit. Prim⁹ scd̄m gregoriū x̄p.coitū generat⁹ z generās. Scd̄a gn̄atus sed nō generās. Tertius nec gn̄at⁹ nec gn̄ans. ¶ Scd̄o ascendit patenter:qr videntibus discipulis act.j.vidētibus illis eleuatus est. Ideo enī illis vidētibus ascendere voluit:vt dicit glo.vt ipsius ascensionis testes existerent z naturam humanā in celum ferri gauderent: z ipm semp desiderarent. ¶ Tertio letāter qr iubilātibus angelis psal. Ascēdit deus in iubilatione. Dī q̄ hymnū illū ascensiōis. Iesu nostra redemptio:ascendente xp̄o angeli in psona humane nature cōposuerunt z eadē forma z eodez tono quo ipz canit eccl̄ia ipz decātauerunt:quem apl̄i audientes p spiritū sanctum mox didicerunt z eccl̄ie canendū tradiderunt. ¶ Quarto feliciter:qr comitātibus sanctis. Nam p̄dā quā inferno subtraxit ad celos secū deduxit psalmi. Dñs in sinai sancto ascedens in altum cap.duxit captiuitatem. ¶ Quinto velociter qr velocius q̄ volātib⁹ alis psal. Volauit sup pennas ventor̄:nō enī venti tanta velocitate impellunt̃ psal. Exultauit vt gygas ad curren.viā zc. Valde enī velociter ascendit q̄ñ tātum spaciū in momento pcurrit. Ambrosius. Saltu quodā christus venit in hunc mundum z saltu velocissimo ascendit in celum.

¶ Circa quartum autem videlicet circa finis magnitudinem sciendum est q̄ ascensionis christi.x.fuerunt fructus siue vtilitates. Prima est insinuatio amoris diuini Joan.xvj.nisi ego abiero para.non veni.ad vos zc.vbi dicit augustinus. Si carnaliter hesitaueritis capaces spiritus sancti nō eritis. ¶ Scd̄a maior cognitio dei Joan.xiiij.si diligeretis me gaude.vtiq̄ q̄r vado ad patrem vbi augusti. Ideo subtraho formā istā serui in qua pater maior me est: vt deum specialiter videre possitis. Tertia est meritum fidei:leo papa in sermone. Magnar̄ enim hec vigor est mentium incunctāter credere q̄ corporeo non vident̃ intuitu:z ibi figere desiderium quo nequeas inferre conspectum. ¶ Quarta est nostra securitas. Ideo enim ascendit vt noster ad patrem aduocatus sit. pma Joan.ij. Aduocatum habemus apud patrem iesum christū iustum zc. Ber. Securū accessum habes ad deum o hō vbi mater est ante filium z filius ante patrem:mater ostendit filio pectus z vbera:filius ostendit patri latus z vulnera:nulla ergo poterit esse repulsa vbi tot cōcurrunt charitatis insignia. ¶ Quinta est maxima dignitas:magna enī dignitas est q̄ñ nostra natura vsq̄ ad dexterā dei pris exaltata est. Hāc dignitatem in hoīb⁹ angeli cōsiderantes:q̄ in lege veteri se adorari pmittunt:deinceps adorare se phibent apoca.xix. Cecidi ante pedes angeli:vt adorarem eum:z dixit mihi:vide ne feceris zc. Leo papa. Natura hodie nostre humilitatis vltra cunctar̄ altitudines potestatum ad dei patris est puecta cōsessum. ¶ Sexta ē spei nostre soliditas hebr.iiij. Habentes pontificem magnum q̄ penetrauit celos:iesum filiū dei teneam⁹ spei nostre cōfessionē:hierony. Christi ascensio nostra ē puectio z quo pcessit gloria capitis eo spes tendit z corpis. ¶ Septima est vie ostensio mich.ij. Ascendit iter pādens ante eos augusti. Via tibi fact⁹ est ipse saluator:surge z ambula:habes quo eas noli pigrescere. ¶ Octaua est ianue celestis aptio. Sicut enī pmus adā apuit ianuas inferni:sic z scd̄s padisi vnde cātat ecclesia. Tu deuicto mortis aculeo aperui.creden.regna celor̄. ¶ Nona est loci preparatio. Jo.xv. Vado parare vobis locum. August. Dñe para:qḋ paras z te nobis paras:q̄ñ ante locum paras z tibi in nobis z in te nobis. ¶ Decima z vltima est spūssancti missio. Joan.xvj. Expedit vobis vt ego vadā. Si enim non abiero paraclytus non veniet ad vos. Si autem abiero:mittā eum ad vos. Hoc autem iō christus disposuit vt spiritū sanctum a patre z filio mitti ostēderet̃:ne si anteq̄ christus ascenderet mitteret̃:a solo fortasse pr̄e mitti putaret̃:z p cōsequēs a solo pr̄e pcedere videret̃ scd̄m quod grecus error suadet:cōtra quē est expressa autoritas veritatis. Joan.xv. Cum venerit paraclytus: quem ego mittā vobis a pre zc.vbi dicit beda q̄ ipa missio ipsa ē z pcessio

¶ De scto Gotardo episcopo z cōfessore. Ca.cxxix.



Otardus ep̄s tpe sancti henrici imperatoris claruit q̄ in alcensi monasterio enutritus:sub henrico duce bauarie ibidem abbas effectus:monasterio laudabiliter prefuit. Deinde mādato regis per viligisum archiep̄m hercl.ad monasterij veldeñ.regimen pmotus est:gareñ.z cremeñ. monasterijs eidē in cura cōmissis:inde aloben rediens a sancto imperatore henrico ad himeñ.episcopatum vocatus diudum renuit. Cum autem domina nostra ei apparuisset: z eum in ecclesia ductū vt a crucifixo veniam peteret induxisset : ille prostratus humi ante crucifixum misericordiam postulauit. Statim q̄ beata virgo versiculum illum concinere cepit. Infunde vnctionem tuam zc. Quod ille intelligens

gens et diuine voluntati resistere metuens: episcopari consensit. Et in episcopatu suo gregem dominicum sollicite curauit.



¶ Cum a quadam nobili domina nomine sophia de possessione ecclesie infestaretur: die quadam ad eam accessit. et ipsam coram summo iudice super causa ecclesie in proximo venturo festo purificationis citauit. Seque cum quodam eius clerico puero eadem hora migraturum post dies modicos esse predixit. Mox que vna cum predicto puero languore detineri cepit. Et dum in festo ascensionis quod anno illo die transitus eius occurrit hora matutinali in ecclesia cantaretur antiphona illa. Ascendo ad patrem meum etc. Ille vna cum dicto puero vna et eadem hora spiritum emisit. Post cuius obitum instante purificationis festo: tunc subsequente predicta sophia defuncta est. Quieuit in christo sanctus Gotardus.iij.non. maij Hec frater bartholomeus.



¶ De sancto Andoeno episcopo. Cap.xxx.



Andoenus episcopus oppido suessionis nomine sauciato claris parentibus ortus frater sanctorum adonis et rhadonis sub rege francorum lothario inde sub dagoberto in regali palatio regni negocia strenue ministrabat. Sed cum ado monachus factus fuisset: rhado thesaurorum regalium curam habebat. Quo tempore sanctus eligius nouiomensis etiam in regali palatio clarus erat. Andoenus deo christo militare cupiens: a rege prohibebatur: sanctitate tamen prepollens sub veste preciosa cilicio vtebatur. In proprij possessione patrimonij monasterium construxit: et dotauit: cuique sanctum agilum columbani discipulum prefecit. ¶ Deinde consentiente rege clericus factus defuncto romano rothomagensi episcopo: andoenus eligitur: sed antequam consecrari vellet: ad hispanias predicandas accessit: vbi et miracula ostendit.




Nam quendam die dominico in mola laborantem: cui manus arida facta mole adheserat: subito penitentem sanauit. Consecratusque est eodem die cum sancto eligio nouiomensi episcopo. In huius sancti cubiculo lux immensa sepius celitus infusa conspicitur: et voces angelice secum colloquentes audientur.




¶ Dum semel prouinciam suam circuiens iuxta locum qui dicitur ad crucem sancti andoeni in curru sedens transiret: et muli currum trahentes nullo stimulo vel verbere se inde moueri possent: episcopus in aere signum crucis fulgentem prospexit: vbi et crucem ligneam in testimonium affixit: et sanctorum reliquias apposuit. Ibique nocte sequenti columna ignea in aere apparuit. Ubi et postmodum monasterio fabricato: sanctus leufridus cum monachis plurimis domino seruierunt




¶ Uanuingum quendam diuitem in extremis laborantem: promissione ab eo suscepta quod in beneficij vicem cenobium construeret: pristine sanitati restituit. Illeque promissa complere curauit. ¶ Cuidam quoque muto per.xj.annos loquelam amissam restituit. Et in verdunensi vrbe oppressum a diabolo liberauit. Rexit ecclesiam suam annis.xliij. et nonagenarius ad dominum emigrauit.iij.non.maij.ibique sepultus est.




¶ De sancto Hilario episcopo. Cap.xxxi.



Hilarius arelatensis episcopus vir in sanctis scripturis doctus et doctor inclytus fuit. Qui paupertatis amator erga inopum prouisionem pietate mentis et corporis labore sollicitus grandi et solerti cura pauperes aluit et in docendo gratissimus extitit: multos sermones splendidos ad populum fudit: et plurima eruditionum opuscula compilauit: volumen grande fide.xij.libris explicatum sermone splendido exarauit. Beati quoque honorati predecessoris sui vitam cum multorum vtilitate composuit. Finem vite dedit valentiniani et martiani temporibus.iij.non.maij. Hec gennadius libro de viris illustribus.



¶ De sancto Eutimo martyre. Cap.xxxij.







Eutimus dyaconus et martyr apud alexandrie ciuitatem pro christi fide ab infidelibus christianitatem emulantibus detentus: et diudum in carcerali ergastulo vinculis artatus: et inedia maceratus in confessione emisit spiritum.ij.non.maij.vt dicit ado.

¶ De sanctis Hyrenco et socijs marty. Cap.xxxiij

Hyreneus et peregrinus martyres et hyrenis virgo apud thessalonicam ciuitatem dum veritatem sacre fidei protestari ausi fuissent paganorum rabie detenti atque insimul ignibus combusti palmas martyrij perceperunt iij.non.may.hec ado.

¶ De sancto ioanne ante portam latinam. Capitulum.xxxiiij



Ioannes euangelista ideo ante portam latinam dicitur: quia in vrbe roma in ipso loco in feruentis olei dolio missus diuina gratia inde exiuit illesus. Nam vt in eius legenda aliqualiter tactum est.vj.kal. ianuarij. Cum domitianus imperator secundam post neronem in christianos persecutionem excitasset: et beatus euangelista apud ephesum predicaret a proconsule tentus iuxta editum imperiale admonebatur christum negaret a predicatione cessare. Quod cum apostolus recusaret dicens quod obedire deo magis quam hominibus oporteret: proconsul eum in custodiam misit et de eo per literas imperatori suggessit. Cui domitianus rescripsit vt ioannem catenis vinctum ab epheso secum romam adduceret. Cum ergo a proconsule ad vrbem adductus esset: mandauit imperator proconsuli: vt ioannem apud portam que latina dicitur in dolium feruentis olei mitteret: prius tamen ipsum more romano flagellis cederet et crines capitis eius funditus tonderet vt sic despectus et illusus omnibus appareret. Tunc proconsul iuxta mandatum cesaris ioannem ante portam latinam adductum prius flagellari: deinde crinibus tondi fecit: ac demum in dolium feruentis olei mergi. Qui coniectus in illud vinctus non adustus de vase exiuit: et tam a pena illesus fuit quam a corruptione carnis immunis permansit. Proconsul autem tanto miraculo stupefactus eum liberum dimisisset nisi imperatorem offendere timuisset. Sed in insulam pathmos ipsum in exilium duci fecit: et sic furorem domitiani temperauit. In loco autem illo vbi in oleum missus est: christiani processu temporis ecclesiam eius nomini fabricarunt: et festum eius ipsa die celebrare ceperunt: videlicet pridie non.maij. ¶ Hic beatus apostolus et euangelista in predicta insula relegatus: apocalypsim quam ei dominus reuelauit greco sermone manu sua conscripsit: quam interpretati sunt iustinus martyr et hyreneus. Scripsit et epistolam canonicam cuius initium est. Quod fuit ab initio etc. que a cunctis ecclesie et viris eruditissimis approbatur. Reliqua autem due que ioannis intitulantur. Alteri ioanni presbytero ascribuntur. Cuius et sepulchrum apud ephesum demonstratur. Nouissimus autem omnium et finem scripturarum suarum scripsit euangelium ab asie episcopis rogatus aduersus cerinthum aliosque hereticos et precipue ebio

nitarū tūc dogma ɔsurgēs: q̄ asserūt xp̄m ante mariā nō fuisse: vnde etiā ɔpulsus est diuinā verbi natiuitatē edicere. Hec hieronymus de viris illustrib⁹. ¶ Refert quoq̄ hellinādus ꝙ euāgeliū ɔscripturus triduanū ieiuniū oī ecclesie indixit: vt digna deo ɔscribere posset. In loco aūt vbi euāgeliū scripserat: lʒ nullo sit operimēto munit⁹: nihil hactenus imbris aut pluuie decidit: vt p̄ hoc appareat quantam ipsi loco elementa vsq̄ in presens reuerentiā seruant.

¶ De scō Joanne damasceno p̄sby. Cap. xxxv.



Joannes p̄sbyter cognomine damascenus apd̄ cōstātinopolim floruit tp̄e theodosij .iij. impatoris. Hic fili⁹ mesue saraceni a q̄ damascū exort⁹ vnde et damascen⁹ dict⁹ est ab ānis puerilib⁹ cultu iude⁹ in iudaismo nat⁹ et educat⁹ liberalib⁹ sciētys ꝛ philosophicis imbutus: litterisq̄ grecis hebraicis pariter ꝛ latinis erudit⁹ libros vtiles ī medicinalib⁹ vtpote peritissim⁹ medic⁹ cōfecit. De iudaismo tādē adhuc iuuenis ad xp̄m cōuersus ɔstātinopolim veniēs sub anastasio scdo impatore monachalē habitū sumpsit. Et v̄go p̄manēs in amore btē v̄gis totū se cōtulit: pluraq̄ dictamina ī ei⁹ laudib⁹ ɔponebat ꝛ ɔposita scribebat; nobiliū filys instillabat. Cū aūt die q̄dā post lectionē cū scholarib⁹ iret spaciādo: pyrate saracenoꝝ eū subito rapuerūt ꝛ ad egyptū ducētes cuidā saraceno diuiti vēdiderūt. Qui aduertēs ei⁹ peritiā filiū suū eidē instruendū tradidit: ꝛ ip̄m honorifice tractauit. Qui puer acerrimi ingenij infra paucos ānos plen⁹ erudiuit illeq̄ magri modū dictādi ꝛ scribēdi adeo didicit vt nec stilū nec scripturā alterutri⁹ q̄s discernere posset. Mortuo v̄o anastasio impatore: theodosius fact⁹ impator q̄ in iuuētute ei fuerat amicissimus. Joannē p̄cib⁹ ac p̄cio multo a saraceno redemit: quē ɔstātinopolim reductū suū cācellariū fecit: ciusq̄ ɔsilio ꝛ industrie curiā totā regēdā ɔmisit. Fili⁹ aūt saraceni quē docuerat iā magnus effect⁹ ꝛ glie p̄ceptoris inuidēs: cogitās quō honorē magri ɔseq̄ posset: ɔstātinopolim veniēs sub noīe ioānis l̄ras ɔfinxit: quas saracenoꝝ soldano dirigebat: in q̄bus ei significabat ꝙ memor b̄n̄ficioꝝ in p̄tib⁹ egypti a saracenis receptoꝝ libēter vellet soldanū grecie dn̄ari: ꝛ ꝙ impator exercitū grecoꝝ ad p̄tes remotas cōducere debebat. Et ꝙ si cū gēte sua ad vrbē regiā festinaret: subito ꝛ sine obstaculo īperiū grecie obtineret. Has aūt l̄ras iuuenis ille in ɔsistorio causaꝝ ex industria p̄iecit ꝛ abijt. Reperte igr̄ l̄re: impatori theodosio exhibite p̄cul dubio ioānis epl̄e sunt iudicate attēto mō dictaminis ꝛ scripture. Captus ioannes impatori p̄sentat ꝛ an l̄ras illas scripserit: ip̄m augustus p̄cunctat. Joannes r̄ndet ꝙ stilū ꝛ l̄raꝝ formā suā esse negare neq̄t: sed teste deo illas epl̄as nūq̄ scripsit. Cūq̄ p̄pter ɔfusam r̄nsionē adhuc maior suspitio esset ɔtra eū: ꝛ q̄dā ip̄m vt p̄ditorē dicerēt occidendū. Impator fecit ei dexterā amputari: ꝛ p̄ditorē suum: et imperij publice p̄clamari: ꝛ ad p̄petuā eius cōfusionē manum in eccl̄ia sue abbatie suspēdi: ip̄mq̄ ad monasteriū suū iussit reduci. Qui sepius cum lachrymis v̄gime solatiū īplorabat: ꝛ iniurias patiētissime tolerabat. ¶ Cum aūt quadā die veneris nocte diei sabbati aduenientis diudū in orone vigilasset: ꝛ truncū brachiū v̄gini ostendisset ꝛ post fletū leuiter dormitasset v̄go gloriosa ei appuit eūq̄ cōfortare cepit. Ille v̄o e cōtra se nimiū asserebat dolere: q̄ ɔfusionē suam ꝛ monachoꝝ ɔtinue ɔpellebat aspicere: ꝛ q̄ de ea repta dictamina nō poterat vt solebat ɔscribere: nec corp⁹ dn̄icū de ipsa celebrās ampli⁹ ɔtrectare. Tūc btā v̄go manū appēsam: vt sibi p̄ somniū videbat accepit ꝛ oī dolore remoto brachio restituit. Euigilās ioānes manuʒ sibi restitutā inuenit ꝛ q̄ erat iā arida carne recētē cōspexit. ip̄aq̄ die sacris indut⁹ missam btē v̄ginis cūctis stupētib⁹ solēniter celebrauit. impator miraculū vidēs ioānni veniā petijt: ip̄mq̄ officio suo restituēs honorifice eum p̄tractauit. Quesiuitq̄ ab eo si aliquē suū modū dictādi ꝛ scribēdi docuerat: illeq̄ cūcta p̄ ordinē ei narrat. Quesitus calūniator capit: ꝛ petrū ɔfitēs suspēdio iudicat: ʒ ioanne p̄ eo interueniēte mors in exiliū ɔmutat. Post aliquot annos sctūs vir officio renūciauit: ꝛ in monasterio suo degēs in sctā religiōe vitā finiuit anno .lxxv. etatis sue p̄die non̄. maij. sepultus ɔstātinopoli miraculis clarēs.


¶ Hic sctūs doctor libꝝ ɔposuit orthodoxe fidei certā traditionē ɔtinētē in q̄ttuor libris digestū: quē burgūdi⁹ pisanus causidic⁹ eugenio pape tertio de greco trāstulit in latinū. Librū etiā ɔpilauit de vitat morib⁹ saluatoris oīa xp̄i ꝛ genitricis gesta ab incarnatiōe vsq̄ ad ascēsionē se noscer p̄ticulariter ɔtinētē. Librū de laude v̄gims rhythmico stilo latine ɔpositū. Scripsit etiā vitā balaam ꝛ iosaphat heremitaꝝ. Aliosq̄ plures elegātes s̄mōes ꝛ tractatus p̄utiles ɔpilauit. hymnos ꝛ sequētias ꝛ alias laudes in honorem genitricis ꝛ geniti metro dictauit: q̄ q̄r greco sermone congesta fuerant metro transferri non potuerūt Et alia plura vtilia digessit.

¶ De scō Lucio cyrenen. ep̄o. Capl̄m. xxxvj.



Lucius ep̄s cyrenen. de quo sctūs lucas actu. xiij. mētionē facit: a sctis apl̄is p̄mus apd̄ cyrenē pōtifex ordinatus est: qui officio predicationis fidelissime pacto sctitate ꝛ doctrina conspicuus q̄euit in pace p̄die non̄. maij: vt dicit hieronymus in martyrologio suo.

¶ De sancto Enodio episcopo ꝛ martyre. Capl̄m. xxxvij.



Enodius ep̄s apud antiochiam martyrium passus est: de quo sanctus ignati⁹ scribit: ꝙ primus ibidem ab apostolis ep̄s est institutus. Qui apud eandē vrbem sub persecutione neronis impatoris glorioso martyrio coronatus vitam finiuit: ibiq̄ sepultus est pridie calendus maij.

¶ De sancta flauia domitilla virgine et martyre. Capl̄m. xxxviij.





Flauia domitilla virgo apud taracinā campanie ciuitatē sub domitiano passa ē. Que cū esset flauij clemētis ɔsulis ex sorore neptis Aurelio filio ɔsulis nepoti domitiani īpatoris in coniugiū tradita est: datis sibi duobus eunuchis cubicularijs: videlʒ nereo et achileo. Cumq̄ puella auro ꝛ preciosis vestibus tegeretur: nereus ꝛ achileus qui occulte christiani erant: eidē fidē predicauerūt: ꝛ virginitatē multipliciter cōmendauerunt: ita tn̄ vt in ipsa ī xp̄m crederet: ꝛ virginitatis votum emitteret. Quā sanctus clemens papa baptizauit ꝛ sacro velamine ɔsecrauit. Quō audiēs aurelianus spōsus eius a domitiano impetrauit: ꝛ virginē cū nereo ꝛ achileo in pontianā insulam relegauit: putans se p̄ hoc p̄ positum

positũ virginis imutare. Postq̃ aũt scti martyres nere9 et achileus martyriũ passi sunt: vt dicet infra in eorum passione.iiij.idus maij. et vbi scti maro eutyces et victorinus: qui etiã domitillã in fide ꝯfortauerãt: agonẽ suũ cõpleuerunt: vt dictũ est supra de eis.xvij.calen.maij. Aurelianus virginẽ de exilio reduxit: et duas virgines euphrosynam et theodorã collactaneas eius vt ei suaderẽt misit quas tñ domitilla ad fidẽ ꝯuertit. Tunc aurelianus cũ sponsis dictaꝝ puellaꝝ et tribus ioculatoribus et alijs secũ ad eam accessit: vt ipsaꝫ saltẽ violenter oppmeret Sed cum virgo xp̄i prefatos duos iuuenes conuertisset Aurelianus eam i thalamũ introduxit: et ibidẽ mimos canere et ceteros saltare secum fecit vt ad libidinẽ magis accensus: ipsam postmodũ violaret. Sed cũ mimi defice rent in canendo et ceteri in saltando: ipse tñ p biduũ saltare non cessauit donec in saltãdo expirauit. Luxurius vero frater eius ab imperatore obtenta licentia oẽs qui per virginẽ crediderant interfecit: et cubiculo vbi domitilla cum euphrosyna et theodora morabaẗ ignem supposuit. Que simul orantes spm̃ emiserunt non.maij. Quarum corpora sanctus cesarius mane illesa repperiens sepeliuit.

¶ De coniunctiõe corporum sanctorum stephani et laurentij. Cap.lxxxix.



Coniunctio corpoꝝ sctõꝝ martyꝝ stephani et laurentij facta est rome sub theodosio iuniore. Nã cum eudoxia filia theodosij imperatoris et vxor valentiniani apud vrbem cum virorũ gens a demonio vexaret: et valentinianus illud patri ꝯstantinopoli certificasset: iubet filiam ꝯstantinopolim adduci: vt a reliquijs protomartyris stephani tangeret. Corpus eñi sctĩ stephani dudũ ꝯstantinopolim ex hierosolymis translatum fuerat: vt dicet infra in inuentione eius.iiij. non.augusti. Demon aũt in eudoxia clamabat q̃ inde nunq̃ exiret nisi stephanus romã veniret: q: sic erat voluntas apostoloꝝ. Qd̃ imperator audiẽs a clero et pp̃lo cõstatinopolitano obtinuit: vt corpus stephani romanis daret: et corpus laurentij grecis traderet. Hoc aũt i pꝛa tot pelagio pape scripsit: qui de ꝯsensu romanoꝝ petitioni imperatoris ꝯsensit: missi igiẗ ꝯstantinopolim cardinales corpus scti stephani romã deferunt: et greci p accipiendo corpore scti laurentij cũ eis romã puenerũt. Capue autẽ corpus scti stephani recipit: et a ciuib9 illis dextrũ brachiũ summis pcib9 obtinet: et metropolitana eccĩa eius nomini fabricaẗ. Cum autẽ romã venissent et corp9 ad ecclĩam sancti petri ad vincula deferre disposuissent: vectores subsistunt nec vltra pcedere psit. Demon aũt in regina clamabat eos frustra fatigari: eo q̃ non ibi sꝫ in ecclĩa fratris sui laurentij et iuxta eum elegerat collocari. Illuc ergo corpus defert: ad cui9 tactuꝫ puella moꝛ a demonio liberaẗ. Cũq̃ sepulchrum adeo artum eẽt: q̃ vtraq̃ corpora capere non potuisset: laurentius aduenientis fratris quasi congratulans in alterã ptem sepulchri versus sup latus secessit: et medietatẽ stephano vacuam dereliquit. Sicq̃ stephanum sibi sup lat9 versa facie ad coniocium collocarunt. Greci vero dum manus apponunt vt laurentium auferãt ad terram velut exanimes corruerunt: sed orantib9 p eis papa cũ clero et pp̃lo vix ad se ad vesperã redierunt. Oẽs tñ infra decem dies mortui sunt. Latini vero qui eis ꝯsenserãt in phrenesim versi sanari non poterãt: quoadusq̃ amboꝝ corpora vt dictũ est insimul tumulata sunt. Hec autem coniunctio facta est non.maij: vt dicit frater bartholomeus.

¶ De apparitione sancti Michaelis archangeli. Capitulũ.xc.



Apparitio sancti michaelis archangeli dupliciter nominatur videlicet apparitio et victoria. Apparitiones autẽ eius due sunt principales ppter quas festũ hoc institutũ est. ¶ Prima qua in monte gargano apparuit: qui mons est in apulia.xl.milibus distans a siponto ciuitate. Anno autẽ domini.cccxc. in predicta ciuitate erat quidam vir nomine garganus: a quo ille mons nomẽ accepit: qui animalium multitudine pollebat. Cum autẽ circa predicti montis latera pascerentur: contigit taurũ ceteros boues relinquere et verticem montis conscendere. Quem dominus cum eius familia per deuia queq̃ requirens ipsum tandem in vertice montis iuxta hostium spelunce inuenit et moꝛ in ipsum arcum tendens sagittam toxicatam direxit. Sed statim illa velut a vento retorta ipsum qui eam iecerat repercussit. Turbati super hoc ciues ep̄m superinde consulendum decernunt. Qui eis triduanum indixit ieiunium: et a deo monuit esse querendũ Quo peracto sanctus archangelus michael per visionem ep̄o apparuit: eiq̃ reuelauit: qualiter loci illius custos et inspector erat: et q: eius voluntate vir ille mortuus fuerat: seq̃ locum incolere tali iudicio cõprobauerat. Statimq̃ ep̄s et ciues cum pcessione locum adeunt: et ingredi nõ p̄sumentes orationibus ante fores insistunt. ¶ Secunda apparitio est que rome tẽpore gregorij.pape legitur ptigisse. Nã vt supra actũ ẽ i legẽda gregorij.iiij.idus martij Cum idem pontifex ppter pestem inguinariam letanias maiores instituisset: et deuote p salute populi exorasset: vidit super castrum quod olim memoria hadriani dicebatur angelum domini: qui gladium cruentatum tenebat: et in vagina reponebat: vnde gregorius intelligens preces a deo exauditas: ecclesiam in honore angelorum ibidem construxit: castrum quoq̃ illud exinde sancti angeli dictum est. He autem due apparitiones ad litteram.viij. idus maij occurrerunt: propter quas hoc festum institutum est. ¶ Est et alia apparitio que celebratur.xvij.calen.nouembris: de qua ibidem cum quibusdam miraculis ex ipsa subsequentibus agetur. ¶ Dicitur etiam hoc festum victoria ppter multiplicem victoriam michaelis. Nam reuera iste gloriosus archangelus ad omnem strenuum actum triumphi seu victorie in christiano populo delegatur. Unde sicut eo tempore quo populus iudeorum erat peculiaris populus dei: michael erat in omnibus princeps et adiutor synagoge ipsorum: vt habetur daniel.x. Sic postq̃ populus xp̄ianus per fideꝫ christi factus est populus dei. Michael factus est princeps et adiutor ecclesie christianorum. Unde cantat ecclesia. Princeps gloriosissime michael ꝛc. Et ideo interpꝛetatur quis vt deus: quia sicut nullus facere potest: qd̃ facere preualet deus: sic quotiens aliquid mire virtutis agitur: michael mitti perhibetur: vt ait gregorius. Licet autem in alijs victorijs mirabilior apparuerit: tamen victoria principalis propter quam hoc festuꝫ denominatur: fuit illa quaꝫ sipontinus hoc modo concessit. ¶ Post aliquod nempe tempus ab inuento loco: vt supra dictum est. Neapolitani gentiles cum sipontinis et beneuentanis qui.l.milibus a siponto distant: ambobus fidelibus ordinato exercitu bellari expetunt. Qui de episcopi ꝯsilio triduo inducias petierunt: vt ieiunio triduano vacarent: et patroni michaelis auxilium implorarent. Tertia autem nocte michael episcopo apparuit: preces exauditas asserit: victoriam affuturam pmittit: et quarta diei hora hostibus occurrendum pmonuit. Quibus occurrentibus mons garganus immenso tremore concutitur: fulgura crebra volant: et caligo tenebrosa montem obtexit: ita vt sexcenti de aduersarijs tam ex ferro hostium q̃ ex sagittis igneis interirẽt. Reliqui in fugam conuersi: virtute comperta archãgeli continuo colla christiane fidei submiserunt. Hec aũt ẽ victoria co

dem die euoluto anno ab apparitione predicta: videlicet
viij. idus may dicitur contigisse. ¶ Sunt et alie plures vi
ctorie tam michaelis q̄ angelorum: que quia diem certum
non habent sub hoc festo comp̄hēduntur. ¶ Prima vi-
ctoria est illa: quam michael archangelus cum suis an-
gelis obtinuit: quando drachonem .i. luciferum cū suis
sequacibus de celo eiecit. De quo exponitur illud apocal.
xij. Factum est prelium magnum in celo michael et angeli
eius preliabantur cum drachone &c. Cum em̄ lucifer dei
equalitatem appetisset: archangelus hic celestis exerci-
tus signifer a deo missus ipsum cum suis sequacibus de
celo expulit: et in hunc aerem caliginosum vsq̄ ad diē iu-
dicij remisit. ¶ Secunda est illa qua cū dyabolo dispu
tans de moysi corpore ip̄s triumphauit. De qua habetur
iude p̄mo. Cum em̄ dyabolus corpus moysi p̄dere vellet:
vt ip̄m p̄ deo iudeorum populus adoraret. Michael non
iudicium blasphemie improperans: sed imperio domini
ei mandans demonem expulit: et corpus moysi diuina p̄
uidentia occultauit. Tertia est quam de antixp̄o habitu
rus est: quando ip̄m occidet. ¶ Tunc em̄ michael prin-
ceps magnus: vt dr̄ daniel. xij. consurget: et p̄ electis con
tra antixp̄m fortiter assistet. Deinde antixp̄s vt dicit gl.
super illud apoca. xiij. Vidi vnum de capitibus eius occi-
sum &c. mortuum se finget: et per triduum latens postea ap
parebit: dicens se suscitatum: arteq̄ magica ferentibus
eum demonibus in aera ascendet: et omnes populi ipsum
mirantes adorabunt. Tandem vt dicit glo. sup illud secū
da timo. ij. quem dn̄s iesus interficiet &c. In monte oliue
ti ascendet: et dum stabit in papilone et in solio suo in loco
contra quem dn̄s ascendit: michael adueniens ip̄m inter
ficiet. ¶ Quarta est quam angeli quotidie de demonib⁹
obtinent: dum p̄ nobis pugnantes ab eo꜀ tentatiōe nos
liberant. Hoc autem tripl'r faciunt. ¶ Primo potesta-
tem demonis refrenando. figura apocal. xx. de angelo qui
demonem ligauit: et in abyssum misit: et thobie. viij. de dia
bolo in deserto superiori ligato. Huius em̄ religatio ip̄a est
potestatis eius refrenatio. ¶ Secundo concupiscentiā
refrigerando. figura gen̄. xxxij. Angelus tetigit neruum
femoris iacob et statim emarcuit. ¶ Tertio memoriā pas
sionis mentibus imp̄mendo. figura apocal. vij. de ange-
lo ascendente ab ortu solis habente signum dei viui .i. me
moriam crucis: et infra Nolite nocere terre et mari &c. quo
adusq̄ signemus seruos dei nostri in frontibus id est mē
tibus eorum.

¶ De sancto Raphaele archangelo. Cap. cxli.

·RAPHAEL·

Raphael archāgelus: quia nulla speciali so
lēnitate vllo t̄pe recolit̄. Ideo huic festo
apparitiōis michaelis merito cōiungit̄
Ut de ip̄o aliq̄lis mētio habeat̄. Interp̄
tat̄ aūt raphael medicina dei. Hoc aūt
iō noīe angel⁹ ille sortit̄: quia quotiēs ad
aliquē morbū incurabilē sanādū angel⁹
aliq̄s a deo destinari p̄ponit̄: tūc raphael angel⁹ mitti cre
dit̄: vnde huic angelo duplex officiū attribuit̄: videlicet
officiū vie et officiū medicine. Est em̄ hic angelus dux iti
nerātibus et medicus morbo laborātib⁹: vnde et in horum
comprobationē: nō solū tobiā iuniorē in via ꝯduxit et sanū
custodiuit ac ꝯiugatum in diuitijs opulentū ad domū
paternā reduxit: sꝫ etiā tobiā seniorē excecatū illuminauit
De q̄bus p̄ singula aget̄ cum ad hystoriā tobie p̄ueniēt.
¶ Quod aūt hic angelus dux et custos in via itinerātib⁹
existat: patꝫ in quodā miraculo: qd̄ legit̄ in libro de gestis
frācoꝝ. Dum em̄ q̄dā aurelianensis ad sanctū iacobum
p̄egrinaret̄ āgelo raphaeli quē in deuotiōe habebat et quē
ducem et custodem viatoꝝ audierat se specialr̄ ꝯmēdauit.
Cū aūt in via errasset: et appropinquās silue p̄dones sup-
uenientes cōspiceret: festinare cepit iter vt eos euaderet
Et cū aliquātulū p̄cessisset: q̄dā se sibi q̄si comitem eius cō
iunxit: et cām tāte festinatiōis q̄siuit. Cui cū cām exposuis
set et hostes se insequentes ostendisset: ille cuꝫ hortari ce-
pit ne timeret: quia ip̄m sine lesione ad rectā viā reduceret.
Et cū hoc loq̄ret̄ supuenerūt ad fluuiū. Cūq̄ ille nec pon
tem nec nauem ad trāseundū ꝯspiceret: nec viā trāsuadā
di sciret adhuc magis timuit: et se a comite deceptū puta
uit. Et ecce cum p̄donib⁹ irruentib⁹ ille oī auxilio destitu
tus se angelo raphaeli ꝯmendasset subito ex alia pte flu-
minis cum socio se trāslatum vidit: et hostes citra flumen
mirātes dimisit. Subitoq̄ ei comes ille disparuit. Sicq̄
viā suā p̄secut⁹ est. Cum autē iterum rediens ad locum illū
appropinquās in eosdem hostes irruere dubitaret: gra-
ui sopore subito depressus sub arbore dormitauit. Cui i sōm
nis comes ille q̄ eū trās flumen euexerat appuit: seq̄ esse
raphaelem archāgelum cui se ꝯmendaret asseruit: q̄ eū
in via custodierat et vsq̄ ad domum saluū ducere intende
bat. Euigilās ille se ad vnā dietā p̄pe ciuitatē suā repp̄
rit: et salu⁹ rediēs btō archāgelo grās egit. ¶ Qd̄ etiā me
delā infirmātib⁹ ꝯferat patꝫ in hoc miraculo. Circa annū
dn̄i M. cccxv. iuuenis robust⁹ ordinem p̄dicatoꝝ intrauit
in ꝯuentum derbeie insule anglicane: qui morbum cadu-
cum patiebat̄: sꝫ tn̄ hoc fratrib⁹ nō reuelauit. Adeo autē
ip̄a egritudine opp̄mebat̄ q̄ sepius cadens q̄si trib⁹ ho-
ris detinebat̄. Quare ꝯpleto anno noluit a fratrib⁹ ad p̄
fessionem admitti. De gr̄a tn̄ mānsurus ad ꝯuentum len
strie missus est vbi dum dicto morbo multum affligeret̄:
frater quidā richardus de pōte fincto p̄ ip̄o deum orare ce
pit. Cui dormienti raphael angel⁹ appuit: eiq̄ dixit q̄ si
frater ille vouerat se ꝯtinere et victuꝝ: et in vita sua feria se
cunda in honorem angeloꝝ ieiunaturum sanitatem p̄a
peret: et q̄ ip̄e ad eum sanādū a dn̄o missus esset. Seq̄ ra
phaelem archāgelum nolauit. Qd̄ cum frater ille noui-
tio retulisset: illeq̄ votū emisisset: eadē die a morbo ce
cidit: et p̄uisum angelum raphaelē ꝯspexit: qui ip̄s eleua
uit ac p̄fecte sanatum nunciauit: et vt p̄missa impleret ad-
monuit: addens vt si q̄n ꝯtrauenire illico in morbum re
cideret. Statimq̄ ille sanatus est et ex illo die morbū mi
nime passus. Qui post modum ad p̄fessionem recept⁹ fa-
ctus est bonus clericus: et ordini gratiosus.

¶ De sancto Victore martyre. Cap. cxlij.

Victor miles et martyr apud mediolanum
sub maximiano augusto passus est. Qui
maurus genere a prima etate christian⁹
cam ac venerandus maximiano amicis-
simus fuit. Qui cum vt existens mediolani
comparuit christianum primo in carcere
vj. diebus afflictum inde eductum fla-
gellis cedi fecit. Et iterum per triduum in carcere comp̄
ditum detineri. Rursumq̄ de custodia emissum christūq̄
inuictissime confitentem fustibus durissime cesum: ter-
tio custodie artiori mancipauit. Dum autē ab anolino
consulari ad sacrificandum suaderetur: et immolare con

temneret

tẽneret: tertio ꝑductus corpus eius plũbo ⁊ cera lique factis ꝑfundit: sed plũbo ac cera ĩ modũ aque balnearis ab angelo tepefactis victor a cruciatu liberat. Inde eductus extra portã vercellinã expectantibusq; militibꝰ iussionẽ imperatoris oibusq; dormitãtibus ipse ab angelo solutus ipsiusq; mandato fugiens in stabulo latuit. Sed postmodũ quadã ipm matrona indicante ꝑductꝰ a militibus: ⁊ ferro artatus in silvula que dicit ad viri- mos in viridario imperatoris decollatus est: qui ⁊ mortẽ maximiani eodẽ anno vt euenit futurã predixit. Corpꝰ aũt eius .vj. diebus expositũ vt a bestijs voraret duobus leonibus eũ custodientibus ꝓtectũ est: ⁊ integrũ repertũ a sancto materno episcopo in ipso loco tumulatũ est. Qui passus est .viij. idus maij.

¶ De sctõ Cataldo epõ ⁊ ꝯfessore. Cap. cxliij.

Cataldus epũs ex hibernie ꝑtibus oppido qđ dicitur catandus patre euchbo matre athena exortus fuit. Hic nimia claruit sanctitate ⁊ insignibus miraculis coruscauit. Nã statim vtero vt ex matris ad lucẽ ꝓdijt: caputq; in marmore ꝑcussit: caput eius in ipm marmor ac si in ceram mollissimã intrauit: ⁊ signũ verticis concauitatẽ dimisit. Et cũ mater ex dolore partus expirasset: infans sine cuiuspiã auxilio se erexit: ⁊ matrẽ brachiolis amplexus ipsam suo tactu dei gr̃a mirabiliter suscitauit. Cũq; marmor in quo nascens caput defixerat: sub diuo positus esset ⁊ in ipsa eiꝰ concauitate pluuia caderet: oẽs egri ex aqua illa sumentes a quacũq; egritudine sanabant. ¶ Postq; autẽ ad presbyteratũ ascendit: ⁊ conciues suos ad fabricandum ecclam̃ ꝓuocauit: dum ipse quoq; in opere exercitaret: quidam nobilis cadauer filij nuper defuncti lachrymabiliter ei ꝓsẽtauit: ipseq; lachrymis illius cõpatiens sꝫ dolori: oratione fusa puerũ ꝯtinuo suscitauit. Quo miraculo multos ad deum conuertit. ¶ Crescente aũt eius fama filius alterius nobilissimi militis morit: cuiꝰ cadauer a patre in pheretro viro dẽi apportat: ⁊ vt ipm suscitet sicut ⁊ puerũ alterũ suscitauit: instantius exorat. Cum aũt ipse ex humilitate recusaret: ⁊ operi eccl̃ie intentus terram effoderet: casu terram abijciens super corpus iuuenis aspersit: ⁊ ille repente viuus surrexit. ¶ Rex autẽ insule hec audiens: ⁊ ipsa magicis artibus attribuens: nauigio venit ad sctm̃ de suis finibus ꝓpellendũ. Sed nocte ab angelis per visum terret: q nisi resipiscat subito moriet. Eademq; nocte quidã eius dux in hoc facto consiliarius repente interijt. Qđ rex audiens ⁊ dei vltionem expauens a sancto veniam petijt: ⁊ ducatum ducis illius defuncti ecclesie que fabricabat imperpetuum concessit. In qua eccl̃ia cataldus post breue tempus archiepiscopus electus est: qui laudabiliter viuẽs duodecim sibi suffraganeos epõs constituit: ⁊ totam insulam verbo ⁊ exemplo ad christi cognitionẽ adduxit. Omnibusq; recte dispositis in pace quieuit .viij. idus maij. Cuiꝰ corpus cum multo tempore latuisset: a dracone archiepiscopo dño reuelante repertum: ⁊ in ecclesia tarentinã honorabiliter tumulatum: miraculis radiare non cessat.

¶ De translatione sancti Andree. Cap. cxliiij.

Translatio corporis beati Andree apostoli tempore cõstantini imperatoris facta est. Cuius corpus de patracen. ciuitate vbi passus fuerat: ⁊ a maximilla senatrice sepultus cum ossibus sanctorũ beati luce euangeliste de bithynia sublatis: ⁊ timothei discipuli sancti pauli ab ephesto sumptis: constantinopolim translata sunt: ibiq; reuerentia digna recondita .viij. idus maij: vt dicit ado.

¶ De translatione sancti Hieronymi Cap. cxlv.



Translatio corporis sancti hieronymi duplex est. Prima est illa de qua scribit cyrillus hierosolymitanus epũs in epistola ad augustinum de eius miraculis transmissa. Cum eñ corpus gloriosi doctoris apud bethleem iuxta ꝓsepe domini vt ipse mandauerat humo obrutum fuisset: ⁊ ibidem insignibus ⁊ inauditis miraculis chorusscaret. Videbatur fidelibus q illud corpus sanctissimũ iacens in terra indignius tractaretur. Ideoq; decoro sepulchro marmoreo in ecclesia bethleemitica fabricato Cyrillꝰ hierosolymitanus patriarcha cum clero ⁊ populo sanctũ corpus eodem transferendum decreuerunt: ⁊ diem dominicum post penthecosten ad hoc faciẽdum celebrius statuerunt. Et concurrente populi multitudine ex vrbibus conuicinis: terram vbi iacebat corpus effodiunt ⁊ euacuata fouea illud in aere pendere conspiciunt: ita q nulla sui parte humum contingens integrum ⁊ incorruptum omnino reperiunt odorisq; fragrantiam miram cuncti senserunt. Corpus autem inde leuatum ⁊ super altare positũ est: vt a fidelibus videretur. Cuius contactu die ipo .xvj. ceci illuminati sunt: tres quoq; a demonio vexati illuc adducti liberationem perceperunt. Filius mulieris vidue populi frequentia compressus suffocatus est. Quem mater in fossa vbi corpus sanctum iacuerat: ꝓiecit exanimem ⁊ continuo viuus surrexit. Quod cernens rusticus: cuius filij cadauer defuncti ante tres dies sepultum fuerat accedens ad locum corpusq; filij exhumatum ad ecclesiam attulit ⁊ in foueam ꝓiecit: statimq; spiritum vite recepit. Circa vesperas autem post predicta ⁊ alia multa miracula exhibita: corpus in monumento repositũ fuit: ⁊ fouea terra repleta. Sed inane monumentũ vacuum est inuẽtum: ⁊ euacuata iterũ fouea corpus repertum est loco pristino restitutum. Stupentibus cunctis sequenti nocte cyrillo dormiẽti hieronymus gloriosus apparuit: corpusq; de loco vbi iacebat nullatenus amouendũ admonuit: dicens q ibidẽ quiescere debebat donec hierlm ab infidelibus caperet: ⁊ tunc ad vrbem romã deportaret. Quod cyrillus ceteris enarrauit: ⁊ vnusquisq; deo gratias egit. Hec aũt translatio diem certũ nõ habet: nisi q cyrillus eã die octaua penthecostes factam fuisse scribit: que tamẽ dies nescitur quoto die cuiusue mensis eodem anno contigerit. ¶ Secunda translatio est que in romanis chronicis reperitur qua corpus eius de bethleem romam translatũ est: ⁊ in ecclesia sancte marie maioris reconditum. Post multa eñ annorũ curricula ab obitu hieronymi gloriosi hierusalem destructa ⁊ a saracenis occupata cum pene omnium sanctorum esset orbata reliquijs: solo hel hieronymi corpore in partibꝰ illis relicto: apparuit ipse doctor vni monacho ibi degenti mandans eidem vt corpus suũ romã deferret ⁊ in ecclesia dei genitricis iuxta presepe domini tumularet. Qui cum hoc facere formidaret: a sancto doctore secũda vice admonetur: ⁊ iussa adimplere re-

cusans: tertio de negligētia durius increpatur. Tūc san
cti hieronymi reliquias latenter surripuit: ⁊ cū duobus
fidelibus comitibus psperis succedētibus romam venit.
Quē sanctus iter iuxta vrbē quidonem admonuit: vt so
lis canonicis eccle cōuocatis corpus de nocte quasi clan
destine recōderet: ne ex superuenientibus turbis diminutio
nem aliquā in reliquijs sustineret. Itaqȝ put sanct⁹ mā
dauerat iussa pfecit: pmissa solis ipsius eccle canonicis
nunciauit: ⁊ ipsis psentibus in loco humili: videlȝ in ter
ra ante psepe dn̄i corpus noctu deuote reposuit: vbi a qui
busdā voces angelice cōcinentes audite: luxqȝ immensa
vti solis radius meridianus ibidem effulsit: miraqȝ odo
ris fragrantia vnūquēqȝ respersit. Celebratur autem hec
festiuitas die quo corpus almi doctoris ibi depositum est
videlicet .vij. idus maij.

¶ De sctō Hermete discipulo. Cap. cxlvj.

Ermes discipulus xp̄i de quo apls paul⁹
ad romanos .xvj. scribens meminit. Hic
dicit fuisse autor libri q̄ dr̄ pastor: ⁊ apud
multas grecie ecclesias publice legit mul
tiqȝ de eo libro scriptores veterē scripserūt te
stimonia: sed a latinis pene ignotus est.
Sepultus est rome apud baptisterium ex facultatib⁹ san
cte praxedis cōstructū: vt dicit Hieronymus de viris illu
stribus. Dorotheus abbas hunc ex numero .lxxij. discipu
lorum fuisse dicit: q̄ ep̄s philopoleos fuit ⁊ rome quieuit
In libro etiā pontificum habet q sub ep̄atu pij pape her
mes librum composuit: in quo mandatum continetur q
ei precepit angelus domini cum ad eum in habitu pasto
ris venit. ⁊ die dominico pascha celebrari constituit. Cu
ius festum agitur .vij. idus maij.

¶ De sancto Metrone confessore. Cap. cxlvij.

Etron confessor verone colitur in eccle
sia sancti vitalis sepultus. De quo fer
tur q illuc peregrinus aduenerit: sȝ vn
de venerit aut quo loco exortus fuerit
ignoratur. Ibiqȝ existens nouum peni
tentie modum adinuenit. Nam lapi
di magno compede in crure posito me
diante se affixit: clauemqȝ compedis in flumen athesis p
iecit hoc sibi signum pponens q quandocunqȝ clauem
reperire contingeret ab omnibus peccatis se absolutum
cognosceret: post plures itaqȝ annos appropinquāte die
vocationis eius piscis capitur in cuius ventre clauis illa
reperitur: animam iam sanctificatam designans ⁊ corpo
ris dissolutionem instantem prenuncians. Que post dies
modicos facta est .vij. idus maij.

¶ De sancto Job propheta. Cap. cxlviij.



Ob iustus ⁊ ppheta domini licet de gen
tibus natus fuerit: q tn̄ sctissimus exti
terit non solum in libro tobie .ij. capi. et
eze. xiiij. ⁊ eius nominis p totum scripto
volumine expsse dr: sed etiam ab oibus
doctoribus approbat. Fuit aūt scola ter
re hus que est in finibus idumee ⁊ arabie: vt dicit hiero
nymus. Et erat ei an̄ꝑ. nomen iobab genuitqȝ filiū sibi
in regno successorem cui nomen enon. Erat quidam ipse
filius zare de esau filijs filius de matre vero bosra: itavt in
quintus ab Abraham nepos Esau: ⁊ regnauit in regione
Edon rex magnus ac potens inter omnes orientales ⁊ ac
cepit vxorem arabissam: genuitqȝ filios .vij. ⁊ tres filias.
Fuitqȝ possessio eius locupletissima in ouib⁹ ⁊ bobus asi
nis ⁊ camelis ⁊ possessionibus terrarum ac familia mul
ta nimis. Et licet esset ex gentilibus patribus ortus ipse
diuino spiritu reuelante: non solum ab ydolatria absti
nuit: sed insuper sanctissime vite fuit. Nam erat vir ille re
ctus ⁊ simplex timens deum ac recedens a malo. Et cum
filij eius in conuiuijs quotidie lasciuirent ipse post conui
uia domino p filijs immolabat: vt sic que in comessatio
nibus per filios in deum commissa fuerant: ipse sacrificijs
expiaret. Cuius sanctitas ore dei approbatur: dum in to
to orbe non habere similem perhibet. ¶ Ut autem eius
patientia manifestior fieret: deus eum a dyabolo tentari
permisit: data ei primo in rebus deinde in filijs tertio in
carne propria potestate. Demon autem accepta potesta
te a domino: primo in exterioribus eum percussit. Nā bo
ues ⁊ asinos a sabeis auferri fecit: oues ex aere emisso igne
cōbussit: camelos a chaldeis tolli procurauit pueros qȝ ac
familiā gladio hostili ⁊ igne consumpsit. Deinde ipm in
ple inuasit. Nam filios omnes ac filias palatio sup eos
corruente vno impetu interfecit. Et cum in his omnibus
iob patientem ⁊ in nullo commotū vidisset ad carnes ei⁹
persequendas accessit. Graui enī ipm a planta pedis vsqȝ
ad verticem vlcere vulnerauit. Solāqȝ sibi vxorem in gra
uiorem afflictionem dimisit: quā ⁊ in eius cōtumeliā in
citauit. Et cū in his oībus non peccasset iob labijs suis:
neqȝ stultum q̄d cōtra deū locutus esset. Nouissime tres
amicos eius ⁊ reges singulos de loco suo ad eum destina
uit: qui lȝ ad consolādū iob pricipali intentiōe venissent:
ipsos tamen dyabolica suggestione longa verbor exacer
batiōe in ipsi⁹ odiū ⁊ cōcrepatiōes prouocauit. Et cū ipsos
iob sapienti disputatiōe ⁊ patienti sermone supasset. Ad
vltimū helim quendā iuuenē arrogantē ɔtra iob in acer
ba puitia ⁊ grauissima iproperia suscitauit. ¶ Cūqȝ post
multa flagella dn̄s seruum suum iob manifestissime cō
probasset: ⁊ p septē annos vt dicit beatus hieronym⁹ ip
sius patientiā dudū expertus in lucē pduxisset: misertus
ipsius ad statum illuȝ feliciorem reduxit: oēmqȝ faculta
tem eius duplicauit. Filios vero ⁊ filias totidem numero
quot amiserat: ei concessit: sed eos dupliciv irtute ⁊ elegā
tia prioribus decorauit. Uixit quoqȝ iob post flagel la sua
annis centū ⁊ quadraginta: ⁊ vidit filios suos ⁊ filior suo
rum vsqȝ ad quartā gnationē. Et mortuus est senex plen⁹
dierū annor videlicet centū ⁊ octuaginta trium. Nā vt tra
dit hieronymus annor triginta sex erat: qū a dn̄o flagel
latus est: ⁊ in ipsis flagellis annis septē pmansit: post q̄
vt ex tertio libri sui habet annis centū ⁊ quadraginta sup
uixit. ¶ Scripsit ipse idē librū vite sue ⁊ sermonū suor ara
bico sermone: vt hieronymus ait. Qui certe liber psa in
cipit: metro labit pedestri smone finit. Nā a pricipio vsqȝ
ad locū illū vbi iob dicit. Pereat dies in qua natus sum
stilo psaico incohat. Inde vsqȝ circa finē vbi dn̄s tres iob
amicos redarguit: heroico metro psequitur. Finem vero
rhythmico colore concludit. Oīsqȝ legis dyalectice: ppo
sitione: assumptione: confirmatione: conclusione singula
verba sua determinat. ¶ Nam quattuor disputationum
genera in ipso libro complectitur. ¶ Quarum prima est
dyalectica: que pcedit ex pbabilibus. Et hec consistit in
ter iob ⁊ tres amicos eius vbi conclusionem hanc tenet:
⁊ pbat q deus hominem iustum sine sui culpa flagellat:
amici vero eius oppositam conclusionem affirmant: vi
delicet q deus neminem sine culpa cōdemnat. ¶ Secū
da est

da est sophistica:que pcedit ex apparentibus. Et hec est
inter iob t helim:cuius iob non respondeat:q quidem iu
uenis psumptuosus t vaniloquus cōclusionem amicorū
iob approbans sophistice syllogisat. ¶ Tertia est tenta-
tiua inter dominum t iob qui cum de multis questionib⁹
tentat:t interrogat : vt declaret ei q nulla sapientia est
apud deum comparata. ¶ Quarta est demonstratiua:in
qua p ipso iob dominus cōtra tres amicos eius questio-
nem diffiniendo demonstrat. Et sic concluditur totus li
ber plenus mysterijs t maximis diuine fidei sacramētis.
¶ Quieuit autem sanctus iob in pace t optima senectu
te sexto idus maij:vt hieronymus in suo calendario po-
nit. Sepultusqз est in terra hus in finibus edon fuit in
bosra:vbi t sepulchrum eius cernitur vsqз in psens.

¶ De sanctis Gordiano t Epimacho
martyribus. Cap.cxlix.



Ordianus martyr rome passus est sub iu-
liano apostata imperatore. Qui iulian⁹ cuз
inter alios xpianum quendam senem psby
terum nomine ianuarium tenuisset:tradit
enim in custodia cuidaз eius vicario gordia
no. Qui ianuarium ad domum suam addu
cens:dum ipm ad sacrificia sermonibus hortaretur: ia-
nuarius gordiano xpm predicans eum conuertit : t sta-
tuam iouis eream quam apud se habebat in igne cōfla-
uit:ac ipm cuз vxore marina t familia eius pmiscui sexus
numero quinquaginta tribus cum eorum domibus ba
ptizauit. Quod cum iulianus comperisset:ianuariū psby
terum in exilium pscriptione dampnauit. Vxorem vero
gordiani marinam ad aquas salinas manere precepit in
seruitio rusticorum. Gordianum autem cuidam clemen
tiano quem loco eius vicarium pfecerat:puniendum tra
didit. Qui clementianus gordianum sibi cathenis victū
presentari fecit:t in confessione christi persistentem : pri-
mo quidem diu plumbatis cedi deinde capite trun-
cari pcepit. Cuius corpus canibus proiectum:cum diebus
septem mansisset intactum:tandem a familia sua rapit:
t cum beato Epimacho quem dudum ante pdictus iu-
lianus occidi iusserat sepelitur via latina:miliario vno lō
ge ab vrbe roma. Qui passus est circa annum dñi tricen-
tesimum t sexagesimum .vj.idus maij.

¶ De sanctis Calepodio presbytero t socijs
martyribus. Cap.cl.



Alepodius psbyter:palmatius: simpli-
cius:felix t blanda cum socijs eorum ro
me passi sunt sub alexandro imperatore
Cum enī palmatius consul de manda-
to imperatoris ad regionē transtyberim
accessisset vt calepodium psbyterum cū
alijs xpianis in domo quadam latenti-
bus comphenderet: decem milites qui domum intraue-
runt:excecati sunt. Qđ alexander conspiciens iussit om
nem populum p liberatione militum deo mercurio imo-
lare. Tunc vna ex virginibus paganorum arrepta a demo
ne deum viuum t verum deum xpianorum clamabat.
Quod palmatius audiens conuersus abijt ad sanctū pa
pam calixtum:t ab eo baptismum expetijt:queз calixtus
psente calepodio baptizauit omnemqз eius familiam cū
vxore t filijs numero quadraginta duobus vnda salutari
pfudit. Qui palmatius exinde cepit facultates suas pau
peribus erogare. Post dies plurimos Alexander hoc au
diens fecit teneri palmatium eumqз examinatum t chri
¶ Circa tertium sciendum q̄ dispositio virtuosa cet' fu sapientis consideratur. Primo propter numerum: nam spiritussanctus in. cxx. discipulos corporaliter missus est per quod significatur: q̄ spiritussanctus in vniuersos ecclesie filios videlicet in solos perfectos diffundēdus erat Nam hic numerus. cxx. sunt. xij. denaria. Numerus autem duodenarius orbis vniuersitatem importat: quia et celum diuiditur in duodecim signa ꝛ terra in duodecim ventos: ꝛ annus in duodecim menses. Numerus autem denarius legis perfectionem designat. Sed decem per duodecim multiplicata faciunt cētum ꝛ viginti. ¶ Vel per

per hoc ostendit̄ q̄ illi in quos spiritussanctus venit habere debebant pfectiōnē legis mosaice que ↄsistit in decē preceptis: ⁊ fidei euangelice que ↄsistit in duodecim articulis. ¶ Scd̄o pp̄ter locū. Dat̄ enī spiritussanctus in cenaculo montis syon. Ad qd̄ quindecim gradibus ascēdebat̄. In quibus dauid ad tabernaculū dn̄i ascendens quindecim psalmos graduales decantabat. Si aūt ordine numerali ab vno incipias ⁊ superaddas duo ⁊ deinde tres deinde quattuor: ⁊ sic vsq̄ ad quindecim peruenies ad numeꝝ centū ⁊ viginti. In quo numero spiritussanctus effusus est: vt sic ipsius loci gradus mystice ꝓphetarent per excrescentiam numeꝝ illoꝝ hominū in quib⁹ spiritussanctus in eodē loco fuerat corporaliter diffundendus. ¶ Tertio ꝓpter meritum. Fuerunt enī apostoli receptacula munda sicut de eis cantat̄ ad spiritussancti susceptionem. ⁊ hoc ꝓpter septem que in ipsis reperta sunt que in textu notant̄. ¶ Fuerunt enī p̄mo animo quieti qd̄ notat̄ cū dicit̄. Dum comple. dies pentecostes idest dies requietionis isaie. lxvj. Sup quē requiescet spiritus meus nisi super humilem ⁊ quietum. ¶ Scd̄o dilectione vniti: quod notat̄ ibi. Erant omnes pariter Ideo cantatur de eis. Inuenit eos concordes charitate ¶ Tertio loco secreti quod notatur ibi in eodem loco: idest in cenaculo. Osee. Ducam eam ad solitudinem et loquar ad cor eius. ¶ Quarto oratiōe assidui: vnde cantatur: orantibus apostolis deum ⁊ cetera. Sapiē. vij. Inuocaui ⁊ venit in me spiritus sapiētie. ¶ Quinto humilitate prediti: quod notatur in discipulis. psalmista. Qui emittit fontes in conualli. idest dat gratias humilibus vt dicit glosa. ¶ Sexto pace coniuncti quod notatur in hoc q̄ erant in hierusalem que interpretat̄ visio pacis: vnde ⁊ dominus quando post resurrectionē discipulis apparuit: primo pacem annunciauit: ⁊ postea spiritumsanctum dedit. ¶ Septimo contemplatione erecti: quod notatur quia erant sedentes: vnde maria que vitam contemplatiuam designat sedebat ad pedes dn̄i ⁊ audiebat verbum illius. ¶ Circa quartum autem notandum q̄ operatio fructuosa effectus subsequentis notatur in sex effectibus: quos spiritussanctus adueniens operatus est: qui continentur in illa autoritate ioannis xvj. Paraclytus autē spiritussanctus ⁊c. ¶ Primo ad cōsolandum mestos quod notatur ibi paraclytus idest consolator. Isaie. lxj. Spiritus domini super me. ⁊ infra vt ponerem consolationē lugentibus syon. ¶ Secūdo ad viuificandū mortuos: quod notatur ibi spiritus: qꝛ spirit⁹ est qui viuificat. Ezechielis. xxxvij. Ecce ego mittam in vos spiritum ⁊ viuetis. ¶ Tertio ad sanctificandum immundos: quod notatur ibi sanctus: psalmista fluminis impetus: idest inundans gratia sp[illegible] letificans ciuitatem dei. ⁊ infra. Sanctifica[illegible] lum suum altissimus: per ipsum videb[illegible].
¶ Quarto ad pacificandum odiosos: quod [illegible]tatur ibi pater. Nam pater naturaliter diligit filios. Joan. xvj. Ipse enī pater amat vos ⁊c. ¶ Quinto ad saluandū iustos quod notatur ibi. In nomine meo: quod est iesus q̄ salus interpretatur glosa in nomine iesu pater misit spiritum vt ostendat q̄ ad saluandas gentes venit.
¶ Sexto ad docendum ignaros quod notatur: quia ille vos docebit omnia. Joan. xiiij. Cum autem venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem.

¶ De sancto Isidoro martyre. Cap. ij.





Isidorus martyr alexādrie ort⁹ tpe decij imperatoris apud chiū insulam passus ē. Hic cū esset xp̄ianus occultus. Numerianū pretorē a decio ad ipsam insulā missum comitat⁹ est: ⁊ apud quandā peccatricē aphrā noīe: q̄ tres puellas publice olim se p̄stituētes detinebat: hospitat⁹ ē. Quas sctūs nocte illa cū amelio eius comite xp̄iano in fide xp̄i erudire cepit. Cū aūt puelle eius pedib⁹ ꝓuolute mlaim aīarū suaꝝ salutē expeterēt. Interea lucerna extinguit̄: ⁊ dūvna ex puellis ad ipsam accēdēdā egredit̄: orāte sctō martyre: celesti luce domus subito illustrat̄. Qd̄ puella lumine mutuato rediēs ⁊ vidēs obstupuit: ⁊ lux illa celica tota nocte p̄seuerauit. Cū aūt aphra mane facto hec oīa matri sue retulisset: illa cōuersa ad se sanctū accersiuit: ⁊ ab eo veritatē fidei didicit: veꝝ postq̄ puelle cū aphra octo diebus ieiunijs ⁊ orōnib⁹ admonēte sctō martyre isidoro institissent: apparuit dyabolus in specie ethiopis teterrimi: q̄ de sctō viro isidoro q̄relā faciebat: eo qd̄ sibi res suas subtrahebat: ⁊ ne sctūs ipm in abyssum demergeret exorabat. Cui martyr dn̄i id se facturum p̄misit dūmō demon draconē occidat: q̄ in ipa insula apud quēdā fontē habitās plurimos p̄emerat. Sicq̄ dyabol⁹ draconē interfecit: ⁊ isidorus fontē purgauit. Aphra vero cū puero cū puellis ⁊ matre cōuerse sunt: ⁊ a p̄sbytero phyllotonio baptizate. ¶ Hec audiēs numerianus isidoꝝ tenuit: ⁊ primo in quattuor lignis extēsū bouinis neruis crudis grauiter cedi iussit deinde in carcerē misit. Et cū xp̄m cōstāter cōfiteret̄: inde educt⁹: pedib⁹ equo alligat̄: ⁊ p aspera ⁊ crepidines mōtanas distrahit̄: moxq̄ virtute diuina ī ipso loco p quē tractus est: aculei ⁊ spine in arbores gummi mastices defluētes cōuerse sunt: ⁊ in testimoniū ei⁹ martyrij manāt vsq̄ in p̄sens nec valēt in loco altero trāsplantari: qꝛ cōtinuo desiccant: aut gūmi nūq̄ emittūt. Deinde in camino ignis īmissus: cū inde illesus exisset: iussu numeriani decollatus est. Corpus quoq̄ eius in puteo a paganis ꝓiectum ab amelio ei⁹ comite ⁊ myropē sancta matrona inde leuatum iuxta eundem puteum sepultū est. Sed ⁊ supra corpus ⁊ puteum p̄cessu temporis basilica a fidelibus constructa: puteum intra sui ambitus tenet: de cuius aqua omnes egri potantes sanant̄: vt dicit ado. Tempore vero dn̄i michaelis ducis venetiaꝝ corpus huius martyris inde a venetis ad eoꝝ vrbem translatum quiescit in ducali basilica sancti Marci. Passus est autē idibus maij.

¶ De sctis Torquato ⁊ socijs eius. Cap. iij.



Torquatus: ethesiphon: secundus indalecius cecilius: hesichius: ⁊ eustachius rome a sanctis apostolis episcopi ordinati ad predicādū verbum dei ad hispanias missi sunt. Cūq̄ ad ciuitatem acitanam venissent: ⁊ quiescentes modicum discipulos ad vrbem p cibis emendis destinassent: mox a paganorum multitudine insecuti sunt: q̄ tūc

diis suis festa celebrabant. Et cū eos vsq ad fluuium psecuti fuissent: cum gentilium multitudo transire vellet: ruēte ponte multi ex ipsis in flumine necati sunt. Visoq miraculo lupanaria senatrix cum eis qui remanserant crediderunt. Post hec sancti epi diuersis vrbibus euāgelizantes multos populos ad dominum conuerterunt. Et tandem torquatus acci: ctesiphon vergy: secundus abule: indaletius vrci: cecilius eliberi: hesychius cartese: eustathius eliurgi quieuerunt. Sed in ciuitate acitana ad sepulchrum sancti torquati arbor oliue in eius festo preter naturam diuinitus florens maturis oleis onustatur quarum liquore egritudines sanantur. Horum omnium festum agitur idibus may.

¶ De sanctis Petro Paulo Andrea et Dionysia martyribus. Cap. iiij.



Petrus: paulus: andreas et dionysia temporibus Decij cesaris passi sunt. Quorum petrus adolescens ab optimo pconsule apud lemosacum ciuitatem comprehensus: cum se christianum pfiteretur: in rota extensus et vinculis ferreis toto corpore astrictus: dū constanter permaneret: gladio animaduersus est. Deinde pconsul ad ciuitatem troadum accedens oblatos sibi nicomachum andream et paulum christianos diduz torqueri fecit. Nicomachus autem diutissime cruciatus cum iam pxe esset: vt spiritum emitteret: clamauit se christianum nunq fuisse: et ydolis sacrificaturum paratum esse. Qui mox depositus vbi sacrificauit: a demonio arreptus et in terram elisus: linguam suam comedens infeliciter expirauit. Cum autem dionysia puella annorum quindecim virgo christiana hec videns infelicitatem illius argueret: et christum dominum verum deum acclamaret a iudice iussa traditur duobus lasciuis iuuenibus illudenda. Qui dum eam corrumpere vellent: et illa contra eos viriliter dimicaret: apparuit eis angelus domini cum immenso lumine qui domuz tanta luce perfudit: q iuuenes terrore perculsi ad pedes virginis pciderunt: et veniam postularunt. Mane autem proconsul paulum et andream flagellis cesos populo tradidit occidendos. Quos illi pedibus alligatos extra ciuitatem trahentes lapidibus interfecerunt. Ad quos accurrens dionysia vt secum occideret iussu pconsulis decollata est. Quorum omniuz corpora a christianis ad vrbem lemosacum delata vna cum corpore beati petri martyris sepulta sunt. Horum omniū agitur passio idibus maij.

¶ De sancto Peregrino presbytero et martyre. Cap. v.



Peregrinus presbyter ciuis romanus a sancto Sixto papa cum marsone psbytero concordio dyacono et iouiano subdyacono atq ianuario lectore ad predicandum verbum dei ad gallias missus est. Qui primo apud massiliam. Deinde apud lugdunum: deinde apud antisiodorum predicarunt: vbi multitudinem populi conuerterunt: et ecclesiam fabricarunt. Post que beatus peregrinus iteranum accessit: vbi dum christum annunciaret a iudice tentus et in vico baugiaco in carcere detentus est. Deinde imperatori hadriano ad iterauensem ciuitatem venienti presentatus est. A quo diuersis supplicijs attrectatus: nouissime decollatus est anno domini trecentesimo et trigesimo. Corpus vero eius feris expositum cū diebus pluribus permansisset intactum iussu angelico a rustico christiano colligitur: et plaustro imponitur: eodemq angelo duce a media nocte vsq ad auroram ad sanctum Dionysium parisiensem deducitur. Cūq mane rusticus se antisiodoruz adhuc appropinquare nō crederet et postmodum se antisiodorum transiuisse et parisius aduenisse conspiceret: miratus expectabat dei voluntatem. Tunc signis ecclesie sancti dionysij per seipsos pulsantibus et monachis hoc stupentibus: neq causam cognoscentibus: tādem voce de celo corporaliter ad eos facta permoniti: omnes monachi sancto corpori obuiarunt: et ipm ad locū suū deferentes in capsa argentea honorifice sepelierunt: vbi requiescit miraculis pollens. Passus est autem decimoseptimo calendas iunij.

¶ De sancto Vbaldo episcopo et confessore. Cap. vj.



Vbaldus epūs nobili psapia eugubine ciuitatis oriundus a pueritia deo deuotus patre defuncto cui fuerat vnicus apud ecclesiam sancti secundi iuxta ipsum oppidum sitam litteras puerulus didicit: et clericus ipsius ecclesie factus eam intantum dilexit: vt ipam post tempus de paupere diuitem: de seculari faceret regularem. Qui postmodum a patruo nomine Vbaldo cuius gratia et ipe Vbaldus vocatus fuerat maiori ecclesie traditus: summa sanctitatis perfectiōe pollere cepit. Qui etiam ab amicis diu dum pulsatus vt vxorem sumeret: omnino recusauit: christo potius militare decernens. Carnem quoq diris et assiduis ieiunijs macerabat. Deinde quasi inuitus sacerdotij gradum compulsus ascendere: omnia sibi a patre relicta egenis et ecclesijs dispensauit. Ecclesiam quoq suam matricem edificijs et predijs amplianit. ¶ Sed cū quasi tota ciuitas incendio conflagrasset ecclesiam suam sancti secundi cum claustro et domo igne consumptam de pprio reparauit. Dehinc l cenobio canonice portuen. apd Rauennam tribus mensibus manfitans regulam et ordinem viuendi non solum imbuit: sed in scriptis reportauit: et reuersus ad ecclesiam suam eandem regularium canonicorum monasterium iuxta ordinez portuen. instituit eāq predijs dotauit. Et in ipso suo regressu: lz itinere fatigatus nunq ieiunium soluit. Cum autem in quodaz nemore cum socio dormitasset: exinde surgens codicez regule obliuione dimisit et sollicitus p libri amissione vel saltē deuastatione propter imbrem maximuz qui ceciderat redijt: librūq reppetit vbi dimiserat iuxta viam nec raptum ab homine nec a pluuia madefactum. Et quia regula ipsa artior videbatur: cum tribus tantum ex suis clericis: alijs abeuntibus in dicta ecclesia regulariter viuere cepit. ¶ Mortuo vero episcopo perusino: vbaldus eligitur sed fugiens ad heremum tandiu latuit quādiu alius surrogatur. Alias etiam electus in episcopum alterius ciuitatis pedes romam adijt: et ab honorio papa instantia multa resignationem obtinuit. Demum disponente domino electus in episcopum eugubinum ab eodem papa cuius diudum renitens iussus presulatum acceptauit: et vsq ad tempora alexandri iij superuixit: omni vite sanctitate tantaq patientia preditus: vt etiam ab ipsis suis familiaribus

miliaribus iniurias perpessus patientissime toleraret. Nam et a suo ianitore aliquando exclusus etiam semel hostio in fronte percussus nullam vindictam excogitavit. Et dum quosdam ad instantiam civium iniuste excõicare nollet ꝓhibiti sũt omnes sibi clerici ministrare: adeo vt etiam ad missam celebrandam vnicum aliquãdo servitorem habere non posset: et patienter tulit. Preterea cum murum vrbis iuxta vineam episcopi repararent: et cloacam in vineam facerent infundentem: quod vbaldus ꝓhibere volens cum iniuria in cemento liquido ꝓiectatus et foedidatus benigne supportauit. Quosdã quoque eius affines iniuriã vlcisci volentes omnino ꝓhibuit. ¶ Dum aliquando seditio dura esset in civitate illuc vt pugnam sedaret festinauit: quã dum nullo modo sedare se posse perpendit: ex industria inter enses et lapides se in terram deiecit: nec inde surrexit: donec cives episcopum ex vulnere mortuum existimantes a seditõe cessarunt. ¶ Alia vice cum civitas eugubina ab vndecim civitatum et castrorum civibus inuicem cõtra eam colligatis obsessa esset: eãque expugnare vellent. Vir sanctus supra murum ascendens signum crucis edidit: et hostes nemine persequẽte fugauit adeo vt relictis oĩbus solam vitam saluare contenti ad ꝓpria festinando redirent: cives quoque eugubij de spolijs ditati sunt. ¶ Fedenicum etiam imperatorem qui obsidibus ab eadem vrbe susceptis grauem pecunie summam expetebat: exiẽs ad eum oratione premissa adeo christi virtuti placauit: vt obsides libere redderet: et episcopũ plurimũ honoraret. Multis etiam grecis contulit sanitatem. Nam vnum ex suis canonicis a graui languore liberauit. Ecclesiam sancti benedicti consecrans solo vestimentorum ꝯtactu paralyticũ curauit. Cecis duobus visum restituit: quorum vnus per visionem monitus ifuerat ad eum accedere pro lumine obtinendo. ¶ Alium quoque qui ad eum ꝓ luce recuperanda venerat: quia cognouit hoc eius anime saluti non pertinere ad tantam patientiam suis exhortationibus induxit: vt ꝓmissa sibi eterna luce pro temporali perdita nullatenus visum recuperare voluisset. Et multis alijs signis admodum effulsit. Denique propter nimias afflictiones grauiter languebat intm̃ quod ex carne ipsius potissime ex vlcere pessimo quod in latere patiebatur: sanies intolerabilis effluebat: nec ꝓpter hoc vnquam destitit a pontificalibus exercendis. ¶ Die sctõ pasche iam durissima pressus egritudine: vt vix in lecto se posset erigere: ad preces populi per orationem obtinuit: vt per seipsum sine adiutore consurgens missam in pontificalibus celebraret: et populo suo vltimum sermonẽ vice testamenti faceret. Et ad vltimum postquam filios benedixit ad lectulum redijt. Inde ingrauescente languore sumptis ecclesiasticis sacramentis orans et psallens domino spiritum reddidit feria secũda pentecostes: que ipso anno occurrit .xvij. calen. iunij. ¶ Cum autẽ tam propter frequentiam egrotorum ad pheretrum venientium et reportantium sanitatem quam ꝓpter multorum deuotionem sepultura ipsius vsque ad quintam feriam protracta fuisset corpus eius nulla corruptione maculatum sed suauissimo fragrans odore: cum luctu multorum et gaudio spirituali ab episcopis perusino castellanen. et callien. sepultũ est honore cõdebito in canonica videlicet sua iuxta muros civitatis: vbi vsque in presens quiescit incorruptum omnino infinitis et crebris miraculis clarens.

¶ De sancta Maxima virgine. Cap.vij.

Maxima virgo in pago forliuien. vico callidiano virginitatis lilio florescens multisque et insignibus clara virtutibus in pace quieuit .xvij. calẽ. iunij: vt dicit ado in martyrologio suo.

¶ De sancto Torpete martyre. Cap.viij.





Torpes martyr in civitate pisana tempore Neronis imperatoris passus est. Nã cum ipse Nero civitatem pisanã restaurasset: templum diane ibi cõstruxit: vbi et celum eneum fabricauit nonaginta columnis sustentatum cum ymaginibus solis et lune et stellarum: que artificiose oriebant: et occidebant. et cum foraminibus fistularum: per que aque guttule distillantes pluuiam simulabãt. Fecit etiã quadrigam subterraneam: que commota tonitrua mentiebatur. ¶ Eodem autẽ tempore sanctus torpes qui magnus erat in palatio cesaris spũ dei tactus a sancto antonio presbytero qui in latere montis contiguo civitati latebat occulte baptizatus est: et reuertens domum ab angelo sibi apparente in fide confirmatus est. Hoc audiẽs nero cesar: torpetem captum satellico ꝓpinquo suo puniẽdum dimisit: ipse vero romam redijt. Satellicus vero torpetem primo in carcere triduo ferrovinctum afflixit. Deinde ad columnam ligatum cedi fecit: sed orante sancto columna corruit: et satellicum cum quinquaginta paganis oppressit. Quem filius satellici siluinus nomine per noctem in rota ligauit. Mane vero bestijs exposuit. Leopardus eũ ad pedes sancti procedens mansuetus redditur: leo vero vbi in eum impetum fecit subito moritur. Quod cernens euellinus consiliarius imperatoris ad xp̃m conuersus est: et a siluino decollatus .v. calendas maij. ¶ Deinde oratione torpetis templum cum omnibus siderum figuris et eius edificijs ab angelo subuersum est: et ydolum diane in puluerem redactum. Propter quod iussu siluini iuxta mare vbi flumẽ arni in equor decidit: sanctus martyr educitur: et ibidem capite truncatur .iij. calẽ. maij. Cuius corpus in nauicula cariosa cum cane et gallo in mare exponitur: vt vel a bestijs roderetur vel in mare mergeretur. Angelo tamen duce nauicula ad hispaniam deuenit. Et a senatrice xp̃iana celerina nomine que regni dimidium obtinebat in somnis divinitus admonita corpus sancti reperitur in portu qui dicitur sinos: et iuxta littus honorifice sepelitur decimosexto calen. iunij: vbi postmodum ecclesia desuper suo nomini fabricatur. Et festum eius die ipsius depositionis ibidem celebratur.

¶ De translatione sancti Syri epĩ. Cap.ix.

Translatio corporis sctĩ Syri epĩ papiensis ab incolis eiusdem civitatis decimosexto calen. iunij celebratur. Cuius corpori dñs tantam gratiam contulit: vt etiam ipsius contactu mortuum suscitaret. Cecis: visum surdis auditum claudis gressum preberet: multosque lãguẽtes a diuersis infirmitatibus sanos efficeret et obsessos a demonijs liberaret

De sctõ Sophonia ꝓpheta. Cap.x.

Sophonias ꝓpheta filius chusi: filij godolie: filij amasie: filij ezechie: vt ex textu ipsius ꝓphetie liquet in diebus iosie filij amõ regis iuda ꝓphetauit: in duabus videlicet

tribubus israel. Iam eñ decem tribus in assyrios translate fuerant. Dirigit autem eius pphetia cõtra nationes in lectione comphensas. Prenuncians eis futurum iudicium. Populo vero suo israel salutem et ciuitati hierusalem restaurationem tunc tpis tribuendam put textu lectionis denunciauit. Cum eñ hieremias et alij multi prophete excidium hierusalem et populi captiuitatem futuram pdixissent. Hic solus in consolatione populi sui: ne ex hoc nationes cõtra dei populum animosius insultarẽt non solum gentibus iudicium cõminat: sed etiã plebi sue reuocationem et hierusalem reedificationem pdicat. Hieremie eñ contemporaneus fuit. Et quasi secum eodẽ tẽpore pphetauit. hierusalem tamen nec destructionem nec populi sui in babylonem translationem aspexit. Nam ante illa tempora in diebus: videlicet ioachim filij iosie regia iude cum patribus suis in pace dormiuit. Et sepultus est in hierusalem decimoquinto calen. iunij. Hec hieronymus et iosephus: et ex hystoria scholastica. hic sanctus propheta ex numero est illorum .xij. qui minores dicunt: et ecclesiastici quadragesimonono in sanctorum patrum catalogo conscribuntur.

¶ De sancto Dioscoro martyre. Cap. xi.




Ioscorus lector martyr apud egyptum passus est. In quem pses detentum multa et varia tormenta exercuit: ita vt vnguibus carnes eius effoderet et lampadibus eius latera inflammaret. Sed celestis luminis fulgore pterriti ceciderunt ministri. Nouissime laminis ardentibus adustus martyrium cõsummauit decimoquinto calen. iunij. hec hieronymus in martyrologio suo.

¶ De sancto Venantio martyre. Cap. xij.




Enanti⁹ martyr in ciuitate camerina passus est tpe decij cesaris. Qui a pside tentus cum xpm dñm confiteret: pmo quidem fustibus cesus: deinde in carcerẽ missus: sed ab angelo confortatus est. Inde eductus leonibus exponitur: sed ipsi eius pedibus pcumbentes mansuetissimi reddunt. Deinde pedibus appensus verso deorsum capite facule ardentes eius vertici supponunt. Et cum hoc etiam genus supplicij tolerasset manibus et pedibus extendit et ignis sub eius ventre solummodo accendit: et sic medijs partibus diutius incensus affligitur. Nouissime cum omnia superasset: gladio caput eius pcindit. Corpusq ipsius in eadem ciuitate a fidelibus tumulat decimoquinto calen. iunij.

¶ De sctõ Felice epõ et martyre. Cap. xiij.



Elix eps apud spaletẽ. vrbem sub maximiano impatore passus est. Qui cum xpm dñm predicaret a iudice cõpchensus post plurima supplicia gladio cedente martyrij palmã adeptus est decimoquinto calẽdas iunij. hec ado in martyrologio.

¶ De sctõ Pudẽte discipulorum cõfessore. Cap. xiiij.



Udens confessor ciuis romanorum nobilis filius punica illustris et pascalle fuit: et maritus sabinelle: ex qua duas filias pcreauit. s. potentianam et praxedem. Quas vtpote christianissimus non solum per manus pastoris presbyteri baptizari fecit: sed etiam in lege diuina plenius erudiuit: et ad obseruantiam virginitatis induxit. hic enim a btõ paulo aplõ doctus fuit: qui domum suam in ecclesiã edificauit: quã et p manus pij pape consecrari fecit. Nutritor nãq pauperum et susceptor pegrinorum summa ambitione fuit. Et post multa scitatis opa laudabilia in pace quieuit .xiiij. calen. iunij. vt dicit ado.

¶ De sancta Potentiana virgine. Caplm. xv.



Otentiana virgo filia fuit btĩ pudẽtis et soror praxedis nobilissima romanorũ. Hec post mortem parentis vtriusq omnem facultatẽ suam cum sorore diuidẽs ceperunt ambe ditissimum patrimoniũ vendere: et pecunias pauperibus erogare. In ecclesia vero quã pater illarũ cõstruxerat in loco vrbis: qui dr in vico patricij: quã prefat⁹ pater earum pudens in titulo beati pastoris dedicauerat cum consilio pij pape baptisterium construxerũt: cupiẽtes vt familia vtriusq earum die sancto pasche baptizaret. Quos a numero .xcvj. manumissos beatus pius eps aquis salutaribus abluit. Ibiq p sanctos pbyteros et clericos die noctuq diuina celebrari mysteria: et multos baptizari faciebant. Post multorum itaq martyrum exhibitas venerabiliter sepulturas: post oẽs facultates suas pauperum visceribus inclusas et xpo fideliter commendatas: potentiana in sancto virginitatis pposito de terris ad xpm migrauit decimoquarto calen. iunij. Sepulta iuxta patrem suum via salaria in cymiterio pascalle temporibus antonini imperatoris.

¶ De sancto Joanne martyre. Caplm. xvj.



Oannes martyr tẽporibus maximiani imperatoris apud alexãdriã passus est. hic pmum vocatus neanias gentilitate dedicatus a matre theodosia gentile patriarcha helie ciuitatis maximiano cesari antiochie degenti pñtatus: et ab eodẽ dux alexandrie effectus est: vt xpianos ibidẽ psequeret. Cum autem nocte quadã cum militibus suis versus alexandriam iter ageret: luce celesti circunfusus: xpoq sibi visibiliter apparente ad instar btĩ pauli apostoli ad terrã psternit: in fide xpiana admonet: et ad dñm repente cõuertit: veniens igit alexandriã crucem sibi secretius fabricari fecit in qua diuinitus nomẽ dñi emanuel sculptum reppit. Et cum exercitus agarenorum alexãdrie fines inuasissent: et alexãdrinorum filias rapuissent: ipse collecta gente sua crucem illam deferens agarenos pene innumerabiles in fugam vertit: et eorum multitudinem cecidit et strauit: nullo de suis vel ad modicum vulnerato.
Reuersus autem a matre que ipsum alexandriam secuta fuerat: inuitat vt dijs p triumpho habito immolaret. Qui templum ingressus ydola argentea confregit et pauperibus erogauit. De quo a theodosia matre maximiano delatus est. Qui ab antiochia p literas vlrioni presidi mandauit: vt neaniam tentum immolare compelleret: aut diuersis supplicijs puniret. Vlrio igit ioannem cõpchensum: et ydolis sacrificare abnuentem in eculeo suspendi fecit et a quattuordecim viris vicissim diutius lacerari: sicq quasi mortuum in carcerem trudi. Nocte vero a christo cum angelis et luce nimia sibi apparente cõfortatur: plagis omnibus sanus redditur: nomenq suum pmum qd

erat

erat neanias ioannis noie commutat᷑:inde eductus ⁊ sa
crificare suasus cum templū introisset triginta sex sta-
tuas idoloꝝ vertit. Quapropter multi de militib⁹ i dño
crediderunt:qui a sctō leontio epō baptizati: ab vitiōe
preside in xpi pfessione decollati sunt. Joannes vero ferro
onustus itez in custodia detinet᷑:vbi existens duodecim
mulieres ad se venientes cū matre theodosia cōuertit
ad xpm. Quas vt christianas preses cōperuit: ipsas oēs
eculeo suspensas ⁊ vnguib⁹ laceratas ac laterib⁹ adustas
carceri tradidit vna cum theodosia matre ioannis: que
sanctas illas martyres i carcere refouebat. Ipsasqꝫ oēs
leontius baptizauit. Sequenti vero die inde oēs cū theo
dosia educte. primo lapidibus ora eaꝝ ptusa fuit: deinde
extense ⁊ virgis cese: ⁊ post hec manicis ferreis candenti
bus aduste sunt. Nouissime decollate sunt. ¶ Post hec
aūt sanctus ioannes eductus instrumētis ferreis facie
concisus ceruice plumbatis pcussus. Iterꝫ carceri mācī-
patur: vbi multa miracula fecit: ⁊ demonia eiecit mul-
tosqꝫ ad xpm puertit. Interea defuncto vitione: a flauia
no successore eius gladio necari iubet᷑. Sed dū illum spi
culator pcutere vellet morit᷑ subito: ⁊ ioannes ad psidez
reducit᷑. A quo iterꝫ appensus neruis cedit᷑: carbonibus
incendit᷑ plagisqꝫ sale pfundit᷑. Dehinc ante ipm deposi-
tum idolum sistit᷑: thusqꝫ in manu eius imponit᷑: ⁊ ignis
subtermittit᷑ vt vel thurificaret vel manū exureret: qui
cum p duas horas manū in igne immobiliter tenuisset.
tertio intra carcerem appendit᷑ lapidibus in pedib⁹ alli
gatis. Sed ab angelo solutus ⁊ oīa eius vulnera solida-
ta sunt. Deinde in caminū ignis iniectus flāma dispsa
ministris adustis: ipse illesus pmāsit. Nouissime iuben
te flauiano gladio in gutture pcussus ⁊ lancea in pecto-
re trāsfixus martyriū psūmauit .xiii. calē. iunij. Sepul-
tusqꝫ est alexandrie circa annum dñi ducentesimum et
octuagesimumquartū. Corpus vero eius inde pstantino
polim translatum. Inde a ioanne priore monasterij san
cti danielis de venetijs surreptū: ⁊ venetias ad ipm locū
delatum est ano dñi millesimo ducentesimo ⁊ decimoqn
to nonis iulij vbi ⁊ quiescit miraculis crebris pollens.

¶ De sctis Calocero ⁊ Parthemio martyrib⁹. Ca.xvij

Alocerus ⁊ parthemius rome passi sunt sub
decio cesare: qui cum essent eunuchi tripho-
nie vxoris decij prior quidē prepositus cubi-
culi: alter vero primicereus deprehensi ab im
peratore qd essent christiani: nolentesqꝫ sacri
ficare idolis ab eodem gladio occisi sunt. Quoꝝ corpora
via apia a fidelib⁹ sepulta sunt .xvij. calen. iunij.

¶ De sctō Celestino papa primo ⁊ confessore. Cap.xviij.

Elestinus papa huius nois primus na-
tione romanus ex patre prisco. Bonifa-
cio papa primo in epatu successit. Seditqꝫ
annos .viij. menses .ix. Hic constituit vt
psalmus: iudica me deus ⁊c. diceret᷑ ante
introitum misse: ⁊ psalmi dauid ante sa-
crificium cum introitu psallerent᷑ cantando ex oibus
antiphonatim: qd antea non fiebat: sed epistola pauli ⁊
euangelium dicebant᷑. Et ex hoc instituto excepti sunt
introitus de psalmis ⁊ gradualia: similiter et offertoria
ante sacrificium. Hic misit sanctum brixyum filium et
successorem sancti martini turonensis in britaniā ⁊ con
uertit omnes ad fidez. ¶ Huius etiam tempore tertia
synodus vniuersalis ephesina ducentoꝝ patrū collecta
est ephesi: iussu pape huius celestini ⁊ theodosij iunio-
ris. In qua damnatus est nestorius duas psonas in xpo
asserens ⁊ condemnatus anathemate: ⁊ confirmatū est
in christo vnam esse personam in duab⁹ naturis. Et vt
beata maria theothece idest mater domini appelletur.
Qui etiam sepultus est in cimiterio priscille via apia.
Et cessauit episcopatus dies vigintinouem. ¶ Hic pre
dicte ephesine synodi decretum dictauit: ⁊ in vnum volu
men clausit: atqꝫ ad omnes ecclesias direxit.

¶ De sancto Celestino papa quinto. Capitulum.xix.



Elestinus papa huius nominis quint⁹
alio nomine dictus petrus de murono
Nicolao pape quarto qui fuit de ordi-
ne minorum in episcopatu romano suc
cessit anno domini millesimo ducente-
simo nonagesimoquarto seditqꝫ i apo-
stolica sede mensibus sex diebus quat
tuor videlicet a septimo calen. iulij: vsqꝫ ad quartū calen
das ianuarij. Cum eīm sedes apostolica per obitum dicti
nicolai quarti annos duos ⁊ menses tres vacasset ad sua
sionem domini latini cardinalis ostiensis ordinis predi-
catorum iste in summum pontificem electus est. Qui vo-
catus petrus de murone ante papatum heremiticam vi-
tam ducebat ⁊ multos bonos discipulos fecit. Fuit autē
vir magne abstinentie ⁊ orationis: ac regi carolo deuot⁹.
Qui vbi electus est pontificatum renuebat: sed ad ma-
gnam instantiam caroli ⁊ totius regionis recepit papa-
tum. Fuit autem electus perusij: ⁊ postqꝫ creatus est de cō
silio regis caroli noluit venire ad locum communem vbi
electus fuerat put ei scripserant cardinales: sed manda
uit eis vt ad se venirent: ipse autem venit aquilam: quo ⁊
cardinales ad eum venerunt ibiqꝫ coronatus est. Sed an
teqꝫ de perusio cardinales recederent dominus latin⁹ in-
firmatus perusij decessit. Fueruntqꝫ in coronatione ipius
plusqꝫ ducenta milia hominuz. Ad quem multitudo ma
xima conueniebat: tum pter pontificalem dignitatem:
tum pter sanctitatis famam. Statimqꝫ post eius crea-
tionem ad petitionem regis sex cardinales fecit: videli-
cet dominum landulphum de neapoli: fratrem thomam
de ordine suo: ⁊ archiepiscopum beneuentanum: domi-
nium guilielmum de pergamo cancellarium regis caro-
li dominum ioannem monachum archiepiscopuz lugdu
nensem dominum beraldum archiepiscopum bituricēses
Hic in gratijs fuit largissimus: adeo qd etiam indiscre-
te faciebat: vtpote qui inexpertus plerumqꝫ decipiebatur
vnde a cardinalibus inductus sub cōscientie pretextu in
citabatur ad renunciandum. Qui ad petitionem regis ca
roli neapolim venit. Sed dum rex ipsius renunciationi
omnimode obuiaret: hoc non obstante vir sanctus bona
conscientia motus: primo facta constitutione: in quib⁹ ca
sibus papa resignare potest: resignauit papatui in ma-
nibus collegij facto festo dominice natiuitatis: quam re
nunciationē eius successor bonifacius autenticauit: quā
habes de renunciatione libro sexto. Cui fidez facit: quod
fecit clemens papa primus huius nominis: vt in catalo-
go pontificum habetur. Post cessionem vero ad electio-
nem pcessuz est neapoli sub rege carolo. Et electus est do
minus benedictus caietanus dyaconus cardinalis: post
ea vocatus bonifacius octauus: quod fuit anno domini

millesimoducentesimo⁊ nonagesimoquarto. Celestinus autem sedit a septimo calen. iulij: vsq; ad .iij. calē. ianuarij. Et cum post cessionem ad heremum redire vellet: a bonifacio successore detinetur: ⁊ in quodam castro dicto fumiculus in honesta custodia non tamen libera concluditur: vbi miraculis clarus postmodum moritur decimoquarto calen. iunij. Et in quodam sui ordinis monasterio qđ dicitur sancti antonij retro altare sepelitur anno domini millesimotrecentesimosecundo. Et a clemente papa quinto apud auinion. postmodum canonizatur millesimotrecentesimo⁊ tredecimo miraculis eius in orbe ꝑpalatis.

¶ De sctō Celestino confessore. Capitulum .xx.

Celestinus confessor monachus floruit tēpore theodosij iunioris. Qui de monasterio suo ad parentes in modum libelli scripsit epistolam omnibus deum desiderantibus necessariam: sanctitate conspicuam sermone luculentam. Cuius exhortatione vite ipsius perfectio deprehendi pōt: q2 vir sanctus nō potuit aliter docere q̄ vixerit. Hec vincentius in speculo.

¶ De sancto Hyuone presbytero. Cap. xxj.

Hyuo ꝑsbyter ⁊ nouus confessor apud trecheñ. ciuitatem claruit in diebus nr̄is canonizatus per clementem papam sextum. Hic ex britannia patre halxloro matre azoza secundum carnem nobilitate seculi pollentibus genitus in vico ville martini iuxta trecdorcn. ciuitate⁊ constitutor nutritus ab annis infantilib9 deuote deo seruire cepit. Qui annorum quattuordecim parisius missus fuit: ibiq; in scientijs primitiuis optime fundatus ad studium aurelianensem se transtulit ꝓ sacre theologie ⁊ canonum scientijs acquirendis: vbi tam studiorum gratia q̄ sanctitatis a vino ⁊ lautis ferculis ac delitijs cūctis abstinuit: ⁊ corpus macerans orationibus vacabat pudicitiam perpetuo seruans. Inde ab archidyacono redonensi ꝓ iudice curie sue postulatus gratis acceptans officiū ipsum cum multa charitate ⁊ sollicitudine exercebat: et nihilominus quotidie ad lectionem theologie intrabat miserabilibus personis oppressis subueniens: iusticiam summopere fouens: iniquos persequens ⁊ discordes ad pacem reducens: operibusq; misericordie iugiter intēdebat. De cuius fama postq̄ ad epm̄ trecdorcn. peruenit: ipsum in vniuersalem sue curie iudicem assumpsit. In quo officio postq̄ aliquo tempore virtuose se gessit: ad meliorē vitam scz contemplatiuam transire cupiēs officio resignauit: ⁊ ecclesie parrocialis de lohenech cuius erat rector seruitio se prorsus mancipauit. Pannos delicatos quos primo iuxta statum suum vestierat omnino dimisit ⁊ vestes rudes albas ⁊ modici precij induit: indeq; habitum acsi religiosum portauit. Cilicio carnē domuit: cunctis ieiunijs ab ecclesia indictis in pane tantum ⁊ aqua ieiunauit: ceteris diebus mira corpus abstinentia macerauit: orationi ⁊ contemplationi maiori tp̄is parte vacabat. Aliq̃n integra septimana solus in sua camera contemplationi intentus ꝑseuerauit: nullo cibo corpo sustentatus: qui tñ exiens nullā in facie debilitatē ostēdit. Missam etiā diebus singulis celebrabat. Cui aliq̃n dum corpus dn̄icum eleuaret globus igneus sup caput eius cunctis videntib9 ⁊ stupentibus apparuit. ¶ Pauperes in domo ꝓpria charitatiue suscipiens: eis largiter ministrabat: nec nūq̄ sine pauꝑibus hospitibus esse volebat. Nam pauꝑē vnū cū vxore ⁊ quattuor filijs ꝑ nouem menses in domo retinens eis de victu ⁊ vestitu ꝓuidit. Domum etiā quandā dispo-suerat iuxta suā cū lectis ⁊ alijs necessarijs ꝓ suscipiēdis egenis: q̄bus ipsemet in vilibus ministerijs obsequeris sepius cū eis in mensa comedebat multis miraculorum signis effulsit. ¶ Cum aliquādo in domo sua per eius vicarium, vnicus panis solummodo repertus esset: ⁊ beat9 hyuo multis venientibus pauperibus subuenire vellet: vicario murmuranti medietatem panis dedit: aliā inter pauperes diuisit: medietasq; ꝑma diuisa cunctis ad esum suffecit. Cum aūt in mensa cū vicario ꝓdicto sederet mulier alias inuisa tres panes maximos ⁊ candidos viro dei ꝓsentauit: ⁊ ab eo inuitata dum recubuisset subito nusq̄ comparuit. ¶ Alias etiam de vnico solo pane quem habebat: infinitos q̄si pauperes ad se veniētes refecit. ¶ Alias quoq; pauperi eleemosynam petenti cum nil aliud dandū haberet caputium suum ꝓbuit: ⁊ discooperto capite trāsiens post iter medie leuce idem caputium in capite suo sibi repositum diuinitus inuenit. ¶ Cū maxima fames regionem occupasset: ipseq; famulis mandasset vt frumētum quod habebat in arca repositū pauꝑib9 distribuerēt. Illiq; triticū q̄si totū ex arca furto sublatū inuenissent: sanctus confessor in oratione se dedit: ⁊ redeūtibus famulis arca frumento repleta inuenta fuit. ¶ Mulier quedam longa infirmitate detenta dum secum discumberet ⁊ comedere non valens vinum de calice in quo ipse bibebat sumpsisset continuo liberat. ¶ Quendam etiam virum triennio a spū maligno vexatum in lectulo suo vna sola nocte ad quiescendum secum componens mane a demone ereptum ad ꝓpria remisit. ¶ Cum quidam boleo ꝓ ponte edificando trabes plurimas cōgregassent ipsaq; ligna nimis breuia ad opus inuenta fuissent: oratiōe sancti trabes ad loci sufficientiam ꝓlongate inuente sunt. ¶ A domo cuiusdam signo crucis edito sine vlla rerum amissione ignem penitus effugauit. Cum tamen domus tota iam incendio conflagraret. ¶ Patrem ⁊ filium diu inter se discordes missam ꝓ eis celebrans ad pacem reduxit. ¶ Pro ecclesia dei ⁊ pauperibus contra magnates quoq; se opponebat: ⁊ in curijs iudicum ꝓ eisdem aduocās intrepidus assistebat: vrbes etiam ⁊ vicos circuiēs verbum domini sollicitus predicabat: ⁊ multos ad penitentiam conuertebat. Qui dum semel ad ꝓdicandum accederet: ⁊ pontem quendam transire deberet: inuenit eū ab inundante flumine occupatum: sed signo crucis edito aque mox diuiduntur: ⁊ postq̄ sanctus transit subito ad statum pristinum reuertunt. ¶ Cum pauperem quendā vlcerosum ⁊ despectum ac habitu vilem ad mensam inuitasset: ⁊ ambo in eadē scutella comederent: repente pauper ille pulcher ⁊ splendidus ⁊ nitens indutus apparuit: ⁊ post modicum ex oculis omnium euanuit. ¶ Alias etiā eidem ad mensam sedenti auis quedā candid9 ⁊ viridis coloris super eum resedit: que etiam a sancto manu se capi permittens diudum in mensa quieuit: nec nisi ab eo licentiata recessit. ¶ Die quadam dum in sacristia ecclesie sue ꝓ defensione thesauri domus dei quem quidam ex clericis distrahere volebant sederet: columba splendida superuolauit. Cuius fulgore tota ecclesia choruscauit.

¶ Hospitatus a quodam nobile ⁊ in camera sua ad dormiendum positus: media nocte ipse nobilis diuinitus excitatus ⁊ monitus vt ad cameram suam iret: illuc accessit: hyuonem abisse v.dit: eumq; requirens in cōcaua rupe penitentiam agentem inuenit. ¶ Obitum suum sibi a domino reuelatum ⁊ presciuit ⁊ ꝓdixit: ⁊ dum infirmus decumberet nunq̄ abstinentiam consuetam dimisit. Ad extremaq; deueniens sumpto viatico ⁊ sacra vnctione: per totam noctem diei sabbati apertis oculis ad crucem intētus persistit: ⁊ in silentio orans in aurora sequentis diei dominice que fuit infra octauam ascensionis decimonono mensis maij: videlicet decimoquarto calendas iunij spiritum deo feliciter emisit. Cuius corpus in ecclesia trecorensi sepultum quiescit: ⁊ in miraculis que per eū xp̄s iugiter operatur gloriosus viuit.

¶ De sanctis Eustachio ⁊ socijs martyribus. Capitulum .xxij.

Eustachius



Eustachius cum vxore theopista ⁊ filijs agabito ⁊ theopisto rome sub hadriano principe passi sunt. Temporibus eñ traiani imperatoris erat quidā magister militum noīe placidus: qui licet gentilis esset: operibus tamen misericordie ⁊ hospitalitatis assiduus: ⁊ iusticie intent⁹ oppressis subueniebat. Cui vxor nobilis duos filios procreauit: quos ipsa mater ꝓpria educauit. Erat aūt strennuus ac potens in bello: ⁊ oēs barbari subiugabant̄ ab eo. Et quia misericordie operibus insistebat: ad viam veritatis meruit illustrari. Quadam die cum venationi insisteret: cunctis circa gregem ceruorum insistentib⁹ militibus suis: ipse vnum ceteris maiorem in siluā vastiorem insecutus est. Et cum in quandā rupis altitudinē conscendisset: ⁊ placidus vt eum caperet appropinquasset: inter cornua eius formam crucis fulgentē vt solem: ⁊ imaginem xpi ꝯspexit: territusq; de equo ad terrā cecidit. Christus xͦo per os cerui sicut olim per asinā balaam ei locutus est: dicens se esse christum quē ille ignorans colebat. Et cuius ad eum elemosyne ascenderant: quiq; illi⁹ gratia ad animal illud deueniret: Cui cū placidus peteret: se reuelari plenius quid esset. Christus ei per os cerui mysterium mundane creationis ⁊ humane redēptionis: diuineq; incarnationis: passionis ⁊ resurrectionis patefecit addens vt se baptizari faceret: si ab eo saluari vellet. Mandans vt premissa sue coniugi nunciaret: vt et ipsa quoq; secum crederet: ⁊ die sequenti ad ipm locū reuerti deberet: cui dn̄s que ei figura essent plenius panderet. Placidus igit̄ iam perfecte credens: ⁊ de fide nostra informatus domum rediit: ⁊ predicta omnia vxori referauit: q̄ nocte precedente christum sibi apparuisse dicebat: ⁊ sibi prenunciasse quod ipsa cum viro ⁊ filijs ad se accedere deberent. Nocte igitur media perrexerunt simul placidus ⁊ vxor cum duobus filijs suis ad presbyterū vrbis ioanne occulte omni eorum familia ignorante: qui eos in christi nomine baptizauit: ⁊ placidum eustachium vxorē theopistam duos xͦo filios suos paruulos agabitum ⁊ theopistum nominauit. Mane aūt eustachi⁹ sub pretextu venationis cū paucis militibus exiuit: ⁊ ipsos quasi ad feras inuestigādas circūquaq; dispergēs solus ad locū accessit: vbi ⁊ formā prime visionis aspexit. Domin⁹ eñ eidem apparuit eumq; de precepto lauacro cōmēdauit multasq; ⁊ duras ei tentationes futuras predixit: et vt patienter omnia toleraret: ⁊ contra diabolum dimicaret admonuit: addens quod per tentationes durissimas et varias oporteret eum alterum iob mundo demonstrari. Qui in oratione prostratus ad omnia se paratum offerebat: virtutem tamen constantie sibi donari a dn̄o supplicabat. Sic dominus celos eustachio conspiciente cōscendit: ⁊ ipse domum rediens hec omnia coniugi nunciauit. ¶ Post paucos igitur dies egritudine pestifera cuncti serui eius ⁊ ancille interierunt: vt nemo quidem ex miraculo remaneret. Deinde post aliquot dies equi ⁊ omnia pecora eius ⁊ diuersi generis aīalia mortua sunt. Qui quasi ad pestilentiam euitandam discessit de domo sua cum vxore ⁊ filijs. Quidam autem scelesti per noctem in domum eius irruerunt: ⁊ cuncta asportantes: domum auro ⁊ argento ⁊ rebus omnibus spoliarunt. Ipse vero cū vxore ⁊ filijs nudus aufugit. Qui cum ruborem verentes ab vrbe occulte discessissent: vt in egyptum pergerent: tota eorum possessio per malorum rapinam ad nihilum redacta est. Imperator autem totusq; senatus pro tam strennuo viro multum dolebant: de quo nullum indicium habere poterant. Cum ergo iter agerent Eustachius cum vxore ⁊ duobus paruulis appropinquauerunt mari: ⁊ nauem patroni barbari ascendētes in enauigare ceperunt. Dominus autem nauis vxorem eustachij speciosam concupiuit. Et cum transfretassent ab eo naulū exegit: quo non habente vnde solueret: vxorem pro naulo retinuit. Et cum eustachius contradiceret: ipsum in mare iactari mādauit. Sicq; sanctus martyr vxorem reliquit: ⁊ accipiēs infantes nauem cō citus exiuit ⁊ abijt. ¶ Cūq; ad fluuiū peruenisset: propter aquarum inundantiam non est ausus cum duobus paruulis pertransire: sed vnum maiorem in ripa deposuit: ⁊ alterum minorem trāsportauit ⁊ dum pro alio rediret: ⁊ circa medium fluminis esset ecce leo maiorem: minorem vero lupus inuasit: ⁊ asportauit. Qui capillos euellens ⁊ deflens: se in fluuium necare voluit: nisi illum diuina prudentia custodisset. Pastores autem leonem viuum puerum asportantem insecuti sunt: quem leo intactum dimittens aufugit. Similiter aratores post lupum inclamantes alterum infantem incolumem liberarunt. Utriq; vero pastores ⁊ aratores de eodem vico existētes pueros nutrierunt. Eustachius vero hec nesciens: sed pro vxore ⁊ filijs admodum dolens cum lachrymis ad quendam vicum deuenit: ⁊ sibi mercede per annos .xv. agros illorum hominum custodiuit. Filij vero in alio vico nutriti se fratres esse nesciebant. Dominus autem vxorem eustachij intactam conseruauit: quam ille barbarus morte preuentus incognitam dereliquit. Que apud matronam viduam degens: viridarium eius custodiebat. Imperator autem a barbaris molestatus: placidiq; recordatus talem se hominem amisisse dolens missis militibus ipsum per vniuersas mundi partes requirebat. Promittēs his qui eum inuenissent diuitias ⁊ honores. Duo autem olim ex militibus placidi ad eius vicum deuenerunt. Quos eustachius recognoscens: sed ab eis incognitus eos in hospitium suum duxit: eisq; benigne ministrauit. Et recordatus status sui lachrymas continere non valens sepius exiens fleuit: ⁊ inde lota facie ad eos introiuit. Quem illi paulatim discernentes ipsum tamen ex cicatrice quam in fronte gestabat quamq; in bello habuerat recognouerunt. Quem amplexantes: ⁊ vti suum dominum honorātes cum ipsum de vxore ⁊ filijs interrogassent ⁊ ipse omnia exposuisset: concurrētibus omnibus vicinis ⁊ qualis placidus fuerat audientibus quod eum iuxta cōdignum nō tractauerant veniam postulabant. Sicq; milites ipsum honorifice indutum romam ad traianum imperatorem deduxerunt. Qui eius audiens aduentum eidem occurrit ⁊ ipsum videns in oscula eius ruit. Cūq; ei eustachius q̄ ei contigerant enarrasset: ⁊ imperator ipsum ad officium pristinum restituisset: eustachius numeratis suis militibus cum paucos contra tot hostes repperisset: iussit tyrones colligi per vicos ⁊ ciuitates: vnde ⁊ terra illa in q̄ filij eius enutriti fuerant cum duos tyrones dare teneretur: filios eustachij iuuenes aptos ad exercitus destinarunt. Eustachius vero eos elegātes videns ⁊ moribus cōpositos: inter cōmiuas suos eos ascripsit. Profectus igitur ad bellum ex hostibus triumphauit: ⁊ rediens victos

exercitum suum triduo in loco vbi coniunx eius morabatur quiescere fecit. Duo vero adolescentes in matris tabernaculo: matre tamen incognita hospitati sunt. Et sedentes circa meridiem ⁊ mutuo confabulantes exponebant sibiinuicem que recordabantur: vel q̄ ab eorum nutritoribus audierant de infantia sua. Et cum maior minori omnia enarrasset ⁊ ille econtra que a rusticis audierat retulisset: fratres se mutuo amplexãtes ꝙ essent germani recognoscebant: qui tamen eorũ parentes fuissent aliter nesciebant. Quod cum mater eorũ audiuisset: diu apud se tractauit: an illi filij sui essent. ¶ Altera autem die magistrum militum adijt eum interpellans omnia aduersa que sibi contigerant enarrauit. Quod ille audiens eam vxorem suam esse recognouit: ⁊ illa ipsum virum suum comperuit: Sicq̄ alter in amplexus alterius ruerunt. Cũq̄ theopista virum de filijs quesiuisset: ⁊ ille ipsos a feris deuoratos assereret: cunctaq̄ p ordinez enarrasset. Et illa econtra que a duobus iuuenibus audierat retulisset: vocati sunt iuuenes illi a magistro militum: ⁊ qui fuerant interrogati. Qui dum omnia erant gesta prout recordabantur vel audierant retulissent cognouerunt parentes ꝙ filij sui essent. Et ruentes in oscula inuicem congaudebant. Vniuersusq̄ exercitus tam de habita victoria quam de inuentione illorum plurimum letabatur. Cum ergo rediret ad vrbem traianũ defunctum reperit: ⁊ hadrianum paganissimum ⁊ crudelem ei successisse inuenit. Qui tam p victoria suscepta quam pro inuentione suorum eustachium magnifice suscepit: ⁊ magnum conuiuium preparauit. Altera vero die templum deoruz adijt sacrificaturus p victoria barbarorum. Quo dum eustachius intrare nollet: cumq̄ imperator christianum cũ vxore ac filijs didicisset: eos nudos in harena statuit: et eis leonem ferocez dimitti fecit. Qui demisso capite eos adorans a sanctis humiliter recessit: propter quod miraculum multi gentilium conuertuntur. Tunc imperator bouem eneum incendi iussit: ⁊ sanctos introcludi mandauit. Qui orantes ⁊ se domino commendantes ac pro se in omni periculo inuocantibus deum orantes: bouem intrauerunt: ⁊ in pace spiritum domino reddiderunt. Tertia vero die de boue educti sunt sic penitus inusti: vt nec capillos eorum ignis tetigisset nec pilos corporis cõsumpsisset. Quorum corpora a xpianis digno honore tumulãtur: vbi in eorum memoriam oratorium fabricatur. Qui passi sunt. xij. calen. iunij. circa annum domini. cxl.

¶ De sancta Babilla virgine ⁊ martyre. Cap. xxiij.

Babilla virgo ⁊ martyr ex regio genere neptis galieni imperatoris fuit. Cum autez ad eugeniam virginem rome existentem multe sancte virgines conuenirent: illa ad eam p venire non valens: per internuncium ei significat: qualiter christo seruire cupiebat. Ad quam eugenia eunuchos suos protum ⁊ hiacynthum quasi sub specie ei famulandi destinauit. A quibus sancta virgo latenter edocta ⁊ a sancto cornelio papa baptizata est. Sed ab vna ex ancillis suis: ꝙ esset christiana pompeio ipsius illustrissimo sponso accusatur. Et ab eodem subito superueniente cum p(ro)tho ⁊ hiacyntho orãs in cubiculo inuenitur. Cumq̄ post multas persuasiones ipsuz babilla a se reppulisset: misit ad eam multas matronas: q̄ ipsam ad coniugium iuuenis hortabantur. Quod cum illa omnino renuueret: ⁊ matronas omnes licentiasset. Pompeius ipsius sponsus galieno imperatori virginez accusauit. Et decretuz est ab imperatore: vt aut sponsum suum acciperet aut gladio interiret. Conuenta de hoc respondit se christum regẽ regum sponsum habere. Et renuens assensum prebere: q2 ex imperiali genere erat ⁊ publice audiri non poterat intra domum suam gladio trãsuerberata est. xij. calen. iunij: ⁊ via salaria sepulta.

¶ De sancto Baudelio martyre. Cap. xxiiij.

Baudelius subdyaconus ⁊ martyr apud nemausum galliarum vrbem passus est. Hic cum die quadam super caput sancti eutropij ecclesiam consecrantis vidisset lucem celitus effusam ⁊ manum domini se benedicentem ad martyrium q̄si diuina inspiratione animatus est. Audiens autem gothorum rabiẽ in gallijs perstrepere nemausum accessit: ⁊ gentiles sacrificantes redarguere cepit. Ab eis igitur detentus diris supplicijs afflictus: fustibus cesus: in eculeo suspensus ⁊ diutissime tortus: atq̄ lateribus flammis adustus cuz in fide xp̄i immobilis inter omnia tormenta persisteret: nouissime bipenni capite cesus est. de cuius corpore sanguis emanans in lac conuersus: multos egros inde perfusos sanauit. Hora quoq̄ decollationis eius voces angelice psallẽtes audite fuerũt Corpus autem eius a fidelibus in ipsa vrbe tumulatũ est ecclesia desuper edificata. De cuius tumulo laurus arbor exorta ⁊ mirabiliter per ecclesie parietem egressa multo tempore ibidem permansit. Cuius folijs tacti languidi curabantur: demonesq̄ ex obsessis corporibus pellebãtur. Qui passus est. xij. calen. iunij.

¶ De sancto Austregisillo ep̄o. Cap. xxv.

Austregisillus ep̄s bituricen. floruit in gallijs tempore heraclij imperatoris vt ait sigibertus. Qui inter cetera virtutum miracula cum molendinarius q̄dam die dominico vellet molam emendare: ipsamq̄ dum tereret: eius manus ferri manubrio adeo adhesit ꝙ nullo modo poterat amoueri: cũq̄ ad sanctum ep̄m confugisset: ip̄m penitentem ⁊ delictum confitentem cõfestim virtute domini liberauit. Sepultusq̄ est bituricẽ. xij. calen. iunij vbi signis admirandis refulget.

¶ De sctō constantino imperatore. Cap. xxvj.



Constantinus magnus imperator sanctissimus q̄uis a pluribus latinorum iustus ⁊ sanctus reputetur a grecis tamen in sanctorum catalogo expressius nominatur. Huius pater cõstantius imperator qui vna cum galerio maximio imperauit: anno. xvj. imperij sui constantinũ filiuz suum ex obscuriore helene olim cõcubine matrimonio sibi natum: vt dicetur in legenda helene matris sue. xv. calen. septẽbr̃. ad imperiũ secũ tulit: q̄ imperauit annos. xxx. menses. x. dies. xj. Anno autem eius imperij quarto maxentius maximini filius rome augustus creatus est. Licinius datia oriundus constantie sororis constantini vir carnunti in imperatorem creatur. Itaq̄ respublica tũc sub nouis quattuor principibus fuit constantino ⁊ maxẽtio filijs augustor: licinio aũt ⁊ maximino hoibus nouis. Deinde quinto persecutionis anno inter constantinum ⁊ maxentium

maxentium bellū exortū est. Maxētius sepe multis ꝑlijs fatigatus: vltimo ad pontē moluiū interfectus est a constātino. Maximin⁹ xpiane ꝑsecutiōis intētator apud tarsuȝ dū cōtra licīniū bellū disposuit interijt. Post q̄ cōstātinus apud danubiū de barbaris victoriā obtinuit vt habitū est supra de inuētiōe crucis. v. non. maij. Exinde q̄si ꝑ somniū in xp̄m credidit: quē tñ vnū ex dijs magnis reputauit. Deinde ad vrbē rediēs: post aliquot annos lepre plagā incurrit: ⁊ a siluestro papa baptizatus ale corpisq̧ salutē ⁊ mūdationē pcepit vt dictū est supra in hystoria siluestri. ij. calē. ianuarij. Qui p̄mo die baptismi sui hanc legē dedit: vt xp̄s tāq̄ verus deus ab oī vrbe romana coleret. Scdo vt si q̄s xp̄m blasphemasset puniret. Tertia: vt quicunq̧ xp̄iano fecisset iniuriā bonoꝝ suoꝝ pte dimidia priuaret. Quarta: vt sicut imperator rome sic roman⁹ pōtifex caput ab vniuersis ep̄is habeat. Quinta: vt q̄cunq̧ ad ecclesiam cōfugerit ab oīb⁹ seruet immunis. Sexta: vt null⁹ nisi de licētia sui ep̄i ecclam cōstruat in aliqua ciuitate. Septima: vt ad edificationē ecclīaꝝ decime possessionum tribuant. Octaua: ad sepulchꝛe bti petri veniunt ⁊ de suis culpis se lamētabilr accusaint. ¶ Postmodū arrepto bidēte ad fundamentū basilice cōstruēdū: terrā p̄mus apuit: ⁊ xij. cophinos ad honorē xij. apl̄oꝝ in suis scapulis foras eiecit. Postq̄ aūt beatā helenā matrē suā ad xp̄m cōuertit vt dictū est supra in eadē legēda siluestri. Cōstātinus gloriosus p̄nceps iusto ordine ⁊ piavice cōuertit edictum siquidē statuit extra illā hoīm cedē tēpla claudi: ⁊ xp̄ianorū ecclesias aperiri: ac de nouo cōstrui mādauit: xp̄ianisq̧ dedit licentiā insil cōgregari. Sic q̄ post x. annos in q̄b⁹ a ꝑsecutorib⁹ eccl̄a vexabat: de ꝑsecutore xp̄ianus effect⁹ pacē ecclīe indulsit: romā ecclīam mirabilib⁹ ⁊ insignib⁹ priuilegijs dotauit. Et vt alios ad eccl̄as edificādas induceret: in ꝓprio lateran. palatio ecclīam in honore saluatoꝛ mūdi fabricauit. Quā⁊ siluester papa publice cōsecrauit vt dicet. v. idus nouembr. Deinde vt romanū pōtificē excellētius sublimaret: vrbē romā cū terris ⁊ oppidis ad eā ꝑtinētibus ⁊ oībus dignitatib⁹ impalib⁹ sedi ap̄lice cessit ⁊ ip̄e cū p̄ncipibus ⁊ nobilibus romanoꝝ bizantiū: q̄ ciuitas erat bithynie se transtulit: quā ⁊ ad instar rome edificijs ⁊ magnitudine ampliatā: ex noīe suo cōstātinopoli appellauit. Ibiq̧ sedē imperialē cōstituit. Vñ ⁊ extūc regio dicta est romania. i. roma noua: neo em̄ grece latine dr̄ nouo. ¶ Post hec cū licini⁹ imperator q̄si in cōstātini despectū q̄ xp̄ianus effectus fuerat xp̄ianis nouā ꝑsecutionē indixisset cōstātinus vir ingens p̄ncipatū totius orbis affectans liciniūq̧ xp̄i fidei emulatorē detestās: eidē bellū intulit: quē p̄mū i pānonia deuicit. Deinde apud chiala oppssit: ac demū crebris bellis deo sibi aduersante terra mariq̧ fugiētē ad deditionē coegit: p̄uatūq̧ iussit occidi anno imperij sui. xv. Quis oībus ministris iā nefarie ꝑsecutionis extinctis. Sicq̧ totius orbis p̄ncipatū in pace obtinuit: multasq̧ gentes diuersis ꝑlijs subiugauit. Innumerabiles in eo animi corpisq̧ virtutes claruerūt. Militaris gl̄ie appetitissim⁹: fortuna ei in bellis p̄spera fuit. Industria sagacissimus liberalib⁹ artib⁹ ⁊ ciuilib⁹ deditus: insectator iusti amatoris quē sibi ⁊ liberalitate ⁊ docibilitate quesiuit. In amicis egregius nulla occasione pretermittens: quo opulētiores eos clarioresq̧ prestaret. Multas leges abrogauit multasq̧ nouas edidit. Sacerdotes ⁊ ecclesias super oīa honorauit: eo q̄d in ipsis xp̄ȝ se honorare testaret. ¶ Illud vero quod in hystoria tripartita legitur: eum vsq̧ ad ad mortem distulisse baptismū: ⁊ in nicea ciuitate in arriana fide baptizatum: mirabiliter abhorret a vero. Quis em̄ nisi mente captus crediderit tantum virum: sub quo nicena sinodus. cccxviij. patrum congregata est: in qua fides nostra recitata est: ⁊ arrius cum suis complicibus damnatus: errori se vellet mancipari damnato: maxime cum ⁊ arrium fecret sanctorum patrū ⁊ sua autoritate damnatum ⁊ apud laodiciam dei iudicio turpissima morte mulctatum. Sed ⁊ ecclesia dei ⁊ omnes antique legende approbant ipsum a beato siluestro baptismum suscepisse et ob reuerentiam christiane fidei romanam vrbem: ⁊ imperialem dignitatem romano pontifici contulisse: et se ad edificandum constantinopolim transtulisse: ibiq̧ imperium constituisse: que ipsum nedum baptizatum fecisse quis credat. Sed ⁊ si q̄s eum rebaptizatum in arriana perfidia dicat: adhuc minus credibile iudicatur: vt supra rationibus suasum est. Ea autem que mendose de constantino dicta sunt: de cōstantio eius filio vera esse inueniuntur: vnde propter deuotionem quam habuit ad cultum christi religionem ⁊ reuerentiam ad clerum: creditur ab aduersarijs confictū esse. Nam beatus gregorius cum de ipso loquitur in registro eum bone memorie appellat. Et ambrosius dicit ipm eē magni meriti apud deum qꝛ p̄mus imperatorꝰ viam fidei ⁊ deuotionis p̄ncipibus dereliquit. Isidorus etiā in chronicis suis hoc reprobans omnino dicit eum feliciter terminasse: vnde greci eum catalogo sanctorū annumerāt vt dictum est: ⁊ festum de ipso solenniter agūt. In alia autem hystoria legitur ipsum ab eusebio papa baptizatum fuisse: quod similiter false conscriptum apparet. Cum et post eusebium melchiadem papam a prefecto vrbis tarquinio per martyrium vitam finiuisse constet: quod sub christiano augusto quis facere nullatenus presumpsisset. Cōstantinus igitur apud nicomediam cum in persidas bellum moliretur: morbo oppressus rempublicā bene dispositam filijs tradens: quieuit in pace. xij. calen. iunij. Anno imperij sui. xxxj. etatis vero. lxvij. Sepultus in vrbe regia eius nomini dedicata. ¶ Hic gloriosus princeps fecit basilicas istas in vrbe roma. Videlicet basilicā domini saluatoris in ꝓprio lateran. palatio vt dictum est. Basilicam constantianam: vbi baptizatus est: vbi ⁊ fontem ꝓphyretico lapide constituit ex argento mirabiliter ornatum: quā in honore ioannis baptiste ecclesie lateran. appenditiam esse voluit. Basilicā beati petri apostoli in templo apollinis cuius loculum auro ⁊ argento insigniter contexit. Basilicā beati pauli apostoli extra muros in via ostien. cuius etiam loculum exornauit. Basilicam in palatio syriano que cognominatur sancta hierusalem in honore venerande crucis: vbi ⁊ de ligno crucis dominice locauit. Basilicam sancte agnetis ex rogatu constantie filie sue extra muros via numentana. Basilicam beati laurentij martyris extra muros via tyburtina in agro verano: vbi sepultus est. Basilicam. xij. apostolorum intra vrbem. Basilicam beatorū marcellini ⁊ petri: vbi corpus beate matris eius quiescit. Basilicam apostolorum petri ⁊ pauli ⁊ ioannis baptiste in ciuitate ostien. iuxta portū vrbis. Basilicā scti ioannis baptiste in ciuitate albanen. Basilicā apl̄oꝝ in vrbe capua quā cōstātianā nolauit: ⁊ alias plures: quas oēs sacris vasis ⁊ vestibus ⁊ alijs ad diuinū cultū ꝑtinentibus infiniti p̄cij p̄dotauit.

¶ De sctō Hospitio confessore. Cap. xxvij.

Hospitius confessor vir dñi apud nuceriam inclusus ferro ad carnē accinctus cōi tpe modico pane ⁊ dactilis vescebat: in quadragesima vero solis radicibus herbarum vtebat: vt de eo scripsit paul⁹ lōgobardoꝝ hystoriograph⁹. lib. iij. Hic spū ꝓphetico futur⁹ aduētū lōgobardoꝝ longe añ p̄dixit. Quos cū adesse cognosceret: oēs fratres suos emittēs sol⁹ remāsit: longobardi vero ferocissimi ad locū veniētes: ⁊ vt intrarēt aditū querētes: sed minime inuenire valētes ascēso tecto descenderunt ad virū dei. Quē vt ferro vinctum repertum: existimauerunt eū esse reum aliquem ibidem ver culpa reclusum. Sed cū ip̄m vnus eoꝝ gladio ferire vellet brachium

sibi arefactum est. Qui mox vt veniam petijt sanctus eū illico sanauit: & conuersum ad xp̄m monachū fecit. Qui etiam verbum domini longobardis p̄dicans plures ex eisdem dño acquisiuit. Quieuit in pace. xij. calen. iunij.

De sanctis Timotheo & Polio & Eutychio martyribus. Cap. xxviij.

Timotheus polius et eutychius martyres apud mauritaniam cesariēn. passi sunt. Qui in p̄fata regione verbum domini vndiq3 disseminātes glorioso martyrio pariter coronari meruerūt. xij. cal. iunij: vt autē in martyrologio a hieronymo sumpto.

De sctā Julia virgine & martyre. Cap. xxix.



Julia virgo & martyr ex ciuitate carthaginēn. cum dicta vrbs capta & subuersa fuiss3 captiua ducta fuit: que sortita cū alijs cōcaptiuis deuenit in seruitutem cuiusdam eusebij gentilis nobilis palestini: cui diligentissime famulabat spatio quo poterat ieiunijs & orationibus vacans. Eāq3 dominus eius q̄uis xp̄ianam ob eius gratum seruitium diligebat. Cum aūt ad gallias cum mercibus tenderet: & in capite corsice cū naui applicuisset: ancillamq3 secum deduxisset: contigit in ipso loco gentiles dijs suis solennia celebrare. Et dum tam naute q̄ nauigantes cū incolis insule ad sacrificia deorum accederent: sola iulia remansit in naui. Comperto q̄ xp̄iana esset felix quidā tribun⁹ petijt ab eusebio ancillam eius p̄ quattuor ex suis commutari: ad hoc solum vt eam sacrificare compelleret. Quod cum ille p̄pter eius gratum seruitium omnimode recusaret: inito consilio naute ex industria eusebium inebriarunt. Quo dormitante iuliam rapiunt: & sacrificare nolentem alapis cedunt crinibus torquent: & diu flagellant: tandem crucifixum confitentem cruci configunt vbi post modicū spiritū emisit. xj. calen. iunij. Monachi aūt quidam qui in insula marmarica que vulgo gorgona dr̄ habitabant diuina reuelatione moniti nauem ascendentes corsicam deuenerunt: & corpus martyris xp̄i tollentes celerrime redierūt & in eorum insula sepelierunt: quod tamen p̄cessu temporis ansa regina vxor desiderij longobardorū regis inde brixiam transtulit: & in monasterio eius nomini fabricato honorifice collocauit.

De sctō Casto & emilio martyribus. Cap. xxx.

Castus & emilius martyres in affrica passi sunt. Qui vt scribit beatus cyprianus libro de lapsis propter verbi fidei confessionem per ignem conflagrati passionis martyrium consummauerunt. xj. calendas iunij.

De sancto Desiderio episcopo & socijs martyribus. Cap. xxxj.

Desiderius ep̄s lingonēn. t̄pibus honorij & theodosij impatorū martyrium passus est. Nā dū vandali ligonēn. ciuitatē diudum obsessam debellarent. Sanctus ep̄s murū ascendēs p̄ suo grege clemētiā postulabat. Uādali vero vrbē intrātes & multitudinem ciuiū xp̄m cōfitentiū trucidātes: ep̄m in eccl̄ia p̄ p̄p̄lo orātem reperientes ceperūt: & suo duci noīe cresco p̄sentauerūt. Qui cū se libētissime morti obtulisset: dū illi residuo p̄p̄li parcere vellēt: eductus ex vrbe decollat: nulla p̄pter hoc erga gregē mia p̄ct̄ls ex gentibus exhibita. Cū autē spiculator ep̄i portā vrbis intrare vellet: capite illiso mox expirauit. Statimq3 satis irruētib⁹ ianua adeo obstruit vt nulli deinceps p̄ ipsam aditus patere posset in testimoniū martyris xp̄i nulli licere ostēdēs vt p̄ ianuā illā intraret paganus vnde sanctus ep̄s exiuerat decollādus. Dū etiā ipse gladiator xp̄i martyrem p̄cussisset in libro diuino ibidē apto sanguis nō nulle gutte stillātes plura folia p̄forarunt l̄ris oīno illesis: q̄ vsq3 hodie in testimoniū conseruat miraculi. Sed paulopost crascus in ciuitate arelatensi a suis captus & hostibus traditus crudeli nece peremptus est. Sāctus vō desiderius sepultus est lingonis miraculis clarens. Inter q̄ si quis intra eccl̄ie sue septa falso iurare scienter nitit: celesti mox vltione punit. Passus est autem. x. calen. iunij.

De sctō Desiderio alio ep̄o & martyre. Cap. xxxij.



Desiderius ep̄s lugdun. cuius vita celebris mirabilib⁹ fulsit passus est in eodē territorio lugdun. villa p̄stiniano cui⁹ corp⁹ modo sepultū venerat in eccl̄ia vienēn. festūq3 ei⁹ ibidem. x. calen. iunij recolitur.

De sctō theopōpo ep̄o & mar. Ca. xxxiij.



Theopōpus ep̄s nicomedien. in eadē ciuitate passus est cū quodam senesio sub diocletiano augusto: q̄ p̄mo anno īperij sui illuc accedēs iussit fieri statuas ex auro apollinis & artemis & eas in tēplo p̄ductas a cūctis adorari. Cūq3 theopōpus ep̄s ad p̄hanū educt⁹ simulachra adorare noluisset: missus est in clibanū ignis: i quo die & nocte illesus p̄māsit. Nocte vō inde exiens luce celesti p̄uia ad palatiū diocletiani deuenit: oībusq3 ianuis reseratis diuinitus vsq3 ad lectū suū accessit: seq3 viuētē p̄testās ad clibanū rediit. In cui⁹ medio inane psallēs & oīno inust⁹ rep̄tus est. Qō dū impator magie ipsius ascriberet vt experiret canē in furnū mitti fecit: q̄ subito incensus est. Post hec theopōpus diebus. xxij. in carcere sine vllo cibo detinet sed a dño cōfortat⁹ vultu hylari inde p̄ducit. Tūc iussu impatoris ocul⁹ sibi dexter effodit: s3 ipo ad carcerē redeūte sibi a dño restituit. Qō dū diocletian⁹ iter artib⁹ magicis deputaret: accersito ad se quodā egyptio maximo mago theona noīe induxit eū ad ep̄3 suis p̄stigijs occidēdū: voluit tñ p̄mo artē eius videre. Qui taurū ferocissimū ad se ductū dū in aure ip̄i⁹ aliq̄ vba dixisset subito i duas p̄tes discerpsit: q̄ in lāce pōderate eq̄liter pēsauerūt. Tūc magus theopōpo obtulit spirulas farinulas artis magice: & venenū in calice demonijs plenū. Et cū ille hec oīa sine lesione gustasset magus cōuertit: & cū eo carceri traditus ab eodē baptizat. Nomenq3 sibi senesius īponit: inde sanctus eductus & in terrā supinus extensus atq3 ad stipites ligat⁹ lapis magnus vix ab. viij. viris portatus ventri eius superponitur: sed eleuatus lapis a seipo vltra. xv. cubitos diuinitus prosiliuit. Dehinc in eminenti suspēsus pedibus: capite deorsum saxoq3 ingenti ad eius ceruicem alligato: fune quoq3 quo tenebatur preciso: vt raptim tractus ad terram dirumperetur: sine vlla lesione in pedibus stetit. Nouissime autem decollatus est. Senesius vero in defosso terre positus: humoq3 opertus equis

equis sup inductus vt calcibus terras premerent: migrauit ad xp̄m. Quorum corpora nicomedie in eodem tumulo sepulta sunt. x. calen. iunij.

¶ De sctō Manaem discipulo. Capl'm. xxxiiij.

Manaem discipulus herodis tetrarche collactaneus fuit. De quo scribitur actuum. xiij. ca. Hic fidei catholice doctor, pph̄eta sub gratia noui testamenti apud antiochiam in xp̄o quieuit. ix. calen. iunij: vt dicit hieronymus in martylogio sanctorum

¶ De sancta Joanna vxore chuze discipula. Capl'm. xxxv.

Joanna discipula: de qua eciam memoratur luce viij. cap. que cum tribus marijs circa sepulturam dn̄i legitur fuisse sollicita. Hec fuit vxor chuze pcuratoris herodis antippe: qui fuit tetrarcha galilee: et hec post ascensionem dn̄i cum discipulis fuit: eisq sedule ministrauit. Et apd̄ hierosolymā in pace quieuit nono calen. iunij: vt dicit hieronymus vbi supra.

¶ De sctō Seruulo martyre. Capl'm. xxxvi.

Seruulus martyr passus est temporibus numeriani imperatoris in ciuitate tergestina sub iunilio pside. Qui nobilibus eiusdem vrbis parentibus et xp̄ianis ortus patre videlicet Eulogio matre clementia ab annis puerilibus in fide doctus deo seruiens ecclesias frequentabat et in oõne psistebat. Et cum annorum esset. xij. exiens ciuitatem in spelunca anno vno et mensibus. ix. latuit heremiticam vitā ducens. Deinde celesti voce admonitus vt parentes reuiseret: q̄ eum vbiq pquirebant ad ciuitatem deuenit: medioq itinere mire magnitudinis serpentē inuenit. Quem pmo quidē videns expauit: postea aūt ↄfisus in xp̄o signum crucis edidit: et exufflauit in serpentē. Statimq coluber p medium crepuit: veniensq ad parentes letanter susceptus eis cuncta que sibi ↄtigerāt enarrauit. Post dies modicos eulogi⁹ mortuus est: et seruulus cum matre vidua morabat et miraculis choruscabat. ¶ Filius cuiusdā ciuis a demonio vexabat clamāte demone p os pueri q̄ si puer ad seruulū ducereẗ statim imund⁹ ab eo spūs eiceret. Quem cū diudum reqsissent: parentes puerum ad seruulum deduxerunt: et que demon dixerat narrauerūt. Statimq spūs puerū eliden s cepit dentib⁹ frendere: et spumans ipm̄ diutius agitare. Seruulus vero inuocato noīe trinitatis imundum confestim spm̄ ab eo eiecit et ipm̄ cum parētibus ad xp̄m ↄuertit. ¶ Uidua q̄dā famosa noīe fulgētia filiū habēs ĝuiter febricitātē veniēs ad sctm̄ iuuenē p salute filij supplicabat. Qui domū eius ingressus oõne pmissa egrotātis manū tenuit: moxq ipm̄ liberatū a febre de lecto pduxit: et vna cū matre ad baptismi grām pduxit. ¶ Quidam domū ↄstruēs ex alto ceciderat: q̄ semiuiu⁹ iacebat. Quē in lectulo leuatū seruulo obtulerūt: qui p eo ad xp̄m orauit: et apphēsa eius dextera ipm̄ illico incolumē eleuauit. Sed quacūq detēti valitudine ad eū ↄcurrētes sanitatem ↄsequebant: multiq gentiliū ↄuertebant. ¶ Denique tentus a iunilio pside vt ydolis imolaret: cū sacrificare ↄtēpsisset: pmo neruis cedit: dehinc in eculeo suspēdit: et torquet: eiusq latera vnguib⁹ laniant. Et post hec depositus oleo feruenti pfundit: sed in his oībus ↄstantior reddit. Et cum pses putaret q̄ magicis artibus supplicia superaret: lotio fetenti ipm̄ lauari iussit: vt sic more gētili maleficia expellerēt. Sed v̄tus diuina fetorem in balsami fragrantiā in naribus oīm commutauit. Et cum populus ipm̄ inocentē clamaret: pses timore multitudinis ipm̄ extra vrbem eductū gladio iugulari fecit. Cuius corp⁹ mater cum oībus per eum conuersis in eadem ciuitate omni leticia sepeliuit. ix. calen. iunij.

¶ De sanctis Donatiano et Rogatiano martyribus. Capl'm. xxxvij.



Donatianus et rogatianus, fratres in gallijs ciuitate nānetis tpibus diocletiani et maximiani passi sunt. Qui cum in dicta ciuitate residerent: et pcepta ipratoris christianos ad imolandum compellentia audiuissent. Donatianus iam senex germanum corde fidelem baptizari cupiebat: antequā psecutor de quo intellexerant: ad vrbem attingeret: sed tamen cum propter sacerdotis absentiam baptismum habere non posset: ambo fratres ad dn̄m orauerunt: vt martyrium rogatiano p baptismo succederet: quod et factum est. Nam ambo cōprehensi et in catasta extensi ac laniati: deinde lancea militari perfossi: nouissime capite cesi sunt. ix. calē. iunij.

¶ De sanctis Anolino et socijs martyribus. Capl'm. xxxviij.



Anolinus custos carceris erat sub pfecto vrbis almachio tpe maximiani. Cū aūt almachius vrbanum papā detentum in carcere custodiendum anolino tradidisset: et sermones scti pape anolinus cū tribus tribunis audiuisset: ↄuersi sunt ad xp̄m: et ab vrbano pontifice in carcere baptizati. Quod pfectus cōperiens anolinum teneri fecit et sacrificare nolentem confestim iussit capitalem subire sententiam. Tribunos vero xp̄m confitentes: pmo quidē grauiter laniatos ad sacrificia duci mandauit. Sed audiens eos in ydolum conspuisse: ipsos eodem loco decollari pcepit. Qui passi sunt. ix. calen. iunij: sepulti iuxta sanctos tyburtium et valerianum.

¶ De sctō Urbano papa et martyre. Capl'm. xxxix.





Urbanus papa et martyr hui⁹ noīs pmus natione romanus ex patre pōtiano de regione via latina: calixto pape pmo in epatu romano successit: seditq ānos. viij. mēses. ij. dies. xij. Hic gn̄e nobilis ab infantia xp̄ianus v̄tute abstinentie et castitatis ornatus: dignitatis officium v̄tutū studijs adornauit. Multoticus p fide ex vrbe pscribit: sed a fidelibus clam reuocatur. Huius tempore incepit ecclesia rome predia possidere: de quibus sanctus pontifex cleri⁹ cis et notarijs qui gesta martyrum conscribebant sumpt⁹ ministrabat. Ante enim ecclesia ad instar apostolorum in communi viuebat: pecunias tantum recipiens pro egenis. Hic multos christianos ad fidem conuertit. Ualerianum sponsum sancte cecilie et fratrem eius tyburtium nedum baptizauit: sed ad martyrij palmam exhortando perduxit. Postquā autem beata cecilia sancto pape vrbano domum suam tradidit dedicandam: et ipsa in eadem vitam martyrio finiuit. Urbanus predicationi et baptizationi insistens fidelium ab almachio prefecto

urbis capitur: et in carcere detinetur: deinde sibi oblatus cum prefectus eidem xpianitatem opponeret et thesauros ecclesie requisisset. Respondit urbanus: q plus mouebat almachius concupiscentia thesaurorum q cultura deorum. Et cum ipsum prefectus superare non posset: anolino tribuno in custodia tradidit: ubi existens anolinum cum alijs tribus tribunis conuertit ut supra prius dictum est: quibus p martyrium assumptis. Urbanus ad simulacra ducitur: et thura imponere urgetur. Sed orante scto ydolum cecidit et .xxij. sacerdotes ignem ministrantes occidit: quem in ipso loco prefectus decollari iussit: cuius corpus marmenia uxor carpasij cum conuersa cum filia lucina sepeliuit cum cecilia tyburtio valeriano et maximo in eodem sepulchro: q passus est .viij. calen. iunij: circa annum dni .ccxx. Hic constituit ut omnia vasa ecclesiastica ad sacrum ministerium ptinentia aurea vel argentea fierent vel si pauper esset ecclesia stannea: non autem vitrea propter fragilitatem: nec lignea propter porositatem: nec cuprea propter nauseam et abominationem. Hic etiam fecit ordinationes .iij. p mensem decembris. presbyteros .xij. dyacones .viij. epos p diuersa loca numero .xv. et cessauit epatus dies .xxx.

¶ De sancto Nicceto martyre. Capitulum .xl.

Nicetus martyr: qd interptatur victor: gothorum gente oriundus s ab eorum prauis vitijs alienus ab annis puerilibus p sctm theophilum gothorum epm: qui et primo concilio nicee celebrato interfuerat in fide doctus et baptizatus est. Cum aut inter gothos discordia orta esset: et due ex eis ptes fierent quarum uni fritigernes alteri vero athanaricus prefuit: et ipse ptes adinuicem decertassent: fritigernes ab athanarico victus est. Qui se tunc contulit ad presidium romanorum: et ab imperatore valentiano ad xpianitatem suscipiendam cum suis inductus: sumpta romana militia que erat in thracia cruceque xpi preuia aduersarios expugnauit. Quapropter athanaricus cum suis fidem suscepit. Et succedente predicto theophilo epo vrphilo qui et ipse constantinopoli secundo fuerat concilio celebrato: oes gothi partis illius ab eodem vrphilo in fide docti et baptizati sunt. Qui etiam eps sacre scripture libros de latino transtulit in linguam gothorum: ut populum ad fidei rudimenta pduceret. Nicetus autem qui xpiane parti adherebat xpm viriliter pdicabat. Qui ab aduersarijs athanarici gothis: qui iuxta danubium habitabant: detentus et ad fidem xpi denegandam compulsus est. Quod cum facere recusaret: in ignem copiosum mittitur: et sic spm deo reddens martyr dignus efficitur. ¶ Cum aut quidam nomine marianus de ciuitate masseupstia olim sancto martyri amicitia speciali coniunctus corpus eius requireret et furorem gothorum gentilium formidaret: nocte consurgens ad corpus pquirendum accessit: verum cum locum ignoraret: stella sibi apparente: et ut olim magis viam ostendente ad locum perducitur: qua supra corpus martyris quiescente sacre sibi reliquie reuelantur: et ab eodem collecte in domum suam honorifice collocantur: multaque sanitatum miracula earum virtute demonstrantur. Processu vero tpis a fidelibus ecclesia in ciuitate construitur et corpus martyris illuc transfertur: solo manus pollice ad eius solatium mariano dimisso. De corpore vero sacro nihil amplius ullo tpe potuit amoueri. Nam dum auxentius eps masseupstie ecclesiam fabricasset: et de reliquijs sanctorum tharaci pbri et andronici de anarzana urbe vicina ptem p consecratione ecclesie obtinuisset: pmissione facta q de reliquijs niceti martyris ptem in recompensationem referret: apertoque sepulchro manum ad auferendum ex membris aliqd posuit: s confestim manus eius arida et contracta facta est: nec prius restituta donec eps de temeritate penitens: manum ut posuit p consequenda sanitate ad corpus reduxit. ¶ Post tpis decursum corpus ipsum venetias translatum quiescere dicitur in ecclesia scti nicolai. Passus est autem sanctus mar. .viij. calen. iunij.

¶ De scto zenobio epo et confessore. Capitulum .xlj.

Zenobius eps ciuis florentine urbis nobilissimus a puerilibus annis diuinitus litteris imbutus: sanctitate conspicuus: post minores gradus ad epatum eiusdem ciuitatis electus est. In quo multo tpe presidens gregem dnicum verbo et exemplo sollicite pauit: et multorum signorum gfa splenduit. ¶ Inter q dum quidam ecclie sue predia occupasset: nec sepius admoniti ea reddere vellent subita morte pereuntes exemplo suo alios nedum ad restitutionem sed ampliorem dotationem florentine ecclesie puocarunt. ¶ Matrona quedam apostolorum limina visitans vnicum suum puulum secum deducens eum febricitantem zenobio epo commendauit: et roma reuersa: quem ipse materno more diligenter fouit. Cumque die quadam necessitate ecclesiam adisset: et mater ipso absistanti rediens filium eadem hora expirasse reppisset: corpus eius in vlnis accepit: et cum lachrymis ante pedes viri dei pstrauit: quem ille sua oratione continuo suscitauit. In cuius testimonium locus in quo genua fixit geniculus vocatur: qui si aliquando a quaque bestia immunditia polluitur mox diuina ultione bestia illa punitur. ¶ Alia vice egressus de ciuitate iuuenem qui ad tumulum portabatur inuenit: p quo deposito pheretro exequias celebrauit. Rogatus quoque ab astantibus p eius suscitatione ipso quoque ex humilitate diutius recusante tandem acquiescens p ipso dudum orauit: et ppsm oes lumen clamare admonuit: sicque iuuenem ad vitam reduxit. Quieuit in pace maturus etate .viij. calen. iunij. Sepultusque est in ecclesia scti laurentij. Inde post aliquot annos translatus in ecclesia sancte virginis reparate. in cuius translatione facta tpe hyemali arbor quedam quam casu ipsius pheretrum tetigit: subito flores produxit.

¶ De scto Dionysio epo mediolanen. Capitulum .xlij.

Dionysius eps mediolanensis tpe constantij filij constantini claruit. Qui ab eo aliquando circumuentus arriane heresi subscripsit. Et post modum compunctus ab eusebio vercellen. epo cuius erat in baptismate filius veniam petijt. Cui ille penitentiam indixit: ppter quod a constantio ad cappadociam in exilio delegatus ibidem p christi fidei catholice veritatis assertione vitam finiuit .viij. calen. iunij. Cuius reliquias sanctus basilius cesaree cappadocie epus postmodum ambrosio mediolan. episcopo transmisit: quas ille deuote suscipiens honorifice ibidem recondidit.

¶ De sancto Mutio abbate. Capitulum .xliij.

Mutius abbas ut retulit compres hieronymo in vitis patrum. Primo gentilis fuit et latronum princeps ac sepulchrorum violator. Qui cum nocte quadam ad domum dedicate virginis deuenisset expoliandi gratia: subito soporatus vidit in somnis quendam regali habitu indutum eum a flagitijs desistere monentem: alioquin mortem turpissimam comminantem: viditque monachorum militiam: et eorum ducem: qui nonnunc muti q iussa adimpleret illi regi promittebat. Euigilans ergo subitoque conuersus ad ecclesiam confugiens baptismum suscepit et ad heremum transiens in sanctitate nimia solitariam vitam duxit: multosque discipulos habuit. Semel tantum in hebdomada id est dominica die panem sibi missum diuinitus comedebat: nullumque alium deetero cibum sumebat. ¶ Adolescens quidam ad eum accedens ab eo monachus efficitur: et dum ab eo monachali habitu vestitur: cepit iuuenis dicere q optaret se ab eodem patre mortuum vestiendum: quod se mutius facturum promisit. Cum autem post aliquot annos iuuenis decessisset: et cum abbas induisset:

duisset: interrogatus ab eo an ipsum sufficienter induerat. Respondit defunctus q sic: et q pmissa optime impleuerat. Item cum quendā in extremis ↄstitutum visitare curaret et multa sibi cōmitibus via superesset: solq iā ad occasum festinaret pcepit soli vt se modicū expectaret: qd et sol fecit nec occubuit. donec mutius cū socijs ad locū perueniret vbi monachū iā defunctū inueniēs eūq vocās iterrogauit qd poptaret an ad vitā pūtē redire an somno suo quiescere. Qui rūdēs q magis cupet dissolui et esse cū xpo iussus a scō in pace obdormiuit. ¶ Alteri quoq in extremis laborāti qui ↄsciētia pmēte mortis exitū expauebat. Rogatus ab illo tres annos sibi ad penitētiā ↄcessos a dño impetrauit. Quē ad heremū educēs post triēniū ad domum suā q̄si angelū reduxit. Nocteq supueniēte ille q̄si dormiēs expirauit: quem abbas mutius sepeliuit. Hic etiam frequenter ad loca remotissima in momento diuinitus pvoto euectus est: quieuit aūt in xpo. viij. calen. iunij.

¶ De scō Mutio cōfessore monacho. Capitulu. xliiij.

Mutius ali⁹ monach⁹ vt dicit heraclides cū secularis vir eēt mūdo abrenūciare desiderās cū filio puulo octo ānoꝝ ad monasteriū accessit: et tādiu cū infante pre forib⁹ excubauit: donec instātia iprobitatis cōtra cōsuetudinem cenobioꝝ cū filio susciperet. Intrāsq monasteriū a filio seiūct⁹ est: vt iā nō se patrē eē meminerat. Quo vt pleni⁹ pbaret de industria negligebat puulus squalidis indut⁹ colaphis etiā sine cā sepissime cesus: ita vt nūq̄ videret filiū nisi lachrymaꝝ vestigijs genis pfusum. Pro amore xpi nihilominus et obediētie vtute rigida hec oīa patiētissime tolerabat. Cū die q̄dā abbas flere vidisset infantē: iussit pri vt filiū iactaret i flumē: qui nō adeo cito mādauit q̄ celerit mutius iussa ↄpleuit. Sz pcurati fratres de idustria puulum de flumine rapuerunt. Tunc abbati a dño reuelatū est: sanctum mutium hac obedientia abrahe patriarche meritum acquisisse. hec heraclides.

¶ De festo corporis Jesu xpi. Capitulu. xlv.

Festiuitas corpis iesu xpi ab vrbano papa quarto nup instituta est videlz āno dñi. M. cclxiij anno pōtificat⁹ ei⁹ pmo. Cui⁹ institutiōis cā motiua fuit miraculū qd tūc tpis apd vulsinū castrū appuit. Cū ei quidā psbyter de veritate sacramēti aliquid hesitaret: et sacrā hostiā ↄfregisset subito sanguis viu⁹ ex hostia manare cepit et corpale adeo cruore tinxit: qd nulla vnq̄ lotiōe deleri potuit: sz in testimoniū miraculi vsq in psens in corpale sanguis pmanet et viterbij: vbi tunc erat curia p reliquijs reseruat. hoc igit miraculo pncipalit induct⁹ roman⁹ pōtifex vrban⁹ q̄rtus. huius sacramēti deuotiōe affect⁹ pie statuit psate istitutionis memoriā pma quinta feria post octauas pēthecostes a cūctis fidelib⁹ celebrari: vt qui p totū anni circulū eo vtimur ad salutē ei⁹ institutionē illo tpe specialr recolamus: quo spūsscūs discipuloꝝ corda edocuit ad plene cognoscēda hui⁹ mysteria sacri. Nā et i eodē tpe cepit hoc sacrm a fidelib⁹ frequētari. Legit em̄ in actibus aploꝝ q erāt pseuerātes in doctrina aploꝝ et cōicatiōe fractiōis panis et orōnib⁹ statī post scti spūs missionē. ¶ Cum aūt hoc gliosum sacrm sit quoddam singulare donarium nobis a xpo donatū et q̄ttuor sunt q̄ donū quodlibet extollūt: vbi videlz ↄcurrūt. in dāte liberalitas: in dono pciositas: in mō cōgruitas: in sumēte dō necessitas et vtilitas. ¶ Idcirco circa corpis xpi sacrm q̄ttuor occurrūt ↄsiderāda: videlz in dño largiente liberalitas generosa. in dono excellente pciositas valorosa. in mō ↄgruente oportunitas speciosa. Et in hoīe sumēte vtilitas fructuosa. ¶ Circa pmū sciendū q xpi liberalitas i hoc sacro appet ex eo q ibi summe relucet diuina oīpotētia: sapiētia et beniuolētia. Cū enim hō in aliquo ope totū suū posset scire et velle nihil ampli⁹ pōt. in hoc aūt dono apparēt summe. Primo dei oīpotentia: q̄ in sacro eodē mirabilia tot opat. In trib⁹ em̄ opib⁹ maxime appet oīpotētia dei. s. in creatiōe: incarnatiōe et cōsecratiōe. Opus aūt incarnatiōis pponit opi creationis. Vn augustin⁹. Hō de deo de vgine nat⁹ potēti⁹ op⁹ ē q̄ mūd⁹ de nihilo creat⁹. Opus aūt ↄsecratiōis adhuc appet mirabilius q̄ ipsa incarnatio triplici rōne. Primo q: in incarnatiōe creator fact⁹ est creatura. Nā vbū manens qd erat: assumpsit hoīez qd nō erat. hic aūt creatura fit creator: panis nāq substātia: q̄ est creatura inaīata: efficit caro xpi: q̄ est caro dei: et sic substātia panis fit substātia vnita substātie dei. ¶ Scdo q: opus incarnatiōis factū ē ab ipa trinitate imediate nulla creatura coopante. h autez hz trāsmutatio fiat a deo tn̄ mediāte et coopante hoīe sacerdote et aliq̄n peccatore. ¶ Tertio q: incarnatio semel facta ē nūq̄ iterāda ↄsecratio aūt corpis xpi quotidie et mltotiēs iterat. ¶ Scdo appet h marie dei: sapiētia: q̄ ipz sacrm in testamēto veteri pluries pfigurauit. Sapiētie aūt ē op⁹ subtile puideret pluries etiā formalr designare. Et q̄uis multimode hoc venerabile sacrm in veteri testamēto fuisset pfiguratū. ¶ Principalr tn̄ eius appent figure. Tpe legis nature. Tpe legis scripte et tpe pphetie. Tpe legis nature. figura huius habet in sacrificio melchisedech: qui fuit rex hierlm et sacerdos dei: vt dictū est supra de melchisedech: qui sacrificiū suū deo obtulit panis et vini vt habetur gen. xiiij. hic em̄ pfigurauit xpm verū regē iudeoꝝ et sacerdotē summi patris: de quo pt eius scōz dauid pphetauerat dicēs. Tu es sacerdos ineternū scdm ordinem melchisedech: qui sacrificium sui corpis et sanguis sub eisdē speciebus obtulit deo pri. ¶ Tpe legis scripte. figura huius habet de māna qd deus pluit pribus in deserto: qd ab hebreoꝝ pplo in diuersis vasibus recollectum. s. a quibusdā in magnis a quibusdā in puis semp eiusdē mēsure inueniebat: et ad oēm saporē edentiū ↄuertebat: quo pane aliti sunt pres in deserto vagātes: donec in terra pmissam de fructibus gustauerunt. Quo pfigurabat hoc sacrm qd integralr sumit ab oībus in quacunq q̄titate hostia tribuat: qd etiā scdm affectionez sumentiū sic in eo ad oēm saporem dtutis velut ij opat. Et hoc pane nos ali opz in deserto pntis scli peregrinātes: donec ad terrā celestis prie deuenientes ipm xpm ventris virginei fructum in suo fonte gustemus. ¶ Tpe pphetie: figura habet in helia qui fugiens a facie iezabelis in deserto peruagās obdormiuit in vmbra iuniperi: quez angelus excitauit et subcinericius panē ostendit: quo refectus in eius fortitudine peragrauit vsq ad mōtez dei. Quo psignabat petōr qui fugiens a facie tentatiōis in deserto pntis scli lassus in ↄtēplatiōe arboris crucis quietem inuenit. Ibiq carnez xpi sub specie panis subcinericū pēdentez accipit: quo cibo refect⁹ securus perambulat vsq ad mōtem etherei regni. idcirco hoc sacrm dr viaticū: q: panis viatoꝝ. Tertio apparet in ipso summe dei beniuolentia: qui dedit. ¶ Primo seipsum Nō em̄ dedit celum nec angelum: nec aplm: nec matrez

ppriā:sed corpus suū ad timo.ij.dedit semetipm̄ p nobis ꝛc.
¶ Scdo dedit se in cibū nō in sociū nec in fuū:sed in edu
liū. Augustinꝰ vox dei de celo:cibꝰ sum grādiū:crede ꝛ mā-
ducabis me ꝛc. ¶ Tertio imppetuū:nō vsq₃ ad annū:nec
decēniū:nec cētēniū:s₃ vsq₃ ad scli finē mat.vlti. Ecce ego
vobiscū sū₃ oībꝰ diebꝰ vsq₃ ad ꝯsummationē scli. ¶ Circa
scdʒ sciēdū ꝙ huiꝰ doni ꝑciositas appet:ex eo ꝙ ipa caro ꝛ
sanguis xp̄i nobis donanẜ:quo nihil ꝑciosiꝰ eē pōt ꝙ caro
deificat ꝛ bo vnita vt dictū est. ¶ Circa cuius veritatē du
bitari ꝯsueuerūt p̄ncipal̄r.vij.q̄ tn̄ rōnibꝰ pbari nequeāt
q₂ fides nr̄a q̄ est de supnaturalibꝰ nō subest argumētis scię
tiarū naturaliū:tn̄ aliq̄bꝰ naturalibꝰ exēplis oīa dubita-
bilia aliqual̄r ꝑsuadenẜ. ¶ Prio eīm dubitaẜ quō panis
in carnē ꝛ vinū in sanguinē trāsmutaẜ. Huius exēplū na
turale habemꝰ ꝙ panis quē comedimꝰ in verā hoīs carnē
ꝛ vinū qō bibimus in verū sanguinē natural̄r ꝯuertiẜ:post
certū horaꝝ spatiū opante natura. Quid ergo mirū si qō
natura facit interuallo aliquaꝝ horaꝝ deus sine tpe opaẜ
Ipē eīm naturā creauit ꝛ eiꝰ cursum sua olpotentia muta
re pōt. ¶ Scdo quō nō accidēs nulli innitaẜ. Accidētia
eīm sine subiecto in eodē existūt qō pre oībꝰ dubitabilius
videẜ. Nō eīm illa rotūditas ꝛ albedo ꝛ sapor ꝛ alia acciden
tia sunt panis:q₂ panis ibi nō est:nec corpis xp̄i q₂ vt pote
corpus humanū talia accidētia nō h₃:nec aeris:q₂ tali lu
ce a nullo corpe coloraẜ:ergo in nullo subsistunt. S₃ in ip
sis naturalibꝰ apparēt aliq̄n accidentia:q̄ nulli substan
tie corpee innitunẜ:sicut curuitas remi in aq̄:non eīm ta
lis curuitas est accidēs remi:q̄ rectꝰ est:nec aq̄ q̄ sine re-
mo tale accidens nō h₃:ergo in nullo subsistit. ¶ Tertio
quō corpus in hostia collocaẜ videẜ eīm mirabile qualiter
xp̄s q̄ deus est ꝛ hō ꝑfectus sub modici panis specie cōtine
tur. Sed siq̄s aduertat qual̄r sola substātia trāsmutaẜ vi
debit euidēter ꝙ substātia q̄ nō suscipit magis nec minꝰ
sub illa modica hostia ꝯtineri pōt. Sicut eīm ibi sunt ac-
cidētia panis sine subiecto sic ꝛ ibi est substātia corpis si-
ne aliquo accidēte:ꝛ ꝑ ꝯsequēs nulla est ibi dimēsio quā
titatiua sine qua substātia magni corpis sub q̄titate mi
nimi corpis ꝯtineri pōt. Huiꝰ exemplū in naturalibꝰ ha
bemus ꝙ ad hoc vt.s.visibile corpus ab oculo videaẜ ne-
cesse est vt dicit aristo.ꝙ forma visibilis sit in pupilla: et
sic colūna ꝛ domus ab oculo visa est in pupilla nō q̄titati
ue sed formal̄r:ꝛ mōtē maximū i modico speculo videmus
¶ Quarto quō in pluribus nō multiplicaẜ:vnū eīm ꝛ idē
corpus xp̄i in multis ꝛ infinitis altaribus ꝑ diuersas mū
di ptes in multis hostijs eodē tpe ꝯsistit:nec tn̄ ex hostia
rum multitudine corpus vnicū plurificaẜ:qō etiā in celo
ꝛ in altari tn̄ diuersimode ꝯtineẜ. In celo eīm corpal̄r l ho
stia sacramental̄r. Huius exemplū habemus ꝙ vnius et
eiusdem hoīs ymago in diuersis ꝛ multis existens nō plu
rificatur. Et in seipsa subsistit corporaliter in speculis ve
ro formaliter. ¶ Quinto quō diuisus non laceratur. Cū
eīm hostia per partes diuiditur corpus non frangitur sed
in qualibet q̄tūcunq₃ minima particula integraliter cō
tinetur. Huius exemplum apparet in speculo:in quo cū
vnius hominis vna sola consistat ymago:si per partes di
uidatur:in qualibet parte etiā modica integraliter yma
go eadem resultat. ¶ Sexto quomodo sumptus non cō
sumatur. Nam non adeo modo in orbe tam maximus q̄
totiens sumptus ammodo non esset consumptus. Hu-
ius exemplum apparet in candela a qua si lumen ab infi
nitis candelis recipiatur appositis:lumen tamen ipsum
nunq̄ minuitur:sed semper eodem splēdore relucet. Tri-
ticum etiam quod a mundi exordio semper omnes homi
nes comederunt:nunq̄ consumere potuerunt. ¶ Septi
mo quomodo in diuersis diuersimode operatur. Nam si
cut ille qui digne sumit: remedium suscipit: sic indigne
sumens iudicium sibi manducat ꝛ bibit. Huius exemplū
est de vna ꝛ eadem medicina que duobus egris a medico
data vni bene dispositio operatur ad sanitatē: alteri ma
le disposito operatur ad mortem:non ex defectu medicine
sed ex mala sumentis dispositiōe. Sic ergo de veritate hu
ius sacramenti cōstare potest ioan.vj. Caro mea vere est
cibus ꝛ sanguis meus vere est potus. ¶ Circa tertium no
tandum ꝙ modi congruitas siue opportunitas apparet ex
eo quod illud sacramentum non datur in forma propria
sed sub specie aliena sc₃ panis ꝛ vini. Circa quod tria vidē
da sunt. ¶ Primo quare sub bina specie datur:videlicet
caro sub specie panis:ꝛ sanguis sub specie vini. Ad hoc re
spondet thomas in hymno.d.quibus sub bina specie car
nem dedit ꝛ sanguinem:vt duplicis substantie totum ci-
baret hominem. Homo eīm ex anima ꝛ corpore consistit ꝛ
per hoc apparet:ꝙ hoc sacramentum est refectio vtriusq₃
Nam caro est refectio corporis ꝛ sanguis anime q₂ anima
omnis carnis in sanguine est.leui. ¶ Secūdo quare hoc
sacramentum sub aliena specie occultatur. Hoc autem
fecit xp̄s primo ad ostendendum miraculum:in hoc eni₃
dei omnipotentia apparet mirabilis: que in sacramento
eodem tot mirabilia operatur:quod non esset:si in ppria
forma traderetur. Secundo ad augendum meritū. Na₃
dicit gregorius:fides non habet meritum : cui humana
ratio prebet experimentum. Maximum eīm meritum fi-
dei est credere:quod homo nō videt:immo quod natura
per omnes sensus dissuadet. Tertio ad euitandum fastu-
dium. Non eīm posset homo sumere carnem ꝛ sanguinem
christi in forma ppria:quod ꝛ gustus fastidiret:ꝛ animus
abhorreret. ¶ Tertio q̄re sub forma panis ꝛ vini potius
q̄ aliorum elementorum tradatur: hoc autē fit propter
tria. Primo ppter magis acceptabilem sumptionem.
Sunt eīm comestibilia q̄ ab aliq̄bus abominanẜ:vt porci
ꝛ cetera:quedā q̄ recusanẜ ppt aliquā egritudinē vt pisces
ab egrotis:q̄dā q̄ nō repiunẜ ꝑ diuersitate tēporꝫ vel loco
rū sicut pepones q̄ nō inueniunẜ h' eme: ꝛ coturnices ci
tra mare q̄dam q̄ carius emunẜ vt ꝑdices. Ideo daẜ hoc
sacr̄m sub talibus speciebus:q̄ ita sunt cōformes nature
sic delectabiles gustui:sic oībus locis ꝛ tpibus repibiles:
sic copiositer abūdātes:vt nullo fastidio:vel egritudine ꝛ
inopia:vel caritudine q̄s excuseẜ ab huius sacri sumptio
ne. Scdo ppter mysticā significationē. vt sicut panis ꝛ vi
num sunt naturalia ꝛ p̄ncipalia corpis alimēta:q₂ panis
cor hoīs ꝯfirmat:ꝛ vinū letificat:sic ꝑ hoc appeat: ꝙ hoc
sacr̄ꝫ est ale plena refectio vita ꝛ alimētū. Tertio ppt ostē
dendā vnionē. vt sicut ex multis granis vnus panis ꝯfici
tur:ꝛ ex multis racemis vnū vinū eliquaẜ:sic ostēdaẜ ꝙ ꝑ
hoc sacr̄m vnitatis multi fideles qui sunt mēbra xp̄o capi
ti in vno eccl̄ie corpe vniunẜ. Ro.xij. Sicut eīm in vno cor-
pore multa mēbra habemus ꝛ infra:ita multi vnū corpus
sumus in xp̄o ꝛ hec est rō augustini. ¶ Circa.iiij.notādū
est:ꝙ vtilitas huius sacri aparet esse septuplex. Prima ē
dominice passionis cōmemoratio.j.cor.xj. Quotiēs man
du.panem hunc ꝛ ca.bi.mor. dn̄i an. Secunda est christi
ꝛ sumentis vnitio. Jo.vj.qui mandu.me. car. ꝛ bibit me.
sang.in me ma.ꝛ ego in eo. Tertia est demonis expugna-
tio:vnde cantat ecclesia. O salutaris hostia que celi pan
dis hostium:bella p̄mūt hostilia.da robur: fer auxiliū.
Quarta est peccatorum remissio. Quinta est omniu₃ vir
tutum ꝛ gratiarum infusio:vnde dicitur eucharistia: qō
est bona gr̄a ab ea qō est bonum ꝛ charis gratia. De his
duabus vtilitatibus dicit sanctus thomas:nullū etiam
sacramētū est isto salubrius:quo purganẜ pctā:virtutes
augenẜ:ꝛ mens olm spiritualium charismatum abūdan
tia impinguatur. Sexta est pene purgatorie expiratio:
quod gregorius per multa exempla probat in.iiij.dialo.ꝛ
satis diffuse: vnde dicit thomas. Offertur in ecclesia ꝑ
viuis ꝛ mortuis:vt omnibus profit:quod est ꝑ salute om
niū institutū. Septima est eterne glīe collocatio. Jo.vj.
Qui mādu.me.car.ꝛ bi.me.sang.h₃ vitam eternam ꝛ in-
fra. Qui

fra. Qui manducat hunc panem viuit ineternum.

¶ De sctō Eleutherio papa ⁊ martyre. Cap.xlvj.

Eleutherius papa ⁊ martyr natione grecus patre abundio de oppido nicopoli sotherο epō romano in pontificatu successit: ⁊ sedit annos quindecim menses.vj. dies v. Hic accepit epistolam a lucio rege britannico: vt per eius mandatum christianus efficeretur: cui papa misit duos religiosos viros videlicet fuganum et damianum: qui regem predictum populum conuerterunt. Hic constituit q̄ alias apostolo decreta fuerant: scilȝ vt nulla esca vsualis a xp̄ianis fidelibus repudiaretur. quam deus creauerit: q̄ tamen rationabilis ⁊ humana est. Hic fecit ordinatiões iij. per mensem decembris presbyteros.xij. diacones.viij. epōs per diuersa loca.xv. qui etiam tp̄e commodi imperatoris martyrio coronatus est: ⁊ sepultus cum fratribus suis iuxta corpus beati petri apostoli in vaticano.vij. calen.iunij: et cessauit epatus dies.vj.

¶ De sctō quadrato discipulo. Cap.xlvij.

Quadratus apostolorum discipulus fuit qui apud athenas ad predicandum verbum dei missus: post q̄ eidem vrbi pluribus annis euangelizauit clarus doctrina ⁊ vita sancto fine quieuit: ibidēq; humatus iacet.vij.calen.iunij. vt ait Hieronymus.

¶ De sctō Augustino epō anglorum: Cap.xlviij.



Augustinus epūs anglo⁊ a btō papa gregorio diuino instinctu missus ē ad ãgliã ad p̄dicãdū anno.xiiij. imp̄atoris maurity vt dicit sigbertꝰ ⁊ beda: ⁊ aliq̄liter supra tactū ē in legēda gregorij pape.iiij. idus martij. Cū quo etiã melitꝰ ⁊ ioãnes ⁊ alij plures sctī monachi missi sunt. Hi venientes britãniã ad insulã q̄ dr̄ thãna quã a terra diuidit fluuius triū stadio⁊: q̄ appellat̄ sirat: miserūt iterp̄tes quos de frãcia acceperãt mãdato pape ad eldebertū regē in cantis ciuitate regali q̄ audita cã aduētꝰ sctō⁊ ab eo benigne suscepti sunt. Hãt rex vxorē bertā ē xp̄ianã duxerat: eo pacto vt fieret xp̄ianꝰ qd̄ tñ nōdū iplere curauerat: postea vero rex deueniēs ad insulã audita p̄dicatiōe xp̄i: cōcessit eis locū in ciuitate dorberoñ. in palatio suo ⁊ p̄buit licētiã p̄dicãdi ⁊ cōuertēdi oēs q̄ fidē suscipe vellēt. Ipe tñ ꝓpt̄ nouitatem fidei noluit tã cito cōuerti. In ipa aūt ciuitate dorberia inuenerūt eccl̄iaȝ sctī martini: q̄ ibideȝ fabricata fuerat tp̄e quo romani angliã obtinuerūt. In qua eccl̄ia regina sepius xp̄m orabat. In ipa ergo eccl̄ia diuina celebrare ⁊ p̄dicare ceperūt multisq; miraculis ꝑpetratis plurimos ꝯuerterūt. Post annū vero rex eldebertꝰ cū pluribus alijs regibꝰ ⁊ p̄ncipibꝰ sibi subiectis fidē xp̄i ꝑcepit. Deinde augustinꝰ veniēs herclas ab etherio epō archiepūs gentis anglo⁊ ordinatus est mãdato greg. pape. Et ex regis cōcessione in regia ciuitate cōstruxit: eccl̄iam saluatoris: quã etiã metropolim totius insule cōstituit quã ⁊ successor eius laurētius epūs cōsecrauit. Cū aūt multi fidē ꝑcipe recusarēt ⁊ rex nemīnē cōpellere velleт ordinataq; disputatiōe inter epōs xp̄iano⁊ ⁊ pōtifices idolo⁊ cōuentū est p̄ p̄ces vt eger introduceret: ⁊ q̄ ꝑ ꝑces ipm sanare posset illius fides p̄ualeret: ⁊ adducto ceco: cū a gētilibꝰ illuminari nō potuisset: ⁊ augustinꝰ ei lumē restituisset: maxima pagano⁊ pars cōuersa credidit ⁊ baptismū suscepit. Sicq; augustinꝰ virtutibꝰ clarus ⁊ doctrina quieuit in pace anno dñi.cccccciiij. videlȝ.vij.cal.iunij. Sepultus cantie i eccl̄ia aplō⁊ petri ⁊ pauli. Qui etiã ad extrema deueniēs laurentiū comitem suum sibi successorem reliquit: ne status nouelle fidei deperiret.

¶ De sctō Hildeunto epō. Cap.xlix.

Hildeuntus epūs meldeñ. sctō pharoni epō ipsius ciuitatis successit. Qui puer quinquēnis eidē a parētibꝰ traditꝰ ⁊ ab eodē eruditus est a pueritia dirã p̄nlaȝ egēs. Electꝰ est ergo epūs post pharonē ⁊ consecratꝰ. Cuȝ aūt iuxta eccl̄iam sctē crucis in qua olim corpus sctī pharonis sepultū fuerat esset atriū: in quo ciues loci suos mortuos tumulabãt: in eodē atrio ad p̄ces ppl̄i epūs aliã ecclesiam cōstrui p̄misit vt sic in eccl̄ia iacerent corpa defuncto⁊. Que dū esset consecrãda nocte p̄cedente funditꝰ diruit. Qd̄ sctūs vidēs ⁊ de miraculo stupēs ac de culpa penitēs romã deuenit: ⁊ a bonifacio papa absolutionē obtinuit: ac deinde vt deo satisfaceret hierosolymã adijt verbū dñi p̄dicãs circūquaq;. ¶ Anno igit̄ peregrinatiōis sue.vij. ad eccl̄iam suã reuertēs in loco q̄ dr̄ latiniacus monachū reꝑit q̄ sibi a dño fuisse reuelatū asseruit. Hildeūtū ad se ventur ū epm: cui deus dimiserat oīa pctã sua. Regressus igit̄ ad ciuitatē suã eccl̄iam dei genitricis.vij. ab vrbe miliario fundauit ⁊ dedicauit. In cuius dedicatiōe chirothece ipsius de manibꝰ eius hora cōsecrationis extracte tribꝰ horis in solis appēse radio q̄si i partica pepēderūt. ¶ Post hec sctūs vir puer⁊ sine baptismo defunctū a mortuis suscitauit: quē noīe patris sui adelbertū vocauit ⁊ eūdē anno.vij. post se moriturū p̄dixit: ac iuxta se tumulandū mãdauit. Que oīa vt p̄dixerat euenerūt. Quieuit sūt in pace.vij.calen.iunij. Iuxta cuius corpus adelbertus anno.vij. defunctus vt iusserat tumulatus ē. Horum duorum sanctorum corpora sanctus maiolus abbas diuina reuelatione admonitus de solo leuauit: ⁊ honorifice condidit.

¶ De sctis Prisco ⁊ socijs martyribus. Capitulum.l.

Priscus martyr cum sociorum multitudine apud tornacū q̄ est villa aurelian. dioc. passus ē sub aureliano imperatore. Qui cū ibidē resideret misit seneschallū suū ad xp̄ianos vbiq; ꝑquirēdos ac puniēdos. Ille vero cū loca plurima p̄lustrasset veniēs tornacū priscū cū multis xp̄ianis psallētē inuenit: quē christū cōfitētē decollauit: ⁊ in puteū corpꝰ sine capite p̄iecit. Dūq; ceteri simi̇r cederentur vnꝰ eo⁊ rapto sctī prisci capite p̄ siluã aufugit. Qui tñ a militibꝰ insecutꝰ nō lōge ab antisiodoro captꝰ ⁊ decollatꝰ est. Ibiq; vna cū prisci capite a fidelibus sepultus: cetero⁊ vero martyrum corpa a christianis furtim surrepta in crypta tumulata sunt. Tempore autē sancti germani antisiodorēsi. episcopi diuina reuelatione eidem sancto locus vbi corpora martyrum per annos.cl. latuerant ostenditur: cui ⁊ caput sancti prisci martyris vna cum corpore alterius martyris similiter reuelatur. Ipse vero corpora leuata honore condigno condidit: ⁊ ibidem monasterium constituit. Caput vero sancti prisci ad locum alium longe ab vrbe.iiij. miliario detulit: qui locꝰ nunc castrum sancti prisci nuncupatur: horum martyrū passio agitur.vij.calen.iunij.

¶ De scō Johāne papa pmo⁊ martyre. Cap.lij.


Isaac abbas et confessor de syrie partibus ad spoletanam ciuitatez deuenit: ingressusqz ecclesiam a custodibus petijt: vt sibi quantum vellet licentia concederetur orandi: quod et obtinuit. Et cum diebus trib⁹ et subsequētibus noctibus indefessus orationez continuasset. et hoc vnus ex custodib⁹ cerneret: inflatus superbie spiritu: cepit impostorem clamare: qui se triduo ante oculos hoim̄ orare simularet. Et cū virū dei alapa percussisset: repente spūs illum malignus inuasit: et ad viri sancti vestigia strauit: et qꝫ isaac inde ipm̄ expelleret acclamauit. Cuius tñ vir pe regrini nomē adhuc ignorabat: moxqz vt vir dei supeum incubuit: malignus spūs q̄ eū inuaserat abscessit. Quo miraculo ciues stupefacti virꝫ dñi i reuerētia hře ceperūt eiqz multa p edificando monasterio obtulerūt. Ille aūt nihil horꝫ accipiens desertū locū reperit ibiqz sibi humile habitaculū cōstruxit: multosqz ibidē discipulos cōgregauit. Hic pphetico spū claruit: et miraculis chorusca uit. Die quadā in horto monasterij vangas discipulos hora vespertina iactare precepit: qd̄ futurꝫ erat spū dei prenoscens. Cum aūt nocte ad matutinū cum fratrib⁹ surrexisset: pulmētū operarijs coqui iussit: factoqz summo mane ipm ad hortū deferri mandauit: vbi quot vangas iactari fecerat tot laborantes inuenit. Ingressi quippe fures fuerant: sꝫ mutata mente p spm̄ vangas apprehēderant: et vsquequo sanctus ad eos puenit hortuz colere nō cessauerāt. Quos ille clemēter salutauit pulmēto refecit et de malo pposito quo venerant redarguit atqz collectis oleribus oneratos remisit. ¶ Cum quidā scissis pannis obsiti et nudi ad eum venirent: eiusqz misericordiam postularent: ille vnum ex discipulis silenter vocauit: eiqz precepit: vt ad talem cauā arborē in siluā accederet: et vestimenta ibi reperta deferret. Qui dum iussa cōplesset et vestes repertas detulisset vir dñi ea peregrinis nudis petentib⁹ tribuit. Illiqz recognouerūt q̄ posuerāt pudore cōsternati: qꝛ qui fraudulenter vestimenta querebant aliena cōfusi receperūt sua. ¶ Quidam vir se illius orationibus cōmendans sportas duas alimētorꝫ ei per puerū transmisit. Quarꝫ vnā puer in itinere abscondit alteram viro detulit. Quā ipse gratanter accepit: sed puerū admonuit: ne sportam absconditā incaute cōtingeret: qꝛ serpens in ea ingressus foret: puer igit̃ cōfusus exultasset qꝫ mortē euasit: qꝛ tñ delictum eius ppalatū fuerat cōfusionem suscepit. Reuersusqz sicut ei abbas dixerat serpentem in sporta inuenit: et de cōmisso penitentiā egit. Hec gregorius tertio dialog. ca. xiiij. Sanctus aūt isaac clarus virtutibus in ipso cenobio in dño quieuit.

¶ De sctō Quirino epō et martyre. Cap.lxxxv.

Quirinus epūs sciscianus et martyr tpe diocletiani et maximiani passus est. Qui cū in eadē ciuitate que oppidum est illyrice puincie a maximo preside quereret: egressus vrbē et fugiens cōprehensus est: et maximo iudici psentatus. Et cum se christianū libere pfiteret iussit cū fustibus cedi. Deinde grauatum catenis in carcerē recludi. Cui nocte oranti diuin⁹ splendor illuxit. Qd̄ vidēs marcellus custos carcerē aperuit: et cōuersus ad xpm: ac ei⁹ pedibus pstratus baptisma sacruz suscepit. Post triduū aūt maximus iudex iussit quirinū ferro vinctū ad amātium presidē ad primā pannonie ciuitatez adduci. Qui iuxta flumen danubium amantio de scarabatensi ciuitate reuertenti psētat: quē ille ad eandē ciuitatē rediēs illuc adductū durissimo carceri mancipauit. Cui christiane quedam matrone cibum potumqz ministrabant. Statimqz vt oblata benedixit ceciderūt catene de manibus et pedibus eius: donec manducaret: deinde a custodibus ad sabariam ciuitatē adductus amantio presidi in theatro oblatus est. Quē pses p multa verba ad sacrificandum suadebat. Cūqz quirinus tā eius minas q̄ blāditias cōtēpsisset: iussit amātius ad collum eius molam suspendi: atqz in fluminis sabari vndam demergi. Cūqz de ponte precipitatus fuisset in flumē et diutius supnatasset cum spectantib⁹ christianis collocutus: ne suo terrerent exemplo: vix orans vt mergeret obtinuit. Cui⁹ corpus non longe inde receptum in basilica iuxta scarabatez ciuitatis portam pncipalē posita a fidelibus sepultū est. Facta vero incursione barbarorꝫ in partibus illis: xpiani inde fugientes corpus martyris abstulerūt: et romā baiulantes via apia miliario ab vrbe tertio in ecclia ad catacumbas deuote deposuerunt. Ubi aliqñ apsorꝫ corpora iacuerunt vbi et corpus sancti Sebastiani martyris cuz alijs plurimis requiescunt. Passus est autem pridie nonas iunij.

¶ De sanctis .xliiij. martyribus. Cap.lxxxvi.

Quadragintaquattuor martyres in ciuitate iconij passi sunt sub alexandro imperatore. Hi a sanctis quirico et iulita conuersi: cum christum publice predicarent iussu alexādri capite cesi sunt pridie non. iunij. et in eadē ciuitate tumulati.

¶ De sctō Bonifacio epō et socijs marty. Cap.lxxxvij.

Bonifacius archiepūs maguntinus apud friciam martyriū passus est. Qui iussu stephani pape secundi pipinum caroli patrez vnxit in regem francorꝫ. Hic de britannia veniens fidem christi frisionibus primus annūciauit

ꝛ multis miraculis nouelle genti nouus predicator clarus coruscauit. Cumqꝫ maximam partem frisie christi cultui subiecisset: ꝛ sacro fonte baptismatis diluisset: a paganis qui superauerant temptus ꝛ multis affectus iniurijs: tandem gladio preemptus martyrium consummauit: cum eobanico episcopo ꝛ alijs seruis dei non. iunij.

De sancto Bonifacio episcopo ꝛ martyre. Cap. lxxviij.



Bonifacius archiepiscopus bosnensis ꝛ martyr consanguineus othonis tertij imperatoris fuit: qui sibi admodum dilectus liberalibus instructus ꝛ musicus gratiosus: adhuc in seculo deo deuotus erat. Et dum ecclesiam sancti martyris bonifacij sui nominis frequentaret: optabat se illius exemplo martyrem futurum. Tandem relicto seculo habitum ordinis camaldulensis accepit: ꝛ sancto romualdo abbati eiusdem ordinis fundatori adhesit: cuius discipulus effectus sanctissimam vitam pluribus secum annis egit. Deinde ad martyrium flagrans a sede apostolica predicandi gentibus licentiam impetrauit: ꝛ consecratus archiepiscopus ad gentes bosne euangelizandas accessit: qui ceteris socijs equitantibus nudis pedibus incedebat. Et cum alias bis solum in septimana dominica scilicet die ꝛ quinta feria cibum sumere consueuisset: tunc pro labore itineris tamen sibi indulsit: vt quotidie medio pane ꝛ aqua modica reficeretur: diebus dominicis ꝛ festiuis addens poma vel arborum radices vix coctas. Qui etiam postquam est in archiepiscopum consecratus officium monasticum iure professionis ꝛ canonicum iure consecrationis quotidie bis dicebat. Veniens autem ad montes ꝛ pedes ire non valens nudis plantis ꝛ cruribus equitabat ꝛ in partibus illis frigidissimis adeo frigus intolerabile sepius sustinebat vt aliquando pedem a ferro subherente disiungi non posset: nisi aqua calida subueniret. ¶ Veniens igitur ad bosnas gentiles verbum domini feruentissime predicabat. Sed videns se modicum proficere: ad rutenorum regem deuenit: ibiqꝫ christum annunciare cepit. Rex autem illum pannosum inspiciens: putabat: quod spe conquirende pecunie hec simulare confingeret: eiqꝫ munera promisit: si a premissis desisteret. Ille vero pontificalibus preciose indutus coram rege stetit: quem adhuc rex magis simulatorem estimauit. Eidemqꝫ spopondit: vt si episcopus per ignem iniectus incederet: ipsius fidei adhereret. Moxqꝫ ignem copiosum accensum episcopus aqua benedicta conspersit: ꝛ pontificalibus indutus per ipsum securus transiuit. Ita vt nec pilus adustus in veste: nec odor fumi in carne quid appareret. Quo miraculo rex cum populi multitudine infinita conuersus ꝛ baptizatus est. Cupiebatqꝫ regnum filio dimittere: ꝛ bonifacio adherere. Fratrem autem suum nolentem fidem christi suscipere absente archiepiscopo occidit. ¶ Cum autem bonifacius ad alterum regis fratrem longe positum iuisset: vt ei christum predicaret. Ille archiepiscopum tenuit: ꝛ in conspectu suo ꝛ plurimorum decollari fecit. Statimqꝫ ipse regis frater excecatur: ꝛ tam ipse quam omnes astantes intantum sensum amiserunt: quod sicut lapides immobiles ꝛ omnino insensibiles persistebant. Rex autem hoc audiens illuc cum multis accessit: vt fratrem occideret: sed cum miram dei visionem vidisset: orauit christum: vt omnes illi ad sensum ꝛ loquelam redirent: eo pacto quod si conuerti vellent eis iniuria necis sancti viri remittatur: sin autem cuncti gladio trucidentur. Factaqꝫ oratione regis tam fratri quam ceteris sensus restitutus est: qui baptismo suscepto sancto martyri triumphale sepulchrum ꝛ ecclesiam construxerunt.

De sancto Bonifacio episcopo carthaginensi. Cap. lxxix.



Bonifacius episcopus carthaginensis claruit tempore zenonis imperatoris: vt ait sigibertus: qui sanctitatis culmine ꝛ sapientie lumine admodum effulsit. Librosqꝫ plurimos ad diuersos conscripsit: videlicet de predestinatione. De continentia coniugatorum postremum. De virginitate ꝛ humilitate. De oratione ꝛ compunctione. Scripsit ꝛ sermones elegantes precipue. De natiuitate domini. Et de solemnitate sancti stephani protomartyris. Et virtutibus insignis migrauit ad christum.

De sanctis Nicandro et Martiano Martyribus. Capitulum xc.




Nicander ꝛ martianus martyres vigente persecutione paganorum in ciuitate atina a maximiano preside comprehensi cum sacrificare nollent primo diebus xx. in carcere detenti ꝛ afflicti sunt. Deinde ad decollandum iubentur adduci. Tunc vxor nicandri iuuenis puella virum exhortans vt in christi confessione maneret immobilis detenta est a paganis: martyres autem domini ligatis duobus orarijs ante oculos eorum decollati sunt: vxor autem nicandri post dies iij. etiam ipsa in confessione fidei capitalem sententiam ab eodem accepit iudice. Ciues autem venefrani corpus sancti nicandri in eorum vrbe: ciues vero atinates corpus martiani in eorum oppido collocarunt. Passi sunt enim in territorio inter ipsas duas ciuitates posito non. iunij.

De sancto philippo diacono. Capitulum xcj.



Philippus diaconus de vij. primis ab apostolis electus est: vt habetur act. vj. ꝛ cum stephano protomartyre ordinatus est. De quo plurima in actibus apostolorum scribuntur. Nam ꝛ samarie predicauit: ꝛ simonem magum baptizauit. Candacis etiam eunuchum regine ethiopum ad christi fidem conuertit ꝛ sacri baptismatis vnda perfudit: multisqꝫ ciuitatibus donec veniret cesaream nomen domini iesu christi euangelizauit: vt habetur act. viij. veniens autem cesaream multis ibidem miraculis claruit. Habuit enim quattuor filias virgines sacratissimas per quas deus multitudinem virginum lucratus est. Hic inter cetera vt ait papias episcopus hieropolitanus mortuum quendam per easdem eius quattuor filias sibi oblatum a mortuis suscitauit. Deinde ordinatus est episcopus in thracia scythia: vt tradit abbas dorotheus. Et postquam in ecclesia sua sibi commissa annis pluribus predicasset reuersus cesaream in pace dormiuit. viij. idus iunij: vbi ꝛ sepultus quiescit. Et iuxta ipsum tres ex predictis filiabus suis iacent. Quarta vero ephesi dormit.

De sanctis Artemio candida ꝛ paulina mar. Cap. xcij.



Artemius candida vxor eius ꝛ paulina virgo eorum filia martyres rome passi sunt sub dioclitiano iudice sereno. Ibi a sancto petro exorcista conuersi sunt: cum apud eundem artemium in carcere detineretur: postquam prefata paulina ab obsessione maligni spiritus per eundem petrum liberata est

rata est: qui omnes cum aliorum multitudine carceratorum a sancto marcellino presbytero baptizati sunt: vt supra dictum est in passione marcellini ⁊ petri. iiij. non. iunij. Postq̄ autem marcellinus ⁊ petrus a sereno decollati sunt vt ibidem dictum est: ⁊ prefatus artemius cum vxore ⁊ filia a paganis detenti: ⁊ in carcere iubente sereno diebus pluribus vincti fuerunt: tandez cum i christi confessione constantes persisterent data super eos sententia artemius gladio necat⁹ est. Candida ꝟo ⁊ paulina lapidibus obrute sunt. Quorum corpora christiani rapientes via aurelia vbi ⁊ interfecti fuerant: cum reuerentia collocarunt. viij. idus iunij.

¶ De sanctis viginti martyribus. Cap. xcij.

Viginti martyres apud tarsum cilicie temporibus diocletiani ⁊ maximiani sub iudice simplicio passi sunt. Qui per diuersa supplicia deum glorificauerunt i corporibus suis. Quorum corpora apud hipponem ciuitatem aphrice translata sepulta custodiuntur: vt dicit Augustin⁹ xxij. de ciuitate dei. vbi ⁊ refert q̄ dum quidam florenti⁹ senex ⁊ pauper qui vestem amiserat: nec vnde aliam emeret habebat. ad horum martyrum memoriā orasset: quatenus eius inopie subuenirent cōfisus de virtute sanctorum in littore piscem magnum palpitātez repperit: quē scindens in eius ventre anulum aureum cū lapide precioso inuenit: quē tanti vendidit q̄ inde se honorifice vestiuit: ⁊ martyribus gratias egit. Quorum passio colit viij. idus iunij.

¶ De sancto Vincentio episcopo. Cap. xciij.

Vincentius episcopus meuie ciuitatis tentus a quodam capitolio rectore tuscie qui episcopos christianos ferro vinctos plurimos congregauerat puniendos cum fratre suo benigno diacono. adductus est ad templum martis vt dijs immolaret. Cū autē orasset omnia idola subuersa sunt: ⁊ demones vlulantes exeuntes: multosq̄ paganorū cedentes fercentos ex eis verberibus occiderunt: omnesq̄ christianos q̄ ferro vincti erant christi virtute compulsi soluerunt. Quo miraculo plurimi gentilium fidem perceperunt: inter quos quidam mauertius comes prius crudelissimus qui ⁊ de vicinis locis episcopos congregauerat conuersus est. Cū autem christiani cum episcopo ad locum alium se transferentes psallerent: misit capitolin⁹ ⁊ inde sublato vincentio ceteros gladio occidi fecit. At ex⁊ asius quidā religiosus corpus benigni diaconi. ex ceteris rapiens nō longe a portulio sepeliuit calen. maij. ¶ Post dies aliquot capitolinus productum vincentium et diutius tortum atq̄ lapidibus contusum distentum in eculeo ⁊ flāmis adustum carceri mancipauit: vbi ianuis diuinitus patefactis lux celica sibi refulsit. Quod preses audiens iussit eum in mare mergi: qui in equore missus ab angelo ad littus reductus est. Unde ⁊ qui euz demerserant hoc cernentes conuersi sunt: ⁊ vsq̄ ad ciuitatem suā meuiā illum humeris reportarunt. ¶ Interea mortuo capitolino ⁊ a porphyrio eius successore detinetur: ferisq̄ subijcitur: sed ab eis minime lesus in fouea aque maxima necari iubetur. Uerum aperiens se terra aquas absorbuit ⁊ xviij. fugientes aquas deglutiuit. Uincentius ꝟo ad cellam suam rediji: ⁊ subsequenti die dominico celebrata missa coram populo spiritum emisit. viij. idus iunij. Cuius corpus matrona quedam luceria a gentilib⁹ precio redemptum: qui illud rapuerant cremendum: in predio suo qui vocatur campus salutis sepeliuit: inter portuluum ⁊ leuaniam miliario ab vrbe. xliiij. vbi ⁊ iacet miraculis clarens.

¶ De sancto Paulo episcopo ⁊ martyre. Cap. xcv.

Paulus episcopus ꝯstantinopolitanus ⁊ martyr sub constantio imperatore martyriū passus est: qui ob defensionem catholice fidei ab eodem imperatore arriano de sede sua eiect⁹ ⁊ apud quandam ciuitatulam i cappadocia cucusam nomine exilio impulsus arrianoꝝ insidijs grauiter strangulat⁹ ad celestia regna migrauit. vij. idus iunij. Hic sapientia preclar⁹: vt non soluz sue patientie exemplo: sed etiam sermone ceteros ad tolerantiam cōfirmaret: de patientia libellum edidit: vbi ⁊ de penitētia tractans docet penitentem sic pro peccatis dolere debere ne supra mensuram tristis periculum desperatiōis incurrat. Tantoq̄ lepore ⁊ rationū suasione patientes aduersa ad constantiam ⁊ animositatem inducit: vt expressius docere videatur: q̄ veri beati qui persecutiones patiunt propter iusticiam. Hec in martyrologio adonis.

¶ De translatione sctī Seruatij epi. Cap. xcvi.

Translatio corporis sancti seruatij facta est tempore eldonis filij henrici regis francoꝝ. Cum enim eius ecclesia apud traiectēn. ciuitatem fabricata est tempore caroli regis: misit idem carolus venerandū virum noīe viligisum ad restaurandum ea que in ipsa ecclesia defecissent. Cui per noctem dormienti sanct⁹ seruatius astitit: seq̄ de tellure leuari mandauit. Quod cuz viligisus epo nunciasset: indicto triduano ieiunio cuncto populo apertoq̄ secretario subterraneo: inuentus est sarcophagus marmoris ꝑciosi: in quo corpus sacrū esse putantes illud aperuerūt ⁊ nihil in eo repperiētes ad mortē ꝯtristati sunt. Sequēti ꝟo die superioris oratorij monumentum reserarūt: vbi ⁊ corpus beati seruatij inuenerūt: qd̄ tūc illuc ignorabat translatū. Erat aūt corpus oīno integrū ⁊ in nullo penitus corruptū: vestes quoq̄ oīno illese: cuz pontificali baculo ⁊ claue argētea sibi a sctō petro rome ꝑ visum tradita: vt in eius legenda superius dictū est. iij. idus maij. Ex tumulo quoq̄ hoc odor mirificus ei balabat. ¶ Dum aūt corpus leuare vellent: mēbra singula instar candētis ferri transfigurata cernunt: qd̄ i loculo argenteo ei ꝑparato superius exaltat: luxq̄ immensa totū sanctuariū circūfulsit. Que cū rex carolus audisset: traiectū venit: ⁊ ibidē pascha dñi celebrauit: vbi ⁊ infinita miracula ostensa sunt. ¶ Post aliqd̄ ꝟo tp̄s heldo filius henrici regis francoꝝ ad instantiam matris regine corpus sancti seruatij summa deuotiōe saxoniā trāstulit ⁊ in basilica nomini eius ꝯstructa locauit. Sed cum oīa traiectensibus ciuibus ad infortunium cederent: ipsiq̄ absentie sancti corporis hoc ascriberent: miserunt quosdam qui de partibus saxonie corpus furantes traiectuz retulerunt. In cuius translatione miracula multa ⁊ signa deus ostendit. Que facta est. vij. idus iunij.

¶ De sancto Medardo epo. Cap. xcvij.

Merdardus ep̄s claruit tp̄e clodouei regi frācoꝝ. Hic ꝓgenitus patre noīe tardo de fortissime francoꝝ. matre ꝟo ꝓthagia romana cū adhuc puer ad scholas iret: ⁊ tunicā quā sibi mater fecerat: ad artificē cōponendā deferret: inuento a se ceco tunicā ꝓbuit. Cibū etiā ei traditum plerūq̄ paupib⁹ diuisit: ipse ieiun⁹ ꝑmāsit. Etate quoq̄ puerulus spm̄ ꝓphetie se hēre demonstrauit. Nā cū esset in tornaco puero consocio in scholis ꝑdixit: q̄ post ānos xxx. futurus eēt ep̄s: ⁊ vt ꝑdixerat sic euenit. Factus aūt presbyter multa miracula ostendit. Cū eñ quadā nocte fur eius vineā introisset: ⁊ vuas exportandas precidisset: nec ex ipsis gustare: nec inde valuit se mouere: donec mane repertus a medardoq̄ solut⁹ inde confusus recessit. ¶ Alius quoq̄ nocte ei⁹ mella diripiēs: ⁊ oues exportādo dum abire vellet: ab apum examine in horto mellificāte faciem eius artante adeo punctus et oppressus fuit: q̄

nullatenus exire potuit: donec veniēte viro dei latro prę-
dam deposuit ⁊ medardus eū liberauit. ¶ Clotharius
rex in francos exercitū mouit: qui cuncta ī villa ⁊ agris
diripiens dum ad solenciacum villam sancti medardi
venirent: inde se mouere nequiuerunt: donec cuncta que
prędati fuerant dimiserunt. ¶ Porcarij etiam sui a qui-
busdam seducti porcos ad remotum vsq̃ locum asportā-
tes: mane apud cellam viri sancti cū porcis inuenti sunt
⁊ de cōmisso penitentiam egerunt. ¶ Deinde factus est
episcopus nouiomēn. et quindecim annis episcopatum
gubernauit: vitamq̃ laudabilem ducens eisdem signis
effulsit. Inter que tonsionem quendam a demonio ve-
xatum mirabiliter liberauit. Post obitum autē sancti
eleutherij episcopi tornacēn. medardus ad sedem illius
translatus est: ⁊ sedit annis quattuor. Qui quanti me-
riti apud deum fuerit: ostensum est: cū in eius obitu celi
aperti sunt: atq̃ ante eum diuina micuerunt luminaria
Pluuia etiam aquarum calidarum in terram defluxit.
Quieuit in pace. vj. idus iunij. Sepultus in ecclesia sua
miraculis chorruscans insignibus.

¶ De sancto Gildardo episcopo. Cap. xcviij.



Gildardus eps rothomagēn. frater prefati
sci medardi episcopi fuit. Qui ambo ge-
melli vno ⁊ eodē die nati videlicet. vj. idus
iunij. ⁊ vno ⁊ eodem die euoluti annis am
bo episcopi ꝯsecrati sūt videlicet. vj. idus
iunij. Alter in ecclesia nouiomēn. alter in ec-
clesia rothomagēn. iterumq̃ post lapsum annorum eo-
dem ipo ⁊ vnico die ambo a seculo absoluti sunt. Floruit
autem gildardus tempore quo supra dictum est ⁊ plen⁹
virtutibus in domino eodē ipse die quo ⁊ frater medar-
dus feliciter obdormiuit: videlicet. vj. idus iunij. Sepul
tus est in ecclesia rothomagēn. vt dicit frater vincenti⁹
in speculo historiali.

¶ De sctis Primo ⁊ Feliciano martyrib⁹. Cap. xcix.



Primus ⁊ felicianus martyres passi sunt in
ciuitate numētana miliario. xiiij. ab vrbe sub
diocletiano et maximiano augustis. preside
autem promoto. Hi cum essent in vrbe roma
apud imperatores a templorum pontificibus
accusant: q̄ nisi eos sacrificare fecerint nulla a dijs suis
responsa obtinere valebunt. Jussu igit imperatorū capti
in carcere recluduntur: sed ab angelo soluti post dies ali
quot iterū eisdē ꝑsentat. Quos iusserūt ad phanū her-
culis adduci: ⁊ nisi sacrificarent a militibus tormentis
affligi. Ducti igitur ad templum cum immolare ꝯtēne
rent virgis diutius cesi sunt. Tunc imperatores: illos
promoto presidi ciuitatis numentane tradiderunt acri
ter puniendos. Quos milites ferro vinctos iuxta forum
ipsius oppidi in carcere posuerunt. Post dies vero mul-
tos iussit preses eosdem sibi presentari ⁊ sacrificare con-
tēnentes ab inuicē separari. Dicebatq̃ feliciano vt sue
consulens senectuti dijs immolaret. Qui se annorū. lxxx
esse asseruit ⁊ annos. xxx. elapsos ex quo veritatem agno
uit. vnde preelegerat deo viuere: qui ipsū poterat de ma-
nibus presidis liberare. Quē iussit promotus ad stipitē
ligari: ⁊ clauos in manib⁹ eius ac pedibus affigi. Et cū
leto vultu persisteret mandato presidis ibidē felicianus
torquetur: ⁊ triduo in eodem stipite confixus dimittit: ⁊
neq̃ panis neq̃ aqua eidem ministrat. Dehinc deposit⁹
in custodia detinetur. ¶ Postmodum preses primū ad-
duci fecit: eiq̃ suadendo asseruit: q̄ frater suus felician⁹
imperatori consentiens magnus in palatio venerabat.
Cui primus respondit: q̄ filius diaboli verum dixisset:
eo q̄ felicianus imperatori celesti consensisset. Tūc ira-
tus promotus iussit eum in eculeo suspendi ⁊ latera illi⁹
facibus incendi. Deinde in lecto deponi: ⁊ plumbum bul
liens in os eius infundi: presente feliciano vt terreri pos
set. Ipse vero plumbum tepefactum vt aquā suauiter bi-
bit. Tunc iussit eos in amphitheatrum duci ⁊ duos im
manissimos leones eis dimitti. Qui ad eorum pedes p-
strati vt agni mansueti steterunt. Rursus vrsos feroci
simos eis iussit laxari: qui ⁊ ipsi cum leonibus mansue-
uerunt. Aderant ad hoc spectaculum ex vicinis vrbibus
plusq̄ duodecim milia hominum. Ex quib⁹. M. cccc.
conuersi sunt ad christum: preses vero hec cernes sanctos
ex amphitheatro mādauit educi: ⁊ ibidem gladio capite
truncari: ⁊ eorū corpora canibus rodenda dimitti. Que
dei virtute nedum a bestijs ⁊ auibus: sed etiam a muscis
intacta permanentia a christianis collecta ad arcus nu
mentanos iuxta harenarium sepulta sunt: vbi ⁊ persecu
tione sedata ecclesia in eorum nomine fabricata est: mi-
liario. xiiij. ab vrbe. Passi sunt autem circa annum dñi
cclxxxvij. v. idus iunij.

¶ De sancto Maximiano episcopo. Cap. c.

Maximianus ẽps syracusanus vita ⁊ miraculis
claruit tempore beati gregorij pape. Fuitq̃
primo abbas monasterij in quo beatus gre
gorius monachus fuit. Postmodum elect⁹
in ẽpm syracusane ciuitatis. Qui dū adhuc
abbas esset: ⁊ cum quibusdam fratribus de constantino
poli ad vrbem rediret: in mari adriatico nimia tempesta
te deprehensus in extimabili ordine atq̃ miraculo dei
iram cognouit ⁊ gratiam. Nam cum ventorum nimie-
tatibus eleuati fluctus seuirent: ex naui claui perditi: ar
borumq̃ scissa est: vela in vndis proiecta: totūq̃ vas na-
uis quassatū nimijs fluctibus a sua erat iam compage
dissolutum: rimis itaq̃ patentibus intrauit mare atq̃
vsq̃ ad superiores tabulas impleuit nauem: ita vt nō tā
nauis inter vndas q̄ vnde intra nauim iā esse viderent
Tunc in naui residentes non iam ex morte vicina: s; ipa
eius presentia ac visione turbati: omnes sibimet pacem
dederunt ⁊ corpus domini acceperunt: eorūq̃ animas do-
mino commendabant: quorū corpora in tam pauendam
mortem tradiderat. Sed omnipotens deus meritis scti
viri eos mirabilius seruauit. Nam diebus octo nauis
vsq̃ ad superiores tabulas aquis plena: iter suū peragēs
enatauit. nono autem die in portum cotronēn. castri de-
ducta est: ex qua omnes incolumes exierunt. Cūq̃ post
omnes maximianus esset egressus in eiusdem portus p
fundum nauis demersa est: ac si illis egredientibus pro
pondere subleuatione caruisset. Et que plena omnibus
in pelago aq̄s portauerat: atq̃ natauerat: maximiano
cum suis fratribus exeunte aquas sine homini⁹ in por
tu portare non valuit. Post hec sanct⁹ domini ad episco
palem sedem sublimatus virtutibus plurimis glorio-
sus in pace quieuit. v. idus iunij. Hec gregorius tertio
dialogo. cap. xxxvj.

¶ De sancto Maximino episcopo. Cap. ci.

Maximinus



Maximinus eps fuit vnus ex .lxxij. christi discipulis Cui post ascensionem christi apostolis per diuersa terrarum loca ad predicandum euntibus: beatus petrus apostolus spāliter cōmendauerat mariam magdalenā sicut et mater domini ioanni euangeliste ab ipso christo fuerat commendata. Cum igitur post lapidationem stephani iudeorum persecutio in discipulos ebulliret: vt habetur act. viij. Iudei magdalenam et martham cum marcilla eius pedissequa lazarū maximinū et cedonium: qui fuerat cecus a natiuitate: et alios plures nauicule impositos sine remo vel remige mari exposuerunt: vt sic in vndis necarentur: vt dicetur infra in legēda magdalene .xj. calē. augusti. Qui deo duce oēs incolumes massiliam applicuerūt: vbi predicante maria: et omni populo ad deum conuerso: lazarum epm massilie constituerūt: vniuersamque prouinciam conuerterunt. Beatus vero maximinus rexit ecclesiam aquensem verbo predicationis vacans: et miraculis coruscans annis fere .xl. Ipse quoque dilecte sue filie magdalene die obitus eiusdem sacra mysteria tradidit: eamque in eius ecclesia ante altare defunctā honore debito tumulauit. Post cuius obitū annis quinque supervixit. Et post hec in xpo quieuit .iiij. idus iunij. Sepultus in monumento qd ipse sibi cōstruxerat iuxta corpus beate magdalene. In quo loco processu tpis reperta sunt corpora magdalene et marcille maximini et cedonij et honorabilius tumulata.

De sancto Cedonio ep'scopo. Cap. cij.

Cedonius episcopus vel sidonius fuit ille cecus a natiuitate: quē dñs lutum ex sputo faciens: et oculos liniens illuminauit vt habetur Ioā. ix. Qui et ab aliquibus dicitur fuisse vnus ex septuaginta duobus xpi discipulis. Siue autem ex numero illorum fuerit siue non: planum habetur ex chronicis et gestis discipulorum: quod xpi discipulus fuit: et post ascensionē dñi ab apostolis baptizatus sancto maximino specialiter adhesit: vnde et vt dictum est: cum eodem et lazaro atque sororibus eius nauicula impositus a finibus iudeorum expulsus fuit. Postquam aūt prefati sancti prouinciā prouincie ad quā deo duce applicuerant: ad xpm cōuerterunt. Et postquam beatus lazarus massilie et beatus maximinus aquis epi ordinati sunt. Ipse in ministerio maximini aquen. ciuitati permansit: et eiusdem predicatiōis coadiutor fuit: vbi et post dies multos in pace quieuit: et iuxta magistrum reconditus iacuit: vt supra actum est.

De sctis basilide tropode et mādale cōfes. Capitulum. ciij.

Basilides: tropus et mandalus affectu martyres: actu vero cōfessores tpe aureliani imperatoris apud ciuitatem aurelianā claruerunt. Cum enim basilides esset officialis platonis prefecti in partibus orientis christus eidem apparuit: et xpianū in ministerio gentilis esse non debere dixit: eidemque vt renunciaret officio mandauit. Veniens ergo basilides ad prefectum petijt ab eo licentiam: vt parentes et affines suos reuisere posset in ciuitate aurelia que erat in italia constituta: eo quod annis .xxv. in officio prefecture fideliter seruisset: promittens se vsque ad annū reuersurum. Prefectus aūt eius fidelitatem attendens non solum vnius anni sed biennij licentiā gratanter cōcessit. Reuersusque ad locum vbi ei christus apparuerat: ipm iterum se expectantem inuenit. Cui cum basilides que fecerat: enarrasset: vt cū deserendi officij inuenisset mandauit ei dñs: vt socios suos tropodē et mandalē secū assumeret: et ad littus accedentes diuinā ibi nauiculam inuenirent. Qui cū iussa dñica cōpleuisset: ac oīa socijs ambobus retulisset: oēs vnanimiter relinquentes cuncta que habebant: ad littus deuenerunt: et nauiculam paratam inuenerūt: in qua erat ipse christus gubernator: et angeli remigantes: qui ad pedes saluatoris procidentes nauiculam intrauerunt et celico ab angelis pane refecti vnius noctis spacio mare transfretantes ad portū ciuitatis aurelie: que est in finibus italie peruenerūt: et miliario .viij. ab ipsa vrbe in terrā descenderūt. Cum aūt vbi predicte appropinquantes audiuissent: qualiter aurelianus imperator xpianos persequebatur: ad ciuitatē ire formidantes: dño iesu xpo qui eorum dux et nauta fuerat se cōmendabāt. Quibus iterum xpus apparuit: eosque per angelorum ministeriū pane et aqua refecit. Et postquam comedissent: obdormierūt. Mane vero se excitantes ad ipm locum vbi et de naui exierant: videlicet in ipso se littore inuenerunt. Et orauerunt ad xpm vt alas eorum in pace susciperet: eadēque hora spm emiserunt .iiij. idus iunij. Quorum corpora ibidem sepulta sunt: et ecclesia fabricata: vbi et miraculorum beneficijs elucescūt.

De sctis Getulio et Amātio et socijs mar. Cap. ciiij.

Getulius: cerealis: amantius: et primitiuus rome sub hadriano principe martyrium passi sunt. Cum enim getulius doctissimus in fide christiana multos erudiret cerealis vicarius ab imperatore hadriano ad cū tenēdū missus est: qui eū legentē et docentem reppererit. Fuerat aūt cerealis cū fratre getulij primitiuo amicissimus amantio cuidam tribuno: qui xpianus effectus officiū dimiserat: sed ob metum hadriani latebat. Sanctus aūt getulius cereali amantiū declarauit et ipm ad eū adduxit. Quē cerealis aspiciens gauisus est summa leticia: et ab eodem in fide xpi edoctus: ad sanctū sixtum papā primiū adducitur: et ab ipso cerealis baptizatur. Que cū hadrianus intellexisset misit licinium cōsularem vt eos puniret. A quo beati getulius et primitiuus frater eius cū cereali et amantio tenti sunt. Qui primo grauissime cesi deinde diebus .xxvij. in carcere clausi: deinde igni traditi sunt. Cū aūt cerealis amantius et primitiuus spm emisissent: et getulius in igne adhuc superuiueret fustibus illiso capite martyrium cōsumauit. Qui passi sunt in fundo capolis: via salaria miliario .xiij. ab vrbe. Quorum corpora simphorosa vxor getulij martyris in predio suo eodem loco posito sepeliuit .iiij. idus iunij.

De sancto Barnaba apostolo. Cap. cv.



Barnabas apostolus quamuis de .lxxij. discipulis fuerit: qui tamen cum paulo in gentibus predicationis officium promeruit. Idcirco sicut et paulus apostolus dictus fuit. Hic ex tribu leui cyprius genere ab historia actuum apostolorum in multis extollitur et laudatur. Hic enim de primis discipulis fuit: qui agrum vendidit et precium posuit ante pedes apostolorum: vt habetur actuum .iiij. Paulum nouiter conuersus primus in hierusalem ad apostolos duxit: vt habetur actuum .ix. antiochiam ciuitatē tunc permaximam ad conuertendū accepit. act. xj. Ipse cum

paulo in gentibus vt dictuꝫ est vocatione spiritussancti apostolatum ꝓmeruit.act.xiij. Et cum eodeꝫ postmodū vt inde sequit: iuter gẽtes verbi gratiam seminauit. Cū autem ioannes discipulus eoꝝ cognomine marcus eos reliquisset: redeūti ꝛ penitenti barnabas indulsit: ꝛ iterꝝ in discipulum assumpsit. Paulus vero ipm iterꝝ recipere renuit: ꝛ ideo inter eos separatio facta fuit: vterqꝫ em̄ ex pia causa ꝛ recta intentione fecit. ꝙ em̄ barnabas ipꝫ assumpsit: hoc fecit ex dulcedine misericordie: ꝙ paulus illum assumere noluit: hoc fecit ex feruoris rectitudine Sic dicit glo.act.xv. Jlla autem separatio facta est non ex cōmotione vitij sed ex instinctu spiritussancti: vt ab inuicem separati pluribus predicarẽt sicut postea factū est. ¶ Cum autem esset barnabas in iconio ciuitate cū predicto ioanne cognomine marco vir quidam sibi splẽdidus apparuit: eumqꝫ in christo ꝯfortans marcū idest excelsum nominauit. Eademqꝫ nocte dn̄s barnabe se reuelauit: eumqꝫ ad agonem martyrij exhortans eterna sibi premia ꝓmisit. Qui mane visiones suas sibi mutuo retulerunt: ꝛ super ipsis silentium imposuerunt. Cū aūt paulus ꝛ barnabas in antiochia predicassent angelus domini paulo apparuit: ꝛ eum vt hierusalem festinaret ad fratres: admonuit. Cūqꝫ barnabas cyprum ire vellet ad parentes suos reuisendos: sancto sic operante spiritu ab inuicem discesserunt. Paulus namqꝫ barnabe qđ sibi iusserat angelus indicauit. Barnabas vero flẽs eiꝰ pedibus volutatus se amplius paulum non visuꝝ predixit Quem paulus in domino ꝯfortauit: prenuncians sibi a domino reuelatum: ꝙ cypriū iturus esset: vbi multos ad fidem conuerteret ꝛ martyrium sustineret. Jgitur nauigantes barnabas ꝛ ioannes venerunt cyprum: ꝛ inuenerunt timonem ꝛ aristonem discipulos. Timon autẽ febricitans per impositionem manus barnabe liberatꝰ est Pergens ergo barnabas per insulam cum ioanne euangelium sancti matthei secum tulit ꝛ super infirmos ponens omnes sanabat. Post hec inuenerunt elimam magum qui dicit bariesu quem paulus lumine oculoꝝ ad tempus priuauerat: vt dicitur act.xiij. qui eis restitit et paphum intrare ꝓhibuit. ¶ Cum autem die quadam barnabas vidisset homines ꝛ mulieres in phano nudos currentes ꝛ deorum suorum festa more gentiliū celebrātes indignatus templo maledixit: et subito paries eius corruens multos oppressit. Quo ceteri admirantes conuersi sunt. Tandem salaminam deuenit vbi contra predictus magus seditionem non modicam excitauit. Cōprehendentes ergo iudei apostolum multis euꝫ affectū supplicijs trahebant ꝛ iudici ciuitatis puniendum tradere festinabant. Comperto autem ꝙ eusebius vir magnus ꝛ potens de genere neronis cesaris illuc aduenissꝫ: timentes iudei ne illum de manibus eorum eriperet: et sic liberum abire permitteret: ligantes funẽ in collo eiꝰ: extra portam illum traxerunt: ꝛ ibidem eum crudeliter combusserunt. Ossa quoqꝫ eius in vase plumbeo recluserunt in mare precipitare volentes. Joānes aūt discipulus eius cum duobus alijs ipsa noctu rapuit ꝛ in quadā crypta occulte sepeliuit. Que ibidem per annos qngentos latuerunt vsqꝫ ad tempus zenonis imperatoris ꝛ gelasij pape. Quo tpe reuelante ipso apostolo repta sunt ꝛ condigno honore recondita. Passus est autem.iij. idus iunij. ¶ Hic vnam tm̄ epistolam ad edificationẽ ecclesie ptinentẽ scripsit que iter apocriphas numerat: vt dicit hieronimus in libro de viris illustribus.

¶ De sancto Onophrio eremita. Cap.cvj.



Onophrius confessor seruus dei p annos.lx. i eremo vastissima ꝛ ꝓfundissima egypti hominibus mansit incognitꝰ. Quẽ pannutiꝰ abbas desertū illud circuiens reppent. Nā cum primo timotheū inuenisset: de quo īfra proximo dicetur: ab eo recedens p dies decem ambulās per eremum: panem ꝛ aquam quos secum tulerat: consumpsit: ꝛ nihil penitus gustandum inueniens ad dominum orauit. Statimqꝫ viro sibi celico apparente confortatus ꝛ labijs ab eo contactus.xvij. adhuc diebus sine cibo desertum perambulauit. Viditqꝫ virū aspectu terribilem capillis magnis ꝛ canis: nudum corpus habentem vtcūqꝫ contectum: ꝛ folijs arborum circa verenda circūdatum. Pannutius vero illum monstrum aut feram existimans fugere cepit. Jlle autem abbatem hortatus eū reuocauit: ꝛ iuxta se sedere fecit: indicansqꝫ ei nomẽ suū ꝛ vite ordinem: dixit se vocari onophrium. qui aliquādo fuerat habitator cū mille fratribus in monasterio thebaidis. Auditoqꝫ de sanctitate helie ꝛ ioannis baptiste: qui eremum colebant inspiratus a deo cum multo labore ad eremum illam deuenerat. Et cum desertū introisset: apparuit sibi columna ignis que ipsum precedebat: vocemqꝫ angeli se confortantis audiuit: sepeqꝫ eius custodie deputatum affirmantis. Quem secutus per miliaria.lxvj. ad cauernam deuenerat: vbi quẽdam seruū dei in spelunca reppererat: cum quo septem diebus fuerat: qui eum de obseruatione angelice vite informauerat: ipsumqꝫ ad locum vbi tunc erant deduxerat: quem sibi ad mansionem designauerat: vbi erat parua spelunca cui adherebat palma ꝛ fons aque ibidem exurgebat. Jngressiqꝫ locum: senex ille qui hermeus vocabatur cuꝫ onophrio diebus triginta permanserat: quibꝰ trāsactis eum in pace dimiserat ꝛ ad cellam suam redierat. Eum tamen quoad vixit singulis annis visitauit: donec ex corpore migrans: ipsum iuxta eius cellulam onophrius sepeliuit. Consumptis autem vestibus suis nullo alio ꝙ capillis proprijs tegebatur. Fuerat quoqꝫ in ipsa eremo annis sexaginta. Ex quibus triginta annis vsus fuerat solis palme fructibus: ꝛ herbarum radicibus pro cibo: alijs vero triginta pane celico sibi per angelum ministrato. Ubi multas diaboli insidias perpessus fuerat: quas tamen omnes dei gratia superauerat. Addiditqꝫ qualiter singulis dominicis diebus angelus domini sacram sibi eucharistiam diuinitus deferebat. Et ꝙ spiritusancto sibi reuelante obitum suum instare preuouerat: ꝛ ꝙ deus ad hoc sibi abbatem pannutium misisset: vt eum defunctum sepeliret. Cūqꝫ hec omnia ei seriosius enarrasset facto vespere panem de celo ꝛ vecculum aque sibi delatum gustauerunt: noctem quoqꝫ totam insomnem in oratione duxerunt. Mane vero vidit pannutius sanctuꝫ facie mutatum: quasi ad extrema tendentem. Qui orationem fudit pro se ꝛ pro cunctis se in quacūqꝫ inuocantibus necessitate. Factaqꝫ est vox ad eum: ꝙ eius fuerat petitio exaudita. Statimqꝫ presente pannutio in oratione spiritum efflauit.iiij. idus Junij. Viditqꝫ pannutius angelos de celo descendentes: ꝛ eius animam in columbe specie ad ethera deferentes: corpus quoqꝫ miro odore fragrabat. Cūqꝫ abbas fossorium ad sepulchrum parandum non haberet: duo leones subito aduenientes: ꝛ corpus proni adorantes: terram instar tumuli vnguibus effoderunt. Pannutius vero corpus sancti cappa sua inuolutum sepeliuit. Leonibus quoqꝫ mox abeuntibus palma cum sancti cellula insimul corruerunt. Pannutius vero dum fleret ab angelo confortatus in egyptum reuersus est.

¶ De sancto Timotheo eremita. Cap.cvij.



Timotheus eremita anachorita in solitudine egypti in deserto vastissimo deo seruiens mā sit annis triginta nulliqꝫ hominum penitus cognitus fuit. Quẽ sanctus abbas pannutius dum per eremum illam circuiret: scōs sanctitas exquirens inuenit. Cum enim triduo desertum

perambulasset: reppperit cellulam in spelunca iuxta palmam virentem et fontem scaturientem. Et cum neminē ibidem vidisset habitatorē prestolans vespere cōspexit virum vestibus omnibus nudum capillis suis opertū venientem inter multitudinē bubalorum. Et dum prima facie visum hominis q̄si silvestris perterruisset: existimās phantasiam: ille tandem hortatus pannutium cum eo sedit: eique vitam suam narrauit. Dixitque q̄ fuerat monachus cum pluribus in monasterio thebaidis: sed vt deo vacaret liberius eremum petyt: vbi et ꝓprijs manib⁹ laborabat. Ad quē post tp̄s mulier in habitu monachali accedens: secum cohabitare petiuit. Ille vero charitate mot⁹ ipsam admisit: et instigante diabolo secum concubuit: et sexdecim annis in peccato cum illa perseuerauit: tandem ad cor rediens illam reliquit: et ad locum illū deuenit penitentiam agens: vbi solis fructib⁹ palme et fontis haustu contentus vesteque capillorū contectus vltra annos triginta panem non gustauerat nec hominem viderat. Multasque a diabolo insidias ptulerat: quas tandē deo fauente superauerat. Narrauit etiam q̄ dum quodā tēpore dolore nimio epatis premeret vir splēdidus sibi apparuit: qui nouacula latus eius aperuit: et eiecto iecore putredinem ab eo precidit: et corpori reimmittens sanū vulnus effecit. Hec oīa cum timotheus pannutio enarrasset: refectionem insimul fecerunt: et noctem in orōne vigiles perduxerunt: mane vero abbas benedictione viri dei suscepta: per viam suam ꝓfectus est sanctūque dimisit. Quomodo autem postmodum in christo quieuerit vel quo tempore soli deo notum est.

¶ De sancto Joanne Andrea Tadeo et Philippo confessoribus. Capitulum.cviij.



Joannes: andreas tadeus et philipp⁹ eremite i deserto vastissimo egypti a sancto pannutio prefato reperti sunt: dum sepulto sancto onophrio ad locum suū rediret nam duce angelo itinere dierū quattuor repperit cellulam in loco antri artissimo circumclusam. Dumque habitatorē prestolaret: ecce veniūt quattuor senes cani vestibus ex palmis contextis induti facie squalidi: qui se habitatores cellule asserentes dicebant se ibidem annis q̄nquaginta fuisse in vno spiritu dn̄o seruientes. Pannutium quoque ex nomine salutantes cuncta que sibi contigerant enarrabāt. Orantib⁹ quoque illis .v. panes eidem de celo diuinitus apponuntur. Qui dixerunt abbati q̄ singulis dn̄icis diebus quattuor panes a dn̄o percipere ꝯsueuerant: sed ꝓ hospitis aduentu: additus eis fuerat quintus panis. Factaque refectiōe sancti viri abbatem pannutium comitati sunt per miliaria .lx. In qua via vidit arbores amenas palmarum citri amigdalarum et aliorum fructuū mellici saporis: de quib⁹ illis mādantibus cum suauitate gustauit. Cūque illum dimittere vellent: interrogant a pannutio de vita ipsorum. Qui dixerunt se fuisse nobilis ꝓsapie de ciuitate exarō studio philosophie vacantes in eorum iuuenilibus annis. Qui tādem dei zelo relicto seculo ad ipsam eremum vbi eos inuenerat peruenerunt: vbi sub obedientia et doctrina cuiusdam senis fuerant multis annis. Quo decedente i cella ipsa permanserant: nihil aliud nisi ex fructibus arborum diebus singulis degustantes: diebus vero dn̄icis panes de celo sibi ministratos ab angelo deuote sumentes. Nomina quoque sua eidem edixerunt. Quorum prior ioannes secundus andreas tertius tadeus quartus philippus vocabatur. Cum aūt pannutius secū admitti postulasset. Responderunt non esse sibi a deo datum: mandantes vt ad monasterium suum edificatus rediret: et que vidisset in eremo ceteris ad exemplum referret. Sicque abbas ab eis dimissus ad cenobium suum reuersus est.

¶ De sanctis Basilide Cyrino Nabore et Nazario martyribus. Capitulum.cix.



Basilides: cyrinus: nabor et nazarius sub persecutione diocletiani rome passi sūt. Hi ex vrbe ipsa oriundi ad ciuitatē aureliā deuenientes: sua pauperibus erogantes romā redeuntes ad maximianū imperatorē adducti sunt. Qui dum xp̄m confiteri non timerent: primo scorpionib⁹ durissime cesi dehinc in carcerem trusi: et per dies .vij. ibidem macerati: inde educti iussu eiusdem imperatoris gladio capite truncati sunt: et feris ad deuorandum expositi. Sed per dei grām corpora eorum illesa custodita a christianis sepulta sunt miliario .iij. ab vrbe in loco qui dicitur catacumbe pridie idus iunij.

¶ De inuentiōe corporis sancti Antonij eremite Cap.cx.



Inuentio corporis sancti Antonij abbatis et ipsius translatio facta est sub tp̄e cōstantij imperatoris. Cum eñ ipse imperator liberis carens filiam a dn̄o impetrasset: eam nominauit sophiam: que virgo erat admodū deo deuota. Quā poma in viridario comedentē nouem immundi spiritus inuaserunt et .v. annis obsessam durum infestarūt clamantes se inde nō exituros nisi corpus antonij duceretur. Que cum a nullo teneri posset: ipsam imperator catenis vinctam ferro carceri mancipauit: carnes hominum et bestiarum crudas comedentē et vincula etiam ferrea rumpentē. Imperator igit̄ habito ꝯsilio vbi corpus antonij inueniri posset post .ix. dierum ieiuniū ab angelo gabriele admonet̄: vt theophilus ep̄s cum .xij. clericis ad egyptum mittat̄ ad corpus antonij requirendū et dei ꝓuidentia reperiendū. Similis per omnia visio theophilo ep̄o apparuit. Imperatoris ergo iussu naue parata ep̄s cum .xij. clericis de constantinopoli discedentes .xv. dieb⁹ nauigantes hierosolymā peruenerunt: et lustratis locis sanctis alexādriā properarunt. Et deinde per partes libye itinere d ex .xx. deuenerunt ad nilum fluuium in locum qui dicit̄ ephesos vbi monasterium sanctorum virorum inuenerunt. A quibus informati vbi esset cenobiū qd̄ olim fuerat antonij eremite viam arripientes per deserta horrida et vastissima a nullis mansuetis animātibus habitata cedentibus eis feris diuersorum generum quas ibidem reppererunt multisque euasis periculis post dies .xxv. ad heremum applicuerūt in qua sanctus antonius habitabat: vbi venerādus senex illis apparuit: et viam digito sub silentio ostendit ac vsque ad cenobiū perduxit. Ibique a monachis loci benigne suscepti et ad ecclesiam primo deducti: oratione fusa pedibus eorum lotis parataque refectione: singulis eorum medietas panis cum radicibus et aqua nectarei saporis apponit̄: sicque hora vespertina cum charitate reficiuntur: quibus prior asseruit: q̄ tales epule singulis sibi dieb⁹ diuinitus portabant̄ a duob⁹ leonibus: qui sancti antonij interfuerant sepulture: quos deus adhuc viuentes mirabiliter reseruabat. Ecclesiam vero illam et cenobium sanctus construxerat. In qua ante altare .v. lāpades oleo plene ab eo ibidē posite dependentes continueque ardentes nunq̄ oleo minuunt̄. Auditis vero causis itineris ab ep̄o referente. Respondit prior locū ignotum fore cunctis hominibus quo sanct⁹ fuisset sepult⁹: eo q̄ duo solūmodo discipuli eū tumulauerāt: q ab eo adiurati locū ip̄m nunq̄ alicui reuelare voluerāt. Quapropt̄ contristatis omnib⁹ orōnē tota nocte in ecclesia vigiles ad deū fuderūt. Die vero sequenti cū ep̄s missam celebraret: apparuit iuxta altare gabriel angelus q cedulam apposuit per quā ep̄m de via tenenda et mō reperiendi corporis in omnibus informauit. Qua lecta rē sumpto itinere per aspera montiū prerupta rupium et inculta asperrima desertorum stella eos vti olim magos diuina fauente gratia precedente inter serpentes et feras et alia ferocissima et inuisa omnino illesi post dies .xl. in cāpū amenum dulcissimis repletū fructib⁹ peruenerunt: vbi dum

stella staret inmobilis: vox celitus lapsa est vt in ipso loco foderent: et thesaurū optatū inuenirent. Et dum fodere cepissent: duo leopardi subito aduenerunt: eosqȝ ad cauandū iuuare ceperunt. Inuento deniqȝ corpore btī antonij palmarū folijs operto: ipsm inde leuantes cū gaudio et reuerentia maxima in loculo recōdiderunt. Et p oīa loca vbi venerāt: eadē stella preuia multis euasis periculis redierunt. In ipsa ꝟo via multa miracula ostensa sunt. Nā in monasterio illo vnde ad corpus puenerāt quinqȝ leprosi mūdati sūt. ¶ In castro quodā sandor noīe quinqȝ infantes a lupis exportati illesi reducti fuerunt. ¶ In portu alexandrie filius militis a pyratis ante dies .vij. i patibulo suspensus ꝯtinuo suscitat. ¶ Inde quoqȝ p hierosolymā reuertentes ꝯstantinopolim tandē cū sancto corpore applicuerūt qḋ ab imperatore honorifice susceptū in eccl̄ia sancte sophie collocat: morqȝ eius filia pñte eodem ppso a demonibus liberat. ¶ Tpe ꝟo procedente filius sancti guilelmi comitis noīe iacobinus rediēs de peregrinatione trāsmarina ab imperatore ꝯstantinopolitano corpus sancti antonij sibi donari petijt: et impetrauit qḋ ad partes galliarū deferens in ciuitate vienne monasteriū eius nomini edificauit: et de pprijs facultatib9 large dotauit. In quo corpus sctm̄ honorifice collocauit: vbi infinitis et stupendis virtutibus refulget. Potissimū autē est illud qḋ in toto orbe famosum est: qr ignē sacrū a corporib9 humanis extinguit. Facta est aūt hec trāslatio eodem die quo corpus inuentū fuerat: videlꝫ idib9 iunij.

¶ De sctō Antonio ꝯfessore ordinis minorū. Cap. cxj.



Antonius ꝯfessor ordinis minorū ex vlyxbona ciuitate hispanie nat9 a pueritia sua in baptismo fernādus appellat9 est. Hic primo fuit canonicus regularis ordinis sancti augustini i eadē ciuitate. Deinde audiens qualiter quidā fratres minores apud marochium a saracenis passi fuerāt: ad martyriū animatus de prioris sui licentia ordinē fratrū minorum ingressus est: pmissione sibi a fratribus facta: qꝫ marochium ad terrā saracenorū mitteret. Qui iuxta pmissionem ad ipsam terram missus: qr de ipso deus aliud decreuerat: regressus est: martyr solo desiderio fact9. Deinde ad gñale capl̄m assisium tendens fratri gratiano q̇ romandiole minister erat: se ꝯtulit: a quo in eremū montis pauli missus: vt pritꝫ solitarie ibidem pmanens ꝯtemplationi vacabat. Post hec in foro iulio ꝯsistens: a ministro loci predicare iussus: dum se imperitū predicatōis excusaret compulsus oīno p obedientiam verbū dei sup quoscūqȝ doctos elegāter pposuit. Sicqȝ deinceps offm̄ predicandi suscepit. Cum die quadā de cruce dn̄i p̄dicaret: visus est in aere sanctus franciscus adhuc in carne degens longe tamē positus: quasi predicationē antonij gestibus laudabiliter cōmendans. Anno aūt vno ante eius obitum generali obtenta licentia predicandi vbicūqȝ vellet: paduam deuenit: annoqȝ integro predicationi et ꝯfessionum audientie sollicite vacauit. ¶ Multis quoqȝ ibi miraculis claruit. Nam cum quidam ei confessus esset qꝫ patrem suum calce percusserat: et sanctus ei ad terrorem dixisset: qꝫ pes ille dignus erat: vt prescinderet: iuuenisqȝ simplex domum reuersus pedem sibi abscidisset: orante sctō pes ei restitutus est. Post hec cum tempore messis hoīes circa messem occuparent: quietis gratia ex vrbe discedens: venit ad campum sancti petri: vbi et egrotare cepit: et lāguore nimio pressus: timens fratrum illorum grauamen: curru se imponi fecit vt ad locum padue veniret. Cum autem iuxta ciuitatem eēt rogatus a quodam fratre vinoto diuertit ad locum celle iuxta locum pauperum dominarum: vbi diebus aliquibus decumbens: dum sacra mysteria sumpsisset: apparente sibi christo eumqȝ confortante hymnum. O gloriosa domina alta voce decantauit. Quo finito spm̄ in pace emisit idibus iunij āno domini .M.ccxxxj. Cuius trāsitus cum adhuc ipsis fratribus ignotus esset populus vndiqȝ concurrebat: et sanctum patrem defunctum esse clamabat. Et cum esset questio de funere inter ciues: eo qꝫ alij hic alij ibi eum tumulari volebant: occasione ipsa .v. diebus corpus inhumatum remansit: nec vlla eidē corruptio subsecuta est: aut fetor exhalauit: cum tamen calor inmensus esset: vtpote iunio mense. Tandem omnium volūtate in loco principali fratrum sancte marie de padua honorifice recōditum est: omnibus egris qui ad eius loculum accedebant per ipsos .v. dies quocunqȝ lāguore sanatis: vbi et quiescit adhuc miraculis pollēs.

¶ De sctā Felicula virgine et martyre. Cap. cxij.

Felicula virgo petronille collactanea vt scribit marcellus sancti petri discipulus mortua sorore vt supra dictum est pridie calendas iunij a flacco comite detinet et aut sacrificare aut sibi nubere cōpellit. Que vtrūqȝ denegans ab eodem in carcere recluditur. et .vij. diebus sine cibo detinet. Inde educta datur in custodia virginum dee veste vt eam ad sacrificandum suaderent. Que ibidē per .vij. alios dies sine cibo permansit. Post hec dum christum constanter confitetur in eculeo leuato: et diutius torta. deinde iubente comite in cloacam precipitata necat. Cuius corpus sanctus nicomedes presbyter inde nocte leuauit: et i capsella sua via ardeatina miliario ab vrbe .vij. sepeliuit idibus iunij.

¶ De sctō Peregrino epō et martyre. Cap. cxiij

Peregrinus episcopus et martyr ciuitatis aternesi. pontificatum tenuit tēpore beati gregorij pape: qui cetheus proprio nomine nuncupatus est. Quo tempore duo pessimi viri ex longobardorum genere filij cōcubinarum: quorum vn9 dicebatur alais: alter ꝟo vinblo vrbem ipsam tyrannice possidebāt. Cum autem prede et deuastationi ac nefandis operibus nō solum ipsi intenderent: sed etiam populum malorū exemplo peruertissent. Cetheus episcopus eorum crudelitatem non ferens ad vrbem romam accessit: et hec omnia summo pontifici referens ab eo susceptus diudum secum permansit. Tandem populus ciuitatis multa dictorum tyrannorum pressus iniuria ad vrbem deuenerunt: et episcopum suum instanter orauerunt: vt ad ecclesiam suam rediret: et plebem sibi commissam suis exhortationibus de tot malis erueret. Qui iussus a papa cum populo redijt: iuramento ab eis exacto ne bona ecclesie distraherent: et distracta redimerent. Reuersus quoqȝ populum suum sanctis sermonibus ad penitentie opera puocabat. Interea discessiōe orta inter alaim et vinblonem

ꝛ vmblonē: alais orientalē: vmblo vero occidentalez portā
tenebat. Cum autē alais vmbloni resistere nō posset facta
cōspiratiōe cum quodā vitaliano comite ipm cū eius exer
citu ꝑ portā quā tenebat in vrbē introimisit: vt sic in ad-
uersariū securus insultum faceret. In ipsa vero ciuitate
erat quidā vir xpianus noīe fredo: q̄ vespe illo spū diuino
tact⁹ vxori ꝓdixerat vrbē ipsam eadē nocte ab inimicis
inuadendā: armaqꝫ sua ad lectuli caput posuit: vt sedi-
tione insurgente promptior armaret. Sicqꝫ factū est: vt
qđ ꝓdixerat: eueniret: illeqꝫ armat⁹ cōfestim ad cethcum
epm cōfugeret. Orone vero scti epi excitatis ciuib⁹ ꝛ repen
te egressis ciuitas ab inimicis viriliter defendit: aduer-
sarij expelluntur. et alais capt⁹ vt patrie ꝓditor vmbloni
p̄sētat. Cūqꝫ oēs ipm dignū incendio acclamarēt: ꝛ epus
horrens effusionē humani sanguinis ꝓ eo interuenisset
supplicās vt vel in carcerez vel in exiliū mitteret: cethc⁹
ab vmblone detentus est eo qđ ipm cū alai ꝓsumeret cōspi
rasse: ꝛ ob id ꝓ illo interuenire. Et alaum quidē ad portā
orientalē decollari fecit. Cethcū vero catenis vinctū i me
dio foro ciuitatis capite truncari mādauit. Cū autē epus
psalmū. Deus laudē meā: decantasset: tātus tremor spi-
culatorē inuasit: vt ipm minime ꝑcutere posset. Qđ cū
vmbloni nunciatū fuisset: epm magicis hoc artibus fe-
cisse cogitās ipm in carcere dieb⁹ multis detinuit. Dein
de ipm vinctū in flumine piscaria ꝑ pontē marmoreoluz
precipitari iussit. Qui tertio inde iactat⁹ tertio illesus
exiuit. Tūc iubente vmblone nequissimo lapis ingens
ponderis librarū q̄ngentarū ad collū epi ligat: ꝛ sic ꝑ pontē
precipitat⁹ in flumine necat. Statim autē vt spm̄ emisit
sup aquas corp⁹ vna cū lapide enatauit. Ad qđ spectacu
lum cū vmblo festinasset a diabolo oppressus ꝛ mortu⁹ ē
Corp⁹ autē martyris gubernātib⁹ angelis ꝑ fluuiū i ma-
re descendit: ꝛ vna cū lapide ad littus iardenē. ciuitatis
a fluctib⁹ euectū est. Qđ cū piscator quidā in littore rep-
perisset: epo nunciare curauit. Qui vna cuz eius clericis
ad locū accessit: corpus quidē martyris ꝓpt lapidē arbi
trās: ipm tñ vt martyris q̄si dubius venerari nō audēs i
littore sepeliuit: ꝛ q2 nomē eius ignorabat ꝑegrinū noīa-
uit. Diuināqꝫ voluntatē supinde expectare cepit. Cum autē
piscatores noctib⁹ singulis ad caput fosse lumen celeste
cōspexissent: ꝛ hec in ciuitate relata fuissent: cecus quidā
a natiuitate a p̄re ad fossam deducit: ꝛ orone fusa lumen
ei oculorū infundit: quo viso miraculo corp⁹ martyris ꝓ-
culdubio fore noscit: ꝛ ab epo noīe scti martyris ꝛ epi pe-
regrini miliario iuxta iardenensem ciuitatē in ecclia se-
pelitur. Post aliqđ tempus tam eius passionis series q̄
dies ꝛ nomen a ciuibus iardenensibus inquisita reperi-
untur. Qui passus est idibus iunij.

De sctō Sandila presbytero ꝛ martyre. Cap̄. ciiij.

Sandila presbyter ꝛ martyr apud cordubā ci-
uitatē passus est: qui tpe ꝑsecutionis ꝓ cōfes-
sione noīs dñi amputato capite martyrium
cōsummauit idibus Junij: vt ait ado in mar-
tyrologio.

De sancto Heliseo propheta. Cap̄. cv.





Eliseus ꝓpheta qui ecclesiastici. xlviij. c.
inter sanctos antiqui tpis gloriose extol-
litur: natus est i galgalis: cuius natiuita-
tis tpe tale ꝓdigium cōtigit: vt vnus ex vi
tulis aureis: quos hieroboā fecerat: acu-
te mugiret. Quo audito in hierlm sacer-
dos diuino nutu ait ꝓpham esse natum in hierlm: qui
sculptilia ꝛ fusilia deorū destrueret. Hunc diuino manda
to helias i abela reptum arantē vocauit: ꝛ ad eius disci
pulatum assumpsit. Et cū pallium suum i posuisset super
eum cōfestim ꝓphetizare cepit: qui exinde secutus est he
liam: ꝛ ministrabat ei: vt dicit. iij. regū. xix. cap̄. Cū autē
helias a dño in celū raptus esset: vt dicet infra in gestis
helie ꝓphe. xix. calen. septēbris. Spūs helie duplex sup
eum requieuit. s. ad ꝓphetandū: ꝛ miracula faciendum.
Multis enī miraculis claruit: que in. iiij. regum cap̄. ij.
iij. iiij. v. vj. ꝛ. vij. narrat. Cum enim i hierico aq̄ fons
pessima terrā sterilē faceret: egressus ad fontē misit in il
lum sal: ꝛ aquā sanā reddidit. Ascendēs bethel pueris si
bi illudentib⁹ maledixit: ex quib⁹. xlij. numero ab vrsis
duobus cōtinuo lacerant. Cum autem vxor quōdam
abdie ꝓphe ad eum veniret: vt virū suum mortuum ere
alieno pressuz defleret: eo qđ ꝓpter alimoniā ꝓpharum
quos in spelunca pauerat: debita cōtraxisset. Creditorqꝫ
duos filios abdie in seruitutē pro debito redigere vellet.
Heliseus mulierez iussit vasa vacua mutuo accipere: pa
rumqꝫ olei quod habebat in ipsis vasis filijs iuuantib⁹
infundere. Quod cum fecisset: oleumqꝫ diuinitus mul-
tiplicatum esset: ꝛ debitum mulier ex olei precio soluit: ꝛ
ex reliquo cuz filijs vitam duxit. Transiens ꝑ sunam
ciuitatem a matrona nobile ꝛ diuite in domo cum giezi
ministro honorifice suscipitur: eiqꝫ cellula de viri volun-
tate preparatur. Que cum filium non haberet: et vir se-
nex esset: heliseus ei a domino filium impetrauit: quasi ꝓ
beneficio hospitalitatis vices rependens. Cūqꝫ puer cre
uisset: ꝛ ad patrem tempore messis egressus esset: calore
solis percussus caput doluit: ꝛ remissus ad matrē subito
expirauit: quem mater super lectulum viri dei collocans
petita a viro licentia dolore dissimulato ad virum dei in
montem carmeli deuenit. Cum autem heliseus factum
muliere narrante cognouisset: premisit giezi pueruz suū
cum baculo: vt puerum suscitaret. Uerum instante mu
liere vt personaliter veniret: ad sunam deuenit: ꝛ pueruz
minime suscitatum inuenit. Et tunc heliseus supra cor-
pus se iactans: ꝛ ad dominum orans: puerum defunctuz
vite reddidit: ꝛ matri viuentem tradidit. Cum autez
facta esset fames in terra: ꝛ filij prophetarum ad eum cō
uenissent: iussit vni ex illis: vt pulmētum pararet. Qui
egressus vt herbas colligeret: colloquintidas in ol am
concidit: ignorans quid esset. He sunt cucurbite amaris
sime minores his que in hortis nascuntur. Cūqꝫ discum
bentes degustassent: ꝛ mortem ob amaritudinez in olla
clamarent: vir domini allatam farinam in ollam misit:
ꝛ escam dulcorauit. Uir quidā de basilissa detulit san
cto prophete panes duos primitiarum. ꝛ. xx. panes hor-
deaceos: ꝛ grana frumenti noui confricata. Quos fecit
heliseus apponi populo qui erant centum viri: hoc est
illos duos panes triticeos tātum. Et cum ex hoc minis-
ter hesitaret: spiritu domini predixit: qđ comederent
omnes: ꝛ exinde superaret: quod ꝛ miraculose factuz est.
Naaman quoqꝫ princeps militie regis syrie vir di-
ues ꝛ prepotens sed leprosus erat. Cum autez vxor naa-
man ab ancilla puella: que de terra israel captiua ducta
fuerat de miraculis helisei didicisset: ꝛ hec omnia viro:
illeqꝫ regi retulisset: acceptis naaman litteris a rege
syrie ad regez israel: vt ipsum sanaret: venit ad eum: ꝛ ei
litteras presentauit. Qđ cū rex israel audisset: horruit ꝛ
immemor helisei hoc sibi īpossibile cognouit: vestimēta

sua scidit: et regem syrie occasiones ꝯtra se querere puta
uit. Cum autē heliseus ad regē misisset: vt sibi naaman
destinaret. Illeq; ad hostiū ꝓphe cum equis et curribus
aduenisset: misit ad eum vir dei dicēs: vt ad iordanē de-
scendēs: ibidē septies lauaret: et a lepra mundaret. Et ꝑ
ma quidē facie naaman moleste tulit: eo q ad eū nō ve-
nisset: et manu vulnus tetigisset. Deinde seruoꝝ ꝯsilio i
iordane septies se lauauit: et mox ab eo lepra discessit.
Reuersus autē ad heliseum munera multa ei obtulit: sȝ
dn̄i ꝓpha nihil omnino recipere ꝯsensit. Ter cum aliquan
tulum abisset: giezi auaritia ductus post eum cucurrit:
eidemq; mentiēs dixit: q duo ex filijs ꝓphaꝝ ad heliseū
repente superuenerāt. Ideoq; ille ꝑ munere aliquo sibi lar
giendo mittebat. Qui cum eidē argentū et vestes tradi-
disset eaq; giezi in domo abscondisset. Et hec oīa helise9
diuino spiritu cognouisset: maledixit giezi predicens: q
lepra naaman sibi et eius semini adhereret: eo q diuinā
grām vendidisset. Statimq; egressus est ab eo leprosus
ab hoc giezi simoniaci ꝑmo giezite dicebant in veteri te
stamento: donec a simone mago simoniaci dicti sunt.

¶ Post hec cum esset heliseus cum filijs ꝓphaꝝ iuxta
iordanē: et ipsi ligna cederēt: vniq; eoꝝ ferrum securis ex
ligno excussū in aquā cecidisset: heliseus lignū in aquā
misit: et ferrum ad suum locum enatauit. Cūq; rex syrie
ꝯtra israel pugnaret: et sepius hostes in insidijs poneret
rex israel eos cauebat: q2 eos sibi heliseus manifestabat
Qd cum rex syrie a seruis suis didicisset: et ꝓpham esse
in dothaim cōperisset misit illuc robur exercitus q̄ ciui-
tatem circundederūt vt eū caperēt: maneq; puer helisei
videns exercitum timuit: et ꝓphe nunciauit: q̄ puerū cō-
fortabat et plures quā illi secum esse asserebat. Et orāte
heliseo dn̄s aperuit oculos pueri: et vidit montē plenum
equis et curribus .i. agminibus angeloꝝ. Cūq; hostes in
trarent ad eum: ꝑcussit eos dn̄s cecitate: ne ipsum viden-
tes agnoscerent. Quibus heliseus dixit: nō esse ibi man
sionem eius quē querebāt: eosq; illuc deducere ꝓmitte-
bat: qd et reuera fecit eosq; in medium samarie deduxit.
Tunc orante ꝓpha aperti sunt oculi eoꝝ: et viderūt se eē
in medio ciuitatis: et hostes circunstantes. Et cum rex
israel eos occidere vellet: ꝓhibuit ꝓpha dn̄i: eo q dn̄s
eos illuc adduxerat: q̄nimmo eisdē abūdanter ministra
ri fecit et illesos remisit. ¶ Et cum benadab rex syrie sa-
mariā obsedisset: et fame maxima oppressisset: ita vt mu-
lieres natos ꝓpos comederēt: et rex israel ꝓpham eo q
predictā obsidionē predixerat occidi mādasset: et hoc he-
liseus ꝑ spm̄ cognouisset: spiculatorē ad se intrare ꝓhi-
buit: donec rex penitentia ductus ipsum reuocauit. Tunc
heliseus sequenti die vbertatē maximā futuram ꝓdixit
Et cum vnus ex principibus eum irrideret: mortē illius
repentinā ꝓnunciauit: q̄ oīa vt predixerat euenerūt. No
cte eīn dn̄s terruit exercitū syrie: sonitum infinite mili-
tie mittēs sup eos. Qui aīas suas saluare cupientes au
fugerunt: et oīa dimiserūt. Sicq; ppl's samarie egressus
predā diripuit: et ex victualibus ꝑceptis vbertas maxia
facta fuit. Princeps quoq; ille in introitu porte a turba
cōpressus expirauit. ¶ His et alijs multis et magnis mi
raculis heliseus clarens in pace quieuit. xviij. calē. iulij.
Prophetauit autē et claruit sub ioram et hieu et ioachaz re
gibus israel in samaria. Cū autē quidā latrunculi moa-
bite bolem mortuum spoliassent: et cadauer in sepulchro
helisei ꝓiecissent: cū tetigisset ossa helisei ꝯtinuo surre
xit. Sepultus est autē in samaria palestine quā sebastē
idest augustam in honorem augusti herodes postmodū
vocauit: vbi et abdias ꝓpha et ioannes baptista requie-
scunt. Ad quoꝝ sepulchra varia miracula fiunt: vt dicit
hieronymus libro de vita paule. Adeo vt cruciati demo-
nes ibi rugiant: voces diuersoꝝ animalium pretenden-
tes. Alij cernuntur rotare capud: et post tergum terrā ver
tice tangere. Alij suspensis pedibus eminus vestes in fa-
ciem defluere: vbi et in monte vicino dixe videntur spelunce
in quibus et famis et ꝑsecutionis tpe abdias centum pro
phetas pauit pane et aqua. Hec ex libro. iiij. regum capi-
tulis quibus supra ex dictis iosephi et hieronymi: et ex hi
storia scholastica.

¶ De sanctis Rufino et Ualerio marty. Cap. cxvj.

Rufinus et Ualerius martyres tpe diocle-
tiani et maximiani passi sunt in territorio
suessionen. sub preside rectionaro. Qui in-
gressus ciuitatē remis sanctos detentos
et sacrificare ꝯtēnentes magno ferri pon-
dere pressos suessionā adduxit. Ibiq; eos
iussit eculeo suspendi: et plumbatis cedi. Deinde in car-
cere macerari: vbi angelica visitatiōe ꝯfortant et corone
de smaragdo celitus misse eoꝝ capitibus imponuntur.
Inde educti dum in christi ꝯfessione persisterent immo-
biles: iuxta flumē indole decolati sunt. Quoꝝ corpora dū
christiani ad remensem ciuitatem deferre vellent de lo-
co in quo decollata fuerant nullatenus mouere potue-
runt. Ibiq; ea sepelierunt. qui passi sunt. xviij. cal. iulij.

¶ De sancto Brandano episcopo. Cap. cxvij.

Brandanus epūs cum eēt abbas apud bri-
tannias. Postq̄ ei barinthus retulit q
cum filio suo morroch oceanum perlustrās
paradisum terrestrem inuenit: desideriū
ei emicuit: vt locū ipsum requireret. Ha
bebat autem tria milia monachoꝝ de qui
bus. xiiij. tantum accepit et naui conscensa que audierat
videre perrexit. Quem nauem intrantem tres fratres se
cuti sunt. Et quia non vocati venerant eos nunq̄ redi-
turos prenunciauit. Inuenit autem primo insulā altā:
in cuius portu sibi canis occurrit: quē illi sequenti oīa si
bi necessaria inuenerunt: et thesauros multos ibidē con
spexerunt. Quoꝝ concupiscentiā brandanus prohibuit.
Sed dum tertio die discederet: quidā ex illis tribus fra
tribus qui frenum argenteum acceperat: postq̄ penitēs
peccatum confessus est subito expirauit: Iuuenis quoq;
alias inuisus eisdem cophinum panis et vas aque in na
ui posuit: et nusq̄ cōparuit. In cena dn̄i subsequenter ad
aliam insulam applicuerunt. Inuenerūtq; hospitē eos
de via tenenda docentem et necessaria ministrantē. Sab
bato inueniunt piscem ingentem noīe iasonem quē in-
sulam existimantes desup descendentes ignē accende-
runt: dumq; piscem se mouere sentirent ad nauē repen-
te ꝯfugientes vix euaserunt: pisce se cōtinuo mergente.
Die pasche deueniunt ad insulam vbi aues candidas
aspiciunt aīs et voce sonātes: quaꝝ vna voce humana lo-
cuta dixit se fore de angelis qui de celo ceciderāt: sȝ mo-
dicum culpam commiserant. Ibiq; vsq; ad octauas pen
tecostes permanserunt. Ab inde nauigātes in natiuita-
te dn̄i subsequente ad insulā sanctoꝝ patricij et libei? de-
uenerunt: vbi cum. xxiiij. patribus ibi repertis in eorum
ecclesia habente altaria cristallina festa dn̄ica celebra-
runt: indeq; post epiphaniam discesserunt. Sicq; conti-
nue per septennium per mare discurrēdo in predictis fe-
stis semp ad eadem loca redibant. Quibus temporibus
multa ab eis stupenda visa sunt. Bestia enim maxima
eos absorbere volēs ab alia maiori deuorat: et de reliquijs
carnium comederunt. Inde venerunt ad insulam viro-
rum fontium: vbi senex et pueri dn̄o seruiebant: a quib9
gratanter excepti: dum abire vellent: scdm ex trib9 fra-
tribus ex incuria dormientem dimiserunt. Inuenerunt
et insulā in qua erant botri vue instar amphore magne
permaximi: gryphem quoq; auem eos rapere volentem:
auis altera vastior interfecit. In festo vno sancti Petri
apostoli videns abbas piscium innumeram multitudi-
nem: iussit eos deum laudare: qui sup vndas enatantes

vocibus intonare ceperunt. Viderunt ⁊ in mari colūnā ingentem christallinā sup bases aureas: quā conopeus coloris argentei circundabat: Inuenerunt ⁊ calicem cū patena de genere columne. Venerunt postmodū ad hostia inferni: vbi demones egressi sup eos massas igneas iactare nitebant. Ubi ⁊ tertius frater in littore descēdēs a demonibus raptus est. Inuenerunt ⁊ iudam xpi proditorem sedentem in mare sup lapidem: quē dixit se in hierosolymis in loco lucnoso posuisse pro transeuntib⁹ ne in lutum caderent protegendis: ⁊ ante eum erant furce ferree: quas dixit se donasse sacerdotibus templi: pann⁹ quoq in eis pendebat: quē leproso ad tergendum cōcessisse asserebat. Inuenerunt hoiem qui luto pascebatur: capillis opertum. Tandem per bonum suum procuratorem de quo dictum est ad paradisum terrestrem post septennium perducti sunt. Et capientes de fructibus et gemmis ibidē repertis: euasis multis periculis deo duce incolumes ad ppria redierunt. Ubi brandanus post modum episcopus ordinatus est. Et post virtutum merita ad christum migrauit. xvij. calen. iulij.

¶ De sctis Vito modesto ⁊ crescētia marty. Cap. cxvij

V Itus: modestus ⁊ crescentia martyres sub diocletiano imperatore in sicilia martyrio claruerunt: qui vitus ex luciana puincia nobili pgenie patre hyla senatore pgenitus: etatis sue anno ad martyrij palmam peruenit. Cū enī pater eius idola coleret: ⁊ vitus christum adoraret: sepius eum pater verberabat eo q idola colere nolebat. Demū pater illum modesto eius nutritori tradidit: vt ei suaderet: quatenus deos colere studeret. Cui apparens angelus ipm cōfortauit: et adhuc puerum ad coronam martyrij animauit. Qui et in christo nole miracula patrare cepit: ⁊ mltos a diuersis languoribus sanauit. Qd audiens valerianus prefectus puerum accersiuit: ⁊ sacrificare nolentē: cathomis cedi iussit. Brachia aūt ⁊ manus verberantium subito aruerunt. Prefectus quoq manum amisit: pro quo tñ vitus orauit: ⁊ ptinuo sanitatē percepit. Prefect⁹ ergo puerum patri tradidit: ⁊ vt ipm corriperet psuasit. Tūc pater vitum in domum ducens diuersis musicor generibus: ⁊ puellarum lusibus: alijsq deliciarum generib⁹ mutare animum pueri satagebat. Et cum ipsum in thalamo inclusisset ornato: mirabilis fragrantia inde exijt que patrem ⁊ familiam nimio odore perfudit. Aspiciēsq pater per rimas hostij. vij. angelos radiātes circa infantem ospexit: quos deos suos esse putauit: statimq excecatus est. Ad cuius vocis clamorem tota ciuitas commouetur: ita vt prefectus accurreret: ⁊ cur ei hoc accidisset interrogaret. Qui dicebat: q deos igneos viderat: ⁊ eor aspectum ferre non valens lumen amiserit. Et cum in templum iouis pro recuperando lumine ductus esset ⁊ nihil pficeret: filium pro sua sanitate rogauit: ⁊ lumen eius precibus recuperauit. Cum autem nec sic crederet: sed puerum occidere cogitaret. Angelus modesto ⁊ crescētie nutritoribus eius apparuit: ⁊ vt nauem conscendentes puerum ad aliam terram ducerent imperauit. Qui naviculam preparatam diuinitus inuenerunt: ⁊ angelo duce vna nocte ad territorium tonagritanuz peruenerūt ⁊ iuxta fluuium silarum sub arbore quieuerunt: vbi aquila eis cibum deferebat: ⁊ multa miracula puer faciebat.

¶ Interea filius diocletiani imperatoris a demone arripitur: ⁊ nisi vitus lucanius veniat: se nunq̄ exire fatetur: locum quoq vbi inueniendus sit: ab eodem explicatur. Vitus ergo queritur: ⁊ inuentus adducitur ad imperatorem. Qui super eius filium manum imposuit: ⁊ protin⁹ ab eo demonem effugauit. Cum autem illum imperator ad deorum sacrificia inuitaret: ⁊ vitus recusaret: ⁊ cum modesto ⁊ crescentia in dirum carcerem missus esset: subito ferri moles eis imposita cecidit: ⁊ carcer immenso lumine choruscauit. Christus quoq sctis apparens illos ad passionis tolerantiam animauit. Quod imperator a custodibus intelligens eos eductos in clibanum ignis immisit: quos tamen ignis omnino non tetigit: in quo psallentes hymnum trium puerorum audiuntur: indeq illesi omnino educuntur. Tunc leo terribilis ad sanctos deuorādos demittitur: sed tamen ab eis fidei virtute placatus eorū vestigijs mansuete prosternitur. Tandem in eculeo eos imperator iussit appendi: ⁊ in illo diutius extorqueri. Sed orante puero vt eos dominus liberaret subito aer turbatur: terra concutitur: tonitrua mugiunt: templa deorum corruunt: ⁊ multos opprimunt. Imperator autē territus fugit: ⁊ angelus sanctos exolint atq fluuium silarum vnde venerant in momento reposuit: vbi oratione fusa domino animas reddiderunt. Quorum corpora ab aquilis custodita florentia illustris femina sancto vito reuelāte repperit: ⁊ cum aromatibus in mariano predio sepeliuit. Qui passi sunt. xvij. calen. iulij.

¶ De sancto Hesychio martyre. Cap. cxix.

H Esychius martyr apud mesiam ciuitatem dorostorum passus est. Qui cū esset miles ⁊ beatū iulium martyrem ⁊ commilitonez ad passionem comitatus esset: vt superius in eius passione. vj. calen. iunij dictum est. Seq eiusdem decollandi orationibus commendasset: cumq deosculatus esset a gentilibus tentus ⁊ maximo psidi oblatus in carcere diebus plurimus maceratus: tandem in confessione xpi gladio cedente martyrio coronatus est. xvij. calen. iulij.

¶ De sctis ferreolo ⁊ feruttione mar. Cap. cxx.

F Erreolus pbyter ⁊ feruttio dyacon⁹ in gallijs ciuitate bisuntionēsi passi sunt. Qui a beato hyreneo epo lugdun. ⁊ martyre ad pdicanduz verbum dei missi sub claudio iudice tenti ad trocleas extenti: ⁊ diutius flagellati: dehinc in carcerem reclusi sunt: mane quoq cum linguis eorū amputatis: nihilominus xpi nomen clara facundia personarent: ⁊ populo pdicarent. iterum comphensi sunt: qbus iudex crudelis iussit vt vnicuiq eorū subule. xxx. manibus ⁊ pedibus ⁊ pectore infigerentur: atq ad vltimum gladio necarent. Passi sunt autem. xvj. calen. iulij.

¶ De sctis Rothlando ⁊ Vliuero ⁊ alijs militibus martyribus. Cap. cxxj.

R Othlandus ⁊ Vliuerius atq multi alij milites xpiani qui a saracenis in runciaualle pro fide christi pugnantes occisi sunt tempore caroli magni in catalogo martyrum ascribunt. Nam dum saraceni totam hispaniaz occupassent Carolus monitu beati iacobi sibi apparentis atq iubentis vt terram suam ab infidelibus redimeret: cū suo exercitu hispanias ingres-

sue: primo quidem ciuitatem pampilonem trib9 mensib9 obsessam muris funditus miraculose ruentibus cepit: et multos saracenos conuersos baptizari fecit. Quod similiter contigit in ciuitate lucerna in valle viridi posita q̃ nunc est inhabitabilis facta. Et cum omnes ciuitates et castra hispanie conquisisset: ecclesiam beati iacobi apud compostellam visitauit: omnes honores ei ablatos restituit: eamq; amplioribus priuilegijs dotauit. Sed dum redisset ad gallias. Aigolandus rex saracenorũ aphrice maximam partem hispanie reacquisiuit: xpianos eiecit spoliauit et occidit. Quod audiens carolus ad hispaniam rediit vt refert turpinus remeñ. archiepũs. xij. annis vel ibi personaliter fuit vel exercitum tenuit. Et primo quidem apud sanctum facundũ grauissimo bello commisso milo rothlandi pater cum quadraginta milibus xpianorum occisus est. Carolus vero equo suo occiso: pedes stans cũ duobus milibus xpianorum de gaudiosa spatha sua multos saracenos per medium scidit. ¶ Die vero sequenti cũ quattuor marchiones italie cum quattuor milibus militum in succursum xpianorum venissent. Discedentes inde saraceni infinitum exercitũ maurorum: moabitarum: ethiopum persarum: parthorum: aphricanorum: et turcorum congregarunt. Rex autẽ carolus agenniã ciuitatem post sex menses cepit: et decem milia saracenorum occidit. inde persecutus est aigolandum vsq; santonas. Deinde rediẽs galliam nouum exercitum congregauit centum et triginta milia bellatorum: cum quo hispaniam repedauit. inter quos fuerũt precipui. Turpinus remeñ. archiepũs: rothlãdus comes cenomaneñ. dñs blaui nepos caroli ex berta sorore: et filius milonis de angleris: oliuerius dux gebeñ. estulphus comes lingoneñ. arastanus dux britãnie: engllerus dux aquitanie: guifer9 dux burdigallẽsis: geler9 gelin9 salomon et balduinus frater rothlãdi: gundebõd9 rex frisie: naamã dux bauarie. Ogerus dux dacie: lãbertus dux biturie. Sampson dux burgundie: cõstãtinus prefectus romanorum: rhegynaldus de alba spina. gualtheri9 de thermis: guilelmus gerinus lothoringie dux. Bogo: bertrandus de nublis. Ganalonus traditor de magũtia et multi alij equestres et pedestres: q̃ per cisereos portus transeuntes pampilonẽ obsederunt. Ibiq; commisso bello ex vna parte xpianorum centũ et trigintaquattuor milia ex alia saracenorum centum milia diuina fauente gratia saraceni tanta cede prostrati sunt q xpiani vsq; ad bases in sanguine mergebant. Occisoq; aigolando nullus eorum euasit nisi rex sibylie et rex cordube qui cũ paucis aufugerũt. Captaq; vrbe omnes saraceni ibidem reperti trucidati sunt. De xpianis vero ceciderunt vsq; ad mille. ¶ Sequenti vero die pugnauit carolus cum furre principe nauarre: et eum cum tribus milibus occidit: totamq; terram nauarre adeptus est. ¶ Deinde apud nageram obsidionem posuit: vbi erat gigas quidam nomine ferracutus de genere goliath: quem admirandus babylonis cum viginti milibus turcorum miserat in subsidium saracenorum. Hic lanceam vel sagittam non formidabat: sed virtutem. xl. virorum fortium possidebat. Inito autem singulari certamine cum multos milites xpianorum sine alio bello solo brachio ex equo leuatos cepisset. Tandem rothland9 cũ ipso congressus deo annuente gigantem vicit: et per vmbilicum sua spatha transfodit. Sicq; nagera ciuitas capit: saraceni occiduntur: et vincti xpiani absoluunt. ¶ Post hec pugnauit rex apud cordubã cũ regibus sibylie et cordube: et interfecto rege sibylie cũ. viij. milibus saracenis a rege altumaior vrbẽ obtinuit: eo pacto q baptizaret: et deinde a carolo regnũ tenens in dñio proprio cõfirmaret. Sicq; tota hispania redẽpta sanctũ iacobũ in galatia iterum reuisit: honoribus et possessionibus ditauit: et inde vt rediret galliam: pãpilone aliquot diebus resedit. ¶ Audiens autem q apud cordubam essent duo magni reges saraceni: videlicet marsiri9 et baligandus frater ei9 missi de perside hispaniam ab admirando babylonis: mandauit illis rex per ganalonum: vt aut baptismum susciperẽt aut sibi tributum exoluerent. Qui cum ganalono cõspirantes miserunt carolo. xxx. equos oneratos auro et argẽto et opibus. Ganalono autem. xx. equos similiter opibus ijsdem onustos obtulerunt: vt pugnatores caroli in manibus eorum traderet: qd ille facere promisit. ¶ Rediẽsq; ganalonus munera carolo presentauit: eiq; asseruit q reges ipsi xpianos se facere disposuerunt: carolumq; rogabant: vt eos in franciam precederet: quem illi velocius sequerent. Cum autem carolus in franciam rediret: consilio ganaloni dimisit: rothlandum et oliuerium cum maioribus pugnatoribus. et. xx. milibus militibus: vt vltimam custodiam in runciaualle facerent: donec rex et omnis exercitus portus cisereos transirent. Cũq; carolus pertransisset quinquaginta milia saraceni qui triduo in nemorib9 latuerant: vt ganalonus ordinauerat: fecerũt ex se duas acies. Quarum prima que erat. xx. milium equitum prius equit: et cum xpianis a mane vsq; ad tertiam acriter dimicauit. Tandem omnes saraceni occisi sunt et rothlandus cum suis victores fuerũt. Post hec secũda acies. xxx. milium pugnatorum in xpianos iam fatigatos et lassos inuaserunt: omnes quoq; ex parte rothlandi occiderunt: preter modicos qui ad nemus confugerunt: cum quibus balduin9 et tedricus latuerũt: et preter rothlãdũ qui recedentibus saracenis ad vnam leucam in sonum buccina: centum xpianos qui fugerant reuocauit: cum quibus in saracenos viriliter irruens plusq; duo milia cum ipsis prostrauit: et ceteros in fugam conuertit. Tamen cẽtum cius socios in hoc vltimo bello amisit. Ipse autem quattuor lanceis grauiter vulneratus solus ad runciaualle sub quercu descendit: et tunc se mori sentiens duridandam ei9 spatham in saxo confringere voluit: ne in manibus saracenorum deueniret: sed lapide scisso ensem frangere nequiuit Tuncq; tuba sua tam fortiter sonuit: q flatu tuba scinditur: et vene ac nerui colli eius rumpunt: sonusq; tube ad aures caroli per octo miliaria angelo deferente perducit. Illico ganalonus regem redire volentem dissuasit: dicens q rothlandus cã venationis buccinaret. ¶ Dum igitur rothlandus super herbas iaceret: superuenit balduinus ei9 frater: a quo cum sitiens aquam peteret ille circunquaq; querens inuenire non potuit. Vidensq; illum mori equum pungens: carolum velociter insecutus cuncta ei gesta narrauit. Mox superuenit tendricus et rothlandũ xpm laudantem et resurrectionem mortuorum confitentẽ ac pro suis occisorib9 orãtẽ inuenit: sicq; inter manus illi9 expirauit. Quo die dum turpinus archiepũs missam pro defunctis celebraret: raptus in extasi audiuit demones perstrepentes ac dicentes se animas marsyrij et saracenorum ad infima deferre: et michaelem cum cetu angelico alias rothlandi et xpianorum ad paradysum ea hora deportasse. ¶ Rediens igitur carolus rothlandum mortuum inuenit et oliuerium in effigie crucis quattuor palis in terra fixis cum quattuor retortis extensum et a collo vsq; ad pedes excoriatum lanceis et spathis confossum. Et cum carol9 iurasset omnes occisos reuisere: et sol iam q̃si occumberet: oratione sancti regis sol tanto tempore stetit immobilis donec rex omnium peremptorum martyrum corpora requisiuit. ¶ Tunc ganalonum de proditione conuictum quattuor equis alligari fecit: et contra quattuor plagas celi sessoribus equos agitantibus terribili morte in quattuor partes discerpi. Omnium vero sanctorum militum corpora rex in duobus cymiterijs tumulata diuisit: quorum vnum est in alijs campis: aliud apud burdegallem. Rothlandus vero apud blauiam in ecclesia sancti romani quam ipse comes edificauerat: sepeliuit: et spatam eius et tubam eburneam ad honorem militie ibidem reseruãdas deposuit

das deposuit. Passio horum martyrum celebratur .xvj. calendas iulij.

¶ De sancto Himerio episcopo. Cap.cxxij.


Himerius episcopus emilie in tuscia virtutibus et miraculis clarus ibidem in pace quieuit .xv. calen. iulij. ibidemqꝫ sepultus fuit. Cuius corpus processu temporis quidam eps cremonensis illuc ab imperatore ex aliqua causa directus: dato precio non modico obtinuit: et cremonam translatum in ecclesia alme virginis cathedrali honorifice collocauit: vbi et miraculis pollet.

¶ De sancta Helsabet de sconangia. Cap.cxxiij

Elisabet de sconangia virgo sancta: vt ait sigibertus circa annū dñi. M.clvj. claruit. que fuit soror monasterij de sconangia matertera symonis abbatis. Hec enim ab annis puerilibus relicto seculo operibus spiritꝰ vacabat: ieiunijs autem semper et orationibus incudebat: atqꝫ carnē disciplinās: diris se verberibus flagellabat. Multis autem annis ante obitum ipsius manus dñi super illam grauior extitit: qꝛ diris vulneribꝰ caro eiꝰ elanguit: et tamen patientie virtute munita nunquam contristari visa fuit: visiones autem crebras et mirabiles a deo habuit et diuina secreta sibi reuelata cognouit. Rapta autem in his extasibus quasi mortua sine sensu iacebat: donec spū carni reddito aliqñ que viderat reserabat: aliqñ vero silentio tegebat. Huic ab angelo secū familiarissime colloquenti annunciatus est liber qui dicitur viarū dei diuinas continens et salutares spūs admonitiones. ¶ In octaua assumptionis dñe nostre: beata virgo ei apparens: eidē se spiritu et corpore assumptā fuisse dixit: et post ascensionem xpi anno integro et tanto plus tempore quantum est ab ipsa ascensione: vsqꝫ ad mediū mēsem augusti in hoc mūdo fuisse declarauit. ¶ In festo annunciationis eiusdem: ipsa gloriosa mater eidē dei famule reuelauit: qꝫ āno .xv. verbū dei concepit. ¶ In festo quodā dñice natiuitatis vidit duas stellas magnas perlucidas: in vnum corpꝰ redactas et in circuitu circulum aureum ac in medio virginem xpm gestantē paruulū: que multa ipsiꝰ diei mysteria sibi reserauit. Inter cetera autē quesiuit a dña nra qd cēt de aīa origenis doctoris audiuitqꝫ qꝫ errores quos habuerat ex fonte nimie pietatis deuenerāt: et qꝫ ipsam dei genitricem in suis scripturis maxime honorauerat: propter que duo modicas penas vbicunqꝫ esset sustinebat. Sed qd in die nouissimo de eo fieret deua i arbitrio et dispositiōe dñe nostre pependerat: qd tamen sibi tunc reuelara nō licebat. His et alijs visionibꝰ plurimis et gloriosis ancilla christi a dño sepius visitata anno etatis sue .xxj. visitationis vero sue .xiij. in sanctitate vite migrauit ad dominum .xv. calen. iulij.

¶ De sctis Marco et Marcelliano marty. Ca.cxxiiij





Marcus et marcellianus fratres rome sub dyocletiano imperatore passi sunt: agente fabiano vrbis prefecto. Hi nobili genere orti: tranquillini et marcie filij fuerunt. Qui cū pro fide xpi diebus pluribꝰ in carcere tenti fuissent: data sententia super eos a chromatio vrbis prefecto decollari iubent: si infra dies .xxx. dijs sacrificare renuissent. Interimqꝫ dati sunt in custodia primi scrinio nole nicostrato. Ad quos parentes et vxores cum filijs et affinibus aduenerunt: qui lachrymosis precibus animos iuuenū emollire satagebant: quatenus temporalem euadētes mortem preceptis imperialibus cōsentirent. Quos btūs sebastianus sua predicatione ad martyriū animauit. Qui postqꝫ zoe vxori nicostrati que dudum muta fuerat: loquēdi facultatē restituit ipsum nicostratum cū coniuge et parentes marci et marcelliani ad xpm cōuertit. Chromatiū quoqꝫ vrbis prefectum cū filio tyburtio sua doctrina salutifera ad fidē adduxit vt hec oīa dicta sunt supra in passione sebastiani decimotertio calen. februarij: et dicentur infra in passione tyburtij .iij. idus augusti. Sicqꝫ factū est vt dyocletianus chromatiū vrbis prefectū dignitate priuatā in exiliū mitteret: et fabianum eidē surrogaret. Qui marcū et marcellianū sacrificare nolētes in carcerē diebus pluribus vinctos detinuit. Demū eductos ad stipitē ligari et eorum pedes acutis configi iussit. Cū autem transissent vnus dies et vna nox: et illi psallētes xpm laudarent precepit illos prefectus lanceis per latera transfigi. Sicqꝫ cū corona martyrij ad siderea regna migrauerunt. Quorū corpora xpiani occulte noctu tollētes via ardeatina sepelierunt decimoquarto calen. iulij.

¶ De sctis Cyriaco et paula vir. et mar. Cap.cxxv.

Cyriacus et paula virgo apud hispanias in ciuitate malica martyrium passi sunt. Qui a paganis pro xpi nois cōfessione vincti post multa eis illata tormenta lapidibus obruti inter saxa celo aias reddiderunt .xiiij. calen. iunij: vt habet in martyrologio adonis ex datorio hiero. sumpto.

¶ De sctis geruasio et prothasio mar. Cap.cxxvj.

Geruasius et prothasius fratres gemini filij btī vitalis militis et btē valerie ap mediolanū sub nerone imperatore passi sunt. Hi enim post martyriū parētū de quibꝰ supra actum est in passione vitalis et valerie .iiij. cal. maij oēm suā familiā liberātes oēsqꝫ suas facultates pauperibus erogātes sancto nazario martyri dudum adheserunt: qui oratoriū cōstruebat. Dehinc mediolanū vrbē propriā regressi in vno se cenaculo concluserunt: et per .x. annos lectioni et orationi vacantes anno .xj. ad martyriū peruenerunt. Cū enim comes astasiꝰ ad bellū tenderet qd ab marcomanis fuerat excitatū: et mediolanū ingressus esset idolorum pōtifices eidē occurrerūt: asserētes qꝫ dij sibi respōdere cōtemnerent: nec belli ei victoriā cōcederent nisi prius geruasius et prothasius immolarent. Cōtinuo igitur tenentur: et a comite sacrificare suadentur. Cui cū geruasius oīa idola surda et muta diceret: et ab oīpotēti deo victoriā exqrēdā astrueret: iratus comes tādiu illum plumbatis cedi fecit qꝫ diu spm exhalauit. Deinde prothasium accersiuit: eūqꝫ vt sacrificaret dijs admonuit. Recusantē in eculeo suspēdi iussit. Deinde depositum in fustibus cedi. Cum autem prothasiꝰ comitem miserum appellaret: et cecos oculos cordis habere diceret: ac xpm voce publica proclamaret: iussit eum astasius capite cedi. Quorum corpora philippus quidā seruꝰ xpi cum filio suo rapuit: et occulte in domo sua in arca saxea sepeliuit: libellum quoqꝫ eorum ortum vitam et martyrium continentem conscripsit: et ad capita illorum deposuit. Passi sunt autem circa annum domini .lvij. .xiij. cal. iulij. Horum corpora tempore beati ambrosij xpi reuelata

sunt. ¶ Cum idem xpi confessor in ecclesia sanctor nabo ris et felicis oraret: ita vt nec vigilaret aperte: nec dormiret integre apparuerunt eidem duo iuuenes pulcherrimi vestibus candidissimis induti: caligulis calciati: facie et lu cidi lecti manibus extensis orantes. Orante aut ambrosio: vt si phantasma esset abscederet: si aut veritas plenius appareret: simili modo mane cantante gallo: iterum secum orantes visi sunt. Tertia vero nocte defecto iam ieiunijs cor pore non dormienti sed stupenti cum tertia sibi apparuere persona: que similis esse beato paulo apostolo videbat secundum quod in pictura conspexerat: illisque tacentibus apostolus ambrosio reseraauit: quod illi martyres xpi fuerant: qui oia pro xpo contempserant: et xpm in passione imitati fuerant: admonens: vt in eo quo orabat loco .xij. pedibus terram effoderet: ubique eorum corpora in arca marmorea inueniret: ad quorum capita libellum conspiceret eorum ortum: nolavitam et martyrium continentem. Conuocatis igitur ambrosius vicinis epis terram effodiunt: et vt supra praedixerat paulus: cuncta sic euenerunt. Et licet ab eorum passione plusquam anni .ccc. fluxissent: ita tamen eorum corpora sunt reperta: ac si ipsa hora fuissent ibi posita. Ex quibus etiam odor mirabilis fragrabat. Cecus autem quidam tangens pheretrum lumen continuo recepit: et alij plures egri eorum meritis curati sunt. Quorum corpora in matrice ipsius ciuitatis ecclesia requiescunt.

¶ De sancto Ursicino martyre. Cap. xxvij.

Ursicinus martyr apud rauennam passus est tempore neronis imperatoris sub paulino consulari. hic natione ligurus arte medicus fuit. Post quam autem multorum corpora sanauit: sub paulino consulari arte humana et alas vti xpianus arte diuina a iudice temptus post multa supplicia decollari iussus est. Qui vt supra dictum est in passione sancti vitalis .iiij. calendas .maij. cum ad locum passionis ductus esset: qui palme vocabulum habebat: quia ibidem palma adhuc antiqua vigebat gladium expauit: sed eum beatus vitalis inde confortauit: ne ipse qui alios curare consueuerat: seipsum eterne mortis iaculo vulneraret. Mox igitur vrsicinus de eo quod formidauerat mortem: penitentiam egit: et decollationem intrepidus suscepit Cuius corpus vitalis miles intra ipsam ciuitatem sepeliuit .xiij. cal. iulij. Quod tamen postmodum translatum fuit ad ecclesiam sancti ioannis baptiste: vbi et proprium oratorium sortitus est. Deinde post annos .ccccccccc. tempore othonis sancti imperatoris ab honesto archiepo rauennate ad ecclesiam vrsicinam leuatum est: que grece hagia anastasis .id est sancta resurrectio dicitur.

¶ De sancto Romualdo abbate. Cap. xxviij.

Romualdus abbas ordinis camaldulensis. fundator tempore othonis .iij. imperatoris claruit. Hic ex illustribus parentibus rauenne ortus patre sergio duce adhuc adolescens licet carnis vitio pclivius existeret: tamen aliter deo deuotus iam quasi heremum appetebat. Cum autem pater per quondam agro cum vno eius propinquo arrigaret: et romualdo presente ipsum occidisset. Juuenis quasi homicidij conscius .xl. diebus penitentiam in classis monasterio peregit. Inducebatur autem tunc ab vno conuerso eiusdem ordinis vt intraret: quod hic facere promisit si sanctum sibi apollinarem ostenderet. Et dum ambobus in ecclesia pernoctantibus sanctus apollinaris de sub altari bis exiens ei sancto apparuisset: ille extunc corpus martyris ibidem iacere nullatenus dubitauit. Et extunc consilio et suasu honesti archiepi rauennatensis. olim abbatis classensis. monasterium classis ingressus triennium ibi in vite sanctitate peregit: deinde abbatis licentia ad quendam heremitam marinum nomine: qui in venetie partibus degebat deuenit et sub eius discipulatu manere cepit: ab eodemque vite heremitice obseruantiam imbibit: psalteriumque rudis multis verberibus pulsatus didicit: triduo quoque in septimana mediam panis bucellam et pugillum fabe cum aqua gustauit. ¶ Eodem tempore petrus vrsiolus dux venetie qui tyrannice ducatum obtinuerat: et in necem vitalis candiani eius predecessoris fautor extiterat de commisso penitens consilio guarini abbatis de terra sancta ad gallias redeuntis et sanctorum marini et romualdi ducatum resignauit: et assumpto ioanne gradenico secum in crimine consocio cum predictis tribus sanctis ad monasterium sancti michaelis in galliam deuenit: vbi insimul habitabant: ipsi omnes heremiticam vitam ducentes. Ipsos autem fratres alios romualdus in virtutibus et vite austeritate precellebat. Et terram colentes de labore manuum victum querebant. Ibique romualdus multa dyaboli temptamina pertulit et deuicit: sub cuius magisterio petrus olim dux viuere cepit: et quia tam ardue vite non fuerat assuetus: eius facultati magister pie condescendebat. ¶ Miraculis autem maximis et stupendis hic sanctus effulsit. ¶ Cum enim rusticus familiaris domus romualdo conquestus fuisset quod quidam diues vaccam sibi rapuisset: et sanctum vaccam repetentem vir ille derisisset: vaccamque coctam cum alijs in conuiuio ederet: os subito in gutture raptoris transuertitur: et ille continuo suffocatur. ¶ Comitem quendam nomine olibanum de grauibus criminibus sibi confessus: non solum ad penitentiam adduxit: sed etiam ad religionem incitauit. ¶ Audiens autem quod pater eius monachus factus ad seculum redire disponeret: ad patrem concitus iuit eumque in sancto proposito confirmauit: qui post dies modicos in xpo quieuit. Romualdus autem in predio monasterij classensis permansit: vbi a demonibus primo cum deterrentibus: deinde grauiter cedentibus diutius pulsatus: oes ipsos malignos iesu inuocato nomine effugauit. Qui postmodum sub diuersorum animalium et monstrorum formis terribilibus apparentes ipsum conturbabant: sed eorum persecutiones sanctus vir orationibus superabat. Ipsis autem diebus in loco qui dicitur balneum monasterium quoddam sancti michaelis construxit: sed a sancto apollinare monitus ad cenobium suum regressus est. ¶ Post hec habitauit in palude comaclensi. et deinde in palude que peretum dicitur longe a rauenna quasi milibus .xx. cum discipulo guilelmo vbi ignem qui cellulam inflammauerat oratione repente extinxit.

¶ Post hec iussu imperatoris othonis .iij. in classensem abbatem electus diudum renitens tandem coactus acceptauit: sed dum fratres ad votum corrigere non valeret: coram rauenne archiepo et imperatore officio resignauit: quem videlicet imperatorem tyburtinam ciuitatem obsidentem reperiens pacem et concordiam cum tyburtinis reduxit: eo quod ipsum imperator reuerentie gereret: vbi etiam thamum quendam nobilem: et bonifacium virum clarissimum imperatoris propinquum teutonicos ad penitentiam conuertit: et monachos effectos secum reduxit: et ad parcum redijt. Qui videlicet bonifacius postmodum archiepiscopus et martyr fuit. De quo supra actum est iuxta alium eius nominis sanctum non. iunij. ¶ Post hec innumeris fratribus

tribus cõgregatis in multis locis ac ciuitatibus cellas extruxit: ⁊ camalduen. eremitarũ ordinem incohauit. Ad cuius instantiã otho imꝑator cenobium sancti alberti edificauit: ⁊ predijs large dotauit. Et cum otho ad vitã monasticam assumendã disponeret postq̃ vadens romã inde redisset sctm̃ ipm̃ nunq̃ reuersurũ predixit: ⁊ vt ꝓdixerat sic euenit. Deinde apud parentiũ .iij. monasteria fundauit: vbi diudũ manens ipm̃ diuina pietas ad summe ꝑfectionis apicem ꝑduxit. Ibiq̃ ordinẽ deo viuendi fratribus suis circũquaq̃ positis spũ dei docente dictauit ⁊ misit. Inde discedens nauem intrauit tẽpestatẽq̃ maris grauissimã cunctis iam periclitantibꝰ ⁊ de salute desperantibus sua oõne sedauit: veniẽsq̃ ad bifurcũ monasterium eorũ vitã aliquãtulũ laxatã ad ardua et vtilia ducere curauit. ¶ Postq̃ hec i camertino solo cenobiũ nobile ↄstruxit: in eisdẽq̃ ptibꝰ monasteriũ puellarũ condidit. Deinde i regione vrbis veteris aliud monasteriũ fabricauit: ⁊ multos monachos ↄstituit. In quo filius guidonis comitis longo tp̃e in sctõ ꝓposito vixit: ⁊ carnis soluto debito miraculis claruit. Inter que cecum illuminauit. ¶ Deinde romualdus audiẽs ꝙ bonifaciꝰ eius discipulus martyrium passus esset: passionis desiderio flagrans cum .xxvj. ex fratribꝰ suis vsq̃ pannoniã perrexit: sed ibi lãguore ꝑcussus voluntate dei cõpulsus plures nobiles monachos acquisitos rediens secum adduxit: ⁊ ad monasteriũ vrbis veteris remeauit: vbi multas ꝑsecutiões a suis fratribꝰ ptulit. Inde discedẽs apd̃ castrũ maximianũ monasteriũ aliud fundauit. Et inde ꝑ classen. locũ parentiũ nauigauit. Reuocatus autẽ ꝑ nuncium apostolice sedis ad italiã repedauit: veniensq̃ ad montẽ calen. ⁊ petranũ in vtroq̃ cellas erexit: locisq̃ pluribus ꝑagratis ꝑ vallem de castro ⁊ mõtẽ apenninũ in loco qui dicit̃ aquabella locũ aliũ ↄstruxit: vbi ⁊ quendam presbyterũ a dolore dentium grauissimo liberauit.

¶ Cum autem apud camalduen. monasterium quod ipse tunc caput ordinis ↄstrui faciebat: fagus maxima i edificium cederet: dubitantibus cunctis ne fagus lcisa cellam opprimeret: orantibusq̃ sctm̃ vt ex cella abiens periculũ euitaret: ipse inde discedere noluit: s; ruentem arborem versus cellam signo crucis aliorsum ↄtra naturam cadere coegit. ¶ Ilex quoq̃ nimie magnitudinis in ipso opere precidit̃: qua ꝑ montis deuexum corruente raptus ab ea rusticus ad inferiora rotat̃. Sanctumq̃ inuocans i montis radice incolumis inuenit̃. Deinde venit ad montẽ sutrij: vbi celebrans in extasim rapit̃: ⁊ spiritus exponendi psalmos tunc sibi diuinitus infundit̃: vbi ꝑ septẽnium ↄtinuũ silentium nunq̃ soluit: ⁊ multa miracula ostẽdit. ¶ Fratrẽ gregoriũ solũmodo insufflãs a dolore capitis sanauit: ⁊ a scabie vlcerosa ter ipm̃ aqua sola ꝑfundens mundauit. ¶ Virũ alium deosculans ab insania capitis liberauit. Spm̃ ꝓpheticũ hñs in multis ostendit. ¶ Discipulum quẽ malignus inuaserat sp̃us ob id solũ: q2 eo absente nõ petita licentia lectũ eiꝰ ascenderat ab infestatiõe eripuit. ¶ Vxorem cuiusdã q̃ virũ quẽ sanctus ↄuerterat: ab ingressu ordinis prohibebat: porrecta ei buccella panis benedicti adeo pacauit: q vi rum exinde in pace dimisit. Puerũ alium a demone vexatum oblato ei pane benedicto liberauit. ¶ Post hec ab henrico imꝑatore de vltra mare reuertente locũ monasterij construendi in monte amiato vt petijt impetrauit: vbi monachos multos fecit. ¶ Reuersus fuerat dũ piscibus pro eius aduentu carerent: quidã frater in stagno paruissimo vbi nunq̃ piscis visus fuerat hamũ misit: ⁊ piscem mox adeo magnum cepit: ꝙ ipso die cũctis ad esum suffecit: ꝑ annos .xx. obitum suum ⁊ locum finis sui ꝑ spm̃ fratribus predixit. Et veniens ad monasteriũ vallis de castro egrotare cepit: ⁊ ad extrema deueniens sumpto viatico a carne migrauit .xij. calen. iulij etatis sue exactis annis .cxx. Ex quibus .xx. consumpsit in seculo .iij. in monasterio classis. Reliquos in heremitico ꝓposito. Sepultusq̃ iacet in valle de castro: vbi ⁊ copiose miraculis fulget.

¶ De sctis Ioanne ⁊ Benedicto mar. Cap. cxxix

Ioannes ⁊ benedictus martyres monachi camalduẽ. ordĩs fuerunt ⁊ discipuli romualdi. Qui iussu othonis imꝑatoris ab eodẽ abbate ad buscalũ regẽ ad ꝑdicãdũ missi sunt: eo qđ ipse ꝑdicatores fidei sibi petierat destinari. Quos idẽ rex in heremo aliquo tp̃e sustẽtauit: donec linguã sclauonicã didicerunt. Qui ꝑdicãtes regẽ cõuerterũt ⁊ baptizauerũt. Quos rex rogauit: vt pape plurima dona deferrent: ⁊ sibi coronã cõsecratã de manu põtificis apportarent. Quod illi recusantes facere dicẽtesq̃ sibi secularia negocia tractãda omnino nõ licere: ad cellã reuersi sunt. Sed q̃busdam q̃ regis votum agnouerãt: putantibus ꝙ magnã auri summã secũ haberent: insecuti in cella eorũ sunt iugulati: ⁊ thesauro requisito: nihil ab eis inuẽtũ est. Tunc illi facinus palliare volentes cellã incẽderũt vt cõbustis corporibus ipsi innoxij crederent̃. Sed dei virtute cella cõbusta corpa oĩno intacta ꝑmanserũt. Ipsi vero fugere volentes se inde mouere nullatenꝰ potuerunt. Vbi vero sctõrũ iacebant cadauera nocte apparebat lux imensa: ⁊ angelorũ audiebat̃ cantilena. Rex vero hec audiens ad locũ accessit: ⁊ occisores adhuc ibi inuẽtos cepit. Dũ aũt cogitaret qualiter eos puniret: ad sepulchra martyrũ vinciri iubet vt si eos deus punire vellet: in vinculis miserabiliter deficerent. Sin aliter sanctis martyribus placeret: eos mirabiliter absoluerẽt. Ducti ergo ad tumulũ diuirtute fractis nexibus absoluti sunt: ⁊ penitentes vitam heremiticam duxerunt. Rex quoq̃ super sanctorum corpora basilicam edificauit ⁊ ex ꝓpẽs bonis dotauit: vbi eorum seruantur corpora miris redolentia signis.

¶ De sctõ Nouato discipulo. Cap. cxxx.

Nouatus discipulꝰ fuit illustrissimi generis vrbis rome pudẽtis discipuli pauli apl̃i filius ⁊ frater timothei ꝑsbyteri: quorũ sorores fuerunt sancta potẽtiana: de qua supra actũ ẽ .xiiij. cal. iunij. ⁊ praxedis de qua infra dicet̃ .xij. cal. augusti. Hic cũ patre pudẽte multos pauperes xp̃ianos in domo sua refouebat. Qui eo viuente adhuc ꝑ mẽses plurimos egritudine valida detẽtus a btõ papa pio ꝑmo familiariter visitatꝰ ⁊ ab eodẽ cõfortatꝰ: diuinis ab eo ꝑceptis sacramẽtis post dies .xiij. eo ꝑsẽte in pace quieuit .xij. calen. iulij. Sepultus in paterno tumulo: vbi postmodum pater cum sororibus conditi sunt.

¶ De sctõ Siluerio papa ⁊ martyre. Cap. cxxxj.

Siluerius papa ⁊ martyr natione cãpanꝰ ex patre hormisda põtifice romano agapito ꝑmo pape in ep̃atu vrbis successit ⁊ sedit annũ vnũ mẽses q̃nq̃. Hic ꝑmus post btũ siluestri tp̃a sine imꝑiali assensu gothorũ manu est sublimatus ep̃s. Theodatꝰ siq̃dẽ gothorũ rex tunc rome degẽs: talẽ induxit clero timorẽ vt qui nõ cõsentiret electioni eius gladio puniret̃. Huĩc theodora augusta vxor iustini imꝑatoris rogauit ꝓ artemio patriarcha heretico ab eiꝰ ꝑdecessore depositovt eũ restitueret dignitati. Qui noluit cõsentire. Quapropter idignata augusta misit ꝑ vigiliũ archidyaconũ romanũ: quẽ cõstantinopolim papa ꝓ legatione miserat: ad belisarium patricium in italia consistentem vt contra papam occasionem inueniret: quatenus de ep̃atu ꝑ eũ ꝑ cereret. Qui testes falsos subduxit ꝙ siluerius regi gothorum scripsiss; quatenus ad portam asinariam lateranen. romam veniret et sibi belisarium patricium traderet. Qua de re patri

eius eum deposuit: et vigilius archidyaconus ipsum veste monastica induit: et iubente balisario in pontianas ad exilium destinauit: vbi pane tribulationis et aqua angustie sustentatus post dies aliquot deficiens ibidem mortuus est et sepultus martyrio coronatus .xij. cal. iulij: vbi multitudo male habentiũ salui facti sunt. Hic fecit ordinationẽ vnam p mensem decembris presbyteros .xij. dyacones .v. epos p diuersa loca numero .xx. Et cessauit epatus dies .xj. cui vigilius eius archidyaconus qui ipsum relegauerat in episcopatu successit.

De sancto Albano martyre. Cap. cxxxij.

Albanus martyr: vt ait beda pmo libro hystorie anglorũ passus est in britãnia tempore diocletiani et maximiani impatorũ. Qui dum adhuc paganus esset et clericum quẽdã xpianũ psecutores fugientẽ in fidẽ suaz in hospitio suscepisset pietate sola pmotus eius vite et exemplo sanctisq monitis factus est xpianus. Cũ aũt gentiles clericũ: q ad se cõfugerat: quererent. Albanusq seipsũ p magiorũ hospite obtulisset: ab eisdem captus et ad iudice ductus est. Dũq xpm cõfiteri nõ timuisset: diutissime cesus decollari iubet. Quẽ pplo pdilectum ad martyrium accedentẽ secuta est pene tota ciuitas põtẽq fluminis occupauit qua transire debebat: vt sic eius mortẽ retardarent: vel totalr ipugnarẽt. Sanctus vero desiderio passionis accensus orauit: moxq aqua fluminis substitit: et ipse p siccũ alueũ vna cũ psecutoribus transiuit. Quo viso miraculo miles q ipm decollare debebat cõuersus est. Albanus vero mõtẽ trãs flumẽ positũ ascendẽs oratione fusa fontẽ de petra pduxit: q ibidẽ in testimoniũ eius martyrij vsq in psens manat. Ibi igit vna cum conuerso milite decollatus est. Sed illo in terrã cadente, oculi percussoris de eius capite pariter ceciderunt. Sepultus est aũt in ciuitate verilanio: q ab anglis dr verlonia seu verlingacester. Post cuius martyriũ passi sunt aaron et iulius legionũ vrbis ciues et alij plures vtriusq sexus cõuersi ad deum ppter miracula in eius passione ostẽsa: qui passus est .xj. calen. iulij.

De sanctis albano episcopo et socijs martyribus. Capitulum. cxxxiij.

Albanus epus et vrsus clericus martyres comites fuerunt scti theonisti epi vt infra dicet in eius passione .x. calen. decembr. Qui cũ codez et discipulis eius tabra et tabrata a philippẽsibus insula nausia egressi romã secũ accesserunt: et orõne facta mediolanũ abierũt: suscepti honorifice a sancto Ambrosio epo et Theodosio imperatore tũc ibi degente. Inde ad gallias predicando transeuntes. dum augustam ciuitatem deuenissent. Sanctus vrsus a paganis comprehensus per multa tormentorum genera martyrium passus est Theonistus vero cum albano tabra et tabrata discipulis suis venit ad regem rosi mundum: qui eos misit ad paulinum episcopum treuereñ. Indeq nauigio maguntiam adierunt: vbi dum predicaret albanus a gentilibus tentus et flagellatus. Nouissime gladio cesus est. Horũ duorũ martyrũ corpa ad puinciã venetie translata in loco q dr buranũ iuxta marchisitũ torcellanẽ. diocẽ. tumulata seruant. Ibiq et corpus iacet tertij martyris dominici monachi qui in istorũ passiõe nõ repiat specialr nominatus ab incolis tñ ipsius loci cõsocius albani et visi fuisse dr: et cũ eisdẽ p xpi nole credit martyrio coronatus. Passio horum martyrum ibidem agitur .xj. cal. iulij.

De sctõ Eusebio epo cesarieñ. Capitulum. cxxxiiij.

Eusebius pãphili cui pãphilus mater adeo amicitia cõiunctus extitit vt ab eo cognomen sortiat: vt dictũ est supra in passiõe pãphili martyris .cal. iunij. Hic eps cesarieñ. fuit: et scientia te ac sapiẽtia insigniter claruit: multaq opuscula diuina cõpilauit. Sup genesim libros .xx. cõposuit. Diuersarũ rerũ libros .xxv. Ecclesiastice hystorie li. ix. Chronicorũ canonum hystoriarũ eorũ epithoma. Euãgeliorũ diaphoniarũ eorũ canones. In esaiam. lib. x. Cõtra porphirium lib. xxv. In quorũ .xviij. xix. et .xx. accuratissime rñdet ei contra danielẽ pphetã scribẽti. Topicorũ lib. j. Apologiarũ p origene lib. vj. De vita pãphili martyris lib. De martyribus qdã opuscula. In .cl. ps insignes edidit cõmẽtarios. Chronographiã terre iude: et distinctas tribuum sortes. Libellũ vrbiũ: mõtiũ: fluuiorũ: valliũ: vicorũ et diuersorũ locorum terre sancte: q sacra scriptura cõplectit. Scripsit et librũ chronicũ de tpibus a pncipio mũdi incohãs ad tpa vsq sua declinãs. Diocletiani atq cõstãtini pmi tpibus micans. Humanitatis in pace soluit debitum .xj. calen. iulij. Hec hieronymus libro de illustribus et ex martyrologio adonis et vsuardi.

De sctã Demetria virgine et mar. Capitulum. cxxxv

Demetria virgo rome exorta filia fuit faustini et dafrose soror in atris bibiane: vt supra in passione bibiane scriptũ legit .iiij. non. decembris. Hec cũ ante impijssimũ impatorẽ iulianũ detenta p fide xpi introduceretur in cõfessione dñi emisit spm. Sepulta a ioanne presbytero iuxta matrem et germanam apud palatium licinianum .xj. cal. iulij.

De sctõ Leufredo abbate. Capitulum. cxxxvj.

Leufredus abbas claruit tpe iustiniani impatoris secũdi. Qui parẽtibus xpianis pago eboraceñ. ortus relicto sclõ ppe vrbẽ in parua cellula morabat. Sed a desiderio epo ppter inuidiã eo qd in eius diocesi se inclusisset: ipsius licẽtia nõ petita tentus est: et in equo cõtra votũ suũ leuatus eo qd nũq equũ ascẽdere pposuisset ad ciuitatẽ adductus est: contra quã eps inquirere disponebat. Statimq vt ad epatũ puenit equi viscera: cui sanctus insidebat: disrupta sunt: et in terrã cũ equo pariter ceciderũt. Qd eps videns ab eo veniã petijt: ipsumq i pace dimisit. Qui põ postmoduz factus est pluriũ monachorũ: qui et miraculis claruit. Nã gisleniãdũ monachũ a dyabolo vexatũ liberauit: eiq baculũ suũ p spus tutela dimisit. Dũ igne maximo subito accenso cenobiũ cõflagraret: orõnẽ fudit: et mox ventus validus ex opposito insurgens a monasterio flammas excussit: multis quoq alijs clarus virtutibus in pace quieuit .xj. calen. iulij.

De sctis decẽ milibus martyribus. Capitulum. cxxxvij.

Decem milia martyres apud alexãdriam sub hadriano et antonio passi sunt. Cum eñ agareni et euphratenses romano ipio rebellassent. Hadrianus et antonius ipatores qui in ptibus alexãdrie degebãt nouez milia milites cõtra eos dirigunt eisq acacium pmicerium et heliadẽ ducẽ preficiunt. Cum autẽ romanorũ militia multitudinẽ aduersariorũ cõspexissent pterriti terga verterunt. Et sciscitãtes ad inuicẽ cur tãtus eos tremor inuasisset: putãtes q dij cõtra eos indignati forẽt eo q illis sacrificare neglexissent accedẽtes ad simulachra sacrificia obtulerunt et irruẽtibus hostibus adhuc maiori formidine repleti sunt: cõcitti quoq se in fugã dederunt. Quibus angelus dñi apparuit: qui in specie iuuenis eos alloquẽs deos gẽtium esse demones asseruit: et hec illis his cõtigisse affirmauit eo qd vanorũ deorum suffragia postulassent. Qd si in christum credere vellẽt victoriã ex hostibus obtinerẽt. Quibus vnanimiter se velle credere rñdẽtibus angelus disparuit. Sequẽti die christuz in sui adiutorium exposcunt in hostes impetum faciunt: et angelum qui pridie illis apparuerat exercitum eorũ precedentem cernunt: barbaros viriliter cedunt: in fugam vertunt

vertunt: et multos fugientes in lacum se necare cõpellũt Obtentoq; triumpho angelus dñi deduxit sctõs adver ticem montis ararath longe ab alexandria p quingenta stadia positi: imperatorib⁹ tunc in alexandria constitutis In quoꝝ medio angelus sedebat et eos de fide xpi plení⁹ instruebat. Illico autem celi aperti sunt: et alij .vij. angeli visibilr ad eos descendunt: oĩaq; illis futura predicũt et ad martyrij passiones ꝯstantes efficiunt. Quibus ab eoꝝ ablatis oculis sctĩ martyres vnanimiter in xpi fide et amore fundati .xxx. diebus in monte ꝑstiterunt orãtes nullo penitus cibo corporeo sustentati. Imperatores aũt admirantes cur ad illos habita victoria non redirẽt: ad eos perquirendos mittũt eosq; xpianos effectos audierunt. Statimq; septem regibus circumstantium regionum epl'as dirigunt: vt ad eos cum ingenti exercitu festinarent ad nouoꝝ christicolaꝝ exterminiũ faciendum. Regibus igit' cum festinatione ꝯgregatis imperatores nuncios ad sctõs dirigunt: eosq; corã se accersiri faciũt Qui orõne premissa se mutuo ꝯfortantes voce delapsa celitus roborati: coram imperatorib⁹ cõparere festinarũt intrepidi. Interrogatiq; ab eis cur post triumphũ nazareno crucifixo adhesissent: et augustoꝝ leges ꝯtemnere nõ timuissent Acacius ore omnium respondens: oĩa q̃ illis euenerant: enarrauit: et xpm dñm voce publica ꝑdicauit Omnes quoq; milites christum solũ deũ veꝝ acclamare ceperũt. Et cum imperatores cõminarent: q̃ omnes penas quas crucifixus pertulerat: illos experiri facerẽt. Unus ex collegio martyꝝ nole carcerius campi ductor se beatos fore r̃ndit: si necis et passionis dñi mererentur esse ꝯsortes. Clamantibus aũt ppl'is gentilium ꝯtra eos et illis econtra xpm viuis ꝯfitentib⁹ voce: ppl'i furore moti in eos lapides miserunt: eosq; lapidare ceperunt. Sed christi virtute lapides in facies iactantium vertebant: et plurimi ex gentilibus mactabant: sanctiq; martyres a lapidibus minime tangebant. Qđ cernentes imperatores: et hoc magicis virtutibus ascribentes eos scorpionibus flagellari iusserunt. Et cum diutius cederentur: vnus illoꝝ iuuenculus noĩe draconarius parumper in verberibus deficiens ad acatium se conuertens: eius exhortationẽ postulabat. Quẽ postq̃ acatius ꝯfortasset: timens ne aliquis ex collegio in fide forsitan ꝑpter flagella titubaret: orauit ad dñm: vt eos ab ipsis tormentis erueret. Statimq; facto mmio terremotu manus et brachia cedentium aruerunt. Quo viso miraculo magister quidam militum theodorus noĩe cum suis militibus mille conuersus est: qui se christianos ꝑfitẽtes ad .x. milia martyres se ꝯtulerunt. Tunc imperatores irati iusserunt apportari clauoꝝ multitudinẽ trigonoꝝ: et per .x. stadia spargi vt super eos sancti nudis pedib⁹ ambularent. Qđ cum fieret angeli dñi martyres precedebant et clauos leuantes in vnum coaceruabant. Imperatores ꝟo illos angelos deos fuisse putabant: ꝑpter qđ adhuc magis martyres ad sacrificia suadebant: eo q̃ dij illoꝝ misertí: eos a tali clauoꝝ periculo liberassent. Sed cum tam ꝑmi .x. milia q̃ alij mille superadditi solum verum deum crucifixum clamarent. Iusserunt augusti: vt oĩa crucifixi tormenta quẽ predicant experiant in eis. Sicq; corone spinee eoꝝ capitibus imponunt: et lanceis latera perforant: et vt olim xps a iudeis sic sancti a militibus sibi genuflectentibus illudunt. Qui hec constantius tolerantes sanguine eoꝝ ꝑprio frontes tingebant in mysterio baptismatis quo carebant. Tunc de ꝯsilio regis saporis sancti martyres in crucibus configi iubent. Et comitantibus illos oĩbus ppl'is ad montez ararath ab exercitu deducunt: ibidem hora tertia crucibus figunt Beat⁹ ꝟo acatius in cruce pẽdẽs pendẽtes similiter socios hortabat: et symbolum fidei catholice ꝑfitebat: vt autem sanctorum passio per omnia dñice passioni sibi esset: miracula q̃ moriente dño apparuerunt: innouata sũt. Nã ab hora sexta vsq; ad horã nonã sol obscurat⁹ ẽ terremotus ingens factus est: ita vt plurima edificia ruerẽt saxa etiã et parietes multi cõscissi sunt: obstupẽtibus vniuersis. Sancti ꝟo martyres ad dñm orauerũt: vt cuncti eos in quacũq; necessitate inuocãtes petitiõis sue a dño cõsequerent effectũ: et vigiliã passionis eoꝝ cũ silẽtio ieiunãtes indulgẽtie p pctis mererent ꝑcipe annũ vnũ. Statimq; voce de celo lapsa ad eos ad celestia regna ꝑcipiẽda vocant: et eoꝝ petitiones exaudite in oĩb⁹ nunciant. Post modicũ ergo facta hora nona totũ mõtẽ lux maxima circũfulsit. Sctĩ quoq; martyres magnis vocib⁹ suos ĩ manus dñi spũs cõmẽdãtes aĩas emiserũt. Corpa ꝟo illoꝝ ab angelis de crucibus deposita diuina dispositiõe in ipso monte sepulta sunt. Qui passi sunt .x. calen. iulij.

De sctõ Paulino epõ confes. Capitm .cxxviij



Paulinus epũs nolane ciuitatis cãpanie tpe vãdaloꝝ claruit. Cũ eĩm tota fuisset ipa ꝓuincia a vãdalis irruẽtib⁹ depopulata multiq; de ipa terra in aphricã adducti captiui fuissent. Uir dñi paulin⁹ cuncta q̃ hẽre potuit captiuis indigentibus misit. Cũ aũt vidua q̃dã ad eũ venisset: et filiũ suũ vnicũ a regis vãdaloꝝ genero in captiuitatẽ adductũ fuisse diceret: et a viro dei ꝑciũ aliqđ p redẽptione postularet. Illeq; q̃d daret nihil penitus hẽret: petẽti femine seipm obtulit: eideq; benigne r̃ndit vt se secũ ad aphricã duceret suũ suũ eẽ assereret ipmq; p suo filio apud regis generũ cõmutaret: cũ se in eius seruitio mãsuꝝ p redimẽdo filio paratũ disponeret. Qđ illa ex ore tãti viri audiẽs: irrisionẽ potius credidit q̃ cõpassionẽ. At ille vt pote eloquẽtissimus: et ad plenũ diuinis studijs erudit⁹: dubitãti femine ꝑsuasit cit⁹: vt audita crederet: seq; p filio redimẽdo in fuũ tradere nõ timeret. Perrexerũt igit' vterq; ad aphricã. Et ꝑmo q̃dẽ regis genero vidua supplicauit: vt filiũ suũ sibi gratis donaret. Qđ vir barbarus nedum facere rẽnuit: sed insup audire despexit. Cui cũ vidua subiũgeret: vt filiũ suũ redderet: et p ipso vicariũ hoĩem illũ acciperet. Illeq; venustiꝰ vult⁹ hoĩem cõspexisset: interrogauit eum: quã artem nosset. Cui vir dñi hortum se colere nosse peroptime dixit. Quod vir gentilis gratum habuit: ipsumq; in seruum suscepit: et roganti vidue filium restituit Quo accepto discessit: et paulinus horti colendi curã suscepit. Cum autem dominus suus crebro hortum ingrederet: suumq; hortulanum quedam requireret: et sapientem hominem esse videret. amicos deserens cum eo sepi⁹ colloquens ipsius cepit sermonibus delectari. Cui paulinus quotidie ad mensam virentia deferebat: et accepto pane ad horti curam remeabat. Die autem quadam suo domino secretius secum loquenti predixit: vt se circa regni regimen ꝑuideret: eo quod rex citius moriturus esset ipseq; eidem masculina ꝓle carenti successurus foret q̃ il

le regi nunciare curauit: et q hec ab hortulano audiuisset aperuit. Rex vero ipm videre postulauit. Cui gener respondit q ille esset: qui sibi ad prandium herbas ex more portaret. Factumq est cum rex ad prandium discubuit paulinus oleraviventia delaturus venit. Cumq hunc rex subito conspexisset intremuit accitoq genero ei vel esse: qd audiuisset asseruit: nam vt dicebat ipsa nocte in somno sedentes p tribunali contra se iudices viderat inter quos paulinus consedebat: et flagellum qd aliquando acceperat: eorum sibi iudicio tollebat: impositq vt interrogaret qs esset: qz ipm popularem minime existimaret. Tunc regis gener secreto paulinum quis esset magnis coniurationibus inquisiuit: tandemq illum epm esse comperuit: et quicquid peteret sibi liberaliter obtulit vt aut dni ab eo postulauit vt omnes conciues suos captiuos relaxaret. Cunctiq illi perinus in aphrica requisiti cu onustis frumento nauibus p venerandi viri paulini satisfactione in eius comitatu laxati sunt. Post modicos vero dies rex vandalorum occubuit: et vt paulinus pdixerat gener eidem successit. Sicq factu est vt qui se solu in seruu tradiderat cu multis a seruitio ad libertatem rediret. ¶ De cuius etiam morte scribitur q cu dolore fuisset lateris tactus ad extrema deductus est. Dumq domus eius in sua soliditate psisteret cubiculu in quo iacebat eger facto terremotu contremuit omnesq astantes nimio terrore concussit. Sicq sancta illa ala carne soluta e. x. calen. iulij. Sepultusq quiescit in ecclesia sua. Hec gregorius. iij. dial. cap. j. Hic vir sapientia clarus multa volumina compilauit. Ubi enim ambrosij vitam scripsit ad august. atq vitam bti felicis. Ad theodosium scdm scripsit panegericu sup victoria tyrannorum. Ad sororem epistolas plurimas de contemptu mundi. atq de diuersis causis diuersas disputationes et tractatus. volumen est et de penitentia et de gnali olz martyrum laude inter opuscula sua precipuu. Multa versu breui scripsit ad celsum. Epitaphium etiam vite consolatoriu. Libellu super morte xpiani et baptizati infantis spe xpiana monitu. Epistolas plures ad seuerum. Sacramentorum etiam et hymnoru item epistolas ad delphinum: amandum victricium aprum florentium eusebium: et vincentium. Hec gennadius de viris illustribus.

¶ De scta Hildegarde virgine. Cap. cxxxix.



Hildegardis vgo in alamanie ptibus admirabilis fuit puecte etatis tpe conradi imperatoris. Que quinquennis a parentibus deo ad seruiendu tradita est et i monasterio commendata. A quo tpe vsq ad obitu suum ieiunijs et orationibus intendens miras visiones habuit: et spm ppheticum a dno pcepit. Et cum laica prius monialis et illitterata fuisset. Ita nihil de scripturis excepto psalterio didicit: mirabiliter tn rapta diuinitus imbuitur: non solum qd verbis effunderet: sed etia q scribendo latine dictaret: ac dictando catholice veritatis libellos conficeret. Hec enim fuit fundatrix et magistra monasterij scti roberti qd apud pinguia situ e. Cui etia multas epi epistolas direxerunt: et ab ea remissiuas susceperunt. Precipue tn tres romani pontifices suas bte hildegardi charitatiuas lras miserunt. s. Eugenius: anastasius et hadrianus huic etia scripsit epstam beatus bernardus. Que de iussu pape eugenij oia q de antixpi tpibus pphetauerat scripture mandauit. Cuius etia libelli ab eode pontifice in concilio treuerensi approbati sunt. Scripsit aute epstam de tpibus futuris. initias ab anno dni M. 100. pcedes vsq ad finem seculi: multa et mira in eodem arcana futura predicens. Que sanctis operibus plena quieuit in pace. x. calen. iulij. Sepulta in suo monasterio quod rexerat annis circiter. xl. vbi et miraculis fulget.

¶ De sancto Nicea epo. Capitulum. cxl.



Nicea eps romatiane ciuitatis sctitate et morum honestate compositus: ac doctrina sublimis et facundia pclarus apparuit. Qui sex ad baptismu venientes competentibus instructionibus informas libellos edidit. Quorum primus continet quid agere debeat qui ad baptismi gram venire cupiunt. Scds de gentilitatis erroribus. Tertius de fide vnice maiestatis. Quartus aduersus genealogia. Quintus de symbolo. Sextus de agni paschalis victima. Ad lapsam etia virginem libellum emedationis oibus insignem laudibus misit: quieuit autem in dno. x. cal. iuly. hec gennadius de illustribus.

¶ De sancto iuliano martyre. Capitulum. cxlj.



Iulianus martyr iuuenculus annorum. xviij. in flauiade ciuitate passus est tpe decij cesaris sub pside martiano: quem pses detentum ad sacrificia suadebat: et sacrificare abnuentem fustibus cedi iussit. iterumq in eculeo leuatum grauiter flagellari: deinde depositu in carcerem mitti fecit. et asclepiodora martyre iuuenis accersita hortabatur illam pses: vt filium ad deorum imolationem suis exhortationibus induceret. Que trium dierum inducias postulauit in quibus mr filium in xpi confessione corroborabat. elapso vero triduo cum iulianus iussu psidis eductus de custodia diis sacrificare contemneret fecit pses adduci saccum cum serpentibus et harena martyremq xpi in ipso consui: ac in pelagus mitti vt fieret aque pfocationibus q ferarum morsibus interiret. Cuius corpus ab vndis iactatu ad insulam: q dr pconesus: a xpianis ibidem habitantibus inuentum in monte ipius terre sepultum est vbi multo tpe sine aliq veneratione quieuit. Post multos vero annos estatis tpe maris pcella intumescente ps montis vbi arca sita fuerat a mari diruitur: et arca saxea in mare mittitur: q diuino nutu sup pcellas enatas ab vndis ad portum arminensis ciuitatis adducitur: et in littus iactatur. Qd ciues admirantes: q ad portum venerant: luce supinfusa arcam sup aquas natare conspexerant: tumulum cum sacro corpe plaustro ipo suerunt: et ad ecclam maiorem illud deferre volentes ipm inde amouere nullatenus potuerunt: sz neq arcam apire aliqualiter valuerunt. Tandem post dierum plurium orones et ieiunia ioannes abbas monasterij scti petri extra ciuitatem siti: sepulchrum cum corpe vehiculo ipositum moueri fecit: et ad ecclam sua adduxit. Et patefacto leuiter tumulo: corpus scti iuliani martyris vna cum vestibus olno incorruptus inuenit. Passionis quoq epitaphium conscriptum ibidem reptum coram oibus legit. Erantq in ipsa arca. vij. capita martyrum ignotorum. in ipso igitur loco corpus cum arca depositum ad presens vsq quiescit: q passus est. ix. calen. iuly.

¶ De scta Edeltrude regina et virgi. Capitulum. cxlij.



Edeltrudis regina vgo sacra vt scribit sigibertus anno. xiiij. constantini iunioris in anglia claruit q duobus nupta viris qd dictu mirum est vgo pmansit. De hac beda li. de gestis anglorum. iiij. dicit q fuit filia anne regis orientalium anglorum xpianissimi. Et primo quidem vxor condeberth pncipis australium giruiorum fuit. Cum quo in virginitate pseuerauit. Quo mortuo coacta a patre ecfrid regem maritum accepit: et hunc ad tantam pudicitiam incitauit: vt. xij. annis secum in coniugio manens: illibata custodiret. A quo tandem patre defuncto obtinuit: vt absoluta connubio monasterium ingrederetur. Sicq in cenobio virginum vrbis coludi sub obedientia ebbe abbatisse amice regis a scto pilfrido epo sacrum velamen accepit: et ibidem anno integro deo seruiens mansit: deinde ppter sctitatis eius famam electa e abbatissa in regione elgo in puincia orientalium anglorum: q est insula paludibus circundata: vbi mira sctitate ppollens monasterium sibi commissum strenue gubernabat. Sz post annos. vij. grauissimo pcussa morbo ad extrema deueniens quieuit in pace feliciter

liciter.ix.calen.iulij. Cui soror ipsi⁹ sexbruch successit in
regimine abbatie. ¶ Post annos vero.xvj. cū corp⁹ scte
virginis in loculo ligneo sub terraneo iaceret et multis
v̄tutib⁹ ꝛ signis clareret ipsūq; soror ipsius abbatissa in
tumulo marmoreo leuare decreuisset: misit nūcios cū na
ui ad aliā īsulā ꝓ marmorib⁹ apportādis: q̄ in ipo loco ar
cā ad mēsurā corpis ei⁹ diuinit⁹ excisam: ꝛ vbi caput iace-
re debuisset: aliquātulū cōcauā inuenerūt: quā ꝛ ad mo-
nasteriū deferētes corp⁹ in ipa eq̄ sibi: vt dictū ē cōuenien
te collocarūt: qḋ oīno incorruptū miroq; fragrans odore
reptū est. Vuln⁹ etiā qḋ ei in vltima ei⁹ egritudine ꝓ apo
steinatis incisiōe factū fuerat: cū quo adhuc apto decesse
rat: solidatū īuenerūt: ostēsa signū lesiōis puissima cica
trice. Et cū sctm̄ corp⁹ in nouo sepulchro recōderet: audi
ta est vox ex ipo cadauere dicens. Sit glīa noī dn̄i. Tactu
v̄o tā ipsius corpis q̄ꝫ ꝑuoꝛs loculi ad vestium suaꝝ mul
ti egri a diuersis lāguoribus sanati fuerunt.

¶ De sctā Maria de cegnies. Capl̄m.cxliij.

Aria de cegnies cui⁹ vitā scribit iacob⁹ de
vitriaco ortavilla niuella ex pat⁹ leodij me
diocrib⁹ parētib⁹ diuitib⁹ attn̄: oīa ꝓ xpi
amore ab ānis puerilib⁹ ꝯtēpsit: ꝛ deo ser-
uire sollicite curauit. Que annoꝝ.xij. cui
dā ioanni lꝫ inuita a parētib⁹ in cōiugiū
tradita ē: ꝛ secū cohabitās tā asprima penitētia se macta-
uit ꝗ sue sctītatis exēplo virū: vt optabat: ad castitatē in
duxit: ꝛ ad villā q̄ d̄ villēbroch iꝰa vna secū sepi⁹ adibat.
Ibiq; ambo coniuges leprosis ministerium exhibebāt.
Tādē viri instātib⁹ ꝓcib⁹ obtēta licētia: xpo feruēti⁹ fuire
cepit: ꝛ ad suv votū noctes insomnes in orōne ducere: ieiu
nijs ꝛ disciplinis carnē affligere: ꝛ vilib⁹ induta incedere
ac ecclesias frequētare. Cū aūt in die parasceue a sacer-
dote moneret: vt lachrymaꝝ inundātiā aliquātulū cohi-
beret: orauit maria ꝓ p̄sbytero: q̄ eodē die celebrās tanto
lachrymaꝝ imbre ꝑfundiꝛ: vt etiā altaris pallia irrigaret
¶ Penitētia v̄o ipi⁹ admirabilis extitit: adeo vt ꝯtinuo
triēnio ab exaltatiōe sctē crucis vsq; ad pascha in pane et
aq̄ quotidie ieiunaret: ꝛ inde nil attenuata: nec etiam ex
hoc opa manuū intermitteret. Cui sepi⁹ angeli appebāt
eāq; diuinis colloquijs refouebāt: ꝓcipue tn̄ ei⁹ angel⁹ ad
sui custodiā datus ei q̄si quotidie assistebat: cui dei ancil
la vt suo abbati in oīb⁹ obediēs erat. Aliq̄n etiā a ioanne
euāgelista existēs in mēsa celestib⁹ laudib⁹ refecta ē. Ali-
q̄n.xxxv.dieb⁹ sine vllo cibo in silētio ꝑdurauit. Reuela-
tionib⁹ aūt celestib⁹ crebro cōsolabaꝛ. ¶ Per annos sin-
gulos ecclam genitricis dei de cegnies visitabat: ꝛ sine vl
la esca vadēs ꝛ rediēs triduanū iter agebat. Angeliq; duo
ipam a dextris ꝛ a sinistris in ipa via cōtinue dirigebant:
eāq; ab oī piculo caloris ꝛ pluuia ptegebāt. Plerūq; enim
imbre cadēte vestib⁹ oīno siccis incedebat. ¶ Demones
aūt suis orōnib⁹ mira v̄tute ꝯpescuit. Quoscūq; etiā quā
tūcūq; male dispositos seruisitātes suis ꝓmonib⁹ ad pnīaꝫ
ꝓuocauit. Quacunq; tribulatiōe depssos ad summā pa-
tientiā idurit. Frequēter puer iesus dū sacra leuareꝛ ho-
stia in manib⁹ sacerdotis ei appuit. Plerūq; glīosa virgo
eidē se reuelauit. Plerūq; et deuot⁹ ioannes euāgelista
eideꝫ astitit: q̄ aliq̄n in specie aq̄le alis collū cōplexās ro
strum in pectore figens inundātia lachrymaꝝ ipaꝫ repen-
te repleuit. ¶ Deniq; frequentiā hoim ad se ꝯcurrentiū
fugiēs ex niuella discessit. Et reuelatiōe diuina locū scti
nicolai de cegnies sibi visum ad q̄etem elegit: vbi sanct⁹
cōfessor loci patron⁹ sibi appuit: ipamq; noctu clausis ia
nuis in ecclam intromisit. Ibi quoq; sctītate repleta et
virtutū opibus insigniter glīosa vsq; ad finem vite ꝑman
sit. Obitū aūt suum ꝑ.vj.annos ante p̄sciuit ꝛ aliq̄b⁹ ꝓdi
xit: dieb⁹.liij.ante sui exitū cōione sacra sola refecta sine
alio cibo ꝑdurauit. In cui⁹ vltimaꝛ lōga egritudine con
suetā sempuitā ꝛ abstinentiā suauit: ꝛ nunq̄ꝫ a sole repo-
te filia lucis oculis auertit: multas quoq; in ipa infirmi
tate reuelationes diuinas habuit: ex q̄bus aliqua reue-
lauit. Cui languenti angeli assistebant: ꝛ eā diuinis allo
cutionib⁹ cōfortabant. Sed dum extremā vnctionem re-
ciperet xp̄s cum apl̄is eidem aduenit ꝛ crucem ad pedes
eius affixit. Petrus quoq; claues celestis regni eidē re-
serādi visibiliter ostendit. Quā cum ad extrema tenden-
tem tolosanus ep̄s visitasset: vidit illā in aera a dei geni-
trice leuari ꝛ ab angelis obuiantib⁹ comitari. Sicq; scti
tate cōsummata xp̄o dn̄ico ei in vltimis apparente eiusq;
spm̄ assumente die dn̄ico in vigilia ioannis baptiste ho-
ra diei.ix.obdormiuit in pace anno gratie.M.ccxiij.ix.
calen.iulij. Sepultaq; iacet cegnies in ecclesia sancti ni-
colai miraculis flagrans.

¶ De sctō Joanne p̄sbytero. Cap̄.cxliiij.

Oannes p̄sbyter ꝛ martyr rome sub iulia-
no cesare apostata passus est. Quem cū im
pius impator xp̄m publice p̄dicātem fama
referente cōpꝑisset ipm teneri: ꝛ in audituꝫ
in viam salariam veteremq; adduci p̄cepit
vbi si nō adoraret simulachrum solis an̄ ip
sum ydolum decollari mandauit. Qui illuc tractus cum
adorare ꝯtemneret iuxta sniam p̄ncipis capite cesus est.
calen.iulij: vt in martyrologio adonis habetur.

¶ De sctō Felice p̄sbytero ꝛ martyre. Cap̄.cxlv.

Elix p̄sbyter ꝛ martyr in tuscia ciuitate ver
nia sub turtio p̄side passus est tp̄e valeria-
ni. Qui cum xp̄m confitereꝛ ꝛ ydoloꝝ abo
minanda sacrificia execraret: necnō xp̄ia-
nos docens ad martyrium singulos horta
reꝛ. Turtius a valeriano impatore ad ipaꝫ
ciuitatem missus tenuit felicem presbyteꝝ. Cuius os tā-
diu lapidib⁹ contundi fecit: donec spm̄ emitteret. Cuius
corpus hyreneus dyaconus iuxta muros ciuitatis sutrij
sepeliuit.ix.caꝉ.iulij.

¶ Explicit liber quintus.

¶ Incipit prologus libri sexti.

Extus liber huius catalogi cum alijs
quattuor subsequentibus vsq; ad vnde-
cimum exclusiue continet gesta ꝛ passio
nes sanctoꝝ quoꝝ festiuitates eueniunt
infra tempus in quo representaꝛ eccla
ex ipsius diuine spōse ꝛ verbi dei coniu-
gio filioꝝ multiplicationem ꝛ ꝓpagatio
nem: qḋ tempus fuit a prime ecclesie fundatione facta ꝑ
apostolos ꝛ durabit vsq; ad finem scl̄i. Hoc aūt tempus ec
clesia representat ab octaua corpis christi q̄ plerūq; con-
tingit circa festum natiuitatis scti ioannis baptiste vsq;
ad aduentum dn̄i. Hoꝝ autem filioꝝ q̄dam fuerunt ip-
sius ecclesie fundatores: vt apostoli quidam edificatores
vt doctores: quidam conseruatores: vt confessores: quidā
defensores vt martyres: quidam augmentatores: vt virgi-
nes: idcirco tempus ipsum in quinq; partes: ꝛ per conse-
quens in.v.libros diuisum est. ¶ Nam in hoc.vj.libro
mystice figurantur filij ecclesie fundatores scꝫ apostoli a
natiuitate videlicet ioannis baptiste vsq; ad calen.augu
sti. Et hoc sub figura regum israel et iuda: quorum libri
tunc leguntur: per quos apostoli designantur: qui princi
pes populorum facti ꝛ a deo principes super omnem terram
constituti: cum christo quoq; in.xij.sedibus in die iudicij
consessuri eideꝫ regi regum cōregnare creduntur. Nam
ꝛ mattheus euangelista in generatione christi.xvj.reges
enumerat a dauid vsq; ad iechoniam: a quibus christ⁹ est
ꝑ carnem ꝓpagatus: significantes.xij.apostolos: quoruꝫ
duo euangeliste fuerunt: ꝛ alios.ij.euangelistas necnon

paulum et barnabā doctores gentium: a quibus dei filius per euangeliū quo ad mundi noticiā quodāmodo est regeneratus. ¶ In .vij. libro figurant ecclesie cōstructores .s. doctores a cal. augusti vsq ad cal. septēbris sub figura sapiētissimi salomonis: cuius tunc libri legunt: cuiusq vices in ecclesia gerūt doctores sancti diuina sapientia repleti ex qbus tā in grecorū q̄ latinorū ecclesia q̄tuor pncipaliores extiterunt: per quattuor libros sapientie designati. ¶ In .viij. libro figurant ecclesie cōseruatores: videlz cōfessores per totuz mēsem septēbris. Et hoc sub figura sanctorū: iob: Tobie: iudith et hester: quorū gesta tūc recolunt: cōfessionē et patiētiam cōfessorū denotātia. q̄ in tribulatiōe positi mūdū carnem et dyabolū triūpharūt. ¶ In .ix. libro figurant ecclesie defensores .i. martyres per totū mēsez octobris: sub typo sanctorum machabeorū: quorū tūc libri ponunt: q̄ vti sancti martyres pro fide sic et illi pro dei lege vsq ad effusionē sanguinis viriliter decertarūt. ¶ In .x. libro figurant ecclesie augmentatores scz vgines per totū mēsem nouēbris vsq ad aduētū et hoc sub figura prophetarū quorū tunc vaticinia recolunt: q̄ vt plurimi spreto carnali cōiugio mētis et corporis integritate dño seruiētes aduentū xpi et futura tpa per spm̄ pdixerunt. ¶ Hic ergo sextus liber cōtinget gesta sanctorū illorum quorū festa occurrūt infra tps: in quo repsentant ecclesie fundatores: q̄ fuerunt apli: qui ecclam ipsam nedū pncipali verbi dei pdicatiōe: sed etiā sui sanguinis effusiōe fundarūt: qd tps ecclesia repsentat ab octaua corporis xpi siue a natiuitatis festo sancti ioannis baptiste vsq ad calē. augusti. Et hoc dictū est sub figura regū israel: quorū tunc libri legunt. Ad huius ergo tpis festa ptractāda veniēdū est. ¶ Et qz hoc tpe libri regū legunt: merito festis sanctorū tpis gesta illorū sanctorū regū pmittētur: quorū dies obitus certi nullo loco repiunt videlz ezechie et iosie. Soli em̄ hi duo cū tertio dauid propheta sancto ex oībus regibus israel eccli. xlviij. et xlix. inter patres sanctos illius tpis sancti nominant. Sed de dauid suo certo die festo suo loco tractatum fuit: videlicet .iiij. calen. ianuarij. ideo de ezechia et iosia dicendum est.

¶ Incipit liber sextus a natiuitate sancti ioānis baptiste vsq ad calen. augusti.

¶ De sancto Ezechia rege. Caplm .j.



Ezechias rex iuda filius achaz: cū esset annorū .xv. patre defuncto in regno successit et regnauit in hierlm annis .xxix. Nomen matris eius abiez de hierlm filia zacharie posthumi zacharie sacerdotis a ioa rege lapidati. Hic pmo anno et pmo mense regni sui conuocatis sacerdotibus et leuitis aperuit templum domini: quod pater rex achaz ob fauorem regis assyriorum clauserat: et vasa dei reparauit: ac restituit sacrificia intermissa: ipse etiam consilio sacerdotum fecit pascha secundo mense: qz nō potuit populus primo mense conuenire in hierusalem: nec sacerdotes purificati erant. Tantaq fuit multitudo q multi non purificati comederunt pascha: et tanta fuit copia victimarum q in multis leuite suppleuerunt officium sacerdotum. Dissipauit etiam rex ezechias excelsa statuas contriuit: et lucos succidit et confregit serpentem eneū quē fecit moyses: cui vsq tempus illud offerebant incensum filij israel. Recessit quoq a rege assyriorum ne seruiret ei percussitq philisteos vsq gazā: et omnes terminos eorum tam predia q̄ ciuitates. Anno autem .xiiij. regni eius ascēdit sennacherib rex assyriorum in terram iuda et cepit ciuitates munitas: et misit rabsacem ad obsidendum hierusalem: et castrametatus est cū exercitu innumerabili iuxta aqueductum piscine superioris: et abstulerunt ciuibus aquam exterioris piscine. Et cum vocasset regem ad colloquium noluit exire: sed misit ad eum eliachim pontificem: et sobnam scribam: et ioachim a comentarijs: et loquebatur ad eos rabsaces hebraice in viribus populi verba comminatoria multa. Post hec venit sennacherib personaliter ad obsidionem hierusalem. Misit etiam sennacherib litteras terribiles et comminatione plenas ad ezechiam dicens q deus israel non posset liberare eū de manu sua. Cunq orasset rex in templo domini misit ad illuz esaias propheta hortans vt in domino confideret: eo quod deus israel saluare decreuisset hierusalem de manu assyriorum. Et ecce nocte sequenti angelus domini percussit in castris assyriorum .clxxxv. milia: caput etiam et barbam regis rasit in ignominiam. Quo perterritus sennacherib cum .x. viris tantum fugit: et redijt in niniuem. Indeq occisus est a filijs suis in templo dei sui. ezechias autem propter hanc victoriam elatus gratias deo sicut debuit non egit: vnde et morbo percussus a domino vsq ad mortē egrotauit. Cunq humiliatus fleuisset: eo qd heredem nō haberet confortatus a domino per esaiam prophetam .xv. annorum vite spatium accepit: in cuius signum iuxta quod ezechias petijt sol per .x. lineas quas tantum descenderat ad orientem regressus perficiendo cursum iteratum diez tm̄ augmentauit: ita q dies illa que .x. horis iam elapsis ad occasum vergebat .x. horis prolongata .xxij. horarum extitit. Tunc de consilio esaie cataplasmatuz est vlcus apostematis regis de massa ficuum: et sanatus repente die .iij. in templo domino gratias egit: et canticum. Ego dixi decātauit. ¶ In tempore illo misit merodach rex babylonis per nuncios litteras et munera ad ezechiam. Naz chaldei qui vigebant in astronomia non valentes inuenire cām quare dies pene in duplum ptensa fuerat: cum audissent q pro rege iuda signum factum fuisset: miserunt ad eum: vt sciscitarentur rei veritatem: preterea qz solem adorabant voluerunt honorare hominem quem deus ipsorum honorauerat. Quare elatus ezechias ostendit eis: omnia que erant in templo domini et in omni potestate sua. Sed qz hec ostendere gentilibus nefas erat: ab esaia propheta redargutus est prophetante ei translationem ostensorum vasorum propter hoc in babylonem fiendam. et dormiuit ezechias cum patribus suis sepultus est in sepulchro patruz suorum in hierusalem. Hec ex .iiij. lib. regum. et .ij. paralipomenon: et ex dictis iosephi atq ex hystoria scholastica.

¶ De sancto iosia rege. Cap. ij.



Iosias rex iuda filius amon cum esset annorum .viij. patri in regno successit a populo exaltatus. et .xxxj. annis regnauit: et ambulauit per omnes vias dauid patris sui: non declinans ad dexterā neq ad sinistrā. Anno autem .iiij. regni sui et etatis sue .xij. pietatem in se et iusticiam mirabiliter demonstrauit. Nā populum ab ydolatria reuocauit: et opera praua velut senior emendauit. Omnem regni sui ciuitatem et prouinciam a cultu ydolorum purgauit: ita vt nullum ydolatrie vestigium superesset. Scrutabatur etiam domos nequid latenter remaneret suspectum: et in vnaquaq causa iusticiam coluit tanq̄ anime sue medicinam. Misit quoq in totam regni sui prouinciam: vt deferrent ad reparationem templi munera vnusquisq pro sua voluntate et facta est reparatio templi. hoc tpe helchias pontifex aperiens arcā domini: inuenit librum deuteronomij ibidem a moyse repositum: qui multo latuerat tpe: quem cum sibi missum iosias legisset: audiens maledictiones scriptas in transgressores legis: et metuens valde imminere captiuitatem diebus suis: audiuit responsum a domino per oldam prophetissam q mala illa differri debuerant: nec fieri in diebus suis. his auditis rex misit in omnem prouinciam et congregauit omnem populum iudeorum in hierusalem: et fecit

legi

legi cunctis audientibus verba legis: et cōpulit oēs sacramenta prestare: vt legē dñi p oīa custodirent. In hierlm quoqȝ fase solennissimū celebrauit: et ad ipsum oēm ppłm cōgregauit. Anno aūt vltimo vite iosie nechao rex egypti aggressus adremō regē assyrioꝝ voluit trāsitū facere p iudeā: sed iosias eidē trāsitū denegauit: et cū rege adremon cui cōfederatus erat: regi egypti occurrit: initoqȝ certamine cū forte iosias trāsiret a curru in currū q̄ sequebantur eū more regio: occisus est a sagittarijs in cāpo maggedon. Plāxit cū incōsolabilr adremō cum oī exercitu suo. Tradit etiam q fons et arbor q̄ iuxta locum erāt: vbi Josias interfectus est: aruerunt: et plāxit cū oīs isrł et iuda. Corpusqȝ eius euectū in hierusalem sepelierunt cum patribus suis. hec vt supra.

¶ De natiuitate sctī Joannis baptiste. Capłm.iij

Natiuitas sancti ioannis baptiste ab ecclesia celebrat. viij. cal. iulij quo tpe dies incipiunt decrescere: vt ex hoc figuret: qđ ait ioannes: illū opȝ crescere: me aūt minui. Hoc autem significatum est: vt dicit augustinus in xpi et ioannis ortib9 et in eoꝝ mortibus. In eoꝝ ortib9: qꝛ i natiuitate xpi dies incipiunt crescere: et in natiuitate ioannis decrescere. In eorum mortibus: qꝛ corpus xpi in cruce est exaltatū: corpus ioannis capite diminutū. Hec autem natiuitas ab angelo hoc mō pnunciata fuit. Dauid eñ rex: vt in hysto. scho. dr̄. xxiiij. summos sacerdotes constituit: quoꝝ tñ vnus maior erat q̄ summus sacerdos dicebat. Statuit aūt. xvj. de eleazar: et. viij. de ithamar: et scđm sortem dedit vnicuiqȝ hebdomadam vicis sue. Abias aūt. viij. hebdomadā habuit de cui9 genere zacharias fuit Erant aūt ipse et helizabeth vxor ei9 senes absqȝ liberis. Cū ergo zacharias in ordine vicis sue tēplum dñi vt incensuȝ poneret ingressus esset: et multitudo ppłi foris expectaret apparuit ei gabriel angelus. Et cū in eius visione turbaret ipm cōfortauit: annūciauitqȝ illi se filium habiturū q̄ ioannes vocaret: et sctūs ex vtero matris existēs ante dñȝ in spū et v̾tute helie pcederet. Et vocat ioannes helias. Rōne situs qꝛ ambo in deserto. Rōne vict9 qꝛ ambo in victu parci. Rōne cult9 qꝛ ambo vestitu inculti. Rōne officij: qꝛ ambo pcursores: sed helias pcursor iudicis iste saluatoris. Rōne zeli: qꝛ vtriusqȝ v̾bū quasi facula ardebat zacharias aūt cōsiderās sui senectutē et vxoris sterilitatē ac pmissi magnitudinē dubitare cepit et more iudeoꝝ ab angelo signū q̄siuit: q̄ ipm ppter incredulitatē plaga taciturnitatis pcussit. Et hoc factū est quadruplr ... Primo fm beđā: qm discredēdo locut9 est ide... ... crit: vt tacēdo credere discat. Scđo vt ma... in natiuitate filij appareret. Cū eñ nato ... reddit miraculū miraculo cumulat. ... bat et legi silētiū iponebat: vō cōgru... ret. Quarto qm ipe a dño signu...

nitatem in signum accepit. Cum aūt zacharias ad pplm exisset: et cum mutum effectum viderēt cognouerunt ipo innuente qꝫ visionē vidisset. Cōpleta vero septimana officij sui abijt in domum suā: et cōcepit helizabet: et se. v. mensibus occultauit: qꝛ fm ambro. partus sui erubescebat etatem: ne in senectute vacasse libidini videret: et tñ gaudebat sterilitatis carere opprobrio: qꝛ opprobrium erat mulieribus nō habere fructū nuptiaꝝ ppter qđ nuptie celebrant. Mense autē. vj. maria q̄ dñm iā cōceperat: v̾go fecunda cognate cōgaudēs venit ad helizabet. Et cum eaȝ salutasset beatus ioannes iā spiritusancto repletus sensit dei filium ad se venire: et pgaudio in vtero matris exultauit: et motu salutauit quē voce nō potuit. V̾gō autē v̾go apud cognatā tribus mēsib9 māsit: natumqȝ pueꝝ ioānē de terra leuauit: et quasi more gerule officiosissime pegit.

¶ Et notādum fm ambro. q laus ioannis baptiste i. vj cōprehendit. s. ex parentibus. miraculis: moribus: munere: et pdicatione: atqȝ ortus solennitate. ¶ Laus autē parentum fm ambro. ex. v. manifestat ait eñ sic. Plena laudatio quā genus in moribus: mores in equitate: officiuȝ in sacerdotio: factū in mādatis: iudiciū in iustificationibus cōprehendit. ¶ Scđo laus eius appet ex miraculis Quoꝝ quedā fuerunt ante eius cōceptionem in vtero scȝ angelica nunciatio: nōis īpositio: et loq̄le patris amissio. Quedā qꝫtū ad eius cōceptionē in vtero. s. pternaturalis pceptio eius in vtero sanctificatio et pphetalis doni repletio. De his plenius dicet in cōceptione sctī ioannis baptiste. viij. idus octobris. Quedā qꝫtū ad eius natiuitatē ex vtero. s. vtriusqȝ parentis spūs pphetalis adeptio. Nam et mater nomē sciuit qđ nō didicerat a marito: et pater cāticū edidit edoctus a spūsctō. Loq̄le patris reseratio: qꝛ mox vt filij nomen scripsit: aptū est illico os eius et lingua eius etc. Et spūsctī repletio: qꝛ zacharias pater ei9 repletus est spūsctō. Ambrosius respice ioannē qꝫta vis est in ei9 vocabulo. Cuius nuncupatio reddit muto vocē: pīi pietatem ppło sacerdotē etc. Tertio ex moribus qꝛ sctissime vite fuit. Cuius q̄dē sctitas colligit ex. x. nōibus q̄b9 nūcupat Nominat eñ ioannes ppheta: amicus spōsi: lucerna angelus vox helyas baptista saluatoris pco iudicis et pcursor regis. In ioanne designat pterogatiua pfectionis: qꝛ ioānes dñi gratia interptat. In ppheta pterogatiua cognitionis. In amico spōsi pogatiua dilectionis. In lucerna ardente pogatiua sctitatis. In angelo pogatiua v̾ginitatis. In voce pogatiua feruoris. In baptista pogatiua mirabilis honoris. In pcone pogatiua pdicationis. In pcursore pogatiua pparationis. Unde merito eius sctitas hȝ testimonium: a supcelestibus: a celestibus: et a subcelestibus. A supcelestibus. i. ab ipa trinitate. Et pmo a patre qui vocat eum angelum mal. iij. Ecce ego mitto angelum meum etc. Nā et officium angeloꝝ exercuit dñm nunciādo: dicēs. Ecce agnus dei etc. Scđo a filio: sicut pȝ mathei. xi. vbi xps eū cōmēdat dicēs. Inter natos mulieꝝ non surrexit maior ioanne baptista. Tertio a spūsancto: cum per os patris sui dixit luc. j. et tu puer ppheta altissimi vocaberis etc. Itē hȝ testimonium a celestibus. angelus siquidem multiplr cōmendat ostendens cui luce. j. vbi eū angelus ... erit eñ magnus corā ... quāte sit dignitatis quo ad ... qꝛ vinū et siceram non ... dño quāte ... quo ad p... bibere ... ad ... tis quo ad ... filios israel conuertet etc. Itē a sub... sicut a patre suo et vicinis qui di... ... iste erit. ¶ Quarto laus ei9 cō... Habuit eñ munus: in vteri ingres... mundi progressu et in mundi disces... habuit triplex mirabile munus ... sanctificatus fuit. Hieremie. j. An... sanctificaui te. ¶ Secundo quia ... Nam in vtero matris exultās deum

adesse cognouit: vnde dicit chrysostomus quod vbi beata virgo helizabeth salutauit: sermo procedens de vtero in quo habitabat dominus: et per aures helizabeth ingressus ad ioannem descendit: et ipsum in prophetam inunxit. Tertio quia suis meritis matri propheticum spiritum obtinuit. Nam secundum chrysostomum oculus in verbo confessionis aperuit: vt cuius non viderat personam. cognosceret dignitatem dicens: vnde hoc mihi: vt veniat mater domini mei ad me. ¶ In vteri egressu habuit triplex munus. Quoniam ortus fuit miraculosus: sanctus et iocundus. Quia miraculosus: excluditur defectus impotentie. Quia sanctus reatus culpe. Quia iocundus lamentum miserie. ¶ In mundi progressu: habuit similiter multiplex munus. Quoniam habuit perfectiones omnium sanctorum. Nam propheta fuit quia dixit: qui post me venturus est etc. Plusquam propheta: quoniam ipsum digito demonstrauit. Apostolus: quia a deo fuit missus. Nam grece apostoli latine dicuntur missi: vnde fuit homo missus a deo etc. Martyr: quia pro iusticia mortem sustinuit. Confessor quia confessus est: et non negauit. Virgo: qui puritatem angelicam habuit vnde et angelus appellatur: vt dictum est. ¶ In mundi vero recessu habuit triplex munus. Quia efficitur martyr inuictus: tunc enim palmam martyrij adeptus est. Dirigitur nuncius preciosus. Nam his qui erant in limbo nuncium attulit de redemptione ipsorum. Et colitur eius exitus gloriosus: eius enim exitus solus ex omnibus qui ad inferos descenderunt: ab ecclesia specialiter celebratur. ¶ Quinto ex predicatione. Ipse namque predicauit primo feruenter: cum dixit: genimina viperarum etc. Hic autem feruor fuit inflammatus charitate: quia erat lucerna ardens. hiere. j. Posuit os meum vt gladium acutum. Informatus veritate quia erat lucerna lucens. ioan. iij. Vos misistis ad ioannem: et ille testimonium perhibuit veritatis. Directus discretione et sciencia: vnde turbis et publicanis et militibus secundum quorumcunque exigentiam propriam legem dedit. Firmus constantia: vnde tam constanter predicauit quod ex hoc vitam amisit. Secundo predicauit prudenter. Cuius prudentia in tribus consistit. Primo qui vsus est comminationibus: vt malos terreret dicens. Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Secundo promissionibus: vt bonos alliceret dicens penitentiam agite: appropinquabit enim regnum celorum. Tertio moderationibus. vt mediocres paulatim ad perfectionem attraheret: vnde turbis et publicanis et militibus leuia imponebat vt postmodum ad maiora proueheret. Turbis vt operibus misericordie insisterent. Publicanis vt se ab alienorum appetitu abstinerent. Militibus: vt neminem offenderent: et suis stipendijs contenti essent. Tertio predicauit: efficaciter: quoniam eius predicatione multi conuersi sunt: predicauit enim verbo per assiduitatem doctrine: et exemplo per sanctitatem vite. Sexto laus eius recolitur ex ortus dignitate: quia preter christum nullius hominis natiuitas ab ecclesia celebratur nisi sola beati ioannis baptiste. Celebratur autem eius ortus secundum magistrum guilelmum antisiodorensem. triplici ratione. Primo ratione sanctificationis in vtero. Secundo ratione dignitatis in officio. Ipse enim tanquam lucifer venit: et nobis orientis solis gaudium primus nunciauit. Tertio ratione iocunditatis in ortu suo. Nam angelus predixerat: et multi in natiuitate eius gaudebunt. Et ideo nos merito gaudere: et ortum eius recolere debemus. ¶ Et notandum quod ioannes euangelista hac die migrauit ad dominum. Sed ecclesia festum eius in tertium diem natiuitatis christi celebrandum instituit: non quia euangelista baptiste cesserit vel minor maiori: sed quia tunc eius ecclesia dedicata fuit: et quia ipsum festum tunc congruentius celebrandum visum extiterit: vt christus natus a prothomartyre et apostolo et innocentibus sociaretur et ioannis natiuitas in suo die deuotius coleretur.

¶ De sanctis lucia virgine et ancecia martyribus. Cap. iiij.



Lucia virgo et ancecias eius dominus temporalis rome martyrium passi sunt temporibus diocletiani. Hec romana origine ab ancecia barbarorum rege capta et in patriam suam adducta est. Quam dum barbarus violare vellet: audiens ab ea quod deum celi haberet sponsum eius defloratoris vltorem extimuit et reuerenter ipsam tractatus in solitaria domo reposuit ancillis alijs ei ad ministerium deputatis: que die noctuque ieiunijs et orationibus intenta erat. Cuius etiam precibus idem rex pluries de suis hostibus triumphauit: videns eius sanctitatis exemplo ad christum conuersus virginem manumisit. Dum autem illa repatriare vellet: reuelatione diuina premonita: ancecias dei prudentia deserto regno virginem vsque romam secutus est: vbi ambo ipsi pro nominis christi confessione detrucati gladio martyrium impleuerunt. viij. calen. iulij.

¶ De Inuentione corporis sancti Marci euangeliste. Cap. v.



Inuentio corporis sancti marci facta fuit in ciuitate venetiarum tempore ordelaphi faletri ducis venetorum. Cum enim sacrum corpus beati euangeliste ab alexandria venetias translatum: et in basilica eius nomini constructa depositum esset: vt dictum est supra pridie calen. febr. contigit: vt post multorum decursus temporum vbi sanctum corpus quiesceret innouatis etatibus nesciretur. Et cum post diligentem inquisitionem nemo tunc viuens huius rei conscius inueniretur: toti vrbi venetiarum ieiunium triduanum indicitur. Quartoque die vniuersus clerus et populus ad eius ecclesiam congregantur: in qua leta nimis perfectis processione disposita orationibus et lacrymis profusis: dei misericordia imploratur: vt eis sanctum corpus reuelare dignetur. Tunce scissis marmoribus columne circumpositis arca que inferius claudebatur: corpus quoque concludens eruptit: et in conspectu omnium per seipsam mirabiliter exiluit sicque beati marci corpus cunctis innotuit: quod a duce et clero et populo cum gaudio reuisum: et inde leuatum ac honorifice condecenti tumulo in alio loco in ipsa ecclesia locatum est. Ad cuius tumbam miracula diuinitus creberrime fiunt: vbi et infirmi curantur: et demones effugantur. Facta est autem inuentio siue ostensio huius corporis. vij. cal. iulij.

¶ De sancto Sosipatre discipulo. Cap. vj.



Sosipater discipulus beati pauli apostoli fuit: et vt abbas dorotheus scribit episcopus iconij: atque vnus ex septuagintaduobus discipulis christi. Sed origenes ipsum thessalonicensis ecclesie episcopum fuisse ponit traditione maiorum. Qui beato paulo apostolo multo tempore adherens demum ab eodem pontifex constitutus: officium predicationis fideliter adimpleuit: et apud beroam obdormiuit. vij. cal. iulij.

¶ De sancto Prospero episcopo confessore. Cap. vij.



Prosper episcopus aquitanicus oppido lemouicensi oriundus fuit. Qui tam clericus existens omnibus pro christo pauperibus erogatis de ciuitate sua egressus peregrinationis gratia romam adijt; et leoni primo pape dudum adhesit.

Et cum

Et cum eodem pariter multas ep̄las ad diuersas eccle-
sias cōscripsit: in q̄bus errores eutycetis et nestorij tūc ma
xime pullulantes mirabilit̄r confutauit. Fuit eñ oīm libe
ralium artium cognitione peritus: et tam diuine q̄ humane
philosophie studio plenius imbutus. Peregrinatione
autem sua peracta dum repatriare vellet: leo papa per vi
sum diuinitus admonet̄: vt p̄sperum in rhegynum ep̄m
ordinare deberet successurum in ipsius vrbis p̄sul: post dies
modicos moriturum. Quod dum p̄sper didicisset: diutiusq̄
pastoralem curam recusaret: tandē summo pontifici hu
militer obediuit: ipsumq̄ leo papa in ep̄m cōsecrauit: et rhe
gynen. ecclesie destinauit. Et dum sanctus eidem ciuita-
ti iam propinquus esset ep̄s q̄ tunc erat: humanis exemptus
est: cum autem populus p̄ eligendo ep̄o sollicitaret̄: p̄sby
tero cuidam seniori et sanctissimo oīa que rome gesta fue-
rant diuinitus reuelant̄: et q̄ iam p̄sper sibi a deo esset da
tus et a leone pontifice consecratus. Quam visionem cum
clerus et populus didicissent: leti omnes sancto ep̄o venia
miter occurunt: et in pastorem suum gratanter suscipiunt
Qui gregem dominicum verbo et exēplo sollicite pauit: et
in sanctitate vite perfectus in pace quieuit. vij. calen. iulij
anno dñi. cccclxv. tempore hylarij pape: et martiani impa
toris. Sepultusq̄ fuit in basilica sancti apollinaris: quā
Allicanus martyr apud alexādriā tp̄e iuliani apostate passus est. Hic em̄ sub constantino magno imparatore romani exercitus dux fuit. Cū aūt gens scytharū dacias ⁊ thraciā occuparent: ⁊ gallicanus dux gētilis contra gentem predictam mitti deberet: cōstantiam cōstāntini filiam sibi p̄ mercede laboris in vxorem petebat: qd̄ etiā romani p̄ncipes plurimum fieri postulabāt. Pater aūt plurimū tristabat sciens filiam suam a btā agnete sanatā vt dictū est supra in eius legenda. v. calē. februarij in v̄ginitatis p̄posito positā facilꝰ occidi posse ꝙ̄ ad ꝯsensū inclinari: v̄go tñ de dn̄o ꝯfidēs patri suasit vt eā sibi spōdeat cū victor redibit: verūtñ duas filias suas atticā ⁊ arteniā q̄s ex ꝯiuge defuncta susceperat ipse gallicanꝰ secū manere p̄mitteret: vt p̄ eas mores ⁊ votū patris scire posset: ⁊ ipsa duos prepositos suos germanos eunuchos ioannē ⁊ paulū sibi ꝯcederet: in specie quasi maioris firmitatis: rogās deū vt ipsū ⁊ filias ad xp̄m cōuerteret. Que oīa cū essent īpleta gallicanꝰ assumptis ioanne ⁊ paulo ⁊ copioso exercitu p̄ficiscit: sed tñ a scytharū gēte eiꝰ exercitꝰ frāgit: ⁊ in vrbe thraciarū ab hostibꝰ obsidet. cui ioānes ⁊ paulꝰ dixerūt vt votū deo celi faceret ⁊ procul dubio victor esset. Quod cū fecisset: statī iuuenis ferēs crucē sibi apparuit: ⁊ vt sumēs gladiū se sequeret admonuit. Quē ille accipiēs p̄ media castra iuit: ⁊ ad regē vsq̄ deueniēs nullū occidēs solo timore precedētis vniuersos hostes subiugauit. ⁊ romanis tributarios fecit. Duoq̄ milites armati eidē apparētes: eū hincinde ꝯfirmabāt. Factus ergo xp̄ianꝰ romā rediit ⁊ aplo⁊ mor basilicas visitauit. Rogauit aūt augustū vt sibi indulgeret: si filiā suam minime desp̄onsaret: eo qd̄ decetero xp̄o ꝯtinēs viuere p̄posuisset. Qd̄ dū ꝯstātino plurimū placuisset ⁊ due filie gallicani p̄ ꝯstātiā v̄ginē ꝯuerse fuissent secūq̄ in monasterio btē agnetis p̄manerēt. Ipse gallicanꝰ ducatui cessit: ⁊ q̄nq̄ milia seruorum suo⁊ manumisit: oīaq̄ paup̄ibꝰ tribuēs: xp̄o cū q̄busdam seruis dei in paup̄tate seruiuit: multaq̄ miracula faciebat: ita vt solo iussu demones ab obsessis corp̄ibꝰ effugaret. Huius sacre opinionis fama in toto orbe terrarū intātū excreuit: vt ab oriēte ⁊ occidēte veniētes: viderēt virū ex patricio ⁊ ꝯsulē lauātē pedes pauperum: ponētē mēsam: aquā in manibꝰ effundētē: lāguentibus sollicite ministrātē: ⁊ cetera seruitutis officia exhibētem. Perseuerauit aūt gallicanꝰ in sctis hm̄oi pietatis op̄ibus vsq̄ ad tp̄a iuliani imparatoris: q̄ cū imperiū sublimatus xp̄ianos p̄sequeret: misit ad ostiā ciuitatē: vbi gallicanus degebat: vt titulos fiscales domibus ab eo in subsidiū paup̄⁊ fabricatis imponeret. Sed cum oēs exactores illuc accedētes a demonio vexarent mādauit iulianꝰ vt aut dijs imolaret: aut exinde discederet. Tāto em̄ viro nō audebat mortē inferre. Ille igit alexādriā perexit: ⁊ p̄ annum in heremo cum sanctis ꝯfessoribus habitauit. Deinde tētus a comite rauciano cum sacrificare contemneret: transfixus in corpore gladio martyrij coronam percepit. vij. calendas iulij: alexandrieq̄ tumulatus iacet in ecclesia eiꝰ nomini fabricata.

¶ De sctis Joāne ⁊ paulo martyribus. Caplm̄. ix.



Oannes ⁊ paulꝰ martyres rome passi sunt sub imparatore apostata iuliano. Quo⁊ p̄or prepositus: secundus p̄micerius fuit ꝯstantie constantini filie v̄ginis: vt superius dictum est in passiōe gallicani martyris. vij. calen. iulij. Julianus vero imparator captus cupiditate sacrilega auaritiā suā euāgelij testimonio colorabat. Nā facultates xp̄ianis auferens dicebat ꝙ christus in euangelio docuerat: vt nisi qui renūciauerit oībꝰ q̄ possidet: nō p̄ōt xp̄i eē discipulꝰ. Audiēs aūt ꝙ ioannes ⁊ paulꝰ ex opibꝰ q̄s ꝯstātia v̄go reliq̄rat: xp̄ianos paup̄es sustētarēt: mādauit eis: vt sicut ꝯstātino ita quoq̄ ⁊ sibi adherere deberēt. Qui r̄nderūt ꝙ ꝯstātino ⁊ ꝯstātij imparatoribꝰ vti christianis adheserāt eisdēq̄ in palatio famulati fuerāt. Juliano aūt vti apostate: ⁊ q̄ religionem plenam virtutibꝰ reliq̄rat: penitus obedire contemnebant. At imperator se clericatum in ecclesia obtinuisse iactabat: sed considerās vanū esse inertiā ⁊ ocium sectari: relicto clericatu militie animum dederat dijs sacrificando: quorum suffragijs ad imperij apicem peruenerat: vnde ⁊ ioanni ⁊ paulo. x. dierum inducias ꝯcedebat: vt si infra ipsum terminum a xp̄i cultura non discederent: ⁊ militiā suā reassumere recusarent coacti postmodum facerent qd̄ sponte facere non curabāt. Cui sancti dixerunt: vt iā. x. dies preterisse existimās continuo faceret: quod post. x. dies facere minabatur. Quibus imperator asseruit ꝙ eos post dictum terminum: non vt martyres: sed vt hostes publicos puniret. Tunc ioānes ⁊ paulus per totos. x. dies elemosynis insistebāt: ⁊ oīa sua inopibus erogabant. Decima autem die missus est ad eos terentianus cāpi ductor ab imperatore hora cenandi: qui ingressus inuenit eos orantes obtulitq̄ eis ex parte iuliani imperatoris auream statunculā iouis: vt ei thura incenderēt. alioquin gladio simul perirent. Qui cum se nullum aliū dominū

habere nisi xp̄m dicerēt: hora tertia noctis trāsacta sicut illi indictū fuerat: vt sine strepitu punirent: eos ambos decollauit: intra domū ipsoꝝ. fecitq̨ fieri foueam ꝛ eoꝝ corpora in ipsa domo inuoluta reponi: faciēs famā ꝙ in exiliū missi eēnt. Demones aūt ex obsessis corpib⁹ intra domū ioannis ꝛ pauli eyciebant: cōfitētes sanctā passionē eoꝝ. Post hec filius terentiani a demone rapit: ꝛ intra ipsam domum clamare cepit: ꝙ a sctis martyribus vreret. Qd videns terentianus: ad locum accedēs: orāsq̨ cū lachrymis pctm̄ suum cōfitet: ꝛ filius eius mox a demone liberatur: ac deīn cum patre conuersus ad xp̄m baptizatur: qui terentianus scripsit sanctorum martyꝝ passionem: qui passi sunt .vj. calen. iulij anno dn̄i. ccclxiij.

De sctō Vigilio ep̄o ꝛ martyre. Cap̄. x.

Vigilius ep̄s tridentinus ꝛ martyr natione romanus a puero xp̄ianus liberalib⁹ studijs athenis edoctus: cū maxentia matre nobili ꝛ cū filijs suis claudiano ꝛ maioriano ad ciuitatē tridētū deuenit: deo seruiēs ꝛ miraculis clarens vbi asterio tridentino ep̄o defuncto: ipse a pplo cū esset annoꝝ .xx. q̄uis diudum renuēs in pōntificē electus est. Qui oēm pplm ciuitatis ꝛ diocesis tridētine adhuc maiori pte idolis deditū ad xp̄z cōuertit: pdicationis grā cōtinue circuiens ptes illas: q etiā de licentia episcoporum brixien. ꝛ veronen. in eorum diocesib⁹ pdicans: multos ab idoloꝝ cultu eripuit. Et sisinniū: martyriū ꝛ alexādrū martyres in pdicatiōe socios ꝛ coadiutores habuit: de quib⁹ supra in eoꝝ passione actū est .iiij. calen. iunij. Quoꝝ etiā corpa apd̄ vallemannonis p xp̄o passoꝝ tridentū trāsuecta sepeliuit: ꝛ ipsoꝝ alas celos ascēdere cōspexit. Cū in vno solo ei⁹ ep̄atus loco i mōtanis sito: noīe radēna gētilitatis vestigia remāsissent: ꝛ ipse cū miliano p̄sbytero ꝛ fratrib⁹ suis claudiano ꝛ maioriano xp̄m ibidē pdicasset: ac etiā saturni idolum euertisset: transiens fluuiū sarca p quem benacus defluit: a rusticano vulgo in eū furēte insecut⁹: ac lapidib⁹ solus ipse obrutus est: socijs sine lesione dimissis: cui⁹ corpus ad ecclesiam suā delatū est: ac in eccl̄ia martyꝝ geruasij ꝛ ptha sij: quā ipse edificauerat tumulatū: vocabulo ipsius ecclesie in noīe sctī vigilij mutato. In cuius sepulturā ꝛ demones effugati sunt: ꝛ diuersis languorib⁹ egri curati. Sed ꝛ brixienses qdā de eius collecto sanguine ptē brixiā detulerunt in cuius vtute plurima fuerūt ostēsa miracula. Claruit in ep̄atu annis .xx. Impantib⁹ gratiano ꝛ valentiano: honorio ꝛ theodosio magno pncipib⁹ ꝛ passus ē .vj. cal. iulij. Hic ad simpliciū quendā in laudē martyꝝ scripsit librū. Item ep̄lam eoꝝ gesta supplicia ꝛ funera suo tēpore apud barbaros continentem. Itē ad ioannē chrysostomum ep̄lam pdictoꝝ martyꝝ sisinnij martyrij ꝛ alexādri passionem explicantem.

De sctō Vigilio ep̄o ꝛ martyre. Cap̄. xj.

Vigilius ep̄s antisiodoren. passus est tpe constātini iunioris. hic in ip̄o ep̄atu sedit annis .xxv. Edificauitq̨ de facultatib⁹ proprijs ac dotauit eccl̄iam dei genitricis extra muros in q ꝛ cōuentū monachoꝝ ꝛ hospitale paupꝝ cōstituit. Qui ppter suā sctītatē inimicis iustiēie odiosus effectus a baracone seneschallo regis francie: q ebroino regi sancti leodegarij occisori in regno successerat: in cocia silua ppe cōpēdiū occisus est .vij. calen. iulij. Cū aūt corp⁹ eius ad suā eccl̄iam veheret: ꝛ p senonas transitū habere cōtingeret: carceres illico diuinitus sunt reserati: vinculis quoq̨ ac cōpedibus cōfractis oēs cōclusi ꝛ in ergastulis ibi iuxta detenti absoluti sunt: corpus sacrum vsq̨ antisiodorum comitantes.

De sctō Vigilio papa ꝛ martyre. Cap̄. xij.

Vigilius papa ꝛ martyr natione roman⁹ ex patre ioāne cōsule romanoꝝ silueriio pape in pōtificatu romano successit: ꝛ sedit annos .xvij. menses .vj. dies .xvj. Hic cū silueriij pape decessoris sui archidyaconus esset: ꝛ ad papatum ambiens theodore auguste fautor extitit: vt siluerī⁹ papa a belisario patricio de ep̄atu eiectus in exiliū mitteret: vt supradictū est in passione silueriij .xij. calen. iulij. vnde et suasu atq̨ autoritate theodore ad papatū pmotus est. Qui tn̄ post mortē silueriij de cōmisso penitētiā egit: ꝛ martyrium passus feliciter terminauit. Huius tpib⁹ apd̄ cōstātinopolim .v. synodus celebrat sub iustiniano pncipe cōtra theodorū ꝛ oēs hereticos: q beatissimā mariā tātū hoīem ꝛ nō deū genuisse affirmabāt. In qua synodo catholice statutū est: vt btā maria semp virgo theotheca diceretur. i. mr̄ dei ꝛ hoīs saluatoris vn̄i ꝛ ex hoc theodore exosus effect⁹ ab eadē quēadmodū ꝛ pdecessor ei⁹ expulsus ē vt anthemiū patriarchā cōstantinopolitanū ab agapito ppt heresim de sua sede eiectū reuocaret: ꝛ l sua sede restitueret. Qd cū facere abnuisset: ab eadē augusta multas psecutiōes passus dehic cōstātinopoli adduct⁹ ꝛ alapizat⁹ ē ac demū de eccl̄ia sctē sophie: i quā cōfugerat extrahit ꝛ misso fune in collo ei⁹ p totā vrbē de mane vsq̨ ad vesperā trahit nouissime quoq̨ actus in exiliū morit. Corpusq̨ ei⁹ in locello repositū romā trāsfert: ꝛ apud sanctū petrū sepelitur. Hic cōstituit missam in ecclesia celebrari vsus ptem orientalem: vt in xp̄i faciē sacerdos intendat: eo ꝙ xp̄s in cruce pendens versus occidentē aspexit. Et cessauit ei⁹ episcopatus dies quinq̨.

De sctō Vigilio confessore. Capl̄m. xiij.

Vigilius cōfessor ꝛ dyaconus claruit tēpore leonis pmi impatoris. Hic monachorum regulā ex traditione sctōꝝ patrū totius pfessionis monastice disciplinā continentē q ad pfectū fratrē in cōuentu legit breuiatā lucidoꝝ apto sermone cōscripsit. Et apud vrbē regiā cōstātinopolitanā sctītate pditus in pace diem extremum conclusit.

De sctō marentio abbate. Cap̄. xiiij.

Marentius abbas pictauien. tpe clodouei regis francoꝝ claruit. Qui inter cetera ipsius sanctitatis ostensa miracula iuuenē a morte corpis suscitauit. Aues siluestres relicto nemore ad ip̄m mansuetius aduolabant: ꝛ de manu eius tritici grana ꝛ panis fragmenta legebāt. Sepius visitabat ab angelis: adeo vt cella ipsius in modū stellaꝝ splēdore frequēti⁹ videretur. Qui etiā pane ordeaceo solo ꝛ aq̄ cōtēt⁹ sepi⁹ celico pane sibi ministrato diuinit⁹ reficiebat. Hic die qdā estiuo tpe sitiētib⁹ monachis: ꝛ aq̄ in loco deserto carentib⁹ baculo terrā feriēs fontē ex humo pduxit: ex quo lāguētes qq̨ potati ad psens vsq̨ sanant. Cū aūt frāci cum rege clodoueo cōtra gothos ad bellū pcederēt venientes ad monasteriū sctī viri: vt illud spoliaret: ꝛ qdā ex illis abbatē p posse resistētē gladio pimere vellet: gladiūq̨ sup ei⁹ caput eleuasset: man⁹ cū brachio in aere suspēsa remansit: quā nec deponere valuit: ꝛ postmodū seip̄m dētibus laniare cepit. Reliq̄ vo excecant: ꝛ adeo mēte turbant: ꝙ se mutuo cognoscere nō valebant. Quod rex audiens ad marētiū venit: ꝛ p se ac suis veniā petijt: cūctisq̨ ipsis liberationē mētis ꝛ corpis humiliter impetrauit. Cum qdā cultor segetū in messem sctī man⁹ iniecisset: man⁹ eius subito cōtracta est. Qui veniēs ad virū dei veniā de cōmisso postulauit: ꝛ sanitatē reportauit. Mulieris cuiusdā cuius die dñico filia torquētis man⁹ inutiles facte fuerāt: ips̄ inuocātis man⁹ subito resanauit. Obitū suū lōge ante presciuit: ꝛ monachis suis pdixit: ꝛ vt predixerat in pace qeuit videlicet sexto calendas iulij hora nona: sepult⁹ in monasterio

sterio suo pictauiensi.

¶ De sctō Crescente discipulo. Capitulm.xv.

Crescens discipulus btī pauli apłi fuit: q̄ primo in gallias trāsitū faciens verbo pdicationis multos ad fidē xp̄i conuertit. Deinde rediens ad gentē: cui specialr ep̄s fuerat datus: videlz galatas vsq3 ad beatum finē vite sue in opere dn̄i populum confortauit: officio quoq3 pdicatiōis fideliter pacto in domino quieuit quinto calendas iulij: galatie sepultus vt dicit ado. τ ex hieronymi martyrologio

¶ De sctis zoilo τ socijs eius martyribus. Cap.xvj.

Zoilus martyr cū alijs.xix. socijs suis apd cordubā hispanie p xp̄i noīe martyriū passus est v.calē.iulij. Cuius quidē zoili corpus cū multo tpe ex vbinā sepultū fuerat: latuisset: venerabili ep̄o eiusdē ciuitatis noīe agapito ex diuina reuelatiōe reuelatione manifestatū: τ ab eodē receptuz atq3 honore condecenti collocatum est: hec ado.

¶ De sctō zoilo presbytero. Capitulm.xvij.

Zoilus p̄sbyter aqlēiensi. fuit q̄ cū corpus btī martyris chrysogoni τ aliorum plurimorum p xp̄o passorum sepelisset: vt dr̄ infra in passione chrysogoni.vij.calen.decembr. apparente sibi btō chrysogono pdicto: τ eidez felicē sui obitū pnunciante: omni vite perfectione consummata ad xp̄m migrauit. Sepultusq3 est in aquileiensi ciuitate.

¶ De sctō Leone papa scdo τ cōfes. Capitulm.xviij.

Leo papa huius noīs scdus natione siculus ex pr̄e paulo agathoni pape l ep̄atu romano successit: seditq3 annū.vnū menses.x.dies.xvij. Hic fuit eloquentissim⁹ in diuinis scripturis sufficienter instructus greca latinaq3 lingua eruditus: cātilena ac psalmodia pcipuus: τ in earuz sensib⁹ subtilissima exercitatiōe sublimat⁹: līgua quoq3 scholasticus τ locutiōe politus: exhortator olm bonoz operum: pleni florentissimā sciam ingerebat: paupertatis amator: erga inopū puisionē non solū mentis pietate: sz etiaz studij sui labore erat sollicit⁹. ¶ Hic suscepit sanctā sextā synodū cōstātinopoli celebratā sub cōstātino iuniore cōdēnās ea q̄ ipa dānauerat synod⁹. Hic cōstituit pacē dari in ecclijs toti⁹ xp̄ianitatis fidelib⁹ post agnus dei. Constituit etiā: vt q̄ ordinat⁹ fuerit archiep̄s. nulla cōsuetudine p vsu pallij aut diuersis officijs aliquid ecclesie psoluere debeat. ¶ Quadā aūt die dū pauperem leprosum suscepū in suo lectulo collocasset: τ cubiculū secreto clausisset: postmodū rediens: τ cameram aperiens: atq3 pauperem minime repiēs intellexit se xp̄m in pauperē suscepisse.

¶ Huic etiā cū p dies.xl. ieiunijs τ orōnib⁹ ad altare btī petri apłi pseuerasset: τ p suo venia criminū apłz exorasset: beatus petrus apparens dixit: ola sua pctā a dn̄o fuisse dimissa: pter pctm̄ manus impositionis: de quo solo in morte sua rōnem reddere oportebat: qui die.iiij.calē.iulij in xp̄o feliciter obdormiuit: τ sepult⁹ est ad sanctū petruz apłm. ¶ Hic fecit ordinationem vnā p mensem iunij: et ordinauit p̄sbyteros.ix. dyaconos.iij. ep̄os p diuersa loca numero.xxiij. Et cessauit ep̄atus mēses.xj. τ dies.xxij.

¶ Hic de multis scie̅tijs cōposuit hystorias τ cātus τ plura ecclesie vtilia scripsit. Homelias declamatorias multas cōposuit. Decretales episto.lxx. Sermones ad pplm lxx. vnde τ sermologus dictus est: vt dicit gennadius de viris illustribus.

¶ De sctō Leone papa tertio. Capitulm.xix.

Leo papa huius noīs tertius natione romanus ex patre azulpho hadriano primo pape in pontificatu romano successit: τ sedit annos.xx. menses.v. dies.xvj. Qui dū ad capescēdam sedē apostolicā vrbem intraret: audiuit voces angelorum concinentium. Dicit dn̄s. Ego cogito cogitationes pacis τc. Fuit autem tpibus caroli magni primi imperatoris francorum. ¶ Hic duz pgeret in die sancti marci de laterano ad letaniam maiorem apud sanctū petrum p agendam ex more: a romanis captus τ erutis sibi oculis: linguaq3 pcisa nudus ac semiuiuus in monasterium missus est. Sed dn̄s omp̄s eidem miraculose τ loq̄lam τ visum restituit. Posteaq3 pcexit ad carolum regem francorum: a quo honorifice susceptus est. Et cum ei cūcta: que sibi contigerant: intimasset: rex pre nimio cordis dolore fleuit. Statimq3 legatos suos romam misit: τ leonem cum honore in sedem suam restituit. Et post temporis spatium cum carolus de saxonia victor redisset: romā venit: ibiq3 honorifice a clero τ populo susceptus est. Cūq3 de quibusdā criminibus pape obiectis inquisitionem fecisset: τ nihil obiectorum a calumniatoribus pbari posset: pontifex ipe coram omni populo ad euangelia se purgauit. Et in die natalis dn̄i carolum magnum imperatorem romanoz coronauit: populo sibi laudes imperiales ex more acclamante. Sicq3 imperium ab ea die in francos translatum est ex constitutione apl̄ice sedis: filios quoq3 caroli pipinum in longobardoz: lodouicum equitanioz carolum vero saxonum reges inunxit. Post hec carolus imperator inimicos τ calūniatores pape vt maiestatis reos capite dānauit. Pro quib⁹ sanctus pōtifex pio affectu apd iperatorē intercessit. Nā τ vita τ mēbroz integritas eis concessa est. Ceterum p facinoris magnitudine exilio sunt deportati. Carol⁹ vero ad gallias regressus ē: de quo libro xj. in eius speciali hystoria pagett. ¶ Hic pōtifex fecit porticū scti petri: qui adhuc eius noīe dr̄ ciuitas leonina: et muro eā cinxit ppter incursuz saracenoz. Et post alia opera virtutū laudabilia in pace quieuit. Sepultus apd sanctū petrū. Et cessauit ep̄atus dies.iij.

¶ De sctō hyrenco ep̄o τ martyre. Cap.xx.

Hyreneus ep̄s lugdun. policarpi smyrnensi. ep̄i auditor: deinde photini ep̄i: qui lugdunensi. in gallia regebat ecclam p̄sbyter fuit. Eidēq3 photino iā pene nonagenario martyriū passo in ep̄atu successit. Floruit aūt tpib⁹ eleuthery pape τ antonij pij veri τ comodi imperatoz. hic etiā p̄sens extitit concilio patrum celebrato apud cesareā palestine: in quo statutum est vt pascha dn̄i die dn̄ico celebretur obseruata luna.xiiij. mensis martij: vt ait hugo floriacēn. Qui etiam psecutione seueri imperatoris cū omni fere ciuitatis sue populo p fidei sacre confessione glorioso martyrio coronatus est. Sepultusq3 est a zacharia presbytero lugdunensi in crypta sancti iohannis baptiste sub altare. Cui ex vtroq3 latere adiacent epipodius τ alexander martyres. Passus est aūt.iiij.calen.iulij.

¶ Hic plurima egregia volumina compilauit. Scripsit nāq3 cōtra hereses libros.v. Item aliud volumen ingēs τ

conspicuum contra gentiles. Scripsit et libellum ad blastum de schismate. Item alium ad florinum de monarchia et q deus non sit creator malorum. Scripsit et libellum de ogdoade. Item de disciplina ad martianum fratrem. Itē de apostolica pdicatione. Item librum variorum tractatuum Dialogos etiā scripsisse dr. Ferunt et alie ad victorē romanensis pōtificē plures epl'e: sup q̄stione pasche die dñico celebrande. hec hiero. de illustribus.

¶ De sanctis Potamiena virgine et socijs martyribus. Cap. xxi.



Potamiena virgo cū matre marcella: sanctiq martyres plutarchus Serenus Heraclides heros seronius et Basilides cum alijs tribus: et virgo quedā cathecumina hera nomine baptismum martyrij consecuti. Alexandrie passi sunt. Inter quos p̄cipue emicuit potamiena virgo: que primo imensos et innumeros agones p virginitate desudans: deinde etiam p fide exquisita et inaudita tormenta perpessa: tandē cum matre marcella igne martyrium consummauit. Basilides autem virginis carnifex: cum potamiena iam occisa eū p visum confortasset: eiq coronam passionis a deo destinatam iposuisset: conuersus ad xp̄m capite cesus est. Ceteri omnes diuersis supplicijs laniati tandem gladio martyrij palmam perceperunt. Hec in libro. vi. ecclesiastice hystorie. c. v. et vi. horum omnium passio recolitur. iiij. calendas iunij.

¶ De scō Petro apl'orum principe. Cap. xxij.





Petrus apl'or princeps et xp̄i vicarius: alio noīe dictus symon bariona filius ioānis frater andree apl'i de ciuitate betsaida galilee a dño de piscatiōe vocatus et apl'orum maior effectus. Inter ceteros et sup ceteros maioris feruoris extitit. Nam et scire dñi pditorē voluit: quē vt ait chrysostomus si sciuisset dentibus trucidasset. Hic sup mare ad dñm ambulauit. Staterē in ore piscis inuenit. Claues regni celor a dño recepit. Solus inter apl'os: vt xp̄m a iudeis captū defenderet: gladiū exemit. Pascendas oues a xp̄o suscepit. Tria milia hoīm in p̄ma sua pdicatione die pēthecostes cōuertit. Claudū cū ioāne erexit: et tūc q̄nq milia hoīm ad fidē pduxit. Ananie et saphire mortē pdixit. Eneā paralyticū curauit. Corneliū baptizauit. Tabitaz suscitauit. Umbra sui corporis infirmos sanauit. Ab herode incarcerat: sed ab angelo liberatur. Hec ex euāgelijs et act. apl'or. Cibus aūt eius: vt ipse in libro clemētis testat panis solus cū oliuis et raro cū oleribus vsu erat. Indumētū aūt tunica sola cū pallio. In sinu quoq semp sudariū portabat: ad tergēdā inundātiā lachrymar: quas memorās dulcis magri p̄sentie cōtinere nō poterat. Eius gesta et passionē: marcellus eius discipulus et clemēs: ac leo summi pōtifices cōscripserūt. ¶ Cū petrus duos discipulos suos ad pdicandū misisset: et ipsi. xx. dietas iuissent: vnus illor defunctus est. Qd cū petrus altero ad se redeūte cognouisset baculū suū eidē tradidit: et sup corpus defuncti ponēdum mādauit. Qd cū factū esset: ille qui p dies. xl. mortuus iacuerat: resurrexit. Hic dr fuisse btūs martialis: vel vt alibi legit sanctus frōto: qui aūt defunctus fuerat fuit p̄sbyter georgius. ¶ Beatus igit apl's postq sedem pōtificalē. vij. annis antiochie tenuit vt dictū ē supra in p̄ma cathedra scti petri. xv. calen. februarij. Deinde hierosolymā venit: et cū symone mago cōflictū habuit. Nam ipse symon eo tpe erat in hierl'm: qui se p̄mā veritatē dicebat: et sibi credentes ppetuos effici asserebat: et nulla sibi ipossibilia astruebat. Seipm aūt vt deū adorandū ab oī mūdo pphetabat. Dicebat quoq q cū puer esset: mater ipsius rachel noīe eum vt meteret ad agrum mittebat. Ipse vero falci p̄cipiebat: vt p se meteret: et decuplo ceteris p seipsam metebat. Serpētes quoq eneos faciebat mouere: statuas lapideas et lineas ridere: et canes cātare: q oīa demonū incantationibus opabat. Hic ergo cū petro disputare statuit: dieq cōstituta petrus intrauit et pacē astātibus nūciauit. Symō vero se sua pace opus nō habere r̄ndit cū nō ad pacē: sz pugnam insimul cōuenissent. Ecōtra petrus symonē redarguit: qui pacē audire recusauit: cū in disputationibus veritas ad pacē captādā requirat. At symon se deū et dei filiū asserebat dicēs q poterat p aera volare: nouas arbores pducere: lapides in panes cōuertere: in igne sine lesione durare: et oīa sibi placita pficere. Cōtra hunc ergo petrus disputabat: et oīa eius maleficia detegebat. Tunc symon videns q petro nō posset resistere: oēs libros artis magice ne forte magus pderet: in mare piecit: et romā vt ibi haberetur pexit. Ibiq multū ppl'm suis p̄stigijs et apparentibus signis ad se traxit. Quod vbi petrus cōperit: ipm vsq romā insecutus est. ¶ Quarto igit anno claudij petrus romā applicuit: et ibidē. xxv. annis sedit vsq ad annū vltimū neronis cesaris: duos quoq ep̄os linū et cletū sibi coadiutores assumpsit: vnū intra vrbis menia aliū extra. Ipseq p̄dicationi insistens multos cōuertebat: et infirmos q plures curabat. Sed et castitatē multū cōmendās quattuor cōcubinas agrippe p̄fecti ad xp̄m cōuertit: que ad p̄fectum vlterius redire recusabāt: vnde agrippa iratus contra petrū occasionē querebat. ¶ Post hec apparuit dñs petro: et eidē p̄nūciauit q symon magus et nero cesar cōtra ipm cogitarent: sed eū hortatus est: ne dubitaret: qui semper sibi assisteret: et solatiū coapl'i pauli in crastinū vrbem intraturi eidē cōcederet. Dieq sequēti paulus romā ingressus petro adhesit: et secū pdicare cepit. Petrus quoq sciēs se primum passioni in conuentu fratrum positus clemētem sibi successorem in ep̄m ordinauit: et in cathedra loco sui licet diu renitentem sedere coegit. ¶ Symon autem magus intantum a nerone amabatur: q vite eius et salutis et totius vrbis custos putabatur. ¶ Quadam die ante cesarē assistens eius effigies subito mutabatur: vt mō senior mō iunior appareret. Aliquando dum in conclaui cum nerone esset: demō in eius specie foris populo loquebat. Quapropter nero ipsum vere dei filium existimabat. Dixit etiam symon neroni: vt se decollari mandaret et die tertia resurgens: se vere dei filiū comprobaret. Quod cū fieret: speculator putans se symonem decollare: arietem occidit. Symon vero arte magica triduo latuit: et arietis membra colligens abscondit. Sanguis autem animalis congelatus remansit. Die autem tertia se neroni ostendit: et surrexisse asseruit: ac vt sanguinem suum abstergi faceret imperauit. Quod nero videns obstupuit: et ipsum verum deum existimauit. Populus etiam cum reuerenter eidem statuam erexerunt: et titulum eius nominis cōscripserunt. Petrus autem et paulus ad neronem introibant: et symonis fallacias cōfutabant. Addiditq petrus q sicut in christo sunt due substantie. scilicet hominis et dei: sic in symone hominis et dyaboli. Symon vero petro

cōminabat

cōminabat ꝙ angelis suis ꝑciperet: vt se de apl'o vindicarent. petrus vero se eius angelos nō timere rn̄dit. Et cū nero simonē habere deitatē diceret: petr⁹ dixit: vt si vere deus esset: diceret: q̄d petrus cogitabat: ⁊ q̄d latenter ordinabat. ⁊ accedens ad aurem cesaris secreto ei dixit: vt panē hordeaceū sibi occulte deferri iuberet: quē sibi oblatum petrus benedixit: ⁊ sub manica abscondit: ac simonem qui se deū dicebat: q̄d factū fuisset interrogauit. Et ɔtra simon dicebat: vt petrus ꝑpalaret: q̄d ipse simō in mente reuolueret. Petrus v'o rn̄dit: ꝙ cogitationem simonis se scire doceret: dum faceret: qđ cogitasset. Iratus aūt simon canes maximos aduocauit vt petrū deuorarent. Qui cū mox venientes in petrū impetū fecissent ille panē benedictū eis obtulit: ⁊ ꝑtinus eos in fugā cōuertit. Sicqȝ petrus qđ simon cogitauerat: non verbis sed factis se cognouisse docuit: dicens ꝙ qui promiserat contra se angelos exhibituros canes exhibuerat: vt sic ostenderet se angelos non habere diuinos sed caninos. Ex hac disceptatiōe admodū simon ɔfusus est. ¶ Post hec cum simon se iactasset: ꝙ posset defunctos suscitare ⁊ die quadā iuuenis mortuus ad tumulū portaret vocatis petro ⁊ simone hāc oēs ppl'i sn̄iam firmauerūt: vt illum occiderēt: qui mortuū excitare nō posset. Tūc simō suis incantationibus fecit: vt caput mortui agitaretur. Et cum oēs petrum lapidare vellent. Apostolus facto silentio dicebat: vt si defunctus viueret: ꝑ seipm̄ loqueret ⁊ surgeret. Alioqn simone a pheretro separato phantasma diaboli appareret. Separato ergo simone a lectulo puer immobilis ꝑmansit. Petrus etiā a longe stans orōne facta iuuenē ɔfestim in xp̄i noīe excitauit. Et cū ppl's simonē lapidare vellet: petrus ꝓ eo intercessit: ⁊ liberum abire fecit. Tūc simon ad domū marcelli discipuli petri canem maximū alligauit: vt petrū ad discipulū ex more venientē laceraret. Postmodum petrus venit: ⁊ facto signo crucis canem exsoluit. Canis aūt oībus blandiēs solum simonem ꝑsecutus in ip̄m insiliuit: ⁊ vt sibi apostolus iusserat: corpus quidē eius non lesit: sed vestes totaliter lacerauit: ppl's aūt ⁊ pueri simul cū cane illū tanq̄ lupum ex vrbe fugarunt. Cuius opprobrij pudorē non ferens simon ꝑ annum nusq̄ cōparuit. Post annū v'o ad vrbē rediens: iterū in neronis grām receptus est. Qui et populū vrbis conuocauit: ⁊ se grauiter a galileis offensum perhibuit: ⁊ ideo diem statuit: quo mundū deserēs celum ascenderet: q: non dignabat in terris ampli⁹ habitare. Igit die statuta turrim excelsam sibi de lignis a nerone fabricatam ascendit: ⁊ coronatus lauro volare cepit. Apostoli aūt ad inuicem condixerūt: vt paulus oraret: ⁊ petrus imperaret. Cum aūt nero simonē deū assereret: ⁊ apostolos seductores diceret. Paulus āt petro suaderet: vt iam dn̄i iussa ꝑficeret: eo ꝙ xp̄s illos ad se vocaret. Petrus surrexit: angelos sathane ꝑ christi nomē adiurauit: vt simonem amplius non ferrent: sed ad terram corruere ꝑmitterent. Et ɔtinuo dimissus corruit: ⁊ fractis membris oībus expirauit. Nero aūt se talem virum ꝑdidisse doluit: ⁊ apostolos detentos in manib⁹ paulini viri clarissimi tradidit. Qui eos reclusit in custodia mamertina sub cura militum processi ⁊ martiniani: vbi per menses .ix. detenti sunt: vbi etiā beatus apostolus .xlix. milites ibidem detentos conuertit: ⁊ fonte de petra producto baptizauit: vt supra dictum est in eorum passione pridie idus martij. conuersi sunt etiam ad xp̄m ꝓcessus ⁊ martinianus: vt dicet in eoꝝ passiōe .vj. non. iunij. vn̄ ⁊ post menses .ix. carcerem aperuerunt ⁊ apostolos dimiserunt. ¶ Petrus aūt multa fratrum instantia ex vrbe discessit: ⁊ cum venisset ad portam: que nunc dicit scā maria ad passus via apia: vidit sibi christum occurrentem: ⁊ ait. Domine quo vadis: qui respōdit: venio romā iterū crucifigi. Statimqȝ dn̄s disparuit: ⁊ eius adhuc vestigia marmori impressa cernunt. Petrus igit cum hoc de passione sua dictū intelligeret rediit. Et a ministris neronis captus prefecto agrippe ꝑsentat: ⁊ facies eius sicut sol refulsit: paulus etiam simul cum eo captus est. Tunc iubente nerone agrippa prefectus in eos sententiam tulit: vt ambo quidē more romano prius flagellis cederent. Deinde paulus qui ciuis erat romanus: capite truncaret. Petrus v'o tanq̄ alienigena crucifigeret. Qui dato sibi pacis osculo abinuicē separant. Paulus decollatus est ad aquas salinas in via ostiēn. Petrus aūt in vaticano naumachie iuxta palatium neronianū crucifixus est. ¶ Petrus igit cum venisset ad crucem rogauit milites vt verso deorsum capite crucifigeretur: asserens non esse dignum: vt ipse discipulus eo modo i patibulo staret: quo christus magister in cruce ꝑpendit. Tunc illi crucem verterunt: ⁊ pedes sursum: manus aūt deorsum ɔfixerunt. Populus v'o furore replet⁹ volebat neronem ⁊ prefectum occidere: ⁊ apostolū liberare. Qui eos rogauit ne passionem suam impedirent. Dn̄s autem aperuit oculos eoꝝ: qui aderant ⁊ deflebant: ⁊ viderunt angelos stantes cum coronis rosaꝝ ⁊ liliorū: ⁊ petrum cōfortantes: xp̄m etiam assistentē ⁊ librum apertū tenentē ⁊ quicq̄d petrus ppl'o predicabat: ex ipsius libri scriptura sumebat: videns ergo petrus ꝙ fideles eius gloriam vidissent: orōnem premisit: ⁊ grās agens deoqȝ fideles cōmendans spm̄ emisit .iij. calen. iulij. quo ipso die ⁊ eodem anno: vt eccl'ia tenet: coapostolus eius paulus decollatus est: vt infra in eius passione dicetur. Cuius corpus a marcello ⁊ apuleo ei⁹ discipulis de cruce depositum in vaticani loco sepultum est. ¶ In ipsa autem die petrus ⁊ paulus dionysio apparuerunt: vt ipse testat: manu ad manum portam vrbis intrantes: induti veste luminis ⁊ coronis claritatis ornati. Nero autem ꝓ hoc ⁊ alijs cōmissis sceleribus a populo furente ex vrbe pulsus manu ꝓpria peremit. ¶ Tempore cornelij pape greci furati apostoloꝝ corpora illa exportabant. Sȝ statim facto terremotu nimio demones in idolis habitātes clamabāt: ꝙ dij romanoꝝ exportarent. Quapropter fidelibus de apostolis: paganis v'o de suis dijs intelligentibus multitudo armatoꝝ illos insequit: vnde greci timentes apō catacumbas apostoloꝝ corpora in puteum proiecerunt. Que a sancto cornelio inde leuata ⁊ in eisdem locis: vn̄ ablata fuerant deposita fuerunt: vbi iacuerūt vsqȝ ad tēpora siluestri pape: qn̄ vtriusqȝ ipsoꝝ edificata basilica ad ipsoꝝ ecclesias sunt translata: vt dicet infra in dedicatione ipsaꝝ basilicaꝝ .xv. calen. decembris.

¶ De scō Paulo apostolo doctore gentiū. Ca. xxiiij.



PAulus apostolus predicator ⁊ doctor gentiū de tribu beniamin tarso cilicie oriundus gamalielis doctoris discipulus: post sui conuersionem multas persecutiōes passus est. multaqȝ miracula operatus quas hilarius enu-

merat dicens. Paulus apostolus in philippis virgis ce-
dit: in carcere ponit: et in ligno pedibus affigit. In listris la
pidat. In iconia et thessalonica ab emulis persequit. In
epheso feris dat. In damasco p murū in sporta dimittit.
In hierlm cedit: ligat: insidiat: criminat. Nauigans in
italiam periculo eripit. Romam veniens sub nerone iudi
cat et occidit. Apostolatum inter gentes accepit. Quendā
contractum in listris erexit. Juuenem qui de fenestra
ceciderat et expirauerat suscitauit: et multa alia miracula
fecit. Apud mitylenem insulam vipera manū eius inuasit
sed nihil eum lesit: quin potius ipsam in ignem excussit.
¶ Refert aymo q paulus a pullorum cantu vsqz ad horam
quintam labori manuum insistebat: deinde predicationi re-
siduo lucis vacabat. Reliquum temporis comestioni som
no et orationi expendebat. ¶ Ueniens ergo romam cū ne
ro nondum esset in imperio cōfirmatus: et etiam audito q
de lege iudeorum et fide xpianorum inter paulū et iudeos questio
vertebat: non multū inde curauit: et sic paulus quo vole-
bat libere ibat: et libere predicabat: hieronymus etiā libro
de viris illustrib9 ait q paulus scdo anno neronis romā
vinctus mittit: et p biennium in libera manens custodia
aduersus iudeos disputauit. Deinde a nerone dimissus
euangelium in occidentis partibus predicauit. Ac dein-
de romaʒ redijt. Eius aūt sapientia et religio vbiqz diuul
gabat: et ab oībus admirabilis habebat. Multos etiam
de domo cesaris sibi in amicitiam copulauit: et eos ad xpz
conuertit. Cum seneca neronis preceptore singularē ami
citiam habuit eiqz plures epistolas direxit: et ab eo susce-
pit. Quedam etiam scripta eius corā cesare recitata sunt
et mirabiliter cōmendata. Senatus etiam de illo non me
diocria sentiebat. ¶ Quadā die cū paulus in solario cir
ca vesperas predicaret: pincerna neronis nole patroclus iu
uenis imperatoris dilectus: vt paulum propter multitudi-
nem cōmodius audiret: fenestrā ascendit: vnde dormitās
cecidit: et fractis ceruicib9 expirauit. Quod audiens nero
plurimum doluit: et aliū sibi in officiuʒ surrogauit. Pau
lus vero p spm̄ hoc cognoscens: iussit defuncti corpus sibi
deferri. Quem allatū continuo suscitauit: et ad cesarē cuʒ
socijs suis misit. Nunciat imperatori patroclum pre forib9
astare. Quod nero audiens expauit: eūqz ad se ingredi re
cusauit: sed tādē suasus ab amicis intrare pmisit. Et in-
terrogans an viueret: illeqz dū se vere viuere diceret: et a
domino iesu xpo suscitatū phiberet: q est rex oīm seculorum
qui et destruet oīa regna mundi: et solus ineternum regna
bit. Nero eidē alapā dedit: interrogans an illi regi mili-
taret. Cum autem patroclus et alij quinqz milites se xpo
domino militare dicerēt: iussit nero illos in carcerē trudi
vt nimiū torqueret: quos nimis ante dilexerat. Omnes
quoqz xpianos fecit inqri: et sine interrogatiōe p varia tor
menta puniri: inter quos paulus vinctus ad neroneʒ ad
ductus est. Cum autem nero ipsum interrogasset: cur mi
lites suos sibi subtraheret. Rndit paulus: nedum ex vr-
be sed vniuerso orbe milites regi xpo congregasse: q tante
erat potentie: vt iudex oīm veniat: et mundi machinam p
ignem resoluat. Hec audiens nero: ira succensus: q: mū
dum p ignem paulus dixerat resoluendum omnes chri-
stianos iussit igne cremari. Paulum vero vti reum maie
statis capite truncari. Et cum multi xpiani romani occi
si essent: populus cū furore ad palatiuʒ irruit: et contra ce
sarem inclamare cepit: vnde imperator timens edictūm
mutauit: vt nullus xpianos tangeret: donec de illis ple-
nius iudicaret. Quapropter paulus iterum neronis con
spectui presentatur: quem nero turbatus et exclamans si-
ne mora decollari iussit. Paulus vero eidē predixit q mo
dico tempore patiēs christo eternaliter viueret. Et in hu
ius certitudinem promisit apostolus q absciso sibi capi-
te viuus cesari appareret: vt sic christum dominum vite et
mortis intelligeret: et his dictis ad locum supplicij duce

batur. Cum autem tres milites scilicet longinus: megi-
stus: et acestus eum interrogarent: quis esset ille rex queʒ
paulus tantum diligeret: vt pro ipso mortem libenter
subiret. Paulus eisdem christum annunciauit: et ad fidē
conuertit. Et querentibus illis quomodo saluari pos-
sent: ordinauit eisdē vt mane ad locuʒ decollationis eius
venirent: ibiqz duos discipulos titum et lucam orantes in
uenirent: qui causa cognita illos baptismatis vnda per-
funderent: et eterni regni coheredes efficerent. ¶ Post
hec cum ab aliqs militibus a nerone missis ad mortem
pauli accelerandam ipse ad supplicium duceretur: pau-
lus in porta ostiensi obuiauit plautille discipule sue: que
alio nomine lemobia dicebatur: que flens suis se orario
nibus commendauit: cui paulus velum quo caput ei9 te
gebatur: mutuo petijt vt inde oculos suos ligaret: ne mor
tem videns expauesceret: ipsumqz sibi decollatus restitue
ret: quod dum ei tradidisset: ipsam carnifices irridebant
quod preciosum ei veluʒ traderet: quod sibi mortuus mi
nime reddere posset. Cum ergo ad locum passionis venis
set: ad orientem versus et manibus in celum extensis diu
tissime cum lachrymis patria voce orauit: et gratias egit.
Post hec vale faciens fratribus: oculos sibi velo ligauit
et genua flectens collum tetendit. Sicqz decollatus spiri
tum deo tradidit tertio calen. iulij. Mox quoqz caput ei9
a corpore exiliens: iesus christus: qui sibi tam dulcis inui
ta fuerat: et quem tam crebro nominauerat: hebraice ter
tio clara voce psonuit. De eius quoqz corpore vnda lactis
vsqz in vestimenta militis exiliuit: et postea sanguis mana
re cepit. In aere lux immēsa emicuit: et de corpore odor sua
uissimus emanauit. Caput autem abscisum tertio salta
uit: et in vnoquoqz saltu fons de terra scaturijt: qui vsqz in
presens manant in testimonium eius mirifice passionis
¶ Reuertentibus autem militibus lemobia velum san
guine cruentatum ostendit: eisqz dixit q eadem hora pe
trus et paulus vrbem intrauerant veste preclara induti: et
coronis radiantibus ornati: paulusqz iuxta promissum ve-
lum sibi restituerat cōmodatum. Quo miraculo tres mi
lites cōuersi: adhuc magis in domino crediderunt: et a ti
to et luca baptizati sunt: vt infra in eorum passione dicet.
vj. non. iulij. ¶ Audiens nero: que contigerant: vehemē
ter extimuit: et de his cuʒ amicis loqui cepit. Et ecce pau
lus ianuis clausis ante cesarem stetit: seqz viuentem iux
ta promissum asseruit: sed neroni eternam mortem com
minatus fuit: et his dictis disparuit. Nero autem ex timo
re nimio vel vt amens amicorum consilio patroclum et
omnes vinctos xpianos absoluit: et liberos abire permi-
sit. ¶ Caput autem pauli in quadam valle proiectum est
pre multitudine ibidem decollatorum inueniri non po-
tuit. Corpus autem a tito et luca in ipso loco sepultuʒ fuit
Cum autem post decursum temporis fouea mundaretur:
quidam pastor caput pauli in virga leuauit: et iuxta cau-
las ouium p signo posuit: viditqz super caput per tres no-
ctes continuas mirari refulgere lucem. Quod cum epis
copo vrbis nunciatum esset: xpiani putantes hoc esse ca-
put apostoli: egressi omnes cum pontifice caput attule-
runt: et hanc sententiam condixerunt. vt caput ad pedes
corporis poneret et diuina clementia implorata: si caput pau
li esset: corpus miraculose cōuerteret: et collum capiti iun
geret. Et ecce cunctis orantibus et stupentibus corpus se
vertit: et in suo loco capiti se coniunxit. Et sic omnes xpū
benedixerunt: et hoc esse caput apostoli veraciter cogno-
uerunt. Hec dionysius.

¶ De sanctis martyribus Marcello et
Anastasio. Capitulum .xxiij.

Marcellus martyr vna cum anastasio viro mili
tari apud castruʒ argetomacen. pro fide chri
sti comprehensus et in confessione dñi vterqz
ipsorum inuictissimus inuētus ab infidelibus capite ple
xus est


rus est tertio calen. iulij: vt dicit ado.

¶ De sancto Cassio episcopo. Cap. xxv.



Assius eps narmien. apud eandem vrbē claruit tpe totille regis gothorum qui p̄fato regi narnium venienti occurrit. Cui q: ex natura facies rubere cōsueuerat. Hoc rex totilla non conspsionis eē credidit: sed assidue potationis: eūq3 idcirco despexit. Sed deus omps: vt quantus esset q̄ contemnebat: ostenderet: in campo narniensi: vbi rex erat coram omni exercitu malignus spūs spatharium eius inuasit: eumq3 vexare crudeliter cepit. Qui cum ante regis oculos ad sanctum epm esset adductus: hunc ab eo vir domini facto signo crucis expulit: qui in eum ingredi vlterius non presumpsit. Sicq3 ab illo die rex barbarus virum dei cepit venerari ex corde: quem despectum prius iudicabat ex facie. Hic quotidianas hostias deo offerebat: et omnia que habere poterat: in elemosynas pauperum tribuebat. ¶ Quadam vero nocte dñs p visum cuidam eius p̄sbytero apparuit eiq3 dixit vt ad epm pergens diceret: quatenus ea que ceperat ageret: nec ab incohatis desisteret: quoniam in natale apostolorum ad se veniret: et tunc sibi mercedem suam redderet. Sed quia dies apostolorum vicinus erat: presbyter episcopo indicare visionem timuit. Alia nocte xps iterum redijt: et inobedientiam presbyteri increpans: iussa iterum imposuit. Sed dum presbyter pergeret: et epm infirmatum audisset: iterum visionem referre dissimulauit: visione igitur tertia dominus apparuit: verbera verbis addidit: et presbyterum tam districta cede mactauit: vt vulnera slivoris corporaliter impressa visionem p spm habitam confirmarent. ¶ Veniens autem presbyter ad ecclesiam sancti iuuenalis episcopum celebraturum inuenit: eumq3 seer etius vocans visionem aperuit: et vulnera verberibus inflicta monstrauit. Quod sanctus audiens ex illo iam die lucra pietatis perauxit: verum cum sibi consuetudo esset annis singulis die apostolorum natalitio romam venire hac visione suspectus tunc venire iuxta morem noluit. Eisdemq3 diebus quasi de sua nece securus sollicitus fuit. Sicq3 reuoluto postmodum anno et deinceps annis singulis vsq3 ad septimum: eo ipso tempore in mortis sue expectatione suspensus fuit. Iam quoq3 quodammodo de visionis veritate desperauerat. Cum ecce anno septimo dum sacras apostolorum vigilias incolumis celebrasset dolor eum corporis in vigilijs attigit: atq3 in die apostolorum celebrare posse recusauit. Sed magna populi compulsus instantia: ecclesiam intrans: vt potuit sacrificium obtulit: moxq3 ad lectulum redijt. Et cum circunstantes clericos diuinis colloquijs admoneret. Inter verba exhortationis terribili voce clamauit. Hora est: moxq3 assistentibus ipse suis manibus linteum dedit: quod sibi ex more mortētiū contra faciem tenderet. quo extēso: ipse spm̄ emisit. iij. calen. iulij. Et sepultus est in ecclesia sancti iuuenalis ad cuius tumulū miracula crebra diuinitus fiunt. Hec gregorius. iij. dyalog. cap. vj. et libro. iiij. ca. lviij.

¶ De cōmemoratione scti Pauli. Capitulum. xxvj.



Ommemoratio sancti pauli apostoli ab ecclesia celebratur pridie calen. iulij non q eo die paulus apostolus fuerit passus: q: vt dictum est: passus fuit eodem die eiusdem anni: quo et petrus apostolus occisus est: vt tenent expresse hieronymus: et multi doctores. Sed q: festum vtriusq3 apostolorum eadem die quo ad officium non poterat celebrari et inconueniens erat: vt alter ipsorum careret officio singulari: ordinauit gregorius papa: vt ipsa die qua passi fuerant fieret: quo ad officium solennitas petri: et sequenti die commemoratio pauli: tum q: petrus maior est dignitate: tum q: p̄or cōuersione: tū q: primatum obtinuit rome: licet autem petrus paulo sit maior dignitate in ecclesia militante: non tamen maior sanctitate: nec etiam maior in gloria creditur esse in ecclesia triumphante: vnde notandum q quandoq3 paulus dicitur minor petro: quandoq3 maior: quandoq3 equalis. Reuera eni minor est dignitate: maior predicatione: equalis sanctitate.

¶ De sancta Lucina discipula. Capitulum. xxvij.



Ucina discipula apostolorum ciuis nobilissima romana fuit: que a beatis apostolis petro et paulo conuersa baptizata: et docta de facultatibus suis multa sanctorum necessitatib9 ministrauit. Plurimos quoq3 martyres in suo predio in quadam crypta sepeliuit. Demum et ipsa in sancta xpi confessione virtutum operibus pollens quieuit in christo. Sepulta in eadem crypta: in qua plures martyres sepelierat pridie calen. iulij.

¶ De scta Lucina martyre. Capitulum. xxviij.



Ucina martyr nobilis matrona romanorum tempore diocletiani et maximiani in vrbe claruit: que plurium sanctorum martyrum corpora in suo predio sepeliuit: inter que sanctorum cyriaci: largi: et smaragdi: necnon beati sebastiani cadauera honorifice condidit. Et sanctis xpianis pauperibus multa de suis facultatibus ministrauit. Et post hec omnia de omni sua facultate ecclesie romane donationem fecit. Quod vbi impator maximianus audisset: ipsam pscriptione damnauit. Beata autem lucina rogauit beatum marcellum vrbis rome epm vt domum suam ecclesiam consecraret: quod ille cum omni deuotione adimplere curauit. Sicq3 lucina in exilium acta post diutinos agones in pace requiescēs felicem animam domino commendauit.

¶ De sancto Martiale episcopo. Capitulum. xxix.



Artialis discipulus christi et episcopus stephani pthomartyris consanguine9 p̄re marcello et matre helizabeth de tribu beniamin ortus: vnus fuit ex septuagintaduobus discipulis christi: et a beato petro apostolo baptizatus. hic eni ille puer fuisse dicitur: qui habebat qnq3 panes hordeaceos: et duos pisces: ex quibus domin9 qnq3 milia hominum in heremo satiauit: vt dicitur ioānis sexto. hic etiam in vltima cena domini cum discipulis facta minister astitit: et cum christus pedes discipulorum lauaret: ipse aquam in peluim famulatus officio ministrauit. Et post ascensionem dñi beato petro in iudea quinq3 annis deinde in antiochia annis septem adhesit: et cum eodem anno quarto claudij romā venit et anno integro secū pmansit. Post hec beatus petrus a xpo sibi apparente p visionem monitus. Martialem eius discipulum misit ad gallias pdicandas: eidemq3 alpinianū et austriclinianum comites assignauit: qui ordinat9 episcopus ad partes illas accessit: et duodecim angelis sibi continue assistentibus galliarum oppida circuit: et per annos sex in lemouicen. puincia predicauit: vbi sex mortuos suscitauit: cecos illuminauit: claudos erexit: mutis loquelam tribuit: obsessos a demonibus liberauit: et alia multa miracula perfecit. Ecclesias in honore saluatoris et dei genitricis: et sancti stephani pthomartyris et sancti petri et sancti andree apostolorum in ipsis partibus dedicauit: oēmq3 ydolorum culturam et spurcitiam eliminauit. Ingressus autem oppidum lemouicen. cum quendam phreneticum nobilis susanne matrone filium sanasset: ipsum cum matre et sorore virgine nomine valeria et alijs sexcentis ad christum conuertit. Quem dum ydolorum pontifices detentum duro carceri mancipassent: omnes ipsi ictu fulminis subito extincti sunt. Ipse vero luce de celo diuinitus illapsa confortatus: ianuis quoq3 carceris reseratis eductus est. Cum autem instantia populi sacerdotes templo

rum fulmine peremptos suscitasset: ipsiqꝫ eorum: que in alio seculo viderant: testimonium perhiberent: tam ipsi omnes ꝙ alia multitudo gentilium numero.xxij. milia domino crediderunt. ¶ Mortua autem susanna predicta: valeriam eius filiam deo virginem dedicauit: que cū a stephano duce aquitanie in connubium postulata: eidē nubere nollet: ab eodem tenta ipsiusqꝫ iussu decollata ē. Statimqꝫ corpus truncum caput manibus sumens vsqꝫ ad altare: in quo sanctus eps missam celebrabat: stupentibus cunctis accessit: ⁊ ibidem cadens expirauit. Sed ⁊ virginis percussor angelos vidit eius ad celos animam deferentes. Que cum omnia carnifex duci stephano nūciasset: ⁊ cōfestim coram illo corruens expirauit. Martialis vero lictorem mortuum suscitauit: ⁊ ducem cum quindecim milibus virorum ad christum conuertit: qui ecclesiam sancte valerie fabricauit: ⁊ ipsam honorifice ibidem tumulauit. ¶ Post hec autem martialis ad beatum petrum reuisendum romam perrexit: ⁊ cum eo iam sene per aliquod spatium temporis commoratus est: inde ad ecclesiam suā redijt. Et dum esset in itinere: quidam hildebertus comitis archadij filius a dyabolo in flumine precipitatus necatus est. Quem sanctus martialis a mortuis excitauit: ⁊ tres demones: qui eum pfocauerunt in specie nigrorum ethyopum ostendit: multosqꝫ conuertit. ¶ Deinde in ciuitate lemouicensi mulier quedam virum suum paralyticum baculo viri sancti tetigit: qui mox incolumis surrexit. ¶ Idē etiam baculis in vrbe burdigallensi multis domibꝰ igne flagrantibus incendio oppositus flammas continuo ac penitus excussit. Multaqꝫ ⁊ maxima alia miracula p eum deus ostendit. Tandem ante dies.xv. exitus sui xpo domino sibi apparente ⁊ ipsum ad regna celestia vocante ad ecclesiam perrexit: missaqꝫ celebrata populum de omnibꝰ docuit ⁊ vale faciens fratribus in pace quieuit pridie calen. iulij. Anno a passione dñi.lxxiiij. vespasiani vero augusti anno.iij. epatus autem sui.xxviij. Qui ⁊ lemouice quiescit ⁊ multis virtutibus ⁊ signis pollet.

¶ De sanctis Alpiniano ⁊ Astricliniano presbyteris. Cap.xxx.

Lpinianus ⁊ astriclinianus presbyteri discipuli sancti martialis ⁊ eiusdem cooperatores predicationis multo tempore extiterūt. Et tā sermonum ꝙ signorum gloria non mediocriter claruerunt. Qui ⁊ predicationis officio fideliter peracto apud eandem ciuitatem lemouicen. in domino quieuerunt. Quorum festum recolitur pridie calē. iulij: vt ait ado in martyrologio suo.

¶ De sancto Aaron sacerdote. Cap.xxxi.

Aron sacerdos primus ⁊ pontifex secundū legem frater moysi filius amram de tribu leui ⁊ iochabel eius coniugis: qui inter patres sanctos veteris testamenti ecclesiastici.xlv. plurimum commendatur: populum israel de terra egypti vna cum germano eduxit: ⁊ coadiutor ducatus moysi: p quadraginta annos in deserto fuit. Ipse enī vti eloquentissimus a domino datus est moysi: ꝗ erat impeditus in lingua: vt esset os eius ad populum: dominus enī moysi pcipiebat: ⁊ ipse aaron verba dei narrabat: atqꝫ populo vel pharaoni ex ore moysi cūcta quasi internuncius referebat. Sicut habetur exod.iiij.cap. Ipse etiam cum moyse pharaoni astitit: ⁊ signa dei ostendit. Nam ⁊ pma tria signa plagarum: quibus egyptus pcussa est: per manum aaron dominus fecit. ¶ Postꝙ autem populus israel mare rubrum transiuit: vt hec oīa copiosius in gestis moysi tractabunt pdie non. septembris. Et moyses in montem sinai iussu dñi legem accepturus ascendit: vbi ⁊ diebus.xl. sine cibo corporeo pmansit: cum moyses in monte moram faceret redeundi: populus impatiens deos itineris duces ab aaron ⁊ hur: quos ille sui loco reliquerat instanter postulauit. Quibus hur resistens sputis ab ipsis: vt dr: suffocatus est: vnde aarō timore coactus est aurum ⁊ argentum eorum petijt: que in ignem piecit: ⁊ egressus est vitulus conflatilis instar bouis: quem in egypto adorauerant: demone opere hoc agente: quem ⁊ populus solennizans ⁊ hostias offerens adorauit. Quod cum dñs moysi reuelasset: ⁊ populi dispersionem comminatus esset: moyses p populo intercessit: ⁊ placato domino de monte descendit: visoqꝫ tanto scelere: tabulas legis sibi a dño datas indignatus confregit: vitulum quoqꝫ cōbussit: pulueremqꝫ in aquam conspersit: ⁊ ex ea populo potum dedit. Cumqꝫ vt tradit iosephus autores sceleris cognouisset: ex colore auri potati: qui miraculose apparuit in barbis eorum: filios leui sibi adiutionem adiunxit ⁊ ex illis quasi viginti tria milia occidit. Cūqꝫ accusaret aarō ꝙ populum: exaudierat: ille se excusauit permisisse populum: quia pnus erat ad malum: hoc exod.xxxij. cap. ¶ Post hoc vt habetur leuit.ix. moyses de mandato dñi aaron ⁊ quattuor filios eius: nadab: abiu: eleazar ⁊ itamar: prius aqua lotos: oleo sanctificationis perunctos ⁊ sacerdotes ad ministeria sacrificiorum constituit. Quorum olim aaron summus ⁊ primus fuit. Cui solo semel in anno tantum in sancta sanctorum ingredi licuit. Dies autem consecrationis aaron ⁊ filiorum eius fuit dies octauꝰ anni secundi egressionis filiorum israel ex egypto. Et cū aarō pcepto dñi hostiā in altari posuisset ignis diuinitus adeo egressus sacrificium pnitus inflāmauit. Et seruatꝰ est ignis iste ppetuus p gñationes vsqꝫ ad transmigrationem babylonis. Eadem die nadab ⁊ abiu filij aaron iā sacerdotes consecrati: quia igne alieno thus obtulerunt igne diuino consumpti sunt. Quos aaron ⁊ alij duo filij eius lugere phibiti sunt ppter vnctionis sctitatem ⁊ diuini iudicij reuerentiam: tñ sepelierūt eos cognati eorum. ¶ Post hec autem vt scribit numeri.xvj. cap. ⁊ xvij. cum chore filius isuar fratris amram videns fratrueles suos honoratos: alterum sacerdotio alterum ducatu populi inuidit ⁊ murmurans contra moysen ⁊ aaron.ccl. de leuitis secum habuit: ⁊ dathan ⁊ abiron potiores rubenitarum sibi adiunxit: ⁊ seditionem in pplo excitauit. Quos oēs miraculose cum vxoribus ⁊ filijs ⁊ familijs ac oī eorum supellectile terra se aperiens absorbuit: ppter qd populus in furorem excitatus moysen ⁊ aaron vt multitudinis interfectores lapidare voluit. Eisqꝫ ad tabernaculum fugientibus: ignis a domino egressus populum deuorare cepit: ⁊ quattuordecim milia ac septuaginta de populo interfecit. Tūc aarō ad suggestionem moysi: tollens thuribulum hausit ex altari ignem diuinum: ⁊ posito thymiamate cucurrit cito ad populum: seqꝫ inter viuos ⁊ mortuos incendio opposuit: ⁊ p eis orauit: confestimqꝫ plaga cessauit. ¶ Adhuc autem non cessante tumultu super sacerdotio aaron: eo quod dicerent filij israel etiam ex alijs tribubus dignos reperiri: qui sacerdotio fungerentur: tulit moyses ex mandato

dato domini .xij. virgas a principibus duodecim tribuũ: et in vnaquaq; scripsit nomẽ principis et tribus sue. Nomen autem aaron scripsit in virga leui: quas cũ posuisset in tabernaculo coram dño. sequẽti die inuenit virgã aaron germinasse: et amigdala cũ folijs produxisse. Quo signo ordinante deo: aaron sacerdotium firmissime possedit: que etiam virga in testimoniũ in tabernaculo reposita fuit. ¶ Cum autem pp̃ls per annos quadraginta in deserto fuisset: et dñs moysen et aaron ne terram promissam ingrederent: decreuisset: eo q; ipm ad aquas contradictionis non sanctificassent: vt habet numeri .xx. et dicetur in gestis moysi. Mandauit deus vt aaron pergeret ad populum suum. Qui ascendit in montẽ or cum moyse fratre suo: et eleazar filio suo: vbi moyses pontificem aaron omni sacerdotali cultu indutum exuit: et eleazar induit. Quo facto confestim aaron in ipso monte occubuit calen. iulij: vbi sepulture eius adhuc locus ostendit. Et fleuerunt eum filij israel .xxx. diebus. Hec vnde supra: et ex dictis iosephi et hieronymi: ex historia quoq; scholastica: necnon ex chronicis guilelmi.

¶ De sancta Maria prophetissa. Cap. xxxij.



Aria prophetissa soror aaron et moysi intra numerum sanctarum matrum veteris legis a iosepho non immerito cõputat: quia vt sacra scriptura exodi .xv. innuere videtur sicut moyses inter mares israel filios sic et maria inter feminas pro suo modulo ducatum obtinuit: ex quo solo sanctificata fuisse videtur. Nec enim decens fuit: vt tanto pp̃lo q̃s in vtroq; sexu nisi sanctus preesset. Unde et postq̃ submerso pharaone in rubrum mare cum omni exercitu suo: moyses canticum exametrorum carminum scilicet Cantemus dño cõposuisset: ipsumq; primo cũ viris decantasset. Maria deinde chorum mulierum ducens: sumpto musicali tympano: canticum ipsum repetiuit: et domino pro victoria laudes egit. ¶ Sed cũ post annos aliquot: vt habet numeri .xij. dũ essent filij israel in deserto in loco: qui dicit asaroth: et aaron et maria contra moysen murmurassent: et se ei de sanctitate pari iactassent. Iubente dño ipsi tres ad hostium tabernaculi accesserunt. Quibus deus in nube maiestatis apparuit: et mariam lepra percussit. Que tñ post dies septem moyse pro ipsa orante: eoq; penitentiã agente: sanata fuit: et aaron a dño veniam de cõtumelia postulauit. ¶ Anno vero quadragesimo egressionis filiorum israel de egypto: pp̃lo adhuc per desertum agẽte: mortua est maria in cades: et sepulta in monte sin: quo autem die dormierit: expressum non habetur idcirco aaron fratri suo eius memoria copulatur. Hec numeri .xx. et alijs locis quibus supra.

¶ De sancto Eleazar sacerdote. Cap. xxxiij.




Leazar sacerdos filius aaron: patri in sacerdotium successit: vt superius dictum est. Hic enim vt habetur in libro iosue in pluribus locis cum iosue duce populi iordanẽ transiuit terram promissam acquisiuit: et eam per sortes duodecim tribus filiorum israel mandato dei diuisit: sacrificia pro pp̃lo scd̃m legem a deo datam obtulit: et in tabernaculo dñi cum filijs suis iugiter ministrauit. Et post obitum moysi modico tempore pp̃lm rexit. Et post hec sanctitate plenus in pace quieuit: et sepultus est in gabaa: que data fuerat sibi et filijs eius in monte effraim. Hic et si non expresse: tamẽ satis tacite inter sanctos patres ecclesiastici .xlv. numerat: vbi patris premissis laudibus: phinees filius eius tertius in gloria nominatur: vt sic inter sacerdotes et gloriosos primus et tertius expresse: secundus vero tacite numeratus intelligatur.

¶ De sancto Phinees sacerdote. Cap. xxxiiij.



Phinees sacerdos eleazar successor et filius eccli. xlv. cap. et primo machabeorum ij. inter sanctos patres veteris testamenti cõmemoratus est. De quo illud memorabile habet numeri .xxv. q; cũ populus isrl̃ moraret in sethim: et multi ex ipsis cũ filiabus moab fornicati essent: et ad suggestionẽ earum beelphegor deo ipsarum sacrificia obtulisset: eosq; moyses de culpa redargueret: zarabri princeps tribus symeon: q̃ filiam cuiusdam madianite in cõiugem acceperat noĩe chozbi: corã oĩbus professus se alienigenã cognouisse: et ydola coluisse: nec legi quã moyses populo imposuerat: obnoxiũ esse: et spectante oĩ pp̃lo: ac flente ingressus est tabernaculũ mulieris. Surgẽsq; phinees arreptoq; pugione ingressus est post illũ in lupanar: et perfodit ambos insimul coeũtes in locis genitalibus et cessauit plaga que in pp̃lo processerat: et .xxiiij. milia extinxerat. Et q; phinees zelo legis nimio vindictã dei in peccatoreꝭ virũ exegit. Idcirco dñs eidẽ semini eius sacerdotiũ in eternũ cõstituit: q̃ et cũ patre eleazar promissionis terrã intrauit: et ei in sacerdotiũ successit: et gloriosus meritis et fama laudabilis: in pace quieuit: in sepulchro paterno tumulatus.

¶ De sanctis Aaron et Julio et socijs martyribus. Cap. xxxv.



Aron et iulius vrbis legionũ: q̃ est ciuitas in britãnia ciues et alij plures martyres vtriusq; sexus in eadẽ ciuitate passi sunt sub persecutione diocletiani et maximiani: q̃ propter multa et insignia miracula: q̃ in passione beati albani martyris ostensa sunt: vt supra in eius passione actum est .xj. calen. iulij cõuersi sunt ad xp̃m: et pro eiusdẽ fidei ac confessionis gloria et ipsi ab infidelibus martyrium passi triũphatorum celestium numero sociati calen. iulij.

¶ De sctõ Theobaldo confessore. Capitulum .xxxvj.



Theobaldus cõfessor ex gallia oriundus tempore henrici imperatoris .ij. et henrici francorum regis claruit in partibus ipsis. Qui magnus ac potens mũdo abrenũcians seculo et diuitijs heremiticam vitam duxit. Qui dũ vice cũ quibusdam socijs iter agens: videns comites fame ac siti fatigatos: cũ tã escis q̃ potu carerent ad deũ orauit: et panẽ sibi a dño preparatũ subito in via repperit. De quo scĩ socijs ad satietatẽ cibauit. Deinde vas qd̃ pridie vino fuerat omnino vacuatũ apportari fecit: ipsumq; diuinitus vino repletũ inuenit: qd̃ infusum cũctis abundãtius ad poculũ satisfecit. De reliquijs vero tã panis q̃ vini peregrinos plures q̃ eius audita fama de mediolano ad se venerant: diebus pluribus satiauit. Nec tñ ipse reliquie cõsumpte fuerũt: q̃n potius ad satietatẽ tã sui q̃ fratrum suorum per .iij. hebdomadas suffecerunt. Hic et alijs clarus virtutibus quieuit in pace calen. iulij.

¶ De sctõ Carilepho confessore. Cap. xxxvij.



Arilephus confessor socius scti adiuti abbatis tempore childeberti et lotharij regũ francorum claruit. Hic in auernensi territorio claris parẽtibus ortus. Ipsarum gratia ad monasteriũ menateñ. missus. Ibiq; monachus factus est: vbi aliquo tempore mãsit scitate repletus. Deinde heremiticã vitã ducere cupiẽs: vna cũ sctõ adiuto socio suo de cenobio clãdestine discessit. Deueneruntq; ad suburbium aureliañ. et ad sanctũ maximianũ abbatẽ se cõferẽtes: cũ eodem aliquot mẽsibus demorati sunt. Post hec in dẽsiores siluas in loco q̃ dr̃ piciacus: nũc aũt cella scti adiuti vocat: locellũ cõstruxerũt: vbi pluribus annis mãserũt: vt dictũ ẽ supra in vita scti adiuti .vj. cal. febr. verum carilephus cupiẽs vitare famã q̃ iã de scitate amborum ad aures regias delata fuerat. Adiutũ deseruit: et interiora heremi apud cenomanens. vrbẽ cũ dauinero cõmilitone suo petijt: tãdẽq; ad locũ vocabulo cassagallã situ in pecia labrosinch. diuertit: vbi mul

to tempore deo seruire curauit. Et cū mulierem omnino se non visurum ꝓposuisset: mulier quedā vagat lubrica coma precisa habituq; virili induta monasteriū eius seruū simulās incognita sancto ingressa est. Que dū ꝑ ola ambitiosa curiositate lustrasset: oculi eius ex capite ꝓtinus deciderunt. Que dum pctm̄ confiteret: ⁊ penitentiā egisset sancto ꝑ ea intercedente corpore sanata: ad lo redijt emendata. Hic etiam obitum suum sibi a domino reuelatum fratribꝰ ꝑdixit: ⁊ die q̄ ꝑdixerat i pace q̄uit: videlȝ cal. iulij. Sepultusq; ē in cenomaneñ. ciuitate miraculis clarꝰ.

De scō Pambone abbate. Capłm. xxxviij.

Pambo abbas: vt dicit heraclides. Cū sine litteris esset ad quendā accessit: vt ab eo psalmū aliquē discederet. Qui cū audisset pncipiū psalmi. xxxviij. Dixi custodiā vias meas: ⁊ non delinquā in lingua mea: scđm versum audire recusauit: dicens ꝙ ꝓmus sibi sufficeret: dū tm̄ illum adimplere posset. Et post mensēs. vj. reuersus ad magistrum. Interrogatusq; ab eo: cur tm̄ distulisset respōdit ꝙ versum: quē didicerat nondum implere potuerat. Post multū vero tēpus retulit cuidā alteri ꝙ annoꝝ. xlix. esset: ⁊ vix adhuc dictum illud psalmi implere potuisset. Descendens alexandriā de scythi vidit mulierē theatricā: ⁊ amare fleuit dicens se fleret propter mulierꝭ ꝑditionem: ⁊ ꝓpter sui ipsius negligentiam qui non tantū studuerat deo placere: quantū illa hoibus. Theophilo epō eū adeunti: ⁊ ab ipo edificari querenti respondit ꝙ si sua taciturnitate non edificabat: neq; sermone edificari posset. Huic sancta melania de qua dicet in xj. calen. nouembris tricentas libras argenti obtulit: qs ille ꝑ euteniū discipulū suū pauperibus dari iussit: vt ait hieronymus. Qui postmodū sportellā palmis cōsuit: ⁊ melanie in sui memoriale tradidit: dicēs se nullū aliud hr̄e: qđ sibi dare posset. Quā ipsa post eius obitū oī tp̄e quasi ꝑ magnis reliquijs reseruauit. Hic etiam nulla febre vel egritudine correptus ad extrema deuenit. Et hora mortꝭ sue astantibus dixit ꝙ ex quo heremū intrauerat: nec panem comederat: nec sermonis: de quo locutus fuisset: aliquando eū penituerat: ⁊ tm̄ sic ad deum ibat quasi adhuc initium non fecisset seruiendi dn̄o. Et requisitus an essȝ bonum laudare ꝓmum virtuosum respondit: ꝙ melius esset tacere. Hec heraclides ⁊ in vitis patrū. Obiuit autem in domino vir sanctus calen. iulij.

De scō Dominiano abbate. Capłm. xxxix.

Dominianus abbas in territorio lugduñ. sanctitate vite insignis claruit. Qui primus illic hereiniticam vitā exercuit: plurimosq; sibi in dei seruitio aggregans magnisq; virtutibus ⁊ glłosis miraculis clarꝰ collectus est ad patres in senectute bona calen. iulij: hec ado.

De sctis martyribꝰ ꝓcesso ⁊ martiniano. Cap. xl.



Processus ⁊ martinianꝰ martyres passi sunt rome imꝑāte nerone. Cum enī nero imꝑator beatos apostolos petruȝ ⁊ paulum tradidisset paulino viro clarissimo magistro militū. Paulinus eos reclusit in custodia mamertina sub monte tarpeio: sub custodia militū ꝓcessi ⁊ martiniani ⁊ alioꝝ. xlix. quos omnes bti apli ad xp̄m sua ꝑdicatione cōuerterūt: ⁊ ꝓducto fonte de silice saxeo: eos ibi baptizauerūt vt supra dictum est in passione militū. xlix. ꝑdie idus martij: ⁊ in passione petri apli. iij. cal. iulij. Cū aūt apli in ipso carcere menses ix. fuissent: a sctis militibus dimissi sunt. Cūq; vir clarissimus paulinꝰ audisset ꝓcessum ⁊ martinianū baptismū suscepisse: ⁊ aplos dimisisse: iratus eos teneri fecit: ac sibi ꝑsentari. Cū aūt eos ad sacrificia suaderet: ⁊ illi econtra: xp̄m dn̄m solū deū ꝓfiterent. Iussit paulinꝰ ora ipsoꝝ lapidibus cōtundi. Deinde statuā auream iouis afferri: vt ei thura incenderēt. Cūq; scti milites in simulachrum conspuissent: ꝑcepit eos paulinus in eculeo suspēdi: ⁊ attrahi neruis ac fustibꝰ cedi. Deinde circa eoꝝ latera flammas apponi: ⁊ post hec scorpionibꝰ mactari sub voce preconia: ne pncipū ꝑcepta cōtēnerēt. Eadēq; hora paulinus oculū subito amisit ⁊ pre dolore quasi insaniēs: eos eculeo depositos in custodia mamertina vinciri mādauit. Quibus lucina aploꝝ discipula ministrabat. Post triduū vero paulinus arreptus a demonio expirauit. Cūq; filiꝰ pōponius rē gestā cū clamore ad palatiū detulisset. Iratꝰ nero iussit cesario vrbis ꝑfecto: vt eos celeriꝰ occidi faceret. Qui fecit sanctos de custodia eijci ⁊ foras muros via aurelia duci: atq; ambos ibidē capitibꝰ amputari: ⁊ corpa eorum canibus derelinq̄. Sed beata lucina illa noctu collegit: ⁊ in baccnario iuxta locum: vbi decollati fuerant: sepeliuit. vj. nonas iulij.

De sctis lōgino megisto ⁊ acesto mar. Cap. xlj.

Longinus: megistus: ⁊ acestus milites a btō paulo aplō cōuersi sunt: cū ad decollationeȝ duceret: vt supra dictū est. iij. calen. iulij i eiꝰ passione. Qui iuxta qđ paulus eis ꝑposuerat die sequenti passionis illius ad sepulchrum pauli venerūt: ⁊ duos discipulos: videlicet titū ⁊ lucā orātes inuenerunt: ⁊ in eoꝝ medio paulū stātē viderūt: quos discipuli illi vidētes territi fugiebāt: pauloq; moꝝ disparente milites illi post eos clamabāt ꝙ nō vt eos caperent ꝑsequebant: sed vt ab eis baptismū susciperent: sequebantur: pauluq; in eoꝝ medio se vidisse testant. Hec illi audiētes reuersi sunt: eosq; cū gaudio baptizauerūt: q̄ post duos dies a nerone detenti: ⁊ ꝑ xp̄i noīs confessione capite cesi sunt. vj. nonas iulij.

De sctis aristone ⁊ socijs martyribus. Cap. xlij.

Aristo: crescentianus: eutychianus: vrbanus: vitalis: iustus: felicissimus: felix: marcia: ⁊ symphorosa martyres omnes apđ cāpaniam ꝑ fidei veritate: ⁊ xp̄iani nomis assertione glłoso martyrio coronati sunt. vj. non. iulij: vt ait ado ex hieronymi martyrologio.

De trāslatiōe scti Thome apli. Capłm. xliij.

Trāslatio corpis scti thome apli facta ē tp̄e alexādri imꝑatoꝝ. Cū enī idē imꝑator rediret victor de ꝑsidesplio xerse rege deuicto supplicarūt ei syri: vt mitteret ad regulos indoꝝ: q̄tenus corpꝰ bti thome redderēt ciuibꝰ suis. Qđ idē imꝑator ꝙuis gētilis ꝓpter victorie tm̄ glłaȝ eisdē libēter ꝯcessit. Sicq; factū ē vt trāslatū esset corpꝰ bti apli de india: ⁊ positū in ciuitate edessa in loculo argēteo: qđ pēdet ex argēteis cathenis i q̄ ciuitate nullꝰ hereticꝰ: iudeꝰ vel ydoloꝝ cultor viuere pōt. Sȝ nec barbari eā aliqñ inuadere potuerūt: ex quo agabarꝰ rex ipsius vrbis eplam manu saluatoris

nu saluatoris scriptam accipere meruit. Si qñ gens aliqua ɔtra eandē ciuitatē venit: die qua lecta fuerit epla per puerꝝ sup murū: eadē die hostes territi fugiunt: aut pacati recedunt: tā saluatoris ꝙ oratione beati thome apostoli. Et celebrat ipsius translationis festū .v. nonas iulij. ¶ Fert ꝙ invigilia festi beati thome singulis ānis omni clero ꝛ pplo ac peregrinis ad eius ecclīam cōuenientibus celebrant vespere: ꝛ patefacto tumulo scti corporis: archiepūs edessen. dum incohet antiphonā ad magnificat. O thoma didyme ꝛc. Palmitē anduinvitis ponit in manu apli: ꝛ cōpletis vesperis claudit sepulchrū. Mane aūt iterꝝ olbus ɔcurrentibus apertoqꝫ tumulo īuenit palmes in naturali viriditate pduxisse racemum vue diuinitus: de quo iū vini liquat in calice: ꝙ ea die archiepūs ex ipso ɔficit sanguinem iesu christi. Hoc audiui a fide dignis.

¶ De scto Gregorio epo neocesarien. Cap.xliiij.

Gregorius neocesarie pōti eps alio nomine pino vocat⁹ theodorus: origenis discipulus tpibus valeriani et galieni imperatorꝫ doctrina clara mirificus refulsit. Signa quoqꝫ ꝛ miracula de eo cū laude ecclesie perhibent. ¶ Cum enim pro captura piscīū stagni cōis: germani duo ad inuicem armis ꝛ effusione sanguinis decertarent: orante gregorio: aqua stagni repente absorta arentem campum frugibus copiosum: ac vtilitorem germanis iam concorditer diuidendū dereliquit. Verꝫ dū ecclesia in quodam loco artissimo inter montē ꝛ fluuium posito ɔstrui deberet: ꝛ spatiū sufficiens non esset: ipso scto in orationibus pernoctante: mane facto inuenta est rupis tanto spatio loco cessisse quātum erat cōpetens pro ipsa eccla fabricanda. ¶ Alio tpe cum in alpibus iuxta phanum idolorꝫ hospitatus esset. sacerdos ab idolo nullum poterat hīc responsum. Cui p noctē demon i somnis apparuit: eiqꝫ dixit ꝙ pñte Gregorio nullatenus loqui posset. Qui mane gregoriuꝫ obsecrat: vt deum suū loqui permittat. Gregorius aūt demoni epistolam mittit: ꝛ vt more solito respondere debeat permisit. Sicqꝫ idolū respondere cepit: vnde sacerdos virtute dei in scto viro cognita ad xpm ɔuersus: ꝛ ab eodē baptizatus in tantū pfecit ꝙ gregorio i epatu successit. Quieuit i pace vir dñi .v. non. iulij. ¶ Hic plurima opuscula fidei catholice expositione cōpilauit. Sup ecclastes libro metaphrasin magnificentissime opus breue sed perutile ptulit. Ad origineꝫ scripsit panegyricum quē eo presente vocataqꝫ multitudine recitauit. Vulgo ꝛ alie plures ꝛ ipsius ferunt epte. Hec hieronymus de viris illustribus.

¶ De sancto Gregorio epo lingonien. Cap.xlv.

Gregorius lingonien. eps ex senatorib⁹ augustudunensibus ortus: regionē illam .xl. annis summa iusticie seueritate correxit. Hic habuit vxorem armentariā: de qua filios procreauit. Post cuius obitum eps eligit lingonien. In quo epatu sanctissimaꝫ vitā duxit sub panib⁹ triticeis panē ordeaceū comedēs: ꝛ aquam vino solūmodo coloratam. Qui etiam a sancto benigno epo sibi apparente cōmonitus ecclīam sup tumulum eius edificauit. In qua p noctes orans voces angelicas concinentes frequēter audiuit. ¶ In obitu vo ipsius scti viri: quidā vidit celos aptos: vult⁹ quoqꝫ ei⁹ sicut rosa rubescebat: caro vo vti lilium candebat. Corpus aūt eius iuxta corpus sancti benigni collocatū est. Quo dum sepulture traderet: trabes in quib⁹ pedes vinctorum astricti tenebant confracte sunt: ꝛ captiui liberati: qui videlicet eiusdem sancti dum exequie illac transirent auxilium obnixi⁹ postulabant. Sepultus quoqꝫ est in ecclesia lingonien.

¶ De scto Heliodoro epo. Capitm.xlvj.

Heliodorus eps altinen. vir magne sctitatis ꝛ sapiētie floruit tpe archadij ꝛ honorij īperatorꝫ. Qui iuuenili etate ad sacerdotij dignitatē pmot⁹ pplm adhuc ydolis deditū admonebat. Et dū p salute ciuiū suorꝫ salute dñiꝫ obnixius exoraret: hortat⁹ ab angelo publice pdicare cepit: adeoqꝫ in pdicatiōe pfecit: vt ppls tēpla deorꝫ destruerent ꝛ ecclīaꝫ dei genitricis a fundamentis cōstruerēt. Postmodū aūt heliodor⁹ adhuc psbyter chromatiū aqleien. epm visitauit: ꝛ cū eo aliquo tpe cōmorās ab eodem altinen. eps ordinat⁹ fuit. ¶ Hi sunt duo epi q legunt btō psbytero hieronymo aliqñ eplas direxisse: ꝛ ab eodē epigrāmata recepisse. Ad quorꝫ instātiā idē gliosus doctor quosdā libros diuine pagine ex hebreo in latinū trāstulit: ꝛ martyrologiū pmit⁹ cōpilauit. Reuersus igit sanct⁹ eps altinū ecclīam suā disposuit ꝛ pplꝫ in fide firmauit. Inde hierosolymā pgexit ꝛ optatū diu hieronymū: quē sepius in scriptis viderat: corpali lumine visitauit: a quo ī meli⁹ cōposit⁹ discessit. Inde repatriās iā senio cōfect⁹ ꝛ ambrosium sibi coadiutorē epm ordinauit. Ipse vo in insula maris: q a scto viro marcelliano ibi degēte marcellianavocata est: heremū petijt. Ibiqꝫ apō pfatū virū sctm ecclesia dedicata pmāsit. Quē ꝛ die .v. mensis iulij defunctū sepeliuit: heliodor⁹ vo dudum postea supuenēs ciuitatē altinen. ab attila destruēdā obitusqꝫ sui diē pdixit. Et sctitate cōspicu⁹ in pace qeuit .v. non. iulij. Cuius corp⁹ ambrosius eps ei⁹ successor in altinen. eccla sepeliuit. ¶ Processu vo tpis desolata vt pdixerat: altinen. ciuitate ꝛ albuino lōgobardorꝫ rege italiā inuadēte. Paulus altinen. eps corpa sctōꝝ heliodori marcelliani ꝛ xcom... sti tabier tabiate ad insulas maris cōfugiēs trāsportauit vbi nouo altino cōstructo: qd incole torcellū vocauerunt: corp⁹ scti heliodori in pncipali eccla cōdiderūt in honorē videlꝫ btē marie vginis ad instar altinen. eccle edificata: vbi ꝛ quiescit vsqꝫ in presens.

¶ De scto Lanfranco confessore. Cap.xlvij.

Lanfrācus pōr monasterij becocen. ꝛ postmodū abbas cadomien. tpe hēnici .iij. īperatoris claruit. Hic fuit doctor anselmi cātuarien. epi: de quo infra dicet .iij. non. iulij. Et huic idem anselmus in becocn. poratu successit sub eluino abbate q ipm monasteriū de pprio fundauit. ¶ Hic em lāfrācus de ciuitate papie oriūdus ꝛ sclarib⁹ scientijs satis clarus. Postꝙ in arbracaten. ciuitate normanie aliquo tpe docuisset: ꝛ rothomagū ire vellet: a latronib⁹ captus spoliat⁹ ꝛ in silua nud⁹ dimissus: maneqꝫ a viatorib⁹ reduct⁹ est. Qui morꝫ relicto seculorꝫ sclarib⁹ studijs in pdicto monasterio habitū monachalē assumpsit ꝛ humilē ac despectā vitā ducere cepit. Et cū esset oim doctior: sapiētiā suā humiliter occultabat. Tādē fama ipsius cōperta de mādato sui abbatis scholas tenuit ꝛ clericos ac laicos multos in diuina sapiētia auditores habuit: quorꝫ plurimi ditissimi p magn amore multa monasterio cōtulerūt. Qui postmodū ipsius loci pōr. Inde abbas cadomien. factus est. ¶ Quadā die eo celebrāte diacon⁹ ei ministrās a dyabolo arrept⁹ est. Qui dieb⁹ plurimis vexat: sꝫ tandē eius orōnib⁹ liberat. ¶ Huic etiā cū nunciatū fuisset: ꝙ anselmus eius monachus ꝛ discipulus nocte i lecto anulum aureum repperisset: prenunciauit eum futurum episcopum: ꝛ vt predixerat sic euenit. Hic ex precepto leonis pape quinti disputans in concilio toletano contra berēgarium turonen. qui de eucharistia praue sentiebat: euꝫ eloquentissimo sermone confudit. Quieuit in christo quinto nonas iulij.

¶ De sanctis Mustiola ꝛ hyreneo martyribus. Capitm.xlviij.


Ustiola et hyreneus dyaconus tpe valeriani Imperatoris turcio agente vicario apud ciuitatẽ clusium passi sunt. Cũ em predictus turcius felicẽ presbyterũ ꝑ martyriũ cõsummasset apud vernias ciuitatem: vt dictum est supra in eius passione .ix. cal. iulij: ipsiusq3 corpus hyreneus dyaconus sepelisset iuxta muros videlicet iutrine vrbis. Hec audiens turcius: hyreneum comprehendi fecit: ⁊ cathenis vinctum post redam suam traxit vsq3 ad ciuitatem clusinam: ibiq3 illum in carcere compedauit cũ pluribus xpianis alijs. Quos omnes mustiola nobilis matrona claudij principis cõsobrina in ergastulo refouebat Quod cum audisset turcius: ipsam quidem teneri fecit: ⁊ omnes christianos detentos decollari: hyreneum vero in conspectu mustiole eculeo appensum: tãdiu vnguibus lacerari: ⁊ flammis appositis aduri fecit: donec spm emisit. Deinde sanctam mustiolam sacrificare nolẽtem tãdiu plumbatis cedi iussit: quousq3 animam exhalauit. Quorum corpora marcus seruus dei iuxta muros clusij ciuitatis deuote tumulauit: vbi ⁊ miraculis clarent: qui passi sunt .v. non. iulij.

De scõ Lauriano martyre. Capitulum .xlix.

Aurianus martyr passus est in territorio bituricen. q ꝓ xpi nois confessione gloriosa amputato capite triumphum meruit obtinere martyrij cuius caput apud hispalim ciuitatem deportatum: ibi digna veneratione recolitur qui passus est .v. non. iulij: vt habetur in martyrologio adonis.

De scõ Osee propheta. Capitulum .l.



Osee ꝓpheta de tribu isachar filius beeri ortus in bethleemoth sub quattuor regibus iuda ꝓphetauit: videlicet ozia: ioatham: achaz: ⁊ ezechia: ⁊ sub hieroboam filio ioas rege isrl: vnde ⁊ isaie ꝓphete contemporaneus fuit. Prophetauit autem principaliter contra .x. tribus: pauca de duabus loquens. De memorato enĩ regum numero achaz rex iuda ⁊ hieroboã rex isrl: dnm derelinquentes in isrl idolatrie crimen imperio ac potestate sua admittere pplm compulerunt. Propter qd deus ad osee locutus est vt acciperet vxorem fornicariam: ⁊ faceret filios fornicationis. Fornicariam inqt: nõ ex locutione corpe meretricẽ: sed gentilẽ deũ ignorãtẽ appellat: q dei creatoris sui amore cõtẽpto: simulacrorũ se subiecerat desiderijs. Hinc factũ est: vt ira dei in pplo isrl ꝑ denũciatiões ꝓphete sub tali typo pcessura diceret. Domui aũt iude mĩa lectione ꝓphete cõprehẽsa ab hoc ꝑmissa ẽ: qr ezechias rex iuda filius achaz sublatis ydolis: q tã pfatus q ceteri reges ɔsecrauerũt tẽplũ dei purificasse mõstrat: vt supra in gestis ezechie dictũ est. Prenũciauit autem osee iudeos in vltimo tpe ad xpm reddituros. Tertiũ quoq3 diem dñice resurrectiõis pdixit. Hic aũt: vt ait hieronymus: pnũciãs dedit signũ: veniet dñs in terra sicut quercus: q est in sylo ⁊c: qd nõ legit in scriptura eius scdz editionem nostrã: forte qd hieronymus dixit signum hic epiphanius dixit prodigium dicens osee: ⁊ dedit prodigium dicẽs. Ueniet dñs in terra sicut quercus in sylo: q ex semetipsa in .xij. fuerat partita: ⁊ facte fuerãt ex ea totidem quercus. Hic postq ꝓphetiã suam adimplesset: sub ezechia rege placita qete dormiuit .iiij. non. iulij: in terra sua sepultus: vt ex hebreorũ scriptura colligit. Hec hieronymus ⁊ iosephus: ⁊ ex hystoria scholastica comestoris.

De scõ Aggeo ꝓpheta. Capitulum .lj.

Aggeus ꝓpheta post captiuitatem populi iudeorũ in anno scdo darij ꝑsarũ regis ꝓphetauit in hierlm. Nã in anno pmo cyri regis ꝑsarũ: vt impleret sermo dei ex ore hieremie ꝓphete: vt habet esdre pmo in pncipio. Iussu ipsius regis ppls in iudeã reductus est. Cũq3 a pplo isrl ⁊ senioribus teplũ dei edificari cepisset: mortuo cyro rege ꝑsarũ: ac regnante dario: q memorato successerat: vicine gẽtes odio iudeorũ instaurationem templi ⁊ ciuitatis impedire ceperũt. Qua rõne ducti ppls iudeorũ restauratione ipsius tẽpli necdũ concessam esse iuxta pmissionẽ credebant: ꝓpter qd in scdo anno regni darij memorati. Aggeus ꝓpheta a deo missus ad zorobabel: q erat de tribu iuda: q ꝑlatẽ regni susceptur erat: ⁊ ad iesum summũ sacerdotẽ filiũ iosedech: eos admonet vt credant ɔpleto annorũ numero tps restaurationis hierusalem aduenisse. Addito ne incredulitatem ppli velint imitari. Omnia aũt q i textu ipsius ꝓphetie cõtinent: reuersionẽ ppli: reparationẽ tẽpli: renouationẽ ciuitatis: obseruantiã sacerdotalem: ⁊ interitũ regnorũ ceterorũ significant: ꝓphetauit aũt vna cũ aggeo zacharias ꝓpheta: de quo dicet infra .viij. idus septẽbr. Sed duobus mensibus ante zachariã hic aggeus vaticiniũ suũ texere exorsus est. Quieuit in iudea in pace .iiij. non. iulij ⁊ tumulatus iacet iuxta sacerdotũ monumenta in hierlm. Hic ꝓpheta vna cũ primo ꝓcedẽte ex numero .xij. illorũ ꝓphetarũ sunt: q minores appellant: qr in sctõrũ patrũ catalogo eccli .xlix. cap. describuntur. hec vnde supra.

De translatione scti Martini epi. Cap. lij.

Translatio corpis scti martini facta est anno .xxiij. leonis pmi: vt ait sigbertus: anno videlicet .lxiiij. ab obitu ipsius scti. Cũ enĩ ꝑpetuus turoñ. eps cerneret insignia miracula q ad sepulchrũ scti martini fiebant ecclesiam magnã ⁊ speciosam eius noĩe fabricauit: iuxta cellã videl3 vbi viuẽs degere cõsueuerat. Et congregato clero ac pplo vniuerso cũ corpus scti ad nouã ecclesiã trãsferre decreuisset cal. iulij post noctis vigilias ⁊ ieiuniũ celebratũ mane sepulchrũ nullatenus mouere potuerũt. Qd cũ sequẽti die ⁊ tertio iterassent loculũ tñr nullo ingenio leuare valuerũt. Cũq3 iã qsi desperati opus dimittere ɔcepissent recordati sunt q .iiij. iulij .iiij. videl3 non. ipsius ordinatiõis btĩ martini anniuersaria dies erat. Et q forsitan ipsa die dñs corpus beati confessoris transferri disposuisset. Ieiunio igit orationibusq3 pmissis ad tumulum accesserunt. Moxq3 illis senex venerandus apparuit: alias nunq visus: q eos ad opus iuuare cepit. Sanctumq3 martinum eisdem adesse dixit: vtq3 corpus transferre non tardarent admonuit. Sicq3 cum summa velocitate loculum leuauerunt: ⁊ in loco vbi nunc colitur posuerunt. Completis quoq3 officijs cum senem ad mensam requirerẽt nusq comparuit. ❡ Accidit quoq3 vt tunc ẽent duo mendicantes ⁊ multam pecuniam ex questu acqrentes: quorum vnus cecus ⁊ alter erat contractus: cecus cõtractum ferebat: ⁊ contractus ceco viam ostendebat. Audientes autem q ad corpus scti martini multi sanabantur infirmi: dum corpus in translatione pcessionalr portaretur

taretur: timentes ne corpus iuxta eorum habitationem duceretur: et sic ipsi forsitan sanarentur. Inde recesserũt nolentes sanitatẽ ꝯsequi: ne pireret miseria questus sui. Dũ ergo fugerẽt p viã vnde corpus nequaq̃ ducẽdũ putabãt ex improuiso sctõ corpi obuiant. Et qui deus multa bñficia pstat etiã inuitis: ambo ꝯtra voluntatẽ ipsoꝝ ꝯtinuo curati sunt: licz de hoc plurimũ tristarent. Celebratur autem hec translatio et ipsius ordinatio ac prefate eius ecclesie dedicatio .iiij. non. iulij.

¶ De sancto Vldarico epo. Cap. liij.

Vldaricus eps augusteñ. nobilis roman⁹ existens infantul⁹ in monasterio scti galli educatus est. Et cum etate adoleuisset: et habitũ monasticũ assumere vellet: a q̃dã sctã inclusa pꝛohibitus est: q̃ eidẽ asseruit sibi fuisse a dño reuelatũ adhuc ipm̃ futuꝝ epm̃. Cõmẽdatus est igit adalperoni augusteñ. epo a quo est ad sacerdotij ordinẽ pmotus. Deinde romã veniens a martino papa benigne susceptus est. Qui eidem põtifici epm̃ suũ mortuũ nunciauit sibi diuinitus reuelatũ. Cũq3 ipsum papa martinus vellet in ep̃z ordinare: et augusteñ. vrbi in pastorẽ pficere: vldaricusq3 recusaret: summ⁹ põtifex eidẽ pnũciauit: q piculoso adhuc tpe epatum ipsum non posset euadere. Qđ et factũ est. Nã epo augusteñ. ad epatũ hiltineñ. trãslato vldaricus ei a pplo succedere cõpulsus est. Qui cũ sctõ cõrado epo ꝯstãtie gregẽ dñicũ verbo et exẽplo opis bñ pauit. ¶ Sup hũc sctm̃ die cene dñi crisma ꝯficientem: et die pasche missaꝝ solẽnia celebrantẽ visa est dextera dei q̃ sibi bñdicebat. ¶ Quadã die sancta aphra sibi appuit: et vt se sequeret admonuit: ipsumq3 vsq3 in lechfelth pduxit: vbi p visionẽ sctm̃ petrũ apl̃m cũ quodã alio sctõ vidit: q̃ arnulphum ducez torigioꝝ p suis criminibus dãnabãt. Et notato tpe repertũ est eodẽ die et hora arnulphũ e seculo migrauisse. Ipse vir sanctus pacem inter othonem ducem: et lodolphũ eius filiũ ptractauit. ¶ Jussus diuinitus in natiuitate scti ioannis baptiste bis in die celebrauit. Missam auroꝛe videlicet et maiorem quaꝝ pmã ex ꝯsciencia bis celebrãdi omittere pposuerat. Et .xj. postmodũ die in pace quieuit: videlz .iiij. nonas iulij. Sepultusq3 est a volfgango episcopo ratisponeñ. in ecclesia sancte aphre.

¶ De sctõ Jocũdiano martyre. Cap. liiij.

Jocundianus martyr apud aphricã martyrium passus est. Qui p ꝯfessione fidei christiane in mare mersus cum palme triumpho coronã a domino percipere meruit gloriosam quarto non. iulij: vt habetur i martyrologio hieronymi et adonis.

¶ De sctã zoe vxore nicostrati martyris. Cap. lv.

Zoe martyr vxor nicostrati pmiscrinii dioclețiani ipratoris. Rome martyrium passa est. Que cũ graui infirmitate loquendi facultate p .vj. annos caruisset btũs sebastianus martyr ipsam curauit: sibiq3 loquelam restituit: necnon ipsam zoem cum viro nicostrato et alijs plurib⁹ ad xpi fidẽ pduxit: quos sanctus polycarpus pꝛsbyter baptizauit: vt supra actũ est in passione scti sebastiani .xiij. cal. februarij. Cũ aũt sebastianus et alij plures martyriũ passi fuissent: et ipsa ad ꝯfessionem sancti petri apli oraret: a psecutorib⁹ artatur in custodia durissima trusa est. Deinde a collo et a capillis in arbore q̃dã suspẽsa adhibito subter horribili fumo in ꝯfessione domini emisit spm̃ .iiij. non. iulij.

¶ De sctõ Anselmo epo. Cap. lvj.

Anselmus eps ex ꝯfinio lõbardie et burgundie ortus puerilibus annis litteris a parentibus traditus breui spatio multa sapientia pollẽs ante annum .xv. de salute anime cogitare cepit: et cogitatũ ad effectũ perduxit. Egressus ergo patriam: dum ex transcensu montis nimium fatigatus esset: nec quicq̃ ad edendum haberet: minister eius ex insperato panem candidissimum diuinitus in sacculo repperit: ex quo vterq3 ad satietatem comedit. Exactis autem tribus annis partim in francia partim in burgundia in normaniam deuenit: et sub magisterio lanfranci pꝛioris becoeñ. doctoris illustris se contulit: ac deinde in eodem monasterio habitum religiosum assumpsit. Lanfrãco autem in abbatem monasterij cadoneñ. assumpto: vt supra in eius hystoria dictuz est .v. nonas iulij. Anselmus ei in prefato prioratu successit: sanctitateq3 et sapientia admodum clarescere cepit: plurima nanq3 diuina opuscula et solennia compilauit. ¶ Cum nocte quadam miraretur: quomodo prophete per spiritum multa futura predixerant: et oraret: vt hoc sibi deus aperiret: per parietes et muros interpositos vidit fratres ad matutinum exurgẽtes: et eoꝝ officia exequentes. Et intellexit: q sic deus potuerat sanctis prophetis abscondita reuelasse. ¶ Dũ quadam vice frater senior in extremis laboraret: et se a duobus lupis vorari vocibus horribilibus inclamaret. Anselmus pro fratre orauit: et postmodum ad ipsum intrauit: qui mox lupos effugatos asseruit: flamma ex ore sancti in modum lancee procedente: quam frater ille se viddarae perhibuit. Absolutusq3 ab anselmo hora .ix. vt sanctus predixerat: expirauit. Alias etiam dum in oratione persisteret: visus est ab alio fratre luce maxima circumfusus. Postmodum autem ad archiepiscopatum cantuarieñ. ecclesie electus est: qui dei populo exemplis honestissimis: et doctrinis clarissimis prefuit. Ipse enim festum cõceptionis alme dei genitricis sibi a domino reuelatum miraculose colendum didicit: ipse et primus celebrauit: et celebrandum in eius ecclesia constituit: vt superius dictum est in conceptione sancte marie .vj. idus decembris. Cum autem quodam tempore in villa quadam cum socijs hospitatus esset: et hospes nihil aliud preter panem et caseum eis apponendum haberet: iubente episcopo: q̃uis dudum recusasset: hospes ad flumen accessit: et misso rhete truttã maximã continuo cepit: ex qua omnes plene refecti sunt. ¶ Alio etiam tempore alteri eius hospiti cõquerenti: q pisces ei apponendos non haberet: ipse predixit q confortaretur: quia post morulam sibi magnus sturio mitteretur. Quod et post horam modicam factum est. Sicq3 clarus virtutibus quieuit in pace tertio nonas iulij. Sepultusq3 iacet in sua ecclesia cantuariensi.

¶ Hic composuit librum proslogion. id est alloquium de deo. Item monologion. id est soliloquiũ de sctã trinitate. Item de veritate librum vnum. De concordia liberi arbitrij: et prescientie diuine: atq3 predestinationis et gratie librum vnum. Cur deus homo librum vnum. De sacramento altaris librum vnum. De casu dyaboli librum vnum. De peccato originali librum vnum. De incarnatione verbi librum vnum. De azyma librum vnum. Meditationum vel orationum librum vnum. Parabolarum siue prouerbiorum librum vnum. De grammatica librũ vnum. Super canticis canticorũ librum vnum. Epistolarum ad diuersos librum vnum. De conceptu virginali et originali peccato librum vnum. Claruit tempore henrici imperatoris tertij.

¶ De sctõ Anselmo confessore. Cap. lvij.

Anselmus confessor lundonice ciuitatis anglie magister opinatissimus: et sapientia celebris: ac famosus: vite religione conspicuus tempore hẽrici quinti imperatoris admodum effulsit. Qui inter alia opuscula preclara super psalterio glosas marginales et interlineares ꝯposuit: q̃ et lundonice sepultus miracula ostẽdit


¶ De sctō Hugone abbate cluniacē. Capl'm.lviij.





Ugo abbas cluniacē. augustudunē. cu-
ius nobili ꝓsapia p̄re dalmatio ꝯsulari bel
licis rebus intēto nat⁹ est. Cū adhuc esset
in vtero matris: ⁊ p̄sbyter q̄dā missam tam
ꝓ illa ꝙ ꝓ fetu celebraret vidit i calice ima
ginē pueri resplendētis hugonis videlz nō
dum nati. ¶ Hic a puerilibus annis relicto seculo sub
abbate odilone monachus cluniacē. factus est: deinde
ad ꝑlatū ꝓmot⁹ itidē odiloni defuncto in abbatie regimi
ne successit. ¶ In maxima illū habuit reuerentia henri-
cus imꝑator secundus: cuius filiū henricū tertiū hugo de
sacro fonte leuauit: ⁊ in colonia agrippina cū eo pascha
celebrauit. Rediēs quoqꝫ cluniacū stephanū papā nonū
florentie languentem visitauit. In cuius p̄ntia: vt idē pō
tifex ꝑhibuit: demones ab eo abscedebant: in absentia ad
eum redibāt. In cuius etiā sinu idem papa spm̄ emisit.
¶ Hic abbas ꝯcilio gñali in remis ciuitate sub leone no
no celebrato interfuit: in quo mirabilr̄ ꝯtra simoniacos
inuexit. ¶ Cū sanctus rex hispanie hildefonsū captiua-
tum teneret: ⁊ ꝓ ipso sanctus hugo orasset: sanct⁹ petrus
captiuo appꝛuit: ⁊ ipsum hugonis precib⁹ ocius liberādū
ꝓmisit: deinde ipse ap̄ls sancio reuelat ⁊ nisi fratrē dimit
tat: mortē ei subitaneā ꝯminat: sicqꝫ statim hildefonsus
liberat. Spū etiā ꝓphetico claruit: qđ in plurimis: q̄ pre
dixerat: ꝯtingētibus apparuit. ¶ In quadā vigilia nati-
uitatis dn̄i vidit in ecclesia ꝟginē filiū paruulū in vlnis
gestantē: ⁊ de festo natalis filij exultātē: ac inimico huma
ni generis insultātē. Ad hāc vocē dyabol⁹ de humo erupit:
⁊ verba dn̄e exprobrauit: quē gl'iosa ꝟgo: vt ei visum est: tā
de cenobio ꝙ de ecclesia effugauit. vt supra actū est in le
genda natiuitatis dn̄i. viij. cal. ianuarij. Tandē senectute
plenus migrauit ad xp̄m. iij. non. iulij. ¶ In cuius trāsi-
tu q̄dā frater apud nēgetū vidit matrē xp̄i cū monachoꝝ
choro lucidissimo sagittarios quosdā effugantes. Inter
quos erāt martin⁹ ep̄s ⁊ b̄ndictus abbas hugonis aiam
in nube lucidissima collocātes. Eadem quoqꝫ nocte qua
migrauit a sc̄lo. Abbas q̄dam vidit duos lectos ornatissi
mos manibus angeloꝝ ad astra deferri: in q̄b⁹ collocan-
dos audiuit anselmū cātuariē. ⁊ hugonem cluniacē. q̄
ambo eadē ipsa die debitū exoluerāt carnis. Et vt vide-
rat sic eos ambos transiuisse cognouit. Sepultus est in
abbatia cluniacē.

¶ De sancto hugone confessore. Capl'm.lix.



Ugo de sc̄to victore pisiē. canonicus ꝯfes-
sor sanctus in scripturis diuinis eruditus
religione ⁊ scientia clarus in liberalib⁹ nul
lum suo tp̄e sc̄dm habēs tp̄e henrici q̄nti
imꝑatoris floruit. Qui in ecclesia dei opu-
scula plurima ꝑficua ꝯdidit videlz. Librū
de sacramētis. Hierarchiā bti dionysij explanauit. Su-
per ecclesiastē homel. xv. fecit. Sup lamētationes hiere-
mie librū. j. Librū didascalicon ꝯposuit. Sup angelicā hie
rarchiam dionysij librum. j. De arca siue claustro aie li-
brum vnū. De ꝟtute orandi librū. j. De institutione noui
tiorum librum. j. De arca noe lib. v. De ala xp̄i librum. j.
De ꝑpetua ꝟginitate btē marie librum. j. Sup ꝟbo. To
ta pulchra es librum. j. Notulas sup q̄busdam ꝟsib⁹ psal
morum. Soliloquioꝝ hoīs cum aia ⁊ alia plura. De clau-
stralibus lib. j. Quieuit in pace conrado tertio. Imꝑan-
te anno domini. M. cxxvj.

¶ De sctō Isaia ꝓpheta. Capl'm.lx.

Saias ꝓpheta nobili genere ortus in hie
rusalem patre amos non illo q̄dē q̄ ex. xij.
minoribus ꝓphetis tertius est: sed altero
nobile hierosolymita ꝓgenitus fuisse pro
bat. Hic eñ de hierlm ille de thecua oriū
dus extitit. Hic genere non infimus: ille
pastor ouiū ⁊ rusticanus fuit. Huius eñ sctitati diuina
scriptura testimonium in locis pluribus ꝑhibet: ⁊ ipsum
omnes doctores ⁊ Josephus iudeorum hystoriographus
necnon eius vite exitum: quem martyrio peregit in san-
ctorum patrum catalogo computandum expressius do-
cent. ¶ Cepit autem isaias prophetare sub ozia rege iu-
da ⁊ hieroboam rege israel. Cuius prophetia protendi-
tur per tempora trium regum subsequentium: videlicet
ioathan: achaz: ⁊ ezechie regum iuda: vt ipsemet in exor-
dio suo testatur. Et sub manasse rege prophetandi ⁊ vi-
uendi finem fecit circa principium regni. Hic autem vt
ait hieronymus: in sermone suo disertus est: quippe vt
vir nobilis ⁊ vrbane elegantie nec habens quicꝙ in elo-
quio rusticitatis admixtum: vnde accidit vt pre ceteris
florem sermonis eius translatio non potuerit conserua-
re. Qui etiam non tam propheta dicendus est ꝙ euange
lista. Ita eñ vniuersa christi ecclesieqꝫ mysteria ad liqui-
dum prosecutus est vt non eum quis putet de futuro va-
ticinari: sed de preteritis hystoriam texere. Prophetauit
autem isaias in hierusalem ⁊ in iudea: necnon. x. tribu-
bus in captiuitatem ductis: ac de vtroqꝫ regno nūc com
mixtim nunc separatim texit oraculum. Et licet interdū
ad presentem respiciat hystoriam: ⁊ post babylonie capti
uitatem reditum populi significet: in iudea tamen om-
nis ei cura de vocatione gentium: ⁊ de aduētu christi est.
¶ Hic sanctus propheta ezechiam regem iuda diuino
responso ad se facto confortauit: ne timeret a facie senna
cherib regis assyriorum cum hierusalem obsedisset: pro-
mittens regi ⁊ in hostibus plagam: ⁊ in populo dei salu
tem affuturam. Quod ⁊ factum est: angelo domini in ca-
stris assyriorum centum ⁊ octoginta quinqꝫ milia percu-
tiente: ⁊ sennacherib effugante: vt supra dictum est in ge
stis ezechie regis. ¶ Huius etiam orationibus domin⁹
placatus super lachrymis eiusdem regis: cum illum occi
dere primitus decreuisset: adiecit vite ipsius annos. xv.
in cuius signum solem per. x. horas in ecliptica retrogra
dari fecit: vt supra in eadem hystoria dictum est. ¶ Hu-
ius etiam prophete temporibus erat piscina extra vrbem
quando exercitus sennacherib regis babylonis obsedit
hierusalem. Sed precibus suis impetrauit isaias a do-
mino: q̄ siccabatur: quando hostes ad eam descendebāt
⁊ cum ciues egrederentur descendentes ad ipsum fontes
erant ibi aque sicut prius. Et secundum ꝙ dicit epiphe-
nius ad preces isaie copiosius soluto egresse sunt aque de
fonte syloe. Hoc enim stagnum vocatur in euangelio na
tatoria syloe. ¶ Mortuo autem ezechia cum filius eius
manasses regnare cepisset: ⁊ ydola ac aras simulacroꝝ q̄
pater suus destruxerat renouasset: ⁊ populum iuxta gen
tiū errare fecisset: eum quoqꝫ prophete missi a domino re
darguerent: nemini eorum parcebat: sed plateas hieru-
salem prophetarum sanguine purpurabat: inter alia ve-
ro scelera sua: isaiam prophetam auum suum maternum

scdm

scd̃m hebreos: vel scd̃m alios affinem: eiectum extra hie
rusalem circa dictã piscinã syloe serra lignea ꝑ mediũ se-
cari fecit. Qui dũ in pn̄cipio sectionis angustiaret̃: petijt
sibi dari aquã: vt biberet. Et cum nollent ei dare dñs de
sublimi iminisit aquã in os eius: ⁊ cõtinuo expirauit: nec
inde carnifices destiterũt a sectione. Ob hãc eñ aq̃ mis-
sionem confirmatum est nomen syloe: quod interp̃tatur
missus. Nec sepelierunt eũ in sepulchro ꝓphetarum sed
sub quercu rogel iuxta transitum aquarũ memorate pi-
scine quem fecerat ezechias: vnde in iugem memoriã san
cti ꝓphete adhuc aq̃ in piscina syloe nõ iugiter: sed incer
tis horis ebulliũt. Et q2 orone scti viri aq̃ ille a dño diui
nitus date fuerãt: ppl's ꝓphetã gl'iose sepeliuit in loco ꝑ-
dicto ꝑdie non̄. iulij: etiã vt oronib⁹ ei⁹ post mortẽ ipsi⁹ in-
desinẽter huius aque beneficio potirent̃. Hec iosephus. ⁊
hiero. ⁊ ex hystoria scholastica atq3 ex chronica guilelmi.

De sctõ Tranquillino martyre. Cap̃. lxj.

TRanquillinus martyr tp̃e diocletiani rome
passus est. Hic fuit pater sctõꝝ martyꝝ mar-
ci ⁊ marcelliani: quos ex martia vxore genuit
q̃ ad ꝑdicationẽ bti sebastiani martyris cum
cõiuge sua ad xp̃m cõuersus: vt supradictũ est
in passiõe eius. calen. xiij. febr̃. ⁊ a sctõ policarpo p̃sbytero
vna scẽ sacri fontis vnda ꝑfusus est. Et cũ graui morbo
ipse tranq̃llinus laboraret: mox vt baptizat⁹ est: sanitatẽ
ꝑcepit. Post q̃ marc⁹ ⁊ marcellian⁹ ei⁹ filij passi sunt vt su
pra in eoꝝ passiõe actũ ẽ. xiiij. cal'. iulij. ⁊ martia mater illo
rũ post dies modicos in pace migrauit ad xp̃m. Post hec
aũt cũ audisset tranq̃llin⁹ q2 zoe vxor nicostrati ꝓ xp̃i no-
mine passa esset: vt dictũ est supra de ea. iiij. non̄. iulij: ⁊ ip
se in mediũ ꝓrũpẽs cõqueri cepit: q2 femine viros ad pal-
mã ꝑcederẽt: ⁊ se xp̃ianũ libere in fori medio ꝓclamaret:
a paganis furentibus lapidatus martyrium consumma
uit ꝑdie nonas iulij.

De sctõ Goar confessore. Cap̃. lxij.

GOar monachus ⁊ cõfessor sctũs: anno. xvij.
mauricij imp̃atoris veniẽs ex eq̃tania cla-
ruit in gallia: vt ait sigibert⁹: cui⁹ sctitatẽ
famã sigibert⁹ rex frãcoꝝ audiẽs: ip̃m ꝑ nũ
cios req̃siuit: quẽ ad petitionẽ ppl'i treue-
ren̄. ep̃m cõstituere voluit: ille aũt satis re-
cusauit. Tãdẽ dieꝝ. xxx. inducias postulauit: vt ad cellam
suã ꝑgeret: ⁊ monasterij facta disponeret. Qui dũ perue-
nisset: orauit ad dñm vt se ab hmõi iugo liberaret: q̃ mox
febre ꝑcussus ꝑ. vij. annos cõtinuos graui lãguore decum
bens redire nõ valuit: ⁊ sic in senectute bona ibidẽ in pa-
ce quieuit ꝑdie non̄. iulij: cuius corpus ibidem tumulatũ
miraculis effulget.

De sctõ Nicostrato martyre. Cap̃. lxiij.

NIcostratus martyr marit⁹ sctẽ zoes ꝑmi
scrinius imp̃atoris diocletiani fuit: cui⁹
vxorẽ sctũs sebastian⁹ q̃ p̃ grauedine lõ
ge infirmitatis dudũ loq̃lã amiserat: li-
berauit: ⁊ ip̃3 virũ eius ac cõiugẽ cũ alijs
multis ad xp̃m cõuertit: quos sctũs poli
carpus p̃sbyter baptizauit: vt dictũ ẽ su
pra in passione sebastiani: xiij. cal'. febr̃. Post q̃ autẽ zoe
vxor eiusdẽ nicostrati martyriũ passa est: vt supra in eius
passiõe actũ ẽ. iiij. non̄. iulij. Et ip̃e nicostrat⁹ tent⁹ atq3 fa
biano vrbis ꝑfecto p̃sntat⁹ cũ in xp̃i nois cõfessiõe cõstãs
ꝑsisteret: ab eodẽ ꝑfecto decollatus est non̄. iulij.

De sctis nicostrato ⁊ socijs martyrib⁹. Cap̃. lxiiij.

NIcostratus claudius: castorius: victorin⁹:
symphorian⁹: seuer⁹: seuerianus: simplici⁹
⁊ carpophor⁹ martyres rome passi sunt sub
diocletiano ip̃atore iudice fabiano. Quos
idẽ fabianus ꝑ dies. x. detentos minis ⁊ blã
dicijs agens: vt sacrificarent: cum in nullo
eos posset penitus cõmouere: iussit eos tertio torq̃ri: ac de
niumꝑ mari precipites dari. Qui passi sunt nonis iulij: vt
dictũ ẽ. do.

De sctõ Panteno p̃sbytero ⁊ confes. Cap̃. lxv.

PAntenus p̃sbyter stoice philosophie ꝓfes-
sor: marci euãgeliste apud alexãdriã disci-
pulus fuit ⁊ vetusto de more ibidẽ ecclasti
ce schole ꝑfuit clarissimi ꝓbatissimiq3 do-
ctoris functo officio: tante nãq3 sciẽtie nõ
solũ in diuinaꝝ scripturaꝝ eruditiõe: verũ
in sclari litteratura fuit: tãtoq3 studio ⁊ amore v̄bi dei ꝑ-
dicãdi claruit: vt in indiam req̃situs per legatos ipsi⁹ gẽ
tis a demetrio alexãdrino ep̃o mitteret̃: vbi v̄bũ dei fer-
uẽter ⁊ feliciter predicauit oĩbus gentibus q̃ in orientis
vltimis finibus recõdunt̃. Et deinũ ad indiã inferiorẽ re
diuit: reppertiq3 bartholomeũ ap'lm aduentum dñi ⁊ fi-
dei semina ꝑmum ibi scd̃m matthei euangelium seminas-
se: quod quidem inde hebreis scriptũ3 litteris regrediẽ3
alexandriã secum tulit: vbi ⁊ ipsum in grecum transtulit
Multa vm hui⁹ doctrine ecclesiastice stare dicunt̃ apud
alexandrinos monimenta sed viue vocis oraculo plus ec-
clesie contulit. Docuitq3 sub seuero ꝑncipe ⁊ antonio co-
gnomento caracalla imp̃atore. Et apud alexandriam
quieuit in pace non̄. iulij.

De sanctis kiliano episcopo: colonato ⁊ romano martyribus. Capl'm. lxvj.

KIlianus ep̃s: colonatus presbyter ⁊ ro-
manus: dyaconus martyres apud vircz
burch oppidum germanie passi sunt.
Hic eñ sanctus genere scotus nobilib⁹
parentibus ortus: a pueritia sacris lit-
teris eruditus: adhuc iuuenis oĩbus ꝓ
christo relictis monachus factus ẽ: san
ctitate ⁊ vite cõuersatiõe cõspicuus claruit: ⁊ ad presbyte-
ratus ordinem in monasterio ascendit. Cũq3 concursum
seculariũ ad se ex fame opinione cõfluentiũ fugeret: inde
discessit: ⁊ p̃mo q̃dem britanniã: deinde galliam: ac post
germaniam venit. Et ad oppidum vircz burch: quod la-
tine d'r viridorum castellum diuertit: vbi populus adhuc
gentilium credulitate tenebatur. Quorum errori sanct⁹
compatiens romam accessit: ⁊ a summo pontifice se gen-
tis illius ep̃m consecrari obtinuit: atq3 autoritate pape
ad idem oppidum ad predicandum redijt: adiunctis sibi
colonato presbytero ⁊ romano diacono. Ip̃e vero comites
suos qui secum ex scotia egressi fuerant. Colũbanũ: vide
licet in italia. Gallũ vero in alemania dimisit: ⁊ ad vircz
burch castrum accessit: vbi predicationi instando ducẽ3
ciuitatis gothbertum nomine ⁊ omnem populum ad fi-
dem conuertit: ⁊ eum datis sibi socijs baptizauit. Cũ aũt
¶ Cum die quadam aduersus hereticos predicasset: auctoritates suas in scriptis redegit: ⁊ cuidam heretico cedulam ad deliberandū tradidit: qui socijs sero ad ignē cōgregatis cedulam produxit. Ipsi vero omnes adinuicē cōdixerunt vt cedula in ignem projceretur: vt sic ex eius cōbustione vel conseruatione: fides eorum vera vel falsa probaretur. Que vel tribus vicibus in flammas iniecta ⁊ tertio de igne prosiluit illesa. Heretici tamen in sua duritia permanentes: sibi vicissim super miraculo silentium imposuerūt. Quod tamen nutu dei ab astante milite catholico reuelatum est. Episcopo vero oxomensi defuncto ceteris recedentibus. Dñicus cum paucis ibidem permansit: ⁊ verbum dei instanter predicans: multa ab emulis opprobria ⁊ persecutiones pertulit: quas omnes diuina gratia superauit. ¶ Reperiens quendam qui ex paupertate hereticis adhereat: decreuit seipsum vendere: vt sic illius inopie subueniret: ⁊ illum ab errore subtraheret: qd̄ ⁊ fecisset: nisi eius inopie diuina gratia prouidisset.

¶ Alias etiam mulieri: que filium a saracenis captum deflebat: se vendendum pro eius redemptione obtulit: sed mulier non acquieuit. ¶ Post hec cepit de institutione ordinis cogitare: cuius officium esset per mūdum discurrere: ⁊ fidem ab hereticis defensare. Qui postque decem annis tolose permanserat: ad concilium generale: quod rome celebrabatur: cū fulcone epo suo adijt: ⁊ ab innocētio tertio papa ordinē predicatorum instituendū ⁊ cōfirmandum postulauit. Cūque in hoc se papa difficilem exhiberet: nocte quadā vidit in somnis lateranēsem ecclesiā ruinā minantem: ⁊ dñicū humeris suppositis casurā illā fabricatam

sustentantē. Qui euigilans et visionem intelligēs petitio-
nem viri dñici acceptauit: et vt sibi approbatā aliquā re-
gulā eligeret mādauit. Dñic⁹ ergo cū .xv. fratrib⁹ regu-
lā augustini doctoris et pdicatoris assumpserunt: et sic ordi-
nē incohauerūt. Cōfirmationē vero innocētio iā defuncto ab
honorio .iij. ei⁹ successore obtinuerūt anno dñi .M.ccxvj.
¶ Dū ergo rome in ecclesia sctī petri p dilatiōe ordinis
exoraret: aplōꝝ pncipes eidē apparuerunt: quoꝝ petr⁹ ba-
culum paulus librū ei tradiderunt: atq; ad pdicandum
miserunt: q̄ fratres innumeros sui ordinis moꝝ aspexit p
mundū discurrentes et verbū dñi pdicātes. ¶ Quidā fra-
ter minor vidit in spū xp̄m in aere existentē: et tres lāceas
contra mundū vibrantē: seq; illis oēs hoīes velle pimere
ptestātē: cui occurrēs btā vgo orauit: vt modicū sustine-
ret: cū duos strennuos pugiles haberet: q̄ ad mundū cō-
uertendū sufficientes essent. Obtulitq; filio beatos dñi-
cū et franciscū: quos ambos xp̄s approbauit: et vt mater il-
los ad mundū pdicandū mitteret: iīpauit. ¶ Existente
eo bononie qdā cōuersus frater a dyabolo arripit: et a fra-
tre Rainerio Dñico psentat. Adiuratusq; spūs dixit in
eum introisse: cum precedenti sine licentia et absq; signo
crucis in ciuitate bibisset. Sed cum signum ad matuti-
num pulsaret: demon se amplius stare ibidē non posse di-
xit: q2 caputiati surgebant. Et sic orante sancto exire cō-
pulsus est. ¶ Cum in ptibus tolose libri eius in flumine
sine conseruatorio cecidissent: post dies duos a piscatore
in rhete inueniunt: adeo oī aque humore illesi acsi fuis-
sent in armario custoditi. ¶ Veniēs ad quendā locū no-
cte cum fratres inqetare nollet dormientes orōnē fudit
et clausis ianuis cū socio introiuit. ¶ Alias etiā existens
cum quodam conuerso ordinis cistertieñ. cum sero ad ec-
clesiam venissent eamq; clausam reppeissent orōne fusa
se intra ecclesiam subito inuenerunt: et noctē in orōne du-
xerunt. ¶ Scholaris qdā lubricus cum ipsius celebrātis
manū deosculatus esset: maximā inde fragrantiā sensit:
moxq; in eo oīs carnalis estus refriguit. ¶ Quidā magi-
ster sciētia et fama pclarus tolose in theologia legēs: quo-
dam mane vidit in somnis .vij. sibi stellas lucidas psenta-
ri: q̄ eo de nouo xen⁹o admirante totū mūdū illustrare vi-
debant. Et ecce dū scholas intrasset: beatus dñicus cū
sex ex suis fratribus magistrum adeunt: et vt eos in suos
auditores susciperet humiliter deposcunt. Qui visionē re-
colens illos esse stellas quas viderat intellexit: eosq; gra-
tissime recepit. ¶ Existente rome btō dñico qdam magi-
ster rhegynaldus sctī aniani aurelian. decanus cum ordi-
nē ingredi pposuisset: et hoc viro dei indicasset: subito ad
mortem infirmatus est: p quo dñicus beatā vginem cui
specialr curā ordinis cōmiserat exorauit. ¶ Regina ergo
misericordie cū duabus vginib⁹ rhegynaldo in extremis
laboranti nocte appuit: et vnctione mirifica ipm p singu-
las corpis partes inunxit: formasq; vboꝝ ad singulas vn-
ctiones ptulit: et die tertia ipsum plene sanandum pmi-
sit: eiq; habitum pdicatorum ordinis demonstrauit. Quā
visionem cūm p oīa fiīvir dei conspexisset: mane ad rhe-
gynaldum accessit: et ipm sanatum reppert nedū ab estu
febris sed etiam a concupiscētia carnis. A quo seriē visio-
nis audiuit: et habitum a vgine demōstratum assumpsit.
Nam antea fratres superpelliceis vtebant. Rhegynald⁹
ergo sanatus ordinē introiuit et missus bononiam officiū
predicationis feruenter peregit. ¶ Iuuenis qdam nepos
dñi stephani cardinalis de fossa noua cum equo in foueā
pcipitio lapsus: inde mortuus est eductus: quem beatus
dñicus orōne fusa cum lachrymis continuo suscitauit.
¶ In ecclesia sancti sixti architectus qdaȝ cecidit diuq;
sub cumulo cadentis macerie iacens expirauit. Cui⁹ ca-
dauer ad se delatum: vir dñi orationum suffragio a mor-
tuis excitauit. ¶ In eadem ecclesia apud vrbem cum fra-
tres .xl. manerent: et panis ei quadam vice deficeret: modi-

cum panem repertum per bucellas fratribus discumben-
tibus diuisit. Et ecce duo iuuenes forma et habitu decori
refectorium intrauerunt: palliaq; plena panibus detule-
runt: qbus viro dei cunctis videntibus silēter oblatis su-
bito discesserunt. ¶ In itinere positus cum grauis plu-
uie inundatio fieret: a se et socio imbrem adeo signo cru-
cis repulit: q circa eos ad spatium trium cubitorū nec
aque vel vnica gutta descendit. ¶ Constitutus in itinere
cum quodam viro religioso: conuersationis domestico sz
loquela alieno: dolens q diuinis eloquijs se mutuo refo-
uere non possent: impetrauit a domino vt alter alteri⁹ lin-
gua loqueret: et sic per triumverba alterutrius idiomate
variantes mutuis se collationibus confortarunt. ¶ Ho-
minem quendam pluribus vexatum demonijs stolam col-
lo ipsius imponens fugatis immundis spiritibus libera-
uit. ¶ In partibus tolosanis ex pluribus conuictis he-
reticis et incendio damnatis vnum reseruari fecit: quem
spū pphetico futurum fratrem et egregium predicatorem
preuidit atq; predixit: et vt predixerat sic euenit. Nam et
spm pphetic ipsum habuisse multorum que predixit euē-
tus pbauit. ¶ Apud sanctum sixtum in vrbe fratribus ad
capitulum conuocatis omnibus prenunciauit .iiij. ex fra-
tribus in breui: duos videlicet in corpore et duos in anima
morituros. Et post modicum duo ad dñm migrauerunt
et duo ex ordine recesserunt. ¶ Existens bononie in vigi-
lia assumptiōis dñe: priori monasterij casemaris ordinis
cistertieñ. sibi amicissimo exigente materia familiariter
reuelauit q nunq̄ a dño aliquid postulasset: quod iuxta
votum non obtinuisset. Cui cum prior ille diceret: vt a do-
mino impetraret q magister conradus teutonicus ordi-
nem assumeret quod fratres summo desiderio affectabāt
finito completorio cunctisq; discedentibus fratribus so-
lus ipse in ecclesia mansit: et in ordine more solito pernō-
ctauit. Conuenientibus ergo fratribus ad primam cum
cantor hymnū: iaȝ lucis: incepisset: ecce noue lucis nouū
sidus futurus magister conradus aduenit: et ad pedes vi-
ri domini se psternens habitum vt petijt perseueranter ac-
cepit. ¶ Frequenter dum corpus dñi leuaretur in tanto
mentis rapiebat excessu acsi ibidem xp̄m incarnatum vi-
deret. Mira vero penitentia corpus affligebat: et noctib⁹
orationi intentus dies predicationibus impendebat.
¶ Tandem appropinquante peregrinationis termino
apud bononiam grauiter infirmatus vidit iuuenem pul-
cherrimum se ad celi gaudia inuitantē. Conuocatis igi-
tur duodecim ex fratribus conuentus bononie testamē-
tum condidit: et que possederat eis iure hereditatis dimi-
sit: charitatem scilz humilitatem ac voluntariam pauper-
tatem: prohibens omnino ne quis in ordine suo possessio-
nes induceret temporales: maledictionem dei et suam im-
pcans ei: q̄ ordinē illum queȝ paupertatis pcipue deco-
rat pfessio: terrenaꝝ diuitiaꝝ puluere psumpserit macu-
lare. Fratrib⁹ quoq; decessum suum egre ferētib⁹ eos dul-
citer consolatus est: pmittens q vtiliorem ipsum forent
post obitum habituri. Sicq; ad extrema deueniens anno
dñi .M.ccxxj. nonis augusti obdormiuit in dño: sepult⁹
in terra in cōuentu bononieñ. ¶ Eadem hora frater gua-
le prior conuentus brixieñ. et postmodum ipsius ciuitatis
eps: vidit in somnis celum apertum: et duas scalas candi-
das ad terrā demitti: quarum summitates christus cum
matre tenebat: et angeli per eas ascendebant: in medio au-
tem frater ordinis in sede posita residebat: quem iesus et
mater sursum cum scalis trahebant: donec ipsum in celū
eleuatum apertura celi clausa est. Qui diem et horā notās
veniens bononiam inuenit sanctum eodem tēpore a cor-
pore migrasse. ¶ Eadem hora frater rhao positus apud
tybum cum missam celebraret: et in canone patrem domi-
nicum more solito commendare vellet: in extasi raptus vi-
dit sanctum dominicum corona aurea et immēso lumine
adornatū

adornatum: duobus reuerendis viris comitatum extra
bononiam ꝓcedentem: qui diem ⁊ horam similiter no-
tauit: tuncq̧ virũ dei in pace quieuisse cognouit. ¶ Cuꝫ
autem corpus eius sub terra multo tꝑe iacuisset: mira-
culis crescentibus ⁊ fama a fratribus in eminentiorem
locum translatum est: qđ tam mira fragrantia redole-
bat: vt totam quasi ciuitatem repleret: ⁊ cũctoꝝ aroma-
tum odorem superaret que translatio facta est .x. calen.
iunij. Quiescit q̧ ibidem sanctum corpus insignib⁹ mi-
raculis pollens.

¶ De sctõ Osualdo rege ⁊ martyre. Cap. xxiij.

OSualdus rex berniciorũ ⁊ martyr vt scribit
beda .iij. libro pmo cap. successit frĩ suo eanfri i
do qui fuerat xpianus sed apostatans a rege
britonum cedualdo in bello fuerat iterfect⁹
Post cuius occisionẽ osualdus cum paruo
exercitu fide xpi munitus superuenit: ⁊ suos in xpi noie
exhortans crucem ligneam terre affixit: ⁊ ante ipsas cuꝫ
exercitu ꝓcidentes: ⁊ xpm in sui adiutorium inuocãtes
de hostibus viriliter triumpharũt. In testimoniũ ergo
miraculi ⁊ sanctitatis osualdi: de ipsa cruce lignea frusta
conceduntur: ⁊ in aquã mittuntur: cuius aque potus sanita-
tem cuiuscũq̧ egritudinis prestat hoibus ac iumentis.
¶ Osualdus igitur percepta victoria regnoq̧ suscepto in
fide xpi animatus ad gentem scotoꝝ insule misit in qua
dudum fuerat delegatus vt sibi catholicum aliquẽ epm
mitterent qui gentem suam fide christiana imbuerent.
Missusq̧ est eps badrianus cuius predicatione regisq̧
fauore atq̧ suasu gens bernicioꝝ xpi fidez suscepit. Rex
eniñ epo linguã ignoranti semꝑ astitit: eiusq̧ iterpres ad
populum fuit. Tunc cepit rex ecclias ꝯstruere: ⁊ paupri-
bus largiflue ministrare. ¶ Quodam die pasche posita
mensa ⁊ disco argenteo cum regalibus vasis: nunciatũ
est ei infinitam paupeꝝ multitudinẽ pre foribus assiste-
re elemosynas postulantes: qui nedũ oẽs escas ad pran-
dium paratas eis largiri fecit: verũ etiã discũ argenteuꝫ
cum vasis oĩbus ꝑ frusta ꝯcissa eisdem impartiri man-
dauit. Quo pietatis ope viso eps manũ vtrãq̧ tangens
dixit. Nunq̃ putrescãt hec manus: qđ ⁊ euenit. nam ⁊ re-
ge interfecto vt dicitur: manus cũ brachijs a cetero corpo-
re precise vsq̧ in presens incorrupte permanent. Hic
rex sanctus inter berbenoꝝ ⁊ deiroꝝ ꝓuincias dudum
ab inuicem discordes pacem ꝓcurauit: ⁊ ad finem opta-
tum perduxit. Totũq̧ regnũ britannie primus acquisi-
uit ⁊ obtinuit: cui⁹ partẽ solũmodo eius pdecessores pos-
sederant: ipm aũt felici regimine gubernauit. Postq̃
aũt .ix. annis regnasset ꝯtra paganoꝝ exercitum genti-
lemq̧ regem mercioꝝ ꝓ fide dimicans ac regni salute i
bello martyr occisus est anno etatis sue .xxxviij. nonas. au-
gusti in quo loco oẽs quorũcũq̧ languentiũ hominũ vel
alalium egritudines sanantur. Puluis quoq̧ de loco vbi
interfectus fuerat assumptus quocũq̧ delatus: ⁊ in po-
tum languentibus datus: eãdem obtinet gratiã sanita-
tum. Sepultusq̧ est in ciuitate regia noĩe beba miracu-
lis insignis. Manus autem cum brachijs per se in vase
argenteo posite oĩno incorrupte seruantur.

¶ De sctõ Emigdio epo ⁊ martyre. Cap. xxiiij.

EMigdius eps de ꝓuincia francie australi
que dicitur germania: cum esset adhuc pre-
sbyter inde egressus est cum .xv. fratribus
suis tribusq̧ discipulis .s. euplo germano
⁊ valẽtino tꝑe quo rex polymonius genti-
lis in ciuitate esculana christianos perse-
quebatur: venitq̧ romã multa miracula faciendo. Qđ
audiens cecus quidam assumpto ductore venit eum re-
quirendo vt ab ipso illuminaretur: cui in via adiunct⁹ est
miles hñs filiam fluxum sanguinis quinquennio pa-
tientem: qui cum sctm̃ emigdium inuenissent: cecum q̃-
dem presentem illuminauit: filiam vero militis absentez
dum ꝓ illa orasset: a profluuio liberauit: ipsosq̧ omnes
cum .cl. hoibus ꝓmiscui sexus baptizauit. Sed postq̃ ido-
lum asclepij signo crucis ꝯminuit: sacerdotẽ eius ꝯuer-
tit cũ .M. xxx. viris ⁊ alijs puulis ⁊ mulieribus multis.
Quod audiẽs vrbis ꝑfectus querebat emigdiũ occidẽdũ:
veniens quoq̧ ad marcellũ papã ab eodẽ eps esculanꝰ ci-
uitatis ordinatur: ⁊ ad pdicãdũ illuc destinatur. Ipe aũt mira-
cula multa ostendens venit esculum secutus a multitudi-
ne fidelium. In cuius ingressu demones se incẽdi clama-
bant. Quapropter ad cũuenientes egri numero .cl. q̃ ab
eorum dijs curari nõ poterant: ꝑcepto ab eo sacro baptis-
mate oẽs a diuersis languoribus sanati sunt: vnde et pro-
pter hec miracula ppl̃s tẽpla .xij. euerterunt ydolaq̧ igni
tradiderunt: verũ cũ sctũs orones ad deũ fudisset: mox fa-
cto terremotu cetera phana ydoloꝝ numero .xxij. subito
corruerunt: multiq̧ ad xpm visis tot miraculis conuersi
sunt: ⁊ in ipso oppido tres ecclesias ꝯstruxerũt. Cũ aũt
a rege q̃reretur ꝑsecutionẽ fugiens ad vrbẽ picenã venit su-
scept⁹ a matrona xpiana: vbi demerso in fluuium simula-
cro phanoq̧ orone destructo multos ad xpm conuertit.
¶ Tãdẽ rex polymnius ipm detinuit: ⁊ hortabatur vt dijs i-
molaret: ꝓmittens ei se filiam suã in ꝯiugem daturum.
Quãq̧ ei tradidit vt ipsã ad sacrificia ꝓuocaret. Emigdi⁹
vero puellã se tẽtantẽ ad xpm sua pdicatione conuertit:
aquãq̧ de saxo ꝓducens ipsã continuo baptizauit. Alios
quoq̧ plures quos a diuersis pmũ languoribus sanos ef-
fecerat: eadẽ vnda ꝑfudit. Quod rex audiens ipm in eodẽ
loco iuxta flumẽ rheonti decollari precepit. Sed anteq̃ de-
collaretur dñr orasse: vt in ciuitate esculo nullus aliq̃n esset
leprosus vel demoniacus: ⁊ q̧ nullus exercitus ipsam vrbẽ
vltra .x. dies obsidere posset aut ibi ꝑseuerare: decollatus
quoq̧ caput suũ in byrrho suscepit ⁊ trecentis passibus ꝑ-
ambulauit vsq̧ ad montẽ cenobitaꝝ: q̃ mons se mirabiliter
apuit: ⁊ corpus cũ capite intra se recepit seq̧ ꝯtinuo re-
clusit: vbi vsq̧ in pñs q̇escit. Sanguis aũt ipsius a xpia-
na quadam collectus: esculi reseruatur in ecclesia sua. Qui
passus est nonas. augusti.

¶ De sctõ Menio epo ⁊ confessore. Cap. xxv.

MEni⁹ catalanensis eps nobilis romanꝰ a sctõ
petro apl̃o in epm consecratus: cũ sctõ dio-
nysio ⁊ alijs epis ad gallias pdicatiõis grã
directus est: adiũcto ipsi subdyacono ma-
ximiano. Sed cũ .xviij. miliario ab vrbe elõ-
gati forẽt: subdyaconus mortuus est. Me-
nius vero ad petrũ redijt. ⁊ sociũ defunctũ nunciauit. Ac-
cepta quoq̧ ab apl̃o de fimbria vestimẽti eius ꝑticula: re-
uersus cadauer adhuc inhumatũ tetigit: ⁊ ꝯtinuo mor-
tuus resurrexit. Alia quoq̧ signa plurima ꝑ illos domi-
nus ondit. Cũ aũt ad vrbẽ catalanensi. venisset: ⁊ ppl̃m ad
conuertendũ durũ repperisset: miliario vno a ciuitate in
loco deserto cepit in spelũca ꝯtẽplationi vacare multisq̧
inibi miraculis clarescere. Nã puerũ nobilẽ q̃ cadens in
fluuiolo q̃ nauta dr̃ ⁊ iuxta ciuitatẽ labitur necatus fuerat
suscitauit: multosq̧ viso mirabili signo ad xpm ꝯuertit.
Sic a ppl̃o cũ honore ad ciuitatẽ ducitur ⁊ in epm sublima-
tur. In ipso quoq̧ vrbis ingressu tres leprosos mũdauit ⁊
totidẽ cecos illuminauit: demonẽ quoq̧ ab obsesso quo-
dam eiecit. Gregẽ aũt dñicũ verbis ⁊ exemplis refouẽs an-
nis .lxx. sedẽ suã feliciter gubernauit. Et confectus senio
in pace quieuit nonas. augusti.

¶ De sancto Iusto epo. Cap. xxvi.

IUstus eps lugdunensis fuit. Qui cum epatu re-
licto aliquot annis in heremo angelicam vi-
tam egisset. ibidem sancto fine migrauit ad
dñm. Cuius sanctum corpus lugdunenses ci-
ues sollicite requisitum: ac in heremo vastissi-
ma repertum a remotis terre partibus ad suam ciuitatẽ

tulerunt: et ibidem in ecclesia sui sacerdotij honorifice cō
diaerunt non. augusti.

¶ De sancto Cassiano epo. Cap. xxvij.



Assianus eps ex alexandrinoꝝ nobili gene
re ortus a sancto zenone eiusvrbis epo di
uinis lrīs eruditus est. Qui oīa p xpo re
linquens in hortesi. ciuitate ecclesiam con
struxit. Ibiqꝫ degēs sub iouiniano iperato
re xpianissimo a pplo eps constitutus est.
Et cū ipam sedem diudū in sctitate gubernasset: pegrina
tionis gratia inde discessit: et p mare massiliam nauiga
uit. Indeqꝫ augustuñ. venit: et sancto simplicio epo trien
nio adhesit. Quo defuncto oīs clerus et populus cassianū
sibi in epz constituit. Qui vita et miraculis clarens anno
xx. sui epatus in pace quieuit non. augu. ¶ De hoc fra
ter vincentius ait q̄ dum sanctus germanus antisiodo
ren. epus de britannia rediens ad tumulum huius oraret.
Interrogauit cassianum quō se haberet. Qui statim ex
tumulo cunctis audientibus respondit: se pfrui dulci qe
te: et secundum saluatoris aduentum expectare. Cuius se
germanus orationibus commendauit: et vt in ipso secun
do aduentu partem secum habere mereretur: humiliter
supplicauit.

¶ De sctā Aphra martyre. Cap. xxviij.


Phra martyr apud cretam in ciuitate augu
stana martyrium passa est. Hec cum esset pa
gana et meretrix matrem hylariam de lenoci
niovitam exigentem habebat. Ipa vero cū tri
bus ancillis suis: videlicet digna: eunemia: et
eutropia se cunctis petentibus pstituebat. Sed p pdica
tionem narcissi hierosolymorum epi ad xpm conuersa et
cum oī domo et matre baptizata: atqꝫ a pctō reuocata est.
Que a iudice comphensa cū sacrificare nollet: sed diceret
sufficere sibi pctā sua: qb9 de corpe suo et ancillaꝝ ludibriū
faciens deum offenderat: q̄ tñ eā peccatricē ad pniam con
uerterat: viua incendi iussa est: vnde iuxta siluā lethei flu
minis adducta flāmisqꝫ tradita: sic spm emisit: vt corpus
oīno pmaneret illesū. Ancillas vero q̄ eā ad martyriū secu
te fuerāt: puer cuz nauicula apparens ptinuo trāsuada
uit. Que cū corpus incōbustum inuenissent: nec ipm sepe
lire possent nec nunciū p quē matri nunciarēt paratū ha
berent: puer q̄ eas trāstulerat eis flumen natauit: et pdi
cta hylarie matri nunciauit. Que veniēs noctu cū sacer
dotibus et ancillis corpus abstulit: et secundo miliario ab
augusta ciuitate in monumento proprio sepeliuit nonis
augusti.

¶ De trāsfiguratiōe dñi nri iesu xpi. Cap. xxix.




Ransfiguratio dñi in qbusdā ecclesijs. viij
idus augusti celebrat̄ nō q̄ ea die: vt qdaz
aiunt: trāsfiguratio ipa facta fuerit: sed ea
die p aplos publicata. Nā vt dicūt transfi
guratio facta est circa pncipiū veris. Verū
discipuli ppter phibitionē eis a dño factā: ne visionē quā
viderāt: alicui dicerēt: donec filius hois a mortuis resur
geret: ipam tādiu celauerūt: et in hac die manifestauerūt
ita legit̄ in libro q̄ dr̄ mitralis. ¶ Circa hāc trāsfiguratio
nem quattuor sunt attēdēda. Primo qre dñs se trāsfigu
rare voluit. Scdo quō se trāsfiguratū ondit. Tertio quos
sue glie testes adhibuit. Quarto qualiter ipam visionem
cōfirmauit. ¶ Circa pmū sciendū q̄ xps corā discipulis
trāsfigurari voluit ppter tria. Primo ad pfirmādā eoꝝ fi
dē: cū eñ pauloante dñs aplos interrogasset: quē ipz hoīes
esse dicerēt: illiqꝫ varias hoim opiniones rñderēt: petro ve
ro in psona oīm aploꝝ ipm esse xpm filiū dei viui ptestāte
ad pfirmādā fidē ipoꝝ xps eis gliam diuinitatis sue ostē
dere voluit: vt tā ex visione vultus splēdētis q̄ ex auditiōe
patris ipz esse dei filiū exclamātis: qd ipsi pmo de iesu cre
debant: in eoꝝ cordib9 efficaciter et sine vlla hesitatione fir
maret̄: vt qi passurus erat: cū apli eū tanq̄ hoīem verum
mortuū cernerēt: etiā tāq̄ vere dei filiū resurrecturū nō du
bitarēt: et qr ipsa trāsfiguratio summe deitatis mysterium
repñtat: iō nō oīb9 discipulis tāq̄ secretū diuinū reuelan
da fuit: sed eis solūmō q̄ ceteris excelētiores erāt et nō vni
tm̄: qr testimoniū vnius q̄si nullū9 reputat̄: sz trib9 discipu
lis eo q̄ in ore duoꝝ aut triū testiū stat oē vbū. ¶ Scdo
ad augendū eoꝝ spē: vt p talē visionem discipuloꝝ alos ad
passionē firmaret. Opz eñ ad hoc: vt aliquis directe pce
dat in via q̄ finē aliqualr pcognoscat: sicut sagittator nō
recte iaciet sagittā nisi signū pspiciat: vnde dicebat tho
mas ioan. xiiij. Dñe nescimus: quo vadis: et quō possum9
viā scire. Et xps p passionē nō solū gliaz ale obtinuit quā
habuit a pncipio cōceptionis: sed etiā corpis: et iō conue
niens fuit: vt discipulis gliam sue claritat̄ corpalis ostē
deret: vt sic spē future glificatiōis in eoꝝ corpib9 demōstra
ret: scdm illud phi. iij. Reformabit corp9 humilitatis nre
configuratū corpi claritatis sue. Tertio ad pficiēdū cha
ritatē. Apli eñ lz in xpo diuinitatē crederēt: solam tñ hu
manitatē cōspexerāt: et idō lz aliquid in xpo diuinū dilige
bāt: qr difficile est amare: qd nō videt̄: ideoqꝫ xps eis gliaz
sue diuinitatis reuelauit: vt cū ipm etiā deū ex tali visiōe
cōspicerent: etiam in ipso diuinitatem manifeste cogno
scerent: et p consequens vt deū ipm diligerēt. ¶ Circa se
cundū sciendū q̄ iuxta textū euangelij facies eius resplē
duit sicut sol: vestimēta eius facta sunt alba sicut nix.
¶ Et notādū q̄ inter qttuor dotes corpis claritas est ip
sius psone in seipa. Alie vero tres nō percipiūtur nisi ali
quo actu vel motu. Christus aūt lz alijs trib9 alias corpo
ris dotes in se ostēderit: videlz agilitatē qñ sup mare am
bulauit. Subtilitatē qñ clauso virginis vtero in mūdū p
dijt. Impassibilitatē qñ iudeis eum lapidare volentibus
de manibus eoꝝ exiuit: nō tñ ppter illas dr̄ transfigurat9
sed p solam claritatem quā discipulis in monte ostendit
que sola pertinet ad aspectum psone. Figura eñ circa ex
tremitatem: corporis considerat̄. Nam figura est: que ter
minis continet̄: et ideo sola claritatis assumptio dicitur
transfiguratio: et hec claritas deriuatur ab anime clarita
te: quam xps semp habuit eo qd ipsius ala semper beata
fuit: ideo et corpora nostra post resurrectionem sicut sol re
fulgebunt: que lux ex ale claritate: que beata erit: originē
habebit. Mat. xiij. Fulgebunt iusti sicut sol in regno pa
tris eorum. Nec est dicendum q̄ xps ostenderit tantam
claritatem: quantam habuit: sed quantaz oculis discipu
lorum pcipiendā possibile fuit. Et sicut caro xpi ex clari
tate ale splendorē illū cōtraxit: sic etiā vestes eius ex car
nis splendore candorē niueū ptraxerunt sicut vbi gratia
aqua ex solis radio percussa resplendet: et paries ex aqua
splendente repercussus refulget. ¶ Circa tertium est sciē
dum q̄ xps huius sue gloriose visionis testes adhibere vo
luit patres noui ac veteris testamenti. De veteri autem
testamento duos: de nouo autem tres assumpsit: qr vide
lz vetus

lz vetus testamentum tanq̄ ex dualitate. qui est numerus diuisionis: imperfectum fuerat: nouum aūt ex trinitate perfectionem in se grām ꝯtinebat. Uel per moysen et heliam lex et prophetia designantur in quibus omnia veteris testamēti mādata ꝯtinentur: qđ enim lex primo mandauit: et prophetia postmodum ꝯfirmauit. Uel per moysen et heliam denotantur duo status antiqui tēporis. Quorum vnus fuit ꝯiugatorum designatus in moyse: alius ꝯtinentium designatus in helia. Uel per moysen significantur oēs defuncti suscitādi per heliā in corpore viuentem oēs viui reperiendi et a dño in nubibus rapiendi cum venerit in gloria sue maiestatis ad iudicandum viuos et mortuos et seculum per ignē: qđ iam per hanc transfigurationē denotatum est. ¶ Tres aūt discipuli videlz petrus iacobus et ioannes significant tres ordines ecclesie militantis: quibus aureola datur: ad quas oēs ceteri reducuntur. Petrus enim significat doctores: qr ipse fuit ecclesie olim primus pastor. Joannes oēs virgines: quia virgo a dño electus est. Jacobus vero martyres: qr primus inter apostolos martyrium ptulit. Primus aūt ordo pugnat ꝯtra diabolum. Scđs ꝯtra carnem. Tertius cōtra mundum. Ad primum ordinem reducuntur ꝯfessores: ad secundum ꝯtinentes: ad tertiū penitentes. ¶ Uel per istos tres apostolos significantur tres virtutes theologice per quas ad gloriam eterne felicitatis puenire debemus. Petrus enim denotat fidem: qr ipse solus ꝯfessus est gloriam veritatis dicens. Tu es christus filius dei viui. Jacobus denotat spem qr primus olim aplōrum passus fuit propter spem retributionis eterne. Joannes vero charitatem: qr ipm xps spāli prerogatiua super oēs dilexit. Uel per ipsos tres aplos significantur tres penitentie partes sine qua ad claritatē eternā nemo puenit. ¶ Petrus enim qui interpretatur agnoscens denotat ꝯtritionē: que ex sola peccati noticia puenit. Ps. Qm̄ iniquitatē meā ego cognosco. vnde et petrus: culpa sua cognita fleuit amare. ¶ Jacobus qui interpretatur supplantator denotat ꝯfessionē: qua diabolus supplantatus eliditur. ¶ Joānes qui interpretatur grā dñi denotat satisfactionē: qua homo penitens ad grām reuocatur

¶ Circa quartum sciendum est q in baptismo xpi: qđ fuit mysterium prime regenerationis: et in transfiguratiōe quod est mysteriū scđe: declarata est opatio trinitatis. Nam in xpi baptismate apparuit pater in voce: filius in carne: spiritussanctus in colūbe specie. Hic autē se reuelat pater eadem voce et eadem verborum platione: filius eadem carne sed refulgente: spiritus aūt sanctus in forma nubis perlucide. Nam sicuti in baptismo spiritussanctus dat innocentiam: que per columbā designatur: sic in resurrectione dabit claritatē glīe et refrigeriū ab omni malo: qđ in nube ostenditur. Et qr xps venit grām actualiter dare in re: gloriam vero incredibiliter pmittere in spe. Ideo in transfiguratione inducuntur hoīes vt ipm audiāt nō aūt in baptismo. ¶ In hac die vinū nouum si inueniri pōt in sanguinē xpi ꝯficitur: vel saltem de matura vua in calice aliquātulum eliquatur. Racemi etiā benedicuntur et ppl's cōicat. Cuius rō est: qr dñs discipulis in die cene dixit. Non bibā amodo de hoc geminine vitis donec illud bibam nouum in regno patris mei. Illa vero trāsfiguratio dñi: et qđ dixit nouum vinum repñtat gloriosaz innouationē: quā xps post resurrectionē habuit. Et ideo in hac die transfiguratiōis q̄ resurrectionē repñtat nouū vinū inquiritur in quo nouitas eterne dulcedinis ostēditur q̄ sctis post resurrectiōez in patria ppinabitur. Hec ex lib. mitrali.

¶ De sctis Sixto papa scđo et socijs marty. Cap. xx.

Sixtus papa et martyr huius noīs scđus felicissimus et agapitus diacones rome sub decio cesare passi sunt. Hic natione grecus ex patre sophoro atheniensi. primus quidē phūs postea vero xpi discipulus stephano pape primo in pontificatu romano successit: seditqz annos. ij. menses. xj. dies. vj. Hic cōstituit vt missa celebraretur super altare qđ antea nō fiebat. Et vt sacerdote incipiente missarum actionem: chorus decantaret hymnū. Sanctus: sanctus: sanctus dñs deus sabaoth et c. Qui cum prefatis duobus diaconibus detentus. Decio cesari et et valeriano prefecto pñtatus cuz nullis psuasionibus ad sacrificandum posset inclinare iussus est duci ad templum martis: vt aut sacrificaret: aut in custodia mamertina reciperetur. Sed cum sacrificare renuēs in custodiam duceretur: beatus laurentius eius archidiaconus eidem obuiauit. et quo ipse pater sine filio tenderet clamare cepit: atqz ne se derelinqueret instanter exorauit. Sed beatus sixtus eidem predixit: q ipm non deserebat: sed ad martyrium pcedebat: cum ipsi maiora certamina post triduum deberentur. Mandans vt thesauros ecclesie quos ei cōmendauerat pauperibus dispensaret. Qđ et laurentius fideliter adimpleuit: vt dicetur infra in eius passione. aiiij. idus augusti. ¶ Post duos dies beatus sixtus de custodia educitur cum duobus diaconibus felicissimo et agapito: et pñtatus decio et valeriano iubentur duci ad tēplum martis: et ibi sacrificare. Qđ si renuerent: ibidem capite truncari. Ducti sunt ergo foras muros porte apie ad templum martis. Et cum orasset sixtus cecidit aliq̄ pars templi et idola cōminuta sunt. Cūqz duceretur ad decollandum beatus laurentius post eum clamare cepit: rogans ne se desereret: eo q thesauros suos quos sibi tradiderat iam expendisset. Tunc milites audientes de thesauris laurentium tenuerunt: sixtum vero cum felicissimo et agapito ibidem decollauerunt. Christiani aūt cuz iustino presbytero corpus sixti raptum sepelierunt in cimiterio calixti via apia. Felicissimi vero et agapiti posuerunt in cimiterio pretextati. viij. idus augusti. Referuntur etiam passi cum beato sixto. iiij. alij diacones: videlicet ianuarius: magnus: vincentius: et stephanus: et seuerus presbyter et claudius subdiaconus: et crescentius lector et romanus hostiarius. ¶ Hic fecit ordinationes duas per mensem decēbris presbyteros. iiij. diacones. vij. epōs vero duos. Et cessauit epatus dies. xx.

¶ De sctō Sixto papa tertio. Cap. xxxj.

Sixtus papa huius noīs. iij. natiōe romanus ex patre prisco celestino. j. pape in episcopatu romano successit: seditqz annos viij. et dies. xx. Hic de regione celij mōtis: constituit vt nullus clericus in perecia alterius ordinari presumat. Hic cōgregata synodo pro crimine sibi illato corā. lvij. epīs se purgauit. Et condēnatur bassus: qui hoc ei apud augustum crimen intulerat: ita tñ vt vltimo die vite eius viaticum ipsi non negaretur: propter humanitatez pietatis ecclesie: qui passus cum defunctus esset corpus eius sixtus epūs manibus proprijs sepeliuit. Hic edificauit ecclesiam sctē dei genitricis marie que dicitur ad presepe: et hodie maior vocatur in monte superagio iuxta macellum libye. Hic tñ distribuendas pauperibus elemosynas studuit et multas auro et argēto basilicas decorauit: plenusqz sanctitate feliciter in xpo quieuit: et sepultus est in via tyburtina in crypta iuxta corpus beati laurentij: et cessauit epatus dies. xxij. Hic occidentalium epōrum sententias nestorij dānantes errorem: orientalibus scripsit epīs: insigni volumine ꝯtextas.

¶ De sctīs martyribus Justo et Pastore. Cap. xxxij.

Justus et pastor martyres apud vrbem cōplutum hispanie prouincie sub Daciano preside passi sunt. Hi germani frēs christianis parentibus orti et ipsi christiani cū adhuc pueri litteris imbuerentur: ad passiones animati: proiectis in schola tabulis sponte ad martyrium cucurrerunt: idola spernētes: qui a daciano preside tenti nec auditi: eo q dubitaret ne ipsorum tempore infantium exemplo alij prectiores ad martyriuz incitarentur: verberibus diris

afflicti sunt. Cū aūt pſidi relatum esset q se mutuis ex-
hortationibus constantius roborarent: eos extra ciuita
tem adductos gladio cedi iussit: quorum alas etiam ipsi
gentiles ab ipso xpo concinentibus angelis ad celum de-
ferri viderunt: corpora vero a xpianis in eo quo passi fue-
rant loco tumulata sunt multis clarentia signis: vbi ba
silica desup edificata est passi sunt aūt .viij. idus augusti.

¶ De scō Donato epō martyre. Capl'm .xxxiij.



Donatus eps z martyr apud aretiū ciuita-
tem tuscie passus est tpe iuliani imperatoris
Hic cū iuliano impatore predicto nutrit⁹
z eruditus: atqz cum eodem clericus effe-
ctus est a sancto pygmenio presbytero in vr
be roma: q iulianus ad subdyaconatus or-
dinem ascendit: ipse vero donatus lectoris officiū suscepit
Sed cum iulianus apostatasset: z imperium sublimatus
esset patrem z matrem donati occidit. Donatus vero fu-
gam arctium petijt: z cū hylariano monacho habitauit:
cum quo z multis claruit signis. ¶ Cū eñ mulier qdam
noie syrana gentilis z ceca ad eos venisset: petēs in xpi vir
tute illuminari ab eisdē: pmo mentis cecitate sanata vna
cum filio suo: oia ydola combussit: z ad satyrum epm areti-
num adducta ab eodē cū filio baptizata ē: z cū sacro chris
mate liniret: oculoꝝ mox lumen recepit. ¶ Deinde dona
tus cū hylariano aproniani prefecti ciuitatis filiū demo
niacum asterium noie ad se adductū ab immundo spū libe
rauit: clamante demone q donatus ipm de domo sua co-
actaret exire. ¶ Vir qdā eustasius noie exactor fisci in
tuscia publicam pecuniā euphrosyne cōiugi in custodia de
reliqt: z abijt. Que timore hostiū superueniētiū pecuniā ab
scondit. z repētina morte preuēta sepulta est. Cūqz vir ei⁹
rediens p exactione thesauri cū filijs ad suppliciū trahe
ret: ad donatū ꝯfugit: q vna cū ad sepulchrū vxoris perexit:
z orone fusa euphrosynā de tumulo ex noie vocauit: z vbi
esset pecunia interrogauit. Que rndit q in ingressu dom⁹
suffossa iacebat: qua ibidē repta eustasius liberatus est.
¶ Post hec donat⁹ a satyro epō in pbyterū ordinat coqz
defuncto ab oī pplo in epm eligit. Cūqz die qdā celebrās
pplm cōicaret: z dyaconus antimus sanguinē xpi in cali
ce vitreo pplo ppinaret: subito paganoꝝ impulsu cecidit: z
calicē fregit. Cūqz ex hoc oēs tristarent: donatus fragmē
tis calicis collectis orone fusa ipz in formā pstinā restau
rauit: vna aūt particula a dyabolo abscondita defecit: q tñ ad
testimoniū miraculi pfecit. Quo signo viso .lxxix. gentiliū
ad xpm cōuersi sunt. ¶ Post dies aūt .xxviij. quadratia-
nus augustalis preses tenuit beatos hylarianū z donatū.
Et pmo quidem hylarianū in ciuitate ostia detentū fusti
bus cesum martyrē xpi fecit supra in eius passione actum
est .xvij. calen. augusti. Deinde donatum in ciuitate are-
tina detentū: cū sacrificare nollet: z deos blasphemaret:
iussit: cum lapidibus ore contundi z deinde in custodia re
trudi: vbi dū egrorum multitudo ad eū accedens a diuer

sis languoribus sanaret: iussit illum quadratianus in ea
dem custodia capite truncari: cuius corpus a xpianis in
eadem ciuitate tumulatum est .vij. idus augusti.

¶ De scō Donato epō confessore. Cap. xxxiiij.

Donatus eps apud ciuitatē epiri veteris in
tpe theodosij īpatoris iunioris multis ibi
dem miraculis clarebat. ¶ In quodā lo-
co noie hisauria erat fons aque adeo infe-
ctus: vt qcunqz de illo biberet ptinus mo-
reret. Ad quem locum sanctus vir cū clero
z populo pcessionalr accessit vt orone aquam sanaret. Et
dū vectus asinulo fonti appropinquaret: celo nubibus te
nebrato: z fulguribus ac tonitruis erūpentib⁹: draco ter
ribilis inde erupit: z pedes asini cauda inuoluens contra
donatum se erexit: quem ille leui ictu baculi pcutiens vel
vt alibi legit in os eius expuens cōtinuo interfecit. Quē
octo bouum paria vix traxerunt ad ignem. Orauit aūt vir
sanctus ad dñm: z omne venenum a fonte fugauit. Mis-
so quoqz puero cum situla aquam haustam bibit: z oīb⁹
ad bibendū saluberrimā eam deinde concessit. ¶ Alias etiam
dum ipse cum socijs siti vrgeret: sua oratione fontē de ter-
ra pduxit. ¶ Cum filia theodosij impatoris a demone ve
xaret: z patre adhuc gentile ad singula sacrificia deorum
duceret: z nullo modo liberari posset. Impator audiēs de
virtutibus sancti ipm ad se accersiuit: z vt natā suā libe-
raret instanter rogauit. Qui demonem interrogauit: vn
de illuc venisset. Ille de heremo se venisse respondit: quem
sanctus dei ad locū ipsum redire cogit: demonqz vniuer
sam domum concutiens euanuit. Sicqz impatorē cū vxo-
re z filia z vniuersa familia ad xpm conuertit. ¶ Cum q-
dam mortuus efferret aduenīens creditor chirographum
ptulit: dicens sibi deberi solidos ducentos z iuxta legem
imperialem non pmittebat eum sepliri. Qd cum vxor ei⁹
donato cum lachrymis indicasset: asserens q hō ille pecu
niam totalr recepisset: assurgens hō dei ad locū iuit z ma
num defuncti tenens corā oībus excitauit: atqz vt credito
ri satisfaceret iussit. Qui residens in pheretro ipm de so-
lutione debiti cōuicit: z chirographum manu scidit: atqz
iubēte sancto iterū obdormiuit. ¶ Cū fere tribus ānis nō
pluisset z sterilitas magna esset. Infideles ad impatorem
cōuenerunt: petentes sibi tradi donatū: q p artē magicam
hoc fecisset. Ad īpratoris ergo instātiā sanctus egressus
dñm exorauit: z statim pluuia copiosa descendit ceterisqz
infusis ab imbre ipse leuibus indutus z siccis vestibus do
mum redijt. Et sic oēs ciuitatē cōstātinopolitanā ad fidē
cōuertit. ¶ Post hec ab īpratore ipetrauit imunitatem
loci vbi ipse fontē sanauerat. Ibiqz iuxta ciuitatē iustonā
ecclesiam cōstruxit z clarus v'tutib⁹ in pace qeuit .vij. idus
augusti. Corpusqz eius post multos annos venetis inde
sublatū positū ē in ecclesia btē marie de muriano sub epa
tu torcellen. vbi z signis mirabilibus fulget.

¶ De sanctis Cyriaco largo z Smaragdo
martyribus. Cap. xxxv.

Cyriacus largus z smaragdus martyres ro-
me passi sūt sub maximiano īpatore. Hic
cyriacus a scō marcello papa dyacon⁹ or-
dinatus est. Cum autē maximianus īpa-
tor thermas edificaret noie diocletiani: z
xpianos plurimos dānasset ad fodiendas
harenā. Inter ceteros deducti sunt ad ministeriū pdictū
scti marityres cyriacus z sisinnius: q nō solū suas sed etiā
alienas sarcinas dei auxilio portabāt. Nā cū ibi esset san
ctus saturninus senex: q ex senectute harenā ferre nō po-
terat: sisinnius z cyriacus ipm ad portādū iuuabāt: vt di-
ctum est supra in passione marcelli pape .xvij. cal. februa-
rij. Qd cū audisset maximian⁹ īpator saturninū z sisinniū
ac cyriacū in carcere detineri fecit. Et sisinniū qdem ac sa
turninū p diuersa supplicia interemit: vt supra actū ē in
passione

passione eorum .iij. cal. decembris. Cyriacus vero cũ duobus socijs largo et smaragdo in carcere detentus est p annos tres: donec edificatis thermis diocletianus redijt de ptibus aphrice. ¶ Post dies aũt paucos filia diocletiani noĩe artemia cepit a demonio vexari: clamãte demone p os eius q nisi cyriacus veniret: inde nunq̃ discederet. Qua de re cyriacus cũ socijs de custodia educt⁹ est: et ad filiã iperatoris adductus. Cui demon dicebat: vt si ipm ex puella exire vellet: vas aliqd sibi daret in quod intraret. Et cũ cyriac⁹ seipm offerret: demon dicebat: q: in vas suũ intrare nõ poterat: q: vndiq3 signatũ erat. Addiditq3 dñi nans q si inde ipz eijceret in pfidẽ illũ venire faceret. Et cũ coactus ex puella exisset artemia clamauit q deũ quẽ pdicat cyriacus videret. Quã sanctus cyriacus cũ matre serena ad xp̃z cõuertit et baptizauit. Cui diocletianus iuxta palatiũ suũ domũ ɔcessit: vt ibidẽ cũ socijs secur⁹ i xp̃ianitate maneret. ¶ Post modicũ ꝑuenit legatio a sapore rege psarũ ad diocletianũ: vt cyriacũ ad se mitteret: q: filia eius iobia noie a dyabolo vexabat. Ad pces ergo diocletiani cyriacus cũ socijs naui ipositis necessarijs in babyloniã letus iuit. Et cũ ad puellã pueniss et in xp̃i noie immundũ spm̃ ab ea eiecit: clamãte demone p os eius q nomẽ xp̃i terribile ipm cogebat exire. Et sic sanatã puellã cũ parẽtibus et ol cognatione numero. cccccx. cyriacus baptizauit. Et cũ multa sibi munera essent oblata recipere noluit: sed .xlv. diebus ibidẽ in pane et aqua ieiunãs tãdẽ romã reuersus est: et a dyocletiano gratãter exceptus. Quo post duos mẽses defuncto. Maximian⁹ eius fili⁹ successit. Qui iratus de sorore sua artemia: cyriacũ compꝛhendit: et nudũ ac catenis ligatũ ante redã suã trahi fecit: ad exemplũ xp̃ianoꝝ. Deinde ipm carpasio vicario cũ socijs tradit puniẽdũ. Qui picẽ eliquatã sup capita ipoꝝ iussit pfundi: deinde dieb⁹ .iiij. in carcere fame macerari. Post hec cyriacũ eductũ et sacrificare nolẽtẽ iussit in catasta extẽdi et attrahi neruis ac fustibus cedi. Et cũ in his hoib⁹ grãs ageret: iussu maximiani ductus est via salaria intra thermas salustij: et ibidẽ decollatus est cũ socijs suis largo et smaragdo: et alijs xp̃ianis pmiscui sexus numero .xxj. Quoꝝ olim corpa ioannes pꝛsbyter in eodẽ loco sepeliuit. Sanctum vero cyriacũ cũ largo et smaragdo per se posuit: sub die .xvij. calẽ. aplis: post aliquot mẽses corpa ipsorum sanctoꝝ a sctõ marcello papa et lucina matrona inde leuata sunt et trãslata in via ostensi miliario ab vrbe octauo .vj. idus augusti: quo die pfat⁹ põtifex ipsoꝝ festũ recolendũz ordinauit. ¶ Carpasius aũt cum domũ cyriaci ipetrasset: et ad derisionẽ xp̃ianoꝝ in loco vbi baptizabat: se balnearet: et ludis scenicis ac epulis cũ .xix. socijs sepius vacaret oẽs subito die quadã mortui sunt. Et extunc clauso balneo gentiles xp̃ianos venerari ceperunt.

¶ De sctõ Seuero epõ viennensi.   Cap. xxxvj.

Seuerus epõs viennensi. natiõe indus fide xp̃i feruẽtissimus: cã pdicationis laboriosissime ad pfatã vrbẽ veniens: in gentẽ paganorum multitudinẽ verbo et miraculis ad fidem xp̃i cõuertit: vbi epõs a pplo cõstitut⁹: post laudabilem vitã inibi in pace quieuit vj. idus augusti: conditus in basilica sancti stephani signis clarus.

¶ De sctõ Hormisda papa et confes.   Cap. xxxvij.

Hormisda papa natiõe cãpanus de ciuitate frescion ex patre iusto: symmacho pape in põtificatu romano successit: et sedit annos ix. dies .xvij. Hic clerũ cõposuit: et psalmos canẽdos ordinauit. ¶ Cũ aũt anastasius iperator in heresim eutychianã corruisset: duas in xp̃o naturas denegans. Hormisda papa direxit enodiũ epm̃ ticenen. aliosq3 cũ eo cõstãtinopolim legatos quatenus anastasium iperatorem et acaciũ patriarchã eiꝰ cõplicẽ: si resipiscerẽt: ad ecclesie gremiũ reducerẽt sin autem anathemate ligarent: q non solũ eoꝝ salubria monita spreuit: sed etiã graui contumelia illos expulit: nauiq3 fragili ipositos mãdauit: ne vspiã ad aliquã grecie ciuitatem accederent. Quã eius ipiã temeritatẽ vltio diuina secuta est. Nã .xxvij. eius iperij anno fulminis ictu pcussus interijt: moxq3 oẽs grecos ad catholicã veritatẽ redeũtes hormisda papa recõciliauit. ¶ Hic postq̃ multas elemosynas paupibus erogasset: necnõ pluribus basilicis diuersa ornamenta contulisset: apud sctm̃ petrum trabẽ argenteam mille et .x. librarum relinquens ibidem sepultus requiescit: dormiuit aũt in dño .vj. idus augusti.

¶ De sctõ Hormisda martyre.   Cap. xxxviij.

Hormisda martyr apud psas passus est sub rege ipsius puincie sapore: q nobilissimus fuit ex patre pfecto psaꝝ: quem dũ rex sapor xp̃ianum agnosceret: iussit vt nudus camelos exercitus traheret. Quod dum multis diebus patiẽter fecisset: ille eum ex alto sole adustum ɔspiciens veste linea pietate motus ipm operuit. deinde ei: vt negaret xp̃m: blãdiri cepit. At sanct⁹ illico concisam vestem deposuit: moxq3 ipsum rex indignatus gladio necari mandauit.

¶ De translatione scti Quirici.   Cap. xxxix.

Translatio corporis scti quirici epĩ et martyris apud anconaz .vj. idus augusti celebratur: quo videlicet die ipsius beati martyris corpus sanctissimuz de hierosolyma ad ipsam ciuitatem delatum multis clarens signis atq3 miraculis digna veneratiõe reconditum est vt habet in martyrologio.

¶ De sctõ Romano martyre.   Cap. xl.

Romanus martyr rome passus est sub decio cesare. Cum enĩ beatus laurentius in catasta extensus scorpionibus cederet: vt dicet infra in eius passione .iiij. idus augusti romanus miles iter alios ibidẽ astans cepit clamare q videbat ante martyrẽ iuuenem pulcherrimũ assistentẽ: et vulnera eius linteo extergentem. Et cum hoc audiẽtes decius cesar et valerian⁹ pfectus magicis artibus ascriberent: et laurentium de catasta solutum in custodiam hyppoliti recipi iussissent. Affuit romanus ad pedes eius afferens vrceum cuz aqua et se baptizari instanter exorans: quẽ beatus laurenti⁹ crẽdentem baptizauit. Quod cum decius audisset: iussit eũ cum fustibus exhiberi: et cum nõ interrogatus se xp̃ianuz pclamaret: iussu decij foras muros porte salarie eductus et ibidẽ capitali snia punitus est: cuius corpus a iustino presbytero collectum: sepultum est in crypta in agro verano .v. idus augusti.

¶ De sanctis Secundiano veriano et marcelliano martyribus.   Cap. xlj.

Secundianus: verianus: et marcellianus rome passi sunt sub decio cesare. Secundianus enĩ togatus cum veriano pictore in xp̃ianos seuiebat: qui duz die quadam cum marcelliano eloquentissimo et sapientissimo oratore gentile de sententijs disputarent: venientes ad virgiliũ et tractãtes que de xp̃o in suis bucolicis scripserat. Magnus ab integro scloꝝ nascit ordo. Jã redit et virgo redeũt saturnia regna. Et noua pgenies celo demittit alto. Et infra. Tu mõ nascẽti puero quo ferrea pmũ desinet: ac toto surget gẽs aurea mundo &c. Et hec adinuicẽ cõferẽtes ea q de xp̃o dicta esse intelligẽtes cõuersi sunt: et a timotheo pꝛsbytero baptizati atq3 a sctõ sixto papa cõfirmati. Qd̃ audiẽs valerian⁹ pfect⁹ nunciauit decio: q eos tẽtos missosq3 centumcellis: tradidit eos pmoto ɔsulari tuscie

punie͂dos. A quo primu̅ fustibus cesi sunt. Et du̅ in ydolum ↄ̄spue͂tes ipm̄ ↄ̄minuissent: in eculeo suspensi ꝛ vngulis abrasi: atq̄ flammis lateribus appositis diutiꝰ cruciati sunt: qd̄ dum fieret vnus ex ministris subito expirauit: ceteri vero a dyabolis obsessi sunt. Qd̄ cerne͂s ꝑ nitorꝰ illos decollari iussit ꝛ corpa eoꝝ in mari iactari. Sed diuina ꝓuidentia ad littus euecta: a quodā deodato tumulata fuerunt: in loco vbi erant decollati. Qui passi sunt. v. idus augusti.

¶ De sctis Firmo ꝛ Rustico martyribus. Cap. xlij.

Firmus ꝛ rusticus martyres apud veronam passi sunt: sub anolino ꝓco͂sule tpibꝰ maximiani īperatoris. Hi ciues bergome͂ses ex eadē parentela orti sunt. Sed firmus erat notissimus maximiano īperatori. Qui audiens eum xp̄ianum misit ad ip̄m detine͂dū. Quē milites in villa eius inuenie͂tes euangelium legentem: vinctum adducunt mediolanū. Cui occurrit ꝛ rusticus: seq̄ xp̄ianū ꝓfite͂s de͂tus ac simi͂ ductꝰ est. Imꝑator autem ipsos sacrificare nole͂tes a binis tortoribus fustibus cedi iussit. Et iterū inclusos in cippo pedibꝰ artari. Deinde eos anolino ꝓsidi tradidit puniendos. Qui eos secum vinctos veronam duce͂s dedit in custodia militi caucario nole vicario ciuitatis triduo inedia macerādos. Cū autē ille eos media nocte cane͂tes audisset: ꝛ lucē celitus effusam ac ipsos diuinis refectos cibis vidisset: ad xp̄m ↄ̄uersus est. Post dies. vj. iussu anolini educunt. Dū ꝑ ꝓculꝰ ep̄s veronen̄. eos insequeret: dicens se xp̄ianū: ꝛ ipse vinctꝰ presidi ꝓsentat. Quē ille vt decrepitū arbitrās insanire in facie cesum dimisit: vt supra dictū est in gestis ꝓculi ep̄i. v. idus decembris. Sāctos vero martyres sup̄ testas acce͂sas diutius volutatos in ignē misit. Sed flāma in quattuor ꝑtes diuisa plures incendit: ipsi vero illesi ꝑmāserūt. Quos ꝓses demum extra ciuitatē eductos et fustibꝰ mactatos decollari mādauit: corꝑibus bestijs derelictis. Sꝫ caucario nocte iuxta corpa vigilāte. vij. viri se negociatores assere͂tes corpa abstulerunt nauigio īposita: ꝛ vltera nō cōparuerunt. Corpa autē ipsa diuino nutu trāsuecta sunt ad carthagineā ꝓuinciā in ciuitatē: que dr̄ ꝓdones ibiq̄ ab angelis sepulta multo tp̄e iacuerunt. Processu vero tp̄is dum terentius qdā de hystria ciuitate capris: haberet filium noīe gaudentium: cum eo mercationis gratia ꝑ mare discurrebat. Filius autem eius repente a demone opprimit clamante ꝑ os eius dyabolo ꝙ nemo inde ipsuꝫ eijceret nisi firmus ꝛ rusticus martyres. Pater autē duꝫ sanctoꝝ corpa dudum nauigans reqsisset: tandē dei ꝓuidentia ad locum vbi iacebāt applicuit: puerq̄ mox liberatus est: vbi sepulchrum tetigit. Pater autē sctoꝝ corpora inde surripuit: ꝛ ad ciuitatē suaꝫ perducta tumulauit vbi quieuerunt: donec a sctā maria veronen̄. dicta ↄ̄solatrice veronā repetata sunt vt supra in eiꝰ legēda habet̄ cal. augusti. Passi sunt autē sancti martyres. v. idus augusti.

¶ De sctō laurētio archidyaco. ꝛ marty. Cap. xliij.

Laurentius archidyaconus eccl̄ie romane sub decio cesare ꝛ valeriano prefecto rome gloriosum martyrium passus est. Hic gn̄e hyspanus ꝛ btī sixti pape sctī discipulꝰ fuit A quo leuita rome ordinatus vna secum ꝑdicationi insistebat. Eodeꝫ tp̄e philippus imꝑator ꝑmus ex īperatoribus ꝛ filius eius noīe philippꝰ fidem xp̄i ꝑceperunt ↄ̄uersi a sctō pōtio martyre. Qui philippus regnauit anno millesimo ab vrbe condita. ¶ Uerum ipso īperatore philippo decio occiso vt dr̄ infra in eius passione lib. xj. philippus iunior timens fugam arripuit ꝛ thesaurum patris ac suum btō sixto pape ↄ̄mendauit vt si ipsum a decio interfici ↄ̄tingeret ipsum thesauꝝ pauperibus erogaret. Cum autem decius in imꝑatorē electus esset a militibus: lꝫ nunq̄ a senatu cōfirmatus ꝓpter qd̄ nō īperator sed cesar dictus est: xp̄ianoꝝ ꝑsecutionem exercere cepit: ꝛ multa milia martyrum ꝑ diuersas mundi ꝑtes interfecit. Inter quos etiam philippus philippi imperatoris filius martyrio coronatus est. ¶ Post hec decius de thesauro philippi inquisitionē faciens oblatꝰ est ei beatus sixtus tanq̄ qui xp̄m coleret ꝛ īperatoris thesauros haberet. Quem decius in carcerem recipi iussit. Cui cum laure͂tius obuiasset clamare cepit: quo ipse pater sine filio ꝑgeret ꝛ ne se ministrum suum vllo modo desereret. Beatus autem sixtus per sp̄m eidem respondit ꝙ eū non deserebat: sed ad martyrium ꝓcedebat: cum ipsi maiora post triduum certamina deberent̄: mandans vt thesauros sibi cōmissos pauperibus dispensaret. ꝓut hec omnia acta sunt supra ī passiōe sixti. viij. idus augusti. Beatus ergo laurentius xp̄ianos die ac nocte diligenter inquisiuit: ꝛ vnicuiq̄ ꝓut opus fuerat ministrauit: veniensq̄ in celio mōtem ad domum cyriace vidue: q̄ multos xp̄ianos in domo sua absconsos habebat: ipsam viduam imposita ei manu a longo dolore capitis liberauit: ꝛ pauperum pedes lauans eisdem elemosynas contulit. Eademq̄ nocte in domum cuiusdam xp̄iani veniens: cecum quendam nomine crescentium signo crucis facto illuminauit. Deinde venit ad vicum patricij in crypta nepotiana: vbi inuenit iustinum ꝑsbyteꝝ a sixto papa ordinatum cum quo videlꝫ pauꝑeꝝ xp̄ianoꝝ ibidē latentium pedes lauit eisq̄ largiflua elemosynas ↄ̄cessit. ¶ Post hec aūt cum beatus sixtus ad decollandum duceret̄ beatus laurentius post eum clamare cepit rogans ne se derelinqueret eo ꝙ thesauros eius sibi traditos expedisset. Tunc milites audie͂tes de thesauris laure͂tiuꝫ tenuerunt: ꝛ parthemio tribuno tradiderunt: deinde sixtum ep̄m decollauerunt. Parthemius autem laure͂tium decio ꝓsentauit: q̄ ip̄m vbi ee͂nt thesauri ecclesie interrogauit: qui cum v͂bum ei non r̄nderet: tradidit eum decius valeriano ꝓfecto vt aut thesauros ꝓdat ꝛ sacrificet dijs: aut diuersis eum faciat interire tormētis. Ualerianus autē laurentium hyppolito vicario in custodiam tradidit: quem ille cum multis alijs in carcere reclusit. Erat autem ibi quidaꝫ gentilis lucillꝰ noīe multo tp̄e dete͂tꝰ q̄ plorādo lumē oculoꝝ amiserat. Cui cū laure͂tiꝰ lumē se restaurare ꝑmitteret: si in xp̄ꝫ crederet ꝛ se baptizari ꝑmitteret: ille se baptizari īstāterꝰ postulauit. Accepta ergo aq̄ ip̄ꝫ laure͂tiꝰ de fidei articulis īterrogatū baptizauit: statimq̄ lucillus lumen oculoꝝ accepit. Quapropter multi ceci ad euꝫ veniebant ꝛ ab eo manu eis īposita illuminati redibant. ¶ Cum auteꝫ hyppolytꝰ laurentium de thesauris interrogaret: illeq̄ ei r̄nderet ꝙ si in xp̄m crederet: ꝛ thesauros ei ostenderet ꝛ vitam eternam ꝑmitteret: cōuersus est hyppolitus: ꝛ cum oī familia sua ꝑmiscui sexus numero. xix. sacrum baptisma suscepit. Baptizatusq̄ alas innocentium letas gaudere se vidisse ꝑhibuit. Deinde de mandato decij hyppolitus valeriano laurentiuꝫ ꝑsentauit: fitq̄ iteꝝ ab illo inquisitio de thesauris. Laurentius autem biduo inducias petijt: quas valerianus eidem sub hyppoliti pollicitatione cōcessit. In hoc

ergo

ergo biduo laurentius pauperes cecos et claudos ac de-
biles collegit: eosq; in palatio salustiano corā decio et va
leriano obtulit dicēs: hos esse thesauros eternos: qui
nunq̄ minuunt sed crescunt: quorum manus in celum the
sauros ecclie deportarūt. Cūq; decius et valerianus se de-
lusos putarent et laurentio suaderent: vt artē magicam
deponeret: et dijs imolatiōes deferret: ipseq; deos gentium
demonia esse viua voce respondisset: iussit eum decius spo
liatū scorpionibus cedi: deinde omne genus tormentorum
in cōspectu eius afferri. Qui cum tales epulas se semper
optasse diceret: fecit eum decius vinctum catenis in pa-
latium tiberianum adduci: sibiq; in templo iouis tribu
nal parari: et cū ipsum iterum de thesauris requisisset ac vt oēs
prophanos sibi similes declararet: respondit laurentius:
q̄ vere in eternis thesauris cōfidebat: noīa aūt eorum quos
decius interrogauerat in celis scripta fuerant: quorum
aspectibus ille indignus erat. ¶ Tunc iubente decio nu
dus fustibus cedit: deinde a terra leuat et lamine arden-
tes ad latera eius apponunt. Et cum his oibus martyr
christi gaudens grās ageret. Deciusq; magicis artibus
eius cōstantiam ascriberet: iussit eum plumbatis diutis-
sime cedi. Orauit aūt ad dn̄m vt acciperet spm̄ eius: vox q;
ei de celo facta est audientibus cunctis: q̄ adhuc ei multa
certamina deberent. Cum aūt cesar astantibus diceret
q̄ ipsum per magicas demones cōfortarent: iussit eū in catasta
extendi: et iterum scorpionibus verberari. Tunc romanus
miles inter ceteros assistens ibidem: vidit ante lauren-
tium iuuenem pulcherrimū eius vulnera linteo exter-
gentē. Et cū iussu decij et valeriani de catasta solutus hip-
polyto redditus eēt custodiendus: affuit romanus ad pe
des eius: et vrceum aque attulit: seq; baptizari instanter
postulauit: quē beatus laurentius credentē baptizauit:
propter qd̄ a decio detentus et fustibus cesus ac decollatus est
vt dictū est supra in eius passione. v. idus augu. ¶ Eadē
nocte iussit sibi decius cesar cū valeriano prefecto parari
tribunal in thermis olympiadis sibiq; laurētiū presen-
tari. Cum aūt hippolytus fleret: et se christianū clamare
vellet: dixit ad eum laurentius: vt in interiori homine
christum absconderet: paululumq; sustineret: et dum ipsum
christus vocaret: ad eum veniret. Oīa ergo tormētorum gn̄a de
ferunt. ¶ Dixit aūt decius laurētio: vt aut sacrificaret
aut ipsam noctē in eum cum supplicijs expenderet. Cui
laurentius rn̄dit: q̄ nox eius nihil obscurum habebat: sed
oīa sibi in lucem clarebant: tunc iussit vt os eius cū la-
pidibus tunderet. Et cū in hoc rideret: et christo grās ageret
iussit cesar vt afferret lectus ferreus in quo requiesceret
contumax laurentius. Allatus aūt est lectus cum costis
ferreis tribus in modū craticule. Ministri ergo lauren
tium exuunt: super cratē ferream extendūt: et allatas pru-
nas subterponūt atq; ipsum desuper furcis ferreis cōpresse-
runt: et cōtinue carbones magis accensos sub crate mini
strabant. Cūq; martyr christi ad decium diceret: q̄ carbo-
nes ipsi sibi refrigerium prestabāt: cesari aūt eternū sup
plicium ministrabant. Valerianus prefectus illū iterum ad
deorum sacrificia suadebat. At martyr christi inter incendia cō
stanter perseuerauit: et iam morti proximus ad deciū irridēs
dixit: vt quia ipsum vna parte satis assasset: aliā regyrās coctā
manducaret: et grās agens deo: quia ianuas celi ingredi me-
ruisset: emisit spm̄. Confusus decius cū valeriano ambu
lauit in palatiū tyberij: relicto corpore super ignē qd̄ hip-
polytus summo diluculo rapuit: et in predio cyriace vidue:
qd̄ est via tyburtina: occultauit atq; iustino presbytero
nunciauit: qui ambo hora vespertina corpus tulerunt: et
ibi iuxta in agro verano in crypta ibi positū sepelierunt.
iiij. idus augusti: Christiani aūt ieiunantes triduo super
corpus vigilias celebrarūt: mugitus dantes et lachrymas
effundentes. passus est circa annum domini. cclx.

¶ De sanctis centū et .lxv. martyribus. Cap. xliiij.



Entum et sexagintaquinq; martyres milites.
Rome passi sūt sub aureliano imperatore. Quos
oēs christianos repertos idē imperator extra vrbē via
salaria duci precepit: et ibidem omnes sūt capi-
te truncari. Quorum ibidem corpa a christianis re
condita sunt. Qui passi sunt .iiij. idus augusti: vt ex mar-
tyrologio adonis habetur.

¶ De translatione sctē corone dn̄i. Caplm̄. xlv.



Ranslatio sctē spinee corone dn̄i facta est
tpe caroli magni imperatoris: vt helinādus
testat. Cū em̄ patriarcha hierosolymita-
nus a paganis de sede sua fuisset expulsus
ciuitasq; vastata: veniēs ad cōstātinopolim
ad imperatorē conq̄stus est sibi de persecutione
per gentiles in christianos illata. Qui super hac missis litteris
carolum magnū in subsidiū requisiuit. Ipse vero congrega
to exercitu mare trāsiuit: et ciuitatē sanctā a paganis re-
demit: eisq; expugnatis patriarchā in sede sua reposuit.
¶ Cūq; post victoriā cōstātinopolim redisset. Imperator cō
stātinopolitanus obtulit sibi quicqd̄ petijsset. Qui reliquias
passionis dn̄ice pro premio petijt et accepit. Nā post tridua-
num ieiunium oī ppl'o indictū cunctis ad ecclesiam con
uenientibus: aperta est theca in qua corona christi spinea ser
uabat. Statimq; mira odoribus respsa fragrantia per to
tā ciuitatē trecēti egroti a diuersis languoribus sunt sa-
nati. Educta aūt corona lignum eius reuiuiscere cepit et
flores producere. Cūq; daniel epūs neapolitanus coronā se-
caret: vt pars eius carolo concederet magis adhuc flore
scere perseuerabat. Et dū carolus de floribus collectis chi-
rothecā vnā ex suis impleuisset: et eā tenendā hebronio archi-
epo tribuisset: vt aliā sibi impleret: atq; vterq; ipsorum ex de
uotione nimia lachrymis perfusus esset: putauit carolus chi
rothecam in manu archiepi posuisse: ipseq; putauit eam
accepisse: sed ex inundantibus lachrymis acie oculorum ob
tusa: neq; carolus chirothecam in manu archiepi posuit:
nec ipse eam accepit. Sicq; chirotheca plena floribus in
aere pependit: donec aliam rex floribus impleuit: et conuer
sus primā pēdere cōspexit. Ex quibus postmodū effusi flores
predicti: in mānā conuersi sunt qd̄ vsq; hodie in monaste
rio sctī dionysij seruat. ¶ Quidā vero existens cecus sur-
dus et mutus q̄ ipsas infirmitates per annos .xxxij. passus fue
rat: in eductione corone visum recepit: in ipsius sectione
auditū in florū emissiōe loquelā. Obtinuitq; rex partē coro
ne et clauum dn̄icū: cuius tactus virtute puer habēs manū
aridā cū dextro latere sanatus est. Obtinuit etiā frustum
magnū dn̄ice crucis: sudariū dn̄i: camisiā virginis: et fa-
sciā pueri iesu: ac brachium symeonis pphete. Rediensq;
domum dum esset in castro lignedo ipsarum reliquiarum virtu
te et cōtactu mortuus vnus resurrexit. Deinde veniēs aq̄s
grani sanati sunt egri quasi innumeri a diuersis languo
ribus. Sicq; partem dn̄ice corone cum alijs sacris reliquijs
premissis parisius detulit: et ibidem honorifice collocauit
iiij. idus augusti.

¶ De sctō Tyburtio martyre. Caplm̄. xlvj.



yburtius martyr rome passus ē sub diocle
tiano et maximiano imperatoribus: agēte prefecto
vrbis fabiano. Cuius pf chromatius prefectus
cū morbo grauissimo laboraret: et audisset
qm̄ tranquillinus eius attinēs pf sctōrum mar
ci et marcelliani graui infirmitate detentus
a sctō sebastiano cōuersus et baptizatus sanitatē percepisset vt
supra dictū est in passione sctī sebastiani .xiij. cal. febr. ro-
gauit tranquillinū: vt ad se adduceret illū qui sibi dede-
rat sanitatē. Cūq; ad eū venissent sebastianus et presbyter po-
licarpus: et ipse pro sui salute exoraret: dixit ei sebastianus
vt prius oia ydola abnegaret: et cōfringēdi ea sibi ptātē cōce
deret: et sic sanitatē acciperet. Qd̄ cū ille hi multū renitens
tādē annuisset: policarpus et sebastianus accincti plusq̄ du-

cētra ydola ↄfregerūt. Et cū sic nec chromatius liberaretur eis dixerunt: q ex quo salutē nō perceperat certū erat q aliqua ydola reseruauerat. Tūc indicauit his thalamum in quo erat oīs disciplina stellarū: p quo pater suus ducēta auri pondera expenderat: & p hoc futura oia prouidebat. Et cum suadentibus sanctis vt ipm opus destrui cōsentiret & filius eius tyburtius iuuenis opus tā preclarū dissolui contradiceret: tādē ad hoc deuenit vt duo clibani accenderent vt si destructo ope pater suus sanitatē nō perciperet: ambo sctī viui cōcremarent. Opere ergo destructo angelus prefecto apparuit: & ipm de lecto sanū eleuauit: sicq chromatius cum filio suo tyburtio & oī familia sua nūero. M.cccc. promiscui sexus fidē perceperūt: oēsq baptizati sunt. ¶ Post hec dum feruēte persecutione diocletiani & maximiani chromatius prefectura depositus: cū multis xpianis in cāpaniā exilio actus esset. filius eius tyburtius amore martyrij flagrās in vrbe resedit cū sctō papa caio cōtinue ieiunijs & oronibus vacans. Qui die quodā transiens occurrit hoī qui de alto lapsus adeo caput & oīa mēbra quassauerat: vt iā de sola sepultura eius ageret. Et cōuocatis seorsum parētibus indicauit eis virtutē noīs xpi. Atq dū sup corpus hoīs lente dixisset orōnē dñicā & symbolū aploꝝ: sanū & cōsolidatū parentibus restituit. Quos cōuersos vna cū iuuene ad papā caiū adduxit: qui eos oēs baptizauit. ¶ Interea seuiente persecutiōe torquatus quidā xpianus qui apostatauerat: sancto caio pape se callide sociauit: et simulata xpianitate arte egit vt ipse vna cū sctō tyburtio orātes ab īfidelibus cōprehenderent: qui & fabiano prefecto presentati sunt. Et dū cōe sermo torquatus xpm negasset: & hoc idē tyburtio suaderet ipseq magis xpm cōfiteret. Jussit fabianus carbones accēdi: & vt tyburtius aut thura sup eos dijs īponeret: aut nudis pedibus desup ambularet. Qui inuocato xpi noīe nuda plāta sup carbones incedēs illesus pmāsit: quē fabianus via lauicana extra vrbem eductū decollari precepit: vbi et sepultus est. iij. idus augusti.

¶ De sancto Chromatio & socijs mar. Capitulum. xlvij.

CHromatius martyr cū socijs suis martyriū passi sunt apud cāpaniā tpibus diocletiani & maximiani īperatoꝝ qui chromatius prius fuit vrbis prefectus & pr sctī tyburtij supradicti: qui graui lāguore diudū pressus a sctīs sebastiano martyre & policarpo presbytero sanatus: & ad xpm ↄuersus atq baptizatus est: vt supra prime actū est in passione tyburtij. Cū aūt xpianoꝝ persecutio sub prefatis īperatoribus ebulliret. Chromatius de ↄsilio pape caij cū multitudine xpianoꝝ & cū oī familia Mil.cccc. numero promiscui sexus: vt persecutionē declinarent in cāpaniā perrexerūt: ibiq degentes a diocletiano pscripti sunt in exiliū & multa inopia afflicti in cōfessiōe xpi post longū tps in pace quieuerunt martyrio coronati Quoꝝ dies dormitionis ignoti sunt: vnde & sctī tyburtij passioni subdunt: quoꝝ principalior chromatius pater ipsius tyburtij fuit.

¶ De sctō Chromatio epō. Capitulum. xlviij.

CHromatius epus aquilegiēsis fuit & claruit tpe theodosij īperatoris: & damasi pape sub cuius metropoli floruit heliodorus epus altinensis. de quo supra actū est in eius gestis v. idus iulij. Ipse enī heliodorus hunc sanctum chromatiū visitauit: & ab eodē ordinatus altinensis epus diu secū permāsit sacrarū līaꝝ studijs intendentes. Hi duo epi beatō hieronymo presbytero familiari dilectiōe coniuncti: plures eidem epistolas direxerunt. & ab eodem receperunt. Ad quorum instantiam libros plurimos sacre pagine idem Hieronymus in latinum transtulit: & martyrologium sanctorum compilauit: Chromatius vero epus post laudabilem vitam & multarum virtutum opera quibus gregem dominicum verbo & exemplo pauit: plenus sanctitate aquilegie in pace quieuit: ibidem tumulatus.

¶ De sancta Susanna virgine & martyre. Capitulum. xlix.

SUsanna virgo rome passa est sub diocletiano imperatore: que fuit filia gabini presbyteri fratris caij pape: de quo supra dictū est in passione gabini. xij. calē. martij. Hec patri suo vnica & dilecta a cunabulis xpiana sacris litteris erudita est. Que cū vero erat de genere diocletiani imperatoris: idem imperator misso ad patrem eius claudio ipsius consanguineo & Susanne auunculo puellam filio suo in coniugem requisiuit. Pater autem gabinus inducias petijt: vt filie voluntatem requireret: quam cum requisisset: illa se xpo desponsatam respondit: denegans oīno coniugium: potissime q christianam non decebat cultori demonum copulari. Post dies tres reuersus claudius: vt eius responsionē audiret: a susanna conuersus est ad christum. Reuersusq domum cū omnia prepedigne vxori sue retulisset: ipsa etiam ad xpm conuertitur. Et sic ipse claudius cum coniuge & filio alexandrino atq filia cutia nocte a sancto caio papa baptizantur: & sacra eucharistia cōmunicantur. Claudius igit omnibus suis venditis ministrare cepit egentibus xpianis. ¶ Post dies autem. xlvj. Susanna iterum requiritur in coniugium filij imperatoris per maximum comitem rei priuate eo qd ipsam viti sponsam iuuenis nimium adamaret: veniensq comes ad claudium: vt secum de matrimonio tractaret: ab eodem ad fidem cōuersus est: & post dies quinq a caio papa baptizatus: qui & ipse cepit xpianis ministrare. Quod audiens diocletianus serene auguste vxori sue suasit: vt susannam accersitā de coniugio filij hortaret. Augusta vero cum esset occulte christiana: puellā ad se vocauit: & vna secum per dies plures orationi vacauit. Hoc autem imperator comperiens claudium cum vxore & filijs: & maximo fratre suo iussit apud ostiam in mare iactari: de quibus supra in eorum passione dictū est. xij. calen. martij. Gabinum vero in carcere detineri fecit. Susannam vero remisit ad ipsius domum: vt eam ibidem filius suus vel violenter pollueret: nolens palatium suum contaminari. Ingressus autem iuuenis ad eam noctu vidensq angelum splendidum iuxta eam timuit: & fugit: assumptoq curtio iterum ad eā redijt: qui ambo angelica visione exterriti fugerunt. Quod imperator audiens & maleficijs deputans misit susanne statunculam iouis vt eā aut adoraret: aut gladio periret. Quam insufflans in puluerem redegit. Tunc imperator misso macedonio tribuno iussit eam primo fustibus cesam intra domum ipsius decollari: cuius corpus a serena imperatrice in crypta sepultum est: & sanguis in linthео collectus. iij. idus aug.

¶ De sancto Taurino episcopo. Capitulum. l.

TAurinus epus fuit filius tarquinij nobilissimi romani: & matris eutychie grece in ciuitate aureliansi. Ad quem venientes duo magi cābyses & zari: qui fuerant sacerdotes diane cū xx. discipulis suis vt eum occiderent: oppo sito sibi signo crucis substiterunt: nec vltra procedere valuerunt. Quod videntes magi seipsos pre dolore ceciderunt Illi autem. xx. a sancto sunt conuersi & baptizati. Hoc audiens licinius perfectus ipsum comprehendit & sacrificare nolentem virgis cedi iussit. Statim manus carnificū aruerunt: & leonilla vxor licinij conuersa est tāto miraculo cōspecto. Inter hec nūciatur licinio filiū eius marinum cū paschasio armigero: qui venationi insistebāt ex equis precipites interisse. Cūq illos sctūs taurinus suscitasset & illi q in eternis penis viderāt enarrassent. Cōuersus est licinius cū filio & armigero & alijs. M.cc. ¶ Post hec dū zabulus princeps cū exercitu vādalū gallos inuaderet:

reuelat

reuelat taurino aīas suo⁊ ciuium ab hostibus saluādas: locum vero penitus desolādū: ipsum vero ad dn̄m die.viij. inigraturum. Qui hec oīa pplō nunciauit: ⁊ ipsos in xp̄o cōfortauit. Igit dn̄ica die subsequente celebrata missa: et facto sermone pplō: apparuit multitudo candidato⁊ circa altare eū ad celos inuitātiū: nubesq̧ odore flagrans ecclesiam impleuit. Qua post horā recedēte: inuētus est in sede sua manibus expāsis ⁊ oculis in celum erectis ad dn̄m cōuolasse. Dubitātibus aūt ciuib⁹ ne corp⁹ sctm̄ ab hostibus raperet sepultum: apparuit senior quidā: eosq̧ vt se sequerent admonuit. Qui corpus inde tollētes quasi tertia miliarij parte extra vrbē seniorē sequunt. Qui ibidē substitit ⁊ ipm̄ ibi sepliri mandauit. Quibus adhuc hesitātibus corpus se erexit ⁊ vt ibidem conderet viua voce ꝯmonuit. Quod ⁊ factum est: post hec a seniore vt inde velociter fugerent admonent. Ipso post nusq̄ vlterius cōparēte. Illisq̧ abscedētibus hostes subito in ciuitatem irruerunt: ⁊ eā vt sanctus predixerat euerterunt: Quieuit autem in domino.iiij.idus augusti.

De sanctis septem dormientibus martyribus. Capitu.lj.

Septem dormientes in ciuitate ephesi orti sunt. Quoruꝫ noīa sunt hec: maximianus: malchus: martinianus: dionysius ioannes: serapion: ⁊ cōstantinus: ⁊ apud ipsam ciuitatē in mōte celio dormiētes requiescunt sine vlla corpo⁊ aut vestiū corruptiōe. Cū eñi decius impator ꝑsequēs xp̄ianos venisset ephesum: ⁊ cunctos ad ydolo⁊ sacrificia cōpelleret: ꝑfati septē xp̄iani in ipsa vrbe nobilissimi: in domo sua secreto se celātes: accusati apud deciū q̄ xp̄m colerent: ante ipm̄ statuunt: ⁊ dato eis spatio resipiscēdi vsq̧ ad reditū decij: q̄ alio ꝑgebat dimittunt. At illi interī patrimonia sua paupib⁹ erogātes: inito ꝯsilio in mōte celio secesserunt: ⁊ ibidē secreti⁹ eē decreuerunt. Quib⁹ malch⁹ cōtinue ministrabat: ⁊ quotiēs vrbē intrabat vt cibos emeret se mēdici habitu vestiebat. Cū ergo decius ephesum redisset: ⁊ eos ad sacrificādū ꝑquiri iussisset. Malchus minister eo⁊ ad socios territ⁹ rediit: ⁊ eis furorē cesaris indicauit. Eis tñ panes allatos apposuit ⁊ in dn̄o ꝯfortauit. Qui nimio timore pauefacti cū lachrymis sero comederunt: ⁊ se inuicem exhortatōib⁹ cōfortātes sicut deus voluit obdormierūt. Taliq̧ somno diuina dispēsatiōe soporati ī eodē loco iacuerūt vsq̧ ad ānū trigesimū theodosij iunioris ꝑ annos videlꝫ.c.xcvj. Manc autē facto cum q̄siti inueniri nō possent: ⁊ decius tales se viros ꝑdidisse doleret accusati sunt q̄ oīa sua paupib⁹ dispēsassent: ⁊ hucusq̧ ī mōte celio latuissent in xp̄ianitatis ꝑposito ꝑmanētes. Iussit ergo decius parētes suos adesse: ⁊ minis ac terroribus ab eis extorsit q̄ ī ipso mōte laterēt sicut ei fuerat ꝑ alios suggestum. Tunc cogitās q̄d de ipsis faceret: nutu dei iussit os spelunce lapidibus obstrui vt ibi deficerent fame ex inopia circuncluſi. Quod cum fieret duo ex ministris xp̄iani: theodorus ⁊ rufinus eo⁊ martyrium describētes in tabulis: ⁊ sigillātes caute inter lapides posuerunt. Mortuo igit decio ⁊ tota illa ꝑgeneratione: post annos.c.xcvj. anno videlꝫ.xxx. īperij theodosij iunioris pullulauit heresis eo⁊ q̄ negabāt resurrectionē mortuo⁊ vnde ꝯtristat⁹ xp̄ianissimus impator: q̧ fidē tā īpie agitari videbat: in cinere ⁊ cilicio cum lachrymis in orōne quotidie ꝑsistebat. Qđ videns misericors deus cōfirmare spē de resurrectione mortuorum voluit: ⁊ ita ꝑdictos martyres suscitauit. Misit n̄ quidem in cor cuiusdā burgēsis ephesi: vt in illo loco edificaret stabula pastorib⁹ suis. Cementarijs ergo speluncā aperientibus surrexerunt sctī: ⁊ se inuicē salutātes putabant se vna tm̄ nocte dormisse: ⁊ ꝑdianā tristitiam recordantes: se mutuo ad martyrium exhortabant. Iusseruntq̧ malcho vt ad vrbē descenderet: ⁊ plures panes q̄ heri afferret atq̧ quid iussisset decius nunciaret. Qui assumpto medici habitu iuxta morem.v.solidos accepit: ⁊ de spelunca exiuit: videnſq̧ lapides admiratus est: sed aliud cogitans de lapidibus parum curauit: veniens ergo timidus ad portam ciuitatis: vltra modum stupefactus est: vidēs signū crucis suppositum: ⁊ mutatam in oībus ciuitatem. Et ad singulas accedens portas: ita ꝑ oīa repperit: signonsq̧ se ad primam portam rediit: se existimans somniare. Ingressus tādē cū tremore nimio hoīes de xp̄o loquentes audiuit: ⁊ maiorem stuporem incurrit: nec putabat illam esse ephesiorum ciuitatem: ⁊ cum interrogans ipsaꝫ esse ephesum intellexisset: vere se errasse putauit. ⁊ ad socios redire cogitauit. Accessit tamen ad eos qui panem vēdebant ⁊ cum argenteos ꝑtulisset: mirati venditores monetam incognitam. dicebant adinuicem q̄ ille iuuenis thesaurum antiquum inuenisset. Ille vero eos adinuicem colloquentes videns putabat q̄ ipsum ad imperatorem trahere vellent: ⁊ territus rogabat: vt panes ⁊ nummos retinerent: ⁊ se dimitterent. Qui eum tenentes interrogabant: vbi thesauros imperatorum antiquorum inuenisset: qui non inueniebat quid eis diceret pre timore. Misso igitur fune in collo eius per vicos ad medium ciuitatis trahitur: ⁊ exiit rumor q̄ iuuenis thesauros inuenisset. Congregatisq̧ omnibus ad eum: ipse a nemine cognosci poterat: sed nec ipse circunspiciens aliques de sua cognatione videbat: quos veraciter viuere putabat: ⁊ nullum inueniens quasi insanus stabat in medio ppl̄i. Qđ audientes marinus ep̄s ⁊ antipater ꝓconsul: euꝫ ad se duci iusserunt: ⁊ cum ad ecclesiam duceretur: ad decium se trahi existimabat. Ep̄s igitur ⁊ ꝓconsul mirantes euꝫ interrogāt: vbi thesauros antiquos inuenisset. Qui respōdit se nihil inuenisse. sed de sacculo parentum suo⁊ nummos illos habuisse. Et interrogatus cuius ciuitatis esset respondit q̄ erat ipsius ciuitatis: si tamen illa esset ciuitas ephesina. Et interrogatus de nomine parentum suorum: vt ꝑ ipso testarentur cum ipsos nominasset: ⁊ null⁹ eos cognosceret: dicebant eum fingere: vt aliquo modo euadere posset. Dicenteq̧ ꝓconsule q̄ pecunia illa parentum suorum esse nō poterat: eo quod superscriptio fere ducentorum annorum erat: quo tempore parentes sui fuisse non poterant: ⁊ q̄ tali modo sapientes ⁊ senes ephesi volebat deludere. Iussitq̧ cum tormentis tradi: donec veritatem confiteretur. Tunc malchus ꝓcidens eos ꝑ deo adiurauit: vt ei dicerent: vbi decius imperator esset. Episcopus vero respondit q̄ tunc non erat in terra: qui decius nominaretur: sed ante longum tempus fuerat imperator. Malchus vero stupefactus stabat: narrauitq̧ eis q̄ furorem decij in monte celio cum socijs aufugerat: et quomodo in sero precedenti decius ipsam ciuitatem intrauerat. vt christianos persequeretur. si tamen ipsa esset ciuitas ephesiorum: in cuius testimonium rogabat: vt secum irent: et socios suos eis ostenderet.

¶ Tunc ep̄s cogitās ꝙ hec esset diuina visio: cum ꝓcōsule & vniuerso ppl'o ducēte eos malcho ꝑrexit ad montē celiū: & ingrediēte prius malcho ad socios inuenit ep̄s inter lapides lr̄as sigillatas duobus sigillis argēteis sanctoꝝ passionē ꝯtinētes: quas corā oī ppl'o legit: & mirātibus cūctis viderunt sanctos in spelu sedētes: & facies eoꝝ quasi rosas florētes: oēsq; glorificabāt deū cernētes corpa ipsoꝝ & vestes incorruptas ac si sola vna nocte dormissent. Statimq; hec oīa theodosio imꝑatori ꝑ lr̄as significare curarunt. Qui surgēs de loco in quo orabat glorificās deū concitus venit ephesum veniēs quoq; ad speluncā vidit scōꝝ facies sicut sol refulgētes & ꝓcidēs ante ipsos ac singulos eoꝝ amplexās fleuit cum gaudio dicēs ꝙ sic eos videbat quasi si videret xp̄m lazaꝝ de monumēto vocātē. Qui r̄ndebāt ꝙ ad hoc deus ipsos suscitauerat: vt crederet indubitanter resurrectio mortuoꝝ. Sicut eñ infans ē in matris vtero nō sentiēs lesionē & viuit: sic fuerāt viuētes & dormiētes & nihil sentiētes. His dictis inclinātes capita sua iterum obdormierunt: quos imꝑator deosculans sup eos fleuit. Et cū iussisset fieri loculos aureos: in quibus mitterent: in ipsa nocte apparuerunt imꝑatori dicētes: vt sic hactenus in terra iacuerant: sic eos dimitteret: donec eos dn̄s iterum in vltima resurrectione suscitaret. Jussit ergo imꝑator locum illum inauratis lapidibus adornari: & oēs ep̄os negantes resurrectionem ab ep̄atu deponi. Dormierunt ergo scti martyres p̄ma dormitione .vj. calen. augusti. Surrexerunt vero .iij. idus ipsius mensis: quo die festum ipsorum solennius recolitur. anno dn̄i. cccclviij.

¶ De sancta Clara virgine. Capitulum .lij.

Clara virgo ordinis dn̄aꝝ pauperum scti damiani de ciuitate assisij nobilibus orta parentibus ab annis puerilibus xp̄i seruitio mācipata virginitatē suā dn̄o dedicauit: q̄ a btō francisco ordinis minoꝝ fundatore edocta: monitis ipsius relicto seculo die dominico palmarum adhuc iuuencula ad ecclesiam in omni vestium suaꝝ ornatu ꝓcedens: a summo pontifice innocentio tertio palme ramum accepit. Die quoq; sequenti ad btm̄ franciscū accessit: & apud sanctā mariā de portiūcula ab ipso habitū monachalem cū humilitate ꝑcepit & assumpsit. Deducta ergo ad ecclesiam scti pauli grauī persecutione consanguineoꝝ sibi excitata: ipsa in sctō ꝓposito perseuerans bella oīa triumphauit: deinde a sctō francisco apud ecclesiam sancti damiani inclusa sororum pauperum ordinem incohauit: & .xlij. annis in sanctitate & perfectione vite perseuerauit. Jeiunijs quoq; & orationibus semper intenta paternam omnem hereditatem monasterijs ecclesijs & pauperibus dispensauit. Cuiusq; regulā ꝑfatus papa innocentius cōfirmauit. Miraculis etiā pluribus & insignibus claruit. ¶ Nā semel panem vnicum in domo repertum: cum fratribus elemosynā petentibus dimidiauit: reliquāq; medietatem inter .xl. sorores diuidi fecit: oībusq; saturatis plenius abundauit. ¶ Alias etiam vas olei vacuū eius oratione repletum inuentum est.

¶ Cum tempore federici imperatoris italiam deuastantis saraceni ab eo cōducti vallem spoletanā depopulati essent hi quoq; assisium inuasissent: cum ipsa langueret: se in ianua claustri hostibus irruētibus opponi fecit: xp̄oq; puerulo sibi apparente: & liberationem loci ac ciuitatis promittente: orans infideles illos diuinitus non solū a monasterio effugauit. sed etiam ciuitatem ab eorum euersione saracenis moꝝ per aliam portam quasi in fugam euntibus liberauit. ¶ Alias etiam vitalem quendam de aduersa ciuitatem eandem obsidentem sua oratione adeo ꝑturbauit: vt dissoluto exercitu: mane sequenti recederet qui post dies modicos iugulatus est. ¶ Sancta autē virgo in principio sue conuersionis agnetem germanam postulauit a deo sibi in eodem ꝓposito sociandam quod et obtinuit. Nam & ipsa post dies .xvj. relinquens mundum religionis habitū suscepit: & in eodē monasterio vna secū virgo permansit: totidemq; diebus post eius transitum claram ad celestia secuta est. ¶ Cum aliquando in natale dn̄i infirma lecto decumberet: matutinali officio in spiritu rapta presens fuit: christumq; puerum aspexit omniaq; diuina corporaliter audiuit: & que gesta fuerant retulit: cum tamen tanto longe posita esset ꝙ voces cantantium humanitus audire non potuisset. A sero quoq; cene domini cevsq; in sabbato sancto de mane in extasi assumpta passionem dominicam in spū contēplata: & ad se rediēs vnius fere hore spatio putauerat se dormisse. Sicq; signis & virtutibus clarens per annos .xxviij. longo castigata languore assistente sibi domino gregorio papa .ix. sibi deuotissimo cum cardinalibus ceterisq; virtutibus predita feliciter migrauit ad christum pridie idus augusti. Ab eodem pontifice in ecclesia sancti gregorij tumulata: vbi & quiescit miraculis clarens.

¶ De sancto Euplo martyre. Capitulum .liij.

Euplus martyr in ciuitate cataniensium temporibus diocletiani & maximiani imperatorum passus est sub caluisiano consulari. Dum eñ idem caluisianus in templo ydolorum sacrificaret: & euplus se xp̄ianū publice ꝓclamaret tentus est: & quesitus quem deum coleret. Qui cum quattuor euangeliorum codicem quē secum habebat aperuisset: & coram eo legisset xp̄m confitendo ab eodem iudice diutius tortus: deinde contra eum dictata sententia decollatus est pridie idus augusti. Sepultusq; est in ipsa ciuitate.

¶ De sctā Hylaria & sociabus mar. Capitulum .liiij.

Hylaria martyr mater sctē aphre fuit. de qua supra dictum est nonis augusti. Que cū ancillis filie sue: digna: eumenia: & eutropia apud cretā in ciuitate augusta passa est. Hec cū corpus ꝑdicte aphre martyris sepelissent: die sequenti ad tumulū eius orantes reperte sunt et cōpꝛehense atq; iudici ꝑsentate. Que dum xp̄m confiterentur in monumento de lignis facto inclose sunt: & catenis vincte: ipsoq; tumulo fenore spinis repleto: igne supposito: martyrium compleuerunt pridie idus augusti. Quarum corpora iuxta aphram martyrem condita sunt.

¶ De sanctis Quiriaco & socijs martyribus. Capitulum .lv.

Quiriacus: largus: crescētianus: memnia: iuliana: leonides: eutychianus: diomeda: charriton: philadelphus: agapes & petrus cū alijs .xiij. apud eandem ciuitatem augustam in creta passi sunt. Qui omnes pro confessione nominis xp̄i decollati martyrium cōsummauerūt ꝑdie idus augusti. Hec ado ex martyrologio hieronymi.

¶ De sctis Hyppolito & socijs mar. Capitulum .lvj.



Hyppolitus

Hyppolitus et oēs eius familia vtriusq; sexus numero. xix. rome passi sunt sub decio cesare et valeriano pfecto. Cū eīm hyppolitus btīn laurentium in custodia haberet sibi a pfecto valeriano ꝯmendatū: ꝛ vidisset eū manus super oculos cecoꝝ iponentē ꝛ eos illuminantē cōuersus est ꝛ cū oī domo sua baptizatus vt dictū est supra in passiōe laurētij. iiij. idus augusti. Postꝗ aūt corpus btī laurētij cū iustino pbȳtero sepelisset: venit domū ꝛ dās pacē oīb⁹ seruis ꝛ ancillis suis: oēs sacramento altaris qd iustinus pbȳter obtulerat cōicauit: ꝛ posita mēsa priusꝗ cibum sumeret: venientes milites eū rapuerūt: ꝛ ad deciū adduxerūt Quē decius interrogauit: an magus effectus esset. eo qd corpus laurētij abstulisset: illeq; rñdit se nō esse magum sed xpianū. Tunc decius fecit eum expoliari habitu xpiano: ꝛ os eius lapidibus tundi: agens vt sacrificaret ne per tormenta sicut laurentius periret. Cū aūt diceret se velle exemplū btī martyris laurentij imitari: iussit eum decius fustibus cedi ꝛ cordis ferreis laniari: ꝛ cū tormenta hiodi derideret: fecit ipm vestiri veste militari: qua ante vtebat: hortās vt amicitiā ꝛ militiā pristinā obtineret: cui hyppolitus se xpo militare dicebat. quem tradidit decius valeriano prefecto: vt oēs eius facultates acciperet ꝛ tormentis afficeret. ¶ Ualerianus aūt inuēta oī eius familia xpiana oēs sibi exhiberi precepit: ꝛ cū ad sacrificia cogerent: ꝯcordia nutrix hyppoliti p oībus rñdit ꝙ optabāt cū domino suo magis pudice mori ꝗ ipudice viuere. Ualerianus aūt dicens ꝙ genus seruoꝝ nisi p supplicia nō emendat: iussit eā p̄nte sctō hyppolito tā plūbatis cedi quousq; spm̄ emitteret: deinde extra portā tyburtinā sctm̄ hyppolitū cum oī familia duci fecit: quos cum ipse ad martyriū hortaret iussit valerianus eos omnes i ꝯspectu scti hyppoliti decollari: ipsū vero pedibus ad colla indomitoꝝ equorum ligari fecit: ꝗ sic per cardos ꝛ tribulos tract⁹ emisit spm̄. Quoꝝ corpora iustinus pbȳter rapuit: ꝛ iuxta corp⁹ btī laurētij in agro verano sepeliuit. Corp⁹ vero ꝯcordie inuenire nō poterat: qꝛ fuerat in cloacā piectum. Miles aūt ꝗdā noīe porphyrius credens ꝯcordiā auꝝ ꝛ margaritas in vestib⁹ hr̄e: quendā cloacarium noīe hireneū: qui erat occulte xpianus aduocauit: ꝛ ei secretius vbi corpus esset intimauit p̄missiōe sibi facta ꝙ auꝝ vel gemmas repertas eidem ꝯcederet: ipse vero corp⁹ haberet. Cūq; ei locū indicasset: ꝛ extracto corpe nihil inuenisset: porphiri⁹ fugit ꝛ hyreneus vocato alio xpiano noīe abundio corpus ad iustinum presbyterum detulit: qui illud iuxta corpora hyppoliti ꝛ alioꝝ sepeliuit. Passi sunt aūt idibus augusti.

¶ De sancto Hyppolito epō. Capl'm. lvij.

Hyppolitus epūs aphrican⁹ claruit tpe alexādri ipratoris: qui vite sctitate plenus ꝛ doctrine suauitate mellifluus plurima in dei ecclesia opuscula cōdidit: videlz librum de pascha ꝯposuit. Item in exameron. Itez cōtra martionem. Item in cantica canticoꝝ. Item in genesim. In zachariam pphetā. In librum psalmorum. In isaia. In daniele. In apocalypsi. In puerbus. In ecclesiaste commentarios edidit. Librū ꝯposuit de saule ꝛ phytonissa. De antixpo. De resurrectione. De laude dn̄i saluatoris: ꝛ psohomelion: ꝛ plenus virtutibus in pace quieuit: vt dicit gennadius libro de illustribus.

¶ De sctō Cassiano epō ꝛ martyre. Capl'm. lviij.

Cassianus episcopus passus est apud ciuitatem forum sylle siue cornelij a sylla cornelio duce romanorum dictam que nunc imola nuncupatur Hic genere nobilis pontifex fuit ciuitatis brixinēsi. que ciuitas est in affinib⁹ allemanie posita: qui peregrinationis gratia venit ad imolēsi. ciuitatem: vbi dum scholas puerorum regeret: ꝛ xpm dominū predicaret tempore persecutionis a paganis tentus quesitum est quid artis. aut quid haberet officij. Responsumq; est ꝙ pueros litteris erudiret. Statimq; a persecutore quem spreuerat per sententiam addictum est: vt ipsius discipuli in magistri sanguinem quomodo vellent: cum corporis laceratione seuirent. Statuitur ergo in medium spoliatus: ꝛ post terga ligatus manibus. Armati itaq; stilis pueri circumstantes ac tabulis illudebant magistro. in capite ipsius fractis tabellis acutissimis stilis membra eius non cessabant effodere. Multis itaq; vulneribus dei martyr perfossus. vix retrahens suspiria: humili eos hortabatur voce vt essent viribus fortiores: ꝛ eos nos virtute transcenderēt. Sicq; per venas totius corporis sanguis effusus piam animam conditori suo cum gloria reddidit ꝛ corona: ꝛ sepultus iacet in ipsa ciuitate. qui passus est idibus augusti.

¶ De sancto cassiano presbytero ꝛ confessore. Cap. lix.

Cassianus presbyter. de quo frater vincēti⁹ ꝛ gennadius: claruit tēpore honorij imperatoris: vir illustris ꝛ facundus. Alio nomine dictus ioannes heremita. Qui de ecclesia cōstātinopolitana p hereticos eiectus in massilia gallie presbyter ordinatus duo condidit monasteria virorum ꝛ mulierum. que hodie extant. ¶ Scripsit multa opuscula ad fidei nostre exhortationem. Scripsit enim vitas patrum in egypto degentiū ꝛ regulas: que multarum animarum edificationem continent: ꝛ luculento sermone nitescunt. Scripsit ꝛ res omnium monachorum necessarias. idest debitum: ꝛ de canonica oratione atq; psalmodia. que in egypti monasterijs die noctuq; tenetur libros quattuor. Institutionum librum vnum. De origine ꝛ qualitate ac remedijs nouem. Principalium vitiorum libros octo singula singulis explicans. Digessit ꝛ collationes cū patribus egiptijs habitas. videlicet de destinatione monachi ac fide. De districtione. De tribus ad seruiendum deo vocationibus. De pugna carnis aduersus spiritū. ꝛ spiritus aduersus carnem. De natura omnium vitiorum. De nece sanctorum. De nobilitate anime. De principibus. De qualitate orationis. De perfectis. De castitate. De protectione dei. De scientia spūali. De diuinis charismatibus. De amicicia. De diffiniendo vel non diffiniendo. De tribus antiquis generibus monachorum: ꝛ quarto nuper exorto. De fide cenobite ꝛ heremite. De satisfactione penitētie. De remissione quinquagesime. De nocturnis illusionibus. De eo quod dicit apostolus. Non enim quod volo facio bonum. sed quod nolo malum hoc ago. De mortificatione ad extremū rogatus a leone archidiacono postmodum romano episcopo: aduersus nestorium de incarnatione domini. septem condidit libros. in quibus apud masiliam: scribendi. ꝛ vite terminum dedit. Imperantibus theodosio ꝛ valentiniano.

¶ De sancta Radegunde regina. Ca. lx.

Radegundis regina nitigorum nobilissima clotharij regis francorū vxor claruit anno trigesimo Iustini imperatoris. vt ait sigibertus. Hec natiōe barbara patre rege berengario nomine progenita. dum regio sua a francis esset depopulata. de patria sua in galliam in predam adducta. veniens in sortem clotharij ob nimiam speciositatem eb eo in coniugem ducta est. Que tamen deo potius ꝗ regi seruiebat ieiunijs: videlicet elemosynis et orationibus vacans: carnem cilicio

domans: desuper regalibus induebatur. Adhuc in pala
tio regis consistens: dum in prui navilla per pomeriū am
bularet: ⁊ audisset voces compeditorum eius misericor-
diam imploratium: p ipsis in oroné se dedit: ⁊ côtcitis cō
pedibus illico oēs absoluit. Dum autē frater regis in bel
lo occisus esset: ille ex hoc motus vrori dudum postulatā
⁊ optatā petitionē ꝯcessit: ꝙ scꝫ deo libere seruire posset.
Que veniēs ad sanctū medardum nouiomeñ. epm: ab eo
cōsecrat in xpi spōsam: ⁊ pictauis monasterio ꝯstructo or
dināte rege clothario ibidē se inclusit: oībus suis paupe
ribus traditis: multisqꝫ inibi sororibus ꝯgregatis: earū
abbatissa facta cum eisdē ancilla xpi in sctitate vite pol-
lens solis diuinis insistebat: paupes quotidie recreans ⁊
carnem penitētia dira castigās. Multis quoqꝫ miracu-
lis claruit. ¶ Nā mulierē a dyabolo obsessam solo impe
rio in xpi noīe liberauit: q̄ cum fluxu vētris ea in ecclesie
pauimento distēta egressus est. ¶ Arborē lauri de aliquo
loco euulsam ⁊ in horto suo p solatio trāsplātatā: dū aruis
set: oīno ad vitā ⁊ viriditatē reuocauit. ¶ Infantulā vnā
ex monachabus nup defunctā in cellula sua reclusam du
dum sup corpus orās cū lachrymis a mortuis suscitauit.
¶ Cum imparator iustinus eidē p nuncios suos ptē ligni
crucis dñice auro côtectā destinasset: illiqꝫ cedeuntes in
mari naufragium paterent: sctām inuocātes reginā. co-
lumbā tertio circa nauē volantē ꝯspiciunt. Cui dum vn⁹
ex cauda tres pennas auelleret ⁊ in mare misisset: tranq̄l
litas mox subsecuta est. ¶ Tribunus quidā nomie domi
tienus gutturis sfocationē patiēs: die quo sancta migra
uit a carne. videt in extasi reginā radegundē ad se venien
tem ⁊ eadē hora se de corpe exisse nunciātē: eiqꝫ admonen
tem: vt ecclesiam scti martini in loco sibi ostenso edificet
⁊ detētos relaret: ⁊ sic sanitatē reciperet. Qui postꝙ hec p-
misit ad se redyt: seqꝫ sanatum repperiens: diē horāqꝫ nota
uit: ⁊ inuenit sanctā a seculo tunc migrasse: vnde mox di-
missis. lxxiij. detentis in vinculis ecclesiā scti martini in
loco vbi nūc est de proprio edificauit. Quieuit in pace san
cta radegundis idibus augusti in suo cenobio pictauis
tumulata.

¶ De sctō Helia pphẽta. Cap. lxj.




Elias pphẽta de galaad originem tra
hens: cuius tñ nomē patris in scriptu-
ra non habet: nō solū eccli. xlviij. ca. In
ter patres antiq̄ tpis gl'iosus cōmēdat
sed etiā ab ipso saluatore in aliq̄ euāge
lij pte magnificat. Qui tpe achab regi
⁊ iorā filij eius in isrł claruit: nō solū in
signis pphẽtie grā: sed etiā excellēti miraculoꝝ glia que
a. xvij. cap. iij. libri regū vsqꝫ ad scdm quarti cōmemorant.
¶ Cū em̄ achab rex isrł ad instātiā lpte ꝯiugis iezabelis
oēm isrł adeo p̄uaricace ⁊ baal adorare fecisset: ad preces
helie pphẽte in vltionē tantī sceleris: dñs clausit celum:
nec dedit pluuiā sup terrā annis tribus ⁊ mēsibus sex: p-
pter qḋ fames ⁊ sterilitas magna fuit p vniuersum regnū
isrł. Helias aūt ex p̄cepto dñi latuit in torrēte charit iux
ta iordanem: vbi corui deferebāt ei panes ⁊ carnes mane ⁊
vesper bibebāt de torrēte donec siccaret. Postea deveniēs
in sareptā sidonioꝝ q̄ est inter tyrum ⁊ sidonē vrbs modi-
ca: vidit mulierē viduā colligentē ligna. Ad quam cū pe-
tysset modicum aque ad bibendum: ⁊ illa pgeret vt affer
ret: petyt ⁊ buccellā panis ad edendū. Cūqꝫ illa diceret se
nō habere nisi modicū farine in hydria quantū est pugil
lus ⁊ parum olei in lechito. Iussit helias sibi fieri subcine
ritium panē de ipsa farina: pmittens p nomen dñi: q: nec
farina nec oleum deficerent vsqꝫ ad tps fertilitatis. Et si-
cut ipse p̄dixerat sic factum est. ¶ Deinde cū filius vidue
ipsius apud quam helias ꝯmanebat defunctus esset. He
lias puer mortuū sup lectulū suum posuit: ⁊ orone facta
eū a mortuis suscitauit. Hunc tradunt hebrei fuisse ionā
pphẽtam: sicut dictū est supra in gestis ione pphẽte. vj.
cał. februarij. Tunc iezabel regina oēs pphẽtas dñi quos
inuenire potuit occidi mandauit. Abdias vero pcurator
domus achab abscondit in spelūca cētū viros pphẽtas: et
pauit eos pane ⁊ aqua pptet qḋ postmodū spū pphẽtico
dotatus est. De quo supra actū est in gestis eius. ix. calen.
ianuarij. ¶ Post tres annos ⁊ dimidiū sterilitatis ⁊ fa-
mis helias pphẽta: qui vsqꝫ tunc latuerat: achab regi isrł
se ostendit: dū in ipse rex pptet sterilitatem quereret pa-
bula equis suis: ⁊ non inueniret: increpauitqꝫ eum pphẽ
ta ꝙ dñm reliquisset: ⁊ deos gētium sequeret: ⁊ coleret.
Deinde hortatu ei⁹ ad īperiū regis cōgregatis multitudi
ne ppłi ⁊ octingētis ⁊ q̄nq̄ginta pphẽtis baal in mōte car-
meli. Helias ad ppłm ait: ne in duas ptes claudicarent
sed aut dñm deum patrum suorum: aut baal sequerentur
deditqꝫ eis optionem talem: vt duo boues educerentur:
quorum vnus darec pphẽtis baal: ⁊ alius sibi soli: ⁊ vna
queqꝫ pars bouē suum in frusta concisum sup ligna pone
ret: igne nō supposito: ⁊ inuocaret deum suum: ⁊ qui ex au-
diret igne dato de sublimi: ipse esset ver⁹ deus. Placuitqꝫ
ppositio populo. Cum sacerdotes baal fecissent: qḋ dixe-
rat helias inuocantes baal a mane vsqꝫ ad meridiē trāsi
liebant altare: quod fecerant: ⁊ incidebant se iuxta ritū
ipsoꝝ lanceolis: vt sanguine pfunderent. Demones enī
plurimum delectantur perfusione sanguinis humani.
Tunc helias presente populo altare ipsorum destruxit:
⁊ nouo in honorem domini constructo ligna ⁊ frusta bo-
uis superposuit: ⁊ aquam abundanter desuper iactare fe
cit: donec aqueductus impleretur: ne putarent arte ma-
gica ipsum de visceribus terre ignem suscitasse. Factaqꝫ
oratione ignis de celo descendit: qui holocaustum ligna
⁊ lapides ac puluerem: etiam ipsam aquam consumpsit.
Quo viso miraculo populus conuersus est: et iussu helie
omnes prophetas baal occidit iuxta torrentem cison.
¶ Deinde dixit achab: vt comederet: ⁊ festinanter de-
scenderet: ne ipsum pluuia superuentura occuparet quo
comedente helias inclinato capite orauit: ⁊ misso puero
septies ad videndum contra mare: septima vice vidit nu-
beculam ascendentem: que vsqꝫ tunc non apparuerat.
Festinanteqꝫ achab domum: facta est pluuia grandis: et
omnem terram irrigauit. Iezabel autē audito quod he
lias fecerat de prophetis baal querebat: vt occideret eū
qui timens fugit in bersabe iuda: ⁊ dimisit ibi puerum
suum: ⁊ perrexit in desertum via vnius diei: sedensqꝫ sub-
ter iuniperum: petiuit anime sue: vt moreretur postmo-
dum vero dormitauit: ⁊ excitatus ab angelo ⁊ conforta-
tus: atqꝫ pane celico ei delato refectus ambulauit in for
titudine cibi illius quadraginta diebus vsqꝫ ad montem
dei oreb: vbi preceptum accepit a deo de vngendo azahel
regem super syriam in damascum: ⁊ iehu filium namsi re-
gem super israel: ⁊ heliseum filium saphat de abela in p-
phetam pro se: vt isti tres interficerent ydolatras israel.
Que omnia helias adimpleuit iuxta mandatum domi-
ni. ¶ Mortuo vero achab rege israel: regnauit pro
eo filius

eius filius eius ochozias qui ambulauit in vijs malis patris sui et matris sue impie iezabelis: propter quod deus puniuit eum: vt cadens de cancello cenaculi sui ad mortem egrotaret samaria ciuitate. Misitque nuncios ad consulendum beelzebub deum acharon: an liberari possit de infirmitate sua quibus ex precepto dei occurrens helias: eos redarguit: dicens quod ochozias de ipsa egritudine moreretur. Cumque redissent nuncij ad regem: et ei verba narrassent: quesito ab eis de habitu viri intellexit ipsum esse heliam: misitque ad eum principem quinquagenarium et quinquaginta: qui erant sub eo: vt vocarent heliam et secum traheret. Et ad mandatum helie descendit ignis de celo et deuorauit eos. Rex quoque misit alium quinquagenarium et suos quinquaginta: qui illa passi sunt. Destinatus vero tertius: qui abdias fuisse dicitur: curuauit genua contra heliam: et eius iniuriam implorauit. Et propheta domini cum eo iubente angelo de monte descendit: et ingressus ad ochoziam ipsum de idolatria redarguit: mortemque ei imminere prophetauit: qui et mortuus est iuxta verbum helie. Pro quo ioram frater eius regnauit eo quod ochozias filium non haberet. ¶ Anno vero primo ioram regis israel: cum helie reuelatum esset quod deus ipsum tollere vellet: iuerunt helias et heliseus de galgalis in bethel: et deinde in hiericho ac demum deuenerunt ad iordanem sequentibus eos quinquaginta ex prophetis: qui diuina spiritu raptum helie preuiderant. Tunc helias stans super ripam iordanis: tulit pallium suum: et percussit aquas: que diuise sunt in duas partes: et transierunt ambo per siccum helias videlicet et heliseus. Dixitque helias ad heliseum: vt peteret quod vellet ab eo: antequam ab ipso tolleretur. Qui petiuit duplex spiritus eius in eo requiesceret scilicet ad prophetandum et miracula faciendum. Cumque pergentes ad inuicem loquerentur. helias curru igneo et equis igneis raptus est ab heliseo: et et per turbinem in celum: hoc est in superiora aeris ascendit: translatusque est in paradisum terrestrem vt creditur: vbi cum enoch corporaliter viuit redituri in fine seculi: et contra antichristum conflictum habituri: quos ipse demum occidet: sed eos dominus suscitabit: vt habetur apocal. xi. Leuauit autem heliseus pallium helie: quod ceciderat ei: et percussis aquis iordanis secundo vice diuise sunt: et transiuit heliseus per siccum ad aliam ripam vbi erant filij prophetarum qui viso miraculo diuisionis aquarum intellexerunt spiritum helie in heliseo quieuisse. Celebratur autem dies raptus helie prophete ab hebreis decimonono calen. septembris: quo die tradunt eum in paradysum fuisse translatum. Hec ex libris tertio et quarto regum capitulis quibus supra: ex dictis iosephi et hieronymi: et ex hystoria scholastica: atque ex chronica guilelmi.

¶ De sancto Eusebio presbytero. Cap. lxij.

Eusebius presbyter rome claruit tempore constantij augusti et liberij pape hereticorum: qui vir catholicus et doctrina preclarus: dum fidem catholicam constanter defensaret: et constantium augustum atque liberium vrbis rome episcopum hereticos predicaret: eo quod arriane fidei consensissent. Ab eodem constantio rogatu liberij detentus est: et in quodam cubiculo domus sue inclusus habente in latitudine pedes. iiij. et ibi multis mensibus in oratione perseuerauit. Inclusus in adhuc post menses. vij. dormitionem accepit. xix. calen. septembris. Cuius corpus gregorius et orosius presbyteri sepelierunt via apia in cymiterio calixti iuxta corpus beati sixti pape et martyris in crypta. Quod audiens constantius augustus gregorium presbyterum cepit: et viuum in eadem crypta sepeliuit vbi post dies tres in pace quieuit.

¶ De sancto Eusebio episcopo emesseno. Cap. lxiij.

Eusebius episcopus emessenus tempore constantij imperatoris claruit: qui vir elegantis rhetoricique ingenij innumerabiles composuit libros magis secutus hystoriam: et qui ad plausum pertinent ab his qui declamare volunt maxime leguntur. Precipui sunt aduersus iudeos et gentiles atque nouatianos. Ad galathas quoque scripsit libros x. Et in euangelijs homelias plurimas breues. Quieuit autem in christo apud antiochiam. Ibidem sepultus in pace. Hec hieronymus libro de viris illustribus.

¶ De sancto Eusebio abbate. Cap. lxiiij.

Bernardus abbas clarauallen. ⁊ doctor clarus it tpe eugenij pape tertij ⁊ federici imperatoris primi: qui ex ꝓuincia burgundie castro fontanis patre milite tecelino matre aleth religiosa domina ortus est: que sex mares filios genuit monachos futuros: feminam vnam sanctimonialem: quos vt ediderat ꝓ domino offerebat: ⁊ ipsos pueros cibis grossioribꝰ quasi eremo magis q̄ curie nutriebat. Cum aūt tertiū scilicet Bernardū gestaret i vtero vidit per somniū catellum candidum ⁊ latrantē i vtero se habere. Qd̄ cum cuidam viro dei exposuisset. Ille voce prophetica respondit: ꝙ optimum catulum pareret: qui domus dei custos futurus esset: eo ꝙ ꝑdicator fieret egregius: ⁊ ꝯtra inimicos daret latratus: ac multos medicinalis lingue gr̄a esset curaturus. ¶ Cum autem Bernardus adhuc puer in natiuitatis dominice nocte offm̄ expectaret: auidus scire qua hora christus natus esset: media nocte eidē apparuit puerulus iesus quasi denuo ex vtero matris natus. Unde extunc illam fuisse horam dn̄ice natiuitatis cognouit. Ex illa ergo hora in his q̄ ꝑtinent ad illud sacramentū: sensus ei ꝓfundior ⁊ sermo copiosior datus est. Qd̄ patet in illo initio opusculorū suorū qd̄ edidit: cum homeliā illā sup euāgelio Missus est gabriel composuit. ¶ Uerum antiquus hostis eius castitati inuidens: multos ei laqueos tentationis opposuit. Cum semel in quandam feminā diu oculos defixos habuisset: de se ꝯtinuo erubuit: ac in stagnum gelidarū aquarum insiluit: ibiq; tam diu mansit: donec a carnali concupiscētia totus refriguit. ¶ Alia nocte puella quedam se nudam in lecto ipsius posuit: quā ille sentiēs prē lectuli ei ꝯcessit donec illa ipsum cernens imobilem: erubescens inde recessit. ¶ Alias etiā hospitatus in domo vnius matrone: cum illa in eius pulchritudinē exarsisset nocte silenter ad lectum eius accessit. Illoq; clamante latrones mulier se abscondit. Surgentes ṽo famuli latrones querunt sed non inueniunt. Cūq; hoc idem vsq; tertio factum esset: mulier tādem desperata recessit. Dū ṽo mane a socijs quereret quomodo tot vicibus latrones clamasset. Respondit ꝙ vere latro ei insidiatus fuerat: q: hospita thesaurum sue virginitatis irrecuperabilem auferre voluerat. Et extunc cistertientium ordinē ingredi deliberauit. Qd̄ cum fratres eius omnimode ꝓhiberent: tantam ei dn̄s grām ꝯtulit: vt non solum non prohiberetur: sed omnes fratres suos ⁊ alios plures ad religionem dn̄o lucraret. Fratri autem suo gerardo verba eius vana reputanti predixit: ꝙ lancea latus eius ꝑforaret: ⁊ tunc compunctus verbis eius ꝯsensum ꝑberet. Post paucos dies gradus ab inimicis capit: ⁊ lancea i latere vulneratus carceratur. Ad quem bernardus veniens eundem ꝯfortauit: ꝓmittens ꝙ cito liberaretur: ⁊ monasterium ingrederetur. Eadem nocte cōpedes gerardi de pedibus eius ceciderūt: ⁊ hostio per se aperto ipse euasit: indicauitq; fratri se mutasse ꝓpositum: ⁊ velle fieri monachum. ¶ Anno igitur dn̄i. M.cxij. a cōstitutiōe ordinis cistertiensis. xv. seruus dei bernardus annorum xxij. cum fratribus ⁊ alijs socijs. xxx. ordinē cistertiensem igressus est. Qui mox totus ita in spm̄ absorptus est: vt iam nullis corporeis sensibus vteretur. Quē abbas cistertiensis ad edificandum domum clareuallensem post modicum misit vbi multo tempore in nimia paupertate vitam duxit. Uigilijs autem ⁊ orationibus intentus continue carnem miira penitentia flagellabat ⁊ maxima ieiuniorum inedia domabat. In vestibus autem et alijs cunctis semper paupertatem amabat. Quicquid ṽo in scripturis didicit: in agris ⁊ siluis ꝯfitebatur accepisse: ⁊ nullum se magistrum aliquando habuisse. Dicti quoq; sibi confessus est expositionē orationis dominice sibi scriptam apparuisse. Humilitatē autem ⁊ patientiā vltra modum in cunctis ostendit. ¶ Cū trecentas marchas argenti sibi ꝓ cenobio construēdo missas predones abstulissent: patienter tulit: deūq; benedixit: qui sibi a tanto onere pepercit. ¶ Quidā canonicus regularis ad eū venit: ⁊ vt in monachum reciperetur rogauit: cumq; ille non acquiesceret: sed ad suam ecclīam redire suaderet: aduertens ꝙ canonicus ex leuitate ordinē mutare vellet: canonicus ad conuitia multa prorupit: ac demū ipm̄ in maxilla percussit. Cūq; astantes in sacrilegum insurgerent: ille ne eum tangerent per christum adiurauit: et sine vlla vltione patienter dimisit. ¶ Pater eius qui solus in domo remanserat: ad monasterium iuit: ⁊ ibidem post aliquod tempus in senectute bona decessit. Soror ṽo eius in seculo nupta cum multo comitatu ⁊ pompa ad monasterium accessit. Sed ad eam vir dei exire recusauit. Cum autem lachrymans instaret ⁊ cōsilium anime sue saluande peteret ad eam exijt: ⁊ mundi ei gloriam interdixit. Que habitum ⁊ vitam suam mutans in seculo quasi in eremo deinceps deo seruiuit: ⁊ tandem multis precibus a viro licentia habita monasterium introiuit. Tanta autem abstinentia et vigilijs corpus attriuit: vt fere continua grauissima infirmitate langueret. ¶ A ciuitatibus ianuen. ⁊ mediolanen. in episcopum electus consentire renuit: dicens se non esse suum sed aliorum seruitio deputatum. ¶ Cum quodā tempore fratres cartusienses visitasset: loci prior contra ipsum aliquātulū murmurauit: ꝙ sella cui equitando presidebat nimium curiosa esset. Qd̄ cū vir dei audisset miratus querebat qualis sella foret. Nam illuc vsq; a claraualle venerat ⁊ qualis esset sella non perpenderat. ¶ Iuxta lacum etiā lausanensem vnius itinere pergens ipsum non vidit: et cū sero socij de ipso lacu loquerentur vbi esset lacus ille interrogauit. ¶ Predicanti sibi aliquando inanis glīe tentatio irrepsit: ꝙ optime populo ꝑdicaret. Qui mox in dn̄o ꝯfortatus tentatori respondit: ꝙ nec per ipm̄ inceperat: nec per ipsum dimittere intēdebat. Frater robertus eius monachus ⁊ sm̄ seculum ꝓpinquus: quorūdā suasione ad monasterium cluniaci se contulerat: quē vir dei statuit per epistolam reuocare. Cū autem eam scriptori sub diuo dictaret: superueniente subito imbre: scriptor surgere voluit. Bernardus ṽo vt ꝓcederet in scribendo suasit: quia opus dei erat qd̄ ipsi faciebant. Sicq; scripsit epistolam in medio imbre sine imbre. Cū enim circa eos vndiq; plueret: inde molestiam imbris virtus expulit charitatis. ¶ Monasterium quoddam multitudo infinita muscarum occupauerat: q̄ monachos grauiter infestabant. Quas vir dei excōmunicauit: et mane omnes musce mortue sunt reperte. ¶ Cum a mediolanensibus

ensibus ecclesie reconciliandis a papa missus papiam edisset. Quidam vxorem suam demoniacam ad eum adduxit. Cūqꝫ malignus spiritus per multa verba bernardum irrideret: ⁊ cum eo vir dei prolixius disputasset: tandem oratione sua immundum spiritum ex illa muliere exire cogit. Sed cum inde sanctus vir recessisset: diabolus eam iterum inuasit. Quod cum sanctus per virum eius post se currentem audisset nomen iesu christi in cedula scripsit ⁊ collo mulieris alligari mandauit. Et sic totaliter a spiritu illo maligno liberata est. ¶ Apud aquitaniam mulier alia ad incubo quodam per sex annos petulante lascivia vexata fuerat. Que ad viruȝ dei accessit: ⁊ que passa fuerat cum lachrymis enarrauit: cui Bernardus baculum suum tradidit: ⁊ vt in lectulo suo ipsm poneret mandauit. Demon autem extunc ad cubile non audebat accedere: sed acerrime comminabatur: ꝙ eo recedente se de ipsa atrocius vindicaret. Quod cuȝ sancto retulisset: ille populum cōuocauit: ⁊ candelis accensis omnia publice enarrauit: ac demonem illum excōmunicauit. Sicqꝫ mulier ab eius illusione penitus liberata est. ¶ Cum in eadem prouincia legatione fungeretur: vt ducem aquitanie ecclesie reconciliaret: ⁊ ille recusaret: vir dei ad altare celebraturus accessit: duce preforibus expectante. Cum autem pax domini dixisset corpus christi super patenam posuit: ⁊ ad ducem exiuit: eidemqꝫ per filium virginis terribiles minas intulit: ⁊ vltionem diuinam addidit: nisi ad ecclesie obedientiam veniret. Quē dux ignea facie ⁊ flammeis oculis conspiciens: territus coraȝ eo procidit: ⁊ veniam postulauit: ⁊ quicquid sanctus precipere voluit: mox adimpleuit. ¶ Militem quendam nobilem monachum suū effectum grauis tentatio exeundi ordinem pulsauit. Ita vt expresse diceret se nunꝙ letum futurum. Qđ sanctus audiens ꝓ eo orauit ⁊ tentatio mox discessit. Ita vt postmodū diceret se nūꝙ tristiciam habiturum. ¶ Cum sanctus malachias eps̄ hibernie in suo monasterio migrasset: ⁊ bernardus pro eo missam pro defunctis incohasset: gloriam eius intra canonem domino sibi reuelante cognouit: ⁊ post cōiones collectam ꝓ confessore pontifice commutauit. Cui dum cantor innueret ꝙ errabat: ait se non errare sed scire qđ diceret. Deinde accedens sacro corpori pedes osculatus ē.
¶ Visitatus a quibus tyronibus in quadragesima rogabat eos: vt saltem illis diebus a suis se vanitatibus cohiberent. Quibus recusantibus vinum benedictum eis in poculum tradidit: ⁊ mox illorum vitam in melius cōmutauit. ¶ Tandeȝ morti appropinquās fratribus suis: charitatem: humilitatem: ⁊ patientiam iure testamēti reliquit. Deinde postꝙ miracula perpetrasset: ⁊ centum ⁊ sexaginta monasteria cōstruxisset: anno dn̄i millesimo centesimo ⁊ sexagesimotertio: etatis vero sue anno sexagesimotertio inter filioruȝ manus obdormiuit in domino xiij. cal. septembris. Sepultusqꝫ est in monasterio clarauallēs. multis ⁊ mirabilibus miraculis refulgens.
¶ Hic doctor sanctus multos libros ⁊ tractatus edidit Scripsit librum vnum de contēptu mundi ad clericos. Item exhortatorium de passione ⁊ resurrectione domini librum vnum. De gratia ⁊ libero arbitrio librū vnum. De gradibus humilitatis ⁊ superbie librum vnum. Ad abbatem columbensem de precepto ⁊ dispensatiōe libruȝ vnum. Ad cisterciēs. et cluniacēs. apologeticum librum vnum. Ad hugonem de sancto victore librum vnū. Sup psalmum Qui habitat. homelias. xviij. Super cantica canticorum homelias septuagintatres. Super Magnificat tractatū vnū. Epistolas ad diuersos. ccxl. Sermones vero innumerabiles. Item ad eugenium papam tertium de consideratione libros quinqꝫ. Ad milites tēpli de laude militie noue librum vnū. Et alia opuscula multa ⁊ elegantia compilauit.

¶ De sancto Philiberto abbate. Cap. lxxxv.

Philibertus abbas apud rothomagum claruit tempore clodouei regis francoruȝ Qui adhuc iuuenis a dagoberto rege francorum in palatio suo aduocatus: cum eēt annorum viginti elegit christi fieri discipulus: ⁊ in robatensi mōasterio sub agilo abbate monachus factus est: vbi operibus penitentie vacans: multa diaboli tētamina pertulit: quas oēs christo adiutus superauit. Successitqꝫ agilo in abbatie regimie domum sibi creditam strennue gubernando: ⁊ miraculis coruscando. Dum autem eum quidam ex fratribus liuore inuidie ex cenobio abiecissent: vnus eorū ictu fulminis interijt: alius in secessuȝ omnia interiora deposuit Reliqui timore percussi penitentiam agentes: ipsumqꝫ reuocantes: eidem humiliter obedierūt. ¶ Postmoduȝ autem a rege clodoueo ⁊ bathylde regina francorum in pago rothomagensi locum appellatum gemeticum obtinuit: vbi egregium monasterium construxit. ¶ Monachum quendam quem ad regem ꝓ causa cenobij mittere disponebat febre detentum: imperans febri sanauit ⁊ misit. ¶ Existente eo parisius latro chirothecas eius furatus est. Mane autem se ardere eiulans ⁊ loqui non valens: sinum cum furto absondito patefecit. ¶ Cū nocte quadam in basilica sancti petri oraret: visi sūt oculi eius quasi due lampades fulgētes. ¶ Monacho qui languens ad extrema venerat: ⁊ loqui non valebat: peccatumqꝫ vnum in confessione scienter omiserat: oratiōe sua loquelam restituit: illeqꝫ peccatum confessus mox expirauit. ¶ Cum fratres messem succiderent et manipuli per agros iacerent: tempestatem subitam ingruentem a messe sedauit: ⁊ continuo serenitatem adduxit.
¶ In villa quoqꝫ pinciuo hospitatus a muliere quadaȝ paupere in domo susceptus: vas vini quod habebat benedixit: ⁊ multis inde potantibus cunctisqꝫ satiatis ipso abeunte plenum repletum est. Quieuit in pace vir domini. xiij. calen. septembris. Sepultus ī monasterio suo predicto.

¶ De sanctis Christophoro ⁊ Leouigildo martyribus. Cap. lxxxvj.

Christophorus ⁊ Leouigildus martyres apud ciuitateȝ hispanie cordubam passi sunt: qui tempore persecutionis ab īfidelibus comprehensi cum christum confessi essent: gladio cedente martyrium consummauerunt quoꝝ corpora post abscisionem capitum igni tradita sunt. Qui passi sunt. xiij. cal. septembris: vt ado tradit in sanctorum martylogio ex dictis hieronymi sumpto.

¶ De sanctis martyribus Leontio ⁊ Carpophoro. Cap. lxxxvij.




Eontius ⁊ carpophorus martyres in ciuitate aquileia passi sunt tꝑib⁹ diocletiani ⁊ maximiani imperatoꝝ sub lysia preside. Qui cū essent arte medici: infirmos quoscūqꝫ ab omni languore sanabant nō tam naturalibus medicaminibus artis sue ꝙ christi noīe inuocato. erant eñ fidelissimi christiani. Audiens aūt lysias preses famā illoꝝ: cum essent ei ab eius officialibus accusati: ⁊ ꝙ cultum deoꝝ suoꝝ destruerent: eos ad se accersiri fecit: ⁊ que essent eoꝝ nōia: que patria que ꝯditio: que fortuna quesiuit. Illi vero ad singula responderunt: quia scꝫ nōia eoꝝ erant leontius ⁊ carpophorus patria vero eoꝝ erat arabia: ꝯditio christiana: fortunam autem christianos nescire dixerūt. Tūc preses cepit eis ꝑsuadere vt diis sacrificarent: ꝓmittēs illos exinde honoribus sublimandos: aut si renuerent diuersis puniēdos suppliciis. Cūqꝫ illi sacrificia demonibus exhibere nullatenus velle responderent: ⁊ christū sibi adiutorē in omnibus dicerent atqꝫ illius cōminata tormenta contēnerent: precepit eos preses in manib⁹ ⁊ pedibus grauiter torqueri. Et dum illi ꝯstantes hoc suppliciū deriderent iussit eos preses catenis vinctos in mare ꝑcipitari. Statimqꝫ angelus dn̄i affuit: ⁊ diruptis vinculis illos e pelago ad littus incolumes eduxit. Et cū hoc miraculum preses artibus magis ascriberet ⁊ econtra illi ei christi virtutem predicarent. Illeqꝫ eos in nōie dei sui hadriani sequi velle diceret: ꝯtinuo duo demones affuerunt: ⁊ presidem in faciem alapis ceciderunt grauibus ꝑ horā vnā. Sed orantibus ꝓ eo sanctis statim demones abierunt. Tunc preses dicere cepit: ꝙ dii ꝯtra se indignati: quia illos velle relinquere dixerat: talem in eum vindictam exercuerant. Iussitqꝫ sanctos in carcerem trudi donec q̄liter ipsos ꝑderet cogitaret. ¶ Altera die illos eductos ⁊ diis īmolare ꝯstantius recusantes: in ignem copiosū accensum iactari mandauit. Sed tamen ignis illos in nullo lesit: sed facto terremotu nimio: erumpens flāma plurimos paganoꝝ circunstantes excussit. Illi vero scī de ignis educti medio: nedum in corporibus sed etiam in capillis ⁊ vestibus penitus apparuerunt intacti. Iubentur ergo in eculeo suspendi ⁊ vngulis radi: sed angelo illos custodiēte: fatigatis ad modū carnificibus an̄ presidem deponunt. ¶ Et cum iteꝝ aciteꝝ a preside persuasi: cultum diis suis exhibere renuerent: fecit illos lysias preses in crucibus leuari: ⁊ a circūstante ppl̄o lapidari. veꝝ lapides in iacientes redibant ⁊ plurimos vulnerabant. Tunc mandauit illos a quattuor ex militibus sagittis ꝯfigi. Sagitte vero martyres non ledebāt: sꝫ retrouerse sagittarios ꝯfigebāt. Et non solū illos sꝫ alios plures astantes occiderunt. ¶ Lysias aūt se ꝯfusum in oībus cernens sanctos dei gladio cedi iussit. Et sic accedētes spiculatores eoꝝ capita gladiis absciderunt. Quoꝝ corpora christiani rapientes iuxta muros ciuitatis aquileie sepelierunt. Passi sunt aūt sancti martyres leonti⁹ ⁊ carpophorus. xiii. cal. septembris.

¶ De sancto Anastasio martyre. Cap. lxxxviii.


Nastasius siue attalus martyr passus est sub aureliano augusto et preside antiocho rome. Qui cū esset comicularius: agapitū martyrem in custodia habuit mandato presidis. Et audiens ab eo verba vite fere conuersus est. Cum autem agapitus versis pedib⁹ superius esset suspensus: ⁊ fumo de subter facto sic quattuor diebus esset dimissus: vt supra dictum est in passione eius xv. cal. septembris: ⁊ post dies quattuor anastasius illuc vadens inuenisset eum solutum ambulantē ⁊ psallētē: fidem christi oīno suscepit ⁊ baptizatus est. Et dum hec oīa que viderat ꝑsidi nunciasset: ⁊ xp̄m ꝯstanter ꝯfessus esset. Iussu aureliani decollatus est. xii. cal. septembris.


¶ De sancto Priuato ep̄o ⁊ martyre. Cap. lxxxix.


Riuatus ep̄s ⁊ martyr passus est in territorio gaualitane ciuitatis. Qui sub ꝑsecutione imperatoꝝ valeriani ⁊ galieni cū christum dn̄m predicaret: ⁊ deos paganorū adorare recusaret. Iudicis sententia decollatus: ⁊ palma martyrii coronat⁹ est xii. cal. septembris vt dicit ado.

¶ De sancto quadrato ep̄o. Cap. xc.


Uadratus ep̄s tꝑe adriani imperatoris claruit: qui multa vtilia opa ecclie digessit Nam eidem ꝑncipi apologeticū scripsit ⁊ obtulit. Librum rōnis ⁊ fidei plenū apostolicaqꝫ doctrina dignū: ⁊ religioni christiane perutilem. Scripsit ⁊ parthicū bellum sub seuero ꝑncipe gestū. Auidii cassii vitam ⁊ gesta scriptioni tradidit. Et in partibus macedonie in pace quieuit. xii. cal. septēbris. Hec hieronymus de viris illustribus.

¶ De scō Timotheo ꝑsbytero ⁊ martyre. Cap. xci.


Imotheus presbyter ⁊ martyr rome passus est sub valeriano imꝑatore ⁊ tarquinio vrbis ꝑfecto Qui ab antiochia veniēs tꝑe melchiadis pape a scō siluestro tūc ꝑsbytero: postea romano pontifice futuro: hospitio deuote suscept⁹ est. Qui timothe⁹ cum ꝑ vnum annum ⁊ tres menses docens xp̄i veritatē multos ppl̄oꝝ gentilium ꝯuertisset: tentus a tarquinio vrbis prefecto: ⁊ plagaꝝ tormentis afflictus: longaqꝫ carceris custodia maceratus: cum sacrificare idolis noluisset: ter cesus terqꝫ grauissimis suppliciis attrectatus. Nouissime sn̄iam accipiens capitalē: inter homicidas decollatus est. Cuius corpus siluester ꝑsbyter clam rapiens in domo sua occultauit: ⁊ melchiadi pape nunciauit. Qui veniens nocte cum ꝑsbyteris ⁊ diaconib⁹ corpus tulerūt: ⁊ in horto cuiusdam mulieris nōie theone iuxta sepulturam beati pauli apostoli sepelierunt. Passus est autem. xi. cal. septembris.

¶ De scīs Timotheo ⁊ Proterio martyrib⁹. Cap. xcii.


Imotheus alexandrinus ep̄s ⁊ ꝓterius ei⁹ presbyter fidei catholice pugiles extiterunt tꝑe leonis imꝑatoris ꝯtra dioscoꝝ ep̄m alexādrinū ꝑ timotianos hereticos intrusum viriliter resistentes. Propter qđ heretici cum dioscoro armata manu in cenam dn̄i alexādriam inuadentes ꝓterium capiunt: ⁊ in ecclia occidunt: corpusqꝫ illius crudeliter laniatū igne ꝯsumūt: puluerem quoqꝫ inuentū dispergunt. Dioscoꝝ vero violenter in ꝑpatum mittunt. Timotheus vero ep̄s catholicus vix aufugiens liberat⁹ est. Qui post dies modicos multum oppressus angustia quieuit in xp̄o.

¶ De sancto Symphoriano martyre. Cap. xciii.


Imphorianus martyr tꝑe aureliani imperatoris passus est in ciuitate eduneñ. sub ꝯsulari heraclio. Qui ex augustuduneñ. vrbe: patre fausto nobile christiano ꝓgenitus: cū adhuc esset adolescens tanta morum grauitate pollebat vt senioꝝ vitam anticipare videret. Cū ergo pagani in ciuitate edua festum veneris celebrarent: ⁊ statuam eius ante heraclium ꝑfectum deferrēt. Symphorianus affuit: ⁊ nolēs eam adorare diu ceditur: ⁊ cesus carceri mancipatur. Et cū eductus de carcere ad sacrificium cogeret: ⁊ multa ei donaria ꝓmitterent: ipseqꝫ oīa tanq̄ lutū abominaret. Iratus iudex data sententia ꝑcepit vt decollaret. Qui cū ad locū duceret: mat ei⁹ de muro aspiciebat ⁊ ip̄m ad passionē viriliter ꝯfortabat dicens ꝙ ei vita non tolleret: sed in melius cōmutaret. Mox igit decollatus est: ⁊ corpus eius a christianis sepultū ad fontē qui est extra publicum campū foris muros

ros educ ciuitatis. Passus est autem .xj. calen. septembris circa annum domini .cclxx.

¶ De sancto Antonio martyre. Cap.xciiij.

Antonius martyr passus est rome tpe cõmodij impatoris sub vitellio pfecto. Qui cum eet carnifex et sctõs martyres eusebiũ pontianũ: peregrinũ: et vincentiũ in eculeo leuatos mandato presidis laniaret: vidit iuuenẽ stantẽ et cũ spongia sctõꝝ vulnera tergentem. de quibus infra dicet. viij. cal. septẽbris: qui mox cõuersus: et a rufino pbrytero baptizatus: dũ xpm cõfiteret: iussu pfecti capitali sententia dãnatus est: et via aurelia iuxta foꝝ traiani sepultus .xj. cal. septembris.

¶ De sctis Timotheo et Apollinare marty. Cap.xcv.

Timotheus et apollinaris martyres passi sunt apud rhemensium vrbem sub nerone impatore: pside aũt lampio cui primũ timotheus presentatus cũ sacrificare nollet: et grauiter tortus fuisset ac laniatus et aceto et calce viua eius vulnera cõspergerent. Apolinaris vero gẽtilis assistẽs vidit duos angelos timotheo astantes: et ipm hortãtes: ac vt in celum aspiceret admonentes: qui aspiciẽs vidit celum apertũ: et iesum coronã gẽmatã tenentẽ: eamqꝫ ei dare pmittentẽ: post que angeli ad celos euolarũt. Que ola cum apollinaris vidisset: cõuersus est. Et dũ a pside tentus fuisset: et in os ei9 plumbũ liquefactũ faceret infundi: tanqꝫ glacies repente refriguit. Quo viso miraculo multi paganoꝝ in dño crediderũt: et nocte a sctõ mauro presbytero baptizati sunt. Sancti vero timotheus et apollinaris in carcerem missi sunt: vbi et apollinaris tãqꝫ nouus christi tyro ab angelo cõfortat. ¶ Die vero sequẽti oẽs qui cõuersi fuerant iubente preside decollant. Timotheus vero et apollinaris tertio cesi: et diuersis attrectati supplicijs in cõfessione dñi pseuerantes: tandẽ capitali sententia puniti sunt. Statimqꝫ iaculum ignitũ de celo cadens humerꝝ dextrum psidis pcussit: et pximus a demonio arreptus infeliciter expirauit. Sanctoꝝ vero martyꝝ corpora a christianis in eadẽ vrbe honorifice cõdita sunt .x. cal. septembris circa annum domini .lvij.

¶ De sctõ zacheo epo hierosolymoꝝ. Cap.xcvj.

Zacheus eps quartus a btõ iacobo hierosolymoꝝ ecclesiam clarissime rexit. Nam vt ait eusebius .iiij. lib. cap. v. Hierosolymis epi .xv. fuerũt vsqꝫ ad tpa hadriani impatoris oẽs ex hebreis christianis assumpti: verꝫ iudeis a romanis dispersis epi ex circũcisione eligi ceperunt. ¶ Horꝫ aũt primus fuit iacobus frater dñi: secundus symeon: tertius iustus: quartus zacheus: quintus tobias: sextus beniamin: septimus ioannes: octauus mattheus: nonus philippus. decimus seneca: vndecimus leui: duodecimus iustus: decimustertius effrem. decimusquartus ioseph: decimusquint9 iudas. Hec eusebius. Beatus vero zacheus in omni sanctitate commissum sibi gregem exemplis ac doctrinis reficiens. quieuit in pace .x. cal. septembris.

¶ De sctõ zacheo epo Antiocheno. Cap.xcvij.

Zacheus eps antiochenus primus post petrum apostolũ cõstitutus fuit. de quo in itinerario clementis dicit qꝫ cũ petrus in disputatione quã habuit cũ simone mago victoriam obtinuisset: simonqꝫ romam a facie petri fugisset. Petrus post eum pergens: zacheũ sibi successorẽ cõstituit et presbyteros ac diaconos ordinans: eisdẽ populũ cõmẽdauit: ipsosqꝫ de oibus instruens pfectus pfectus abijt zacheus aũt eps postqꝫ ecclesiam sibi cõmissaz feliciter gubernasset: plenus sanctitate beato fine quieuit: ibidemqꝫ sepultus in pace.

¶ De sancto Theona epo. Cap.xcviij.

Theonas eps alexandrinus venerabilis fuit omniqꝫ virtute clar9: qui beatũ petrũ eiusdẽ vrbis epm et martyrem enutriuit: cui et idem beatus petrus in epatu successit: put sibi a dño p visum fuerat reuelatũ. Hic ecclesiaz suã ab infestatione arriana tunc vigente viriliter defensauit qui et virtutibus laudabilibus preclarus i pace quieuit .x. cal. septembris. Alexandrie quoqꝫ tumulatus iacet.

¶ De sancto Theona abbate. Cap.xcix.

Theonas abbas pater fuit trium miliũ monachoꝝ in eremo scythi: qui vt dicit sozomenus: fuit scientissimus litteraꝝ grecaꝝ: latinarũ: et egyptiaꝝ: qui triginta annis dicit 'numquam' visus irasci aut iurare: aut mentiri: aut vanum vel asperũ vel infirmũ ptulisse sermonẽ. Hic abbatem quẽdã adhuc iuuenẽ quotidie pãmaciũ furãtes et ecclie bona manducantẽ: sermone de cõtinẽtia facto cõuertit ad penitentiã: eoqꝫ pctm suũ publice cõfitẽte velut lampas ignis de sinu eius egressa est: totãqꝫ domũ fetore cõpleuit. Hic etiã dicebat nihil esse tam noxium monachis qꝫ cogitationes suas patribus suis spiritualib9 celare. Quieuit in pace in eremo de scythi .x. cal. septẽbris. Hec sozomenus in historia tripartita.

¶ De sctis Donato et Restituto et socijs mar. Cap.c.

Donatus et restitutus: valerianus: et fructuosa cum alijs duodecim apud antiochiã passi sunt. Qui preclarissimo confessionis honore per diuersa genera tormentoꝝ glorioso martyrio coronati sunt .x. calen. septembris. Hec ado in martyrologio suo.

¶ De sctis Claudio Asterio et Nenone mar. Cap.cj.

Claudius: asterius: et nenon apud lyciam i ciuitate egea martyrium passi sunt. Qui tpe psecutionis ab infidelibus tenti: cũ xpm dñm cõfiterent: post acerba et diuersa supplicia cruci affixi sunt. In qua deo spiritum reddiderunt .x. calen. septembris. Hec ado.

¶ De sancto Porphyrio martyre. Cap.cij.

Porphyrius martyr passus est tpe aureliani impatoris: sub antiocho preside i vrbe roma Hic vir dei sctm martyrem agapitũ enutriuit: et ad martyrium sua doctrina animauit. De quo supra dictũ est .xv. calẽ. septembris: propter qđ ab antiocho preside detentus: post multa sibi illata tormenta emisit spm .x. cal. septembris.

¶ De sancto Bartholomeo apostolo. Cap.ciij.



Bartholomeus apostolus natione sirus et nepos fuit regis syroꝝ ex patre solusqꝫ ex oibus apostolis scdm carnem nobilitate decoratus: vndet ppter ipm solum in cena dñi facta est contentio inter discipulos: quis eoꝝ videret esse maior. Cũ enĩ christus apostolis dixisset: qꝫ vnus ex

eis ipm̄ traditurus esset: apl̄i suspicati sunt: ꝙ ꝓditor il
le hoc facere vellet: quatenꝰ regnū isrl̄ quē sperabāt car⸗
naliter ipm̄ obtentum sibi vsurpare cupet. Et cū nullus
int̄ eos eēt q̄ ad talē dignitatē aspirare putaret̄ nisi bar
tholomeus ꝓpt̄ nobilitatē regiā. Jdeo habuerunt eū de
tali ꝓditiōe suspectū: ⁊ questionē de maioritate fecerunt.
Hec damascēus. Uñ in quibusdā ecclijs euāgeliū l hoc
festo de dicta ɔtentiōe inter discipulos facta legit̄. ¶ Le
git̄ aūt in quadā historia lꝫ apocripha: ꝙ dū pueniſſꝫ ad
bartholomeū regis syrie filio carentis nepotē adhuc iu⸗
uenē: de doctrina ⁊ miraculis xp̄i apud iudeā ꝑdicantis:
misit ad eū nunciū ꝙ libēter eius discipulū se faceret: si
iesus gr̄az vnā illi ɔcederet. Audierat eñ ꝙ discipuli eiꝰ
paupes in abiecto habitu incedebāt. Si ergo ꝓpt̄ hono
rem regie dignitatis sibi ɔcederet vt purpura indutus
vteret̄ ipm̄ ꝑpetuo sequeret̄. Cui xp̄s optata libere ɔces⸗
sit: dixit tñ nuncio vt ex pte sua diceret bartholomeo: ꝙ
qui materialē chlamydē deponere recusaret: adhuc ꝑ eiꝰ
amore naturalem vestem: hoc est corporis cutem dimit⸗
teret. Et sic xp̄s bartholomeū in apostolū suū recepit: et
ille semp̄ purpure vsum retinuit. Cū ergo post passionē
dn̄i apostoli ꝑ diuersas mūdi ptes ad predicandū diuisi
essent. Bartholomeꝰ ꝑmo in lycaonia ꝑdicauit: deinde
ad indiā inferiorē accessit. Et ingressus templuꝫ in quo
erat idolū astaroth q̄si ꝑegrinꝰ ibi manere cepit. Jn hoc
idolo quidā demon habitabat: qui se languentes curare
dicebat: sꝫ nō subueniebat sanādo: sꝫ hoīes ꝑmo ledēdo.
deinde a lesione cessando. ¶ Cū eꝝ cū templū languētibꝰ
plenū eēt ⁊ nullū ab idolo responsum hr̄e possent: perrexe
runt ad aliā ciuitatē vbi aliud idolū noīe berith colebat̄
Et interrogātibꝰ cur sibi deus suus astaroth responsum
non daret. Berith r̄ndit: ꝙ deus eoꝝ catenis igneis con
strictus eēt: vt nec respirare nec loqui posset: ex illa hora
qua apl̄us dei bartholomeus illuc igressus fuisset: Jllis
ꝟo querentibꝰ q̄s eēt iste bartholomeus. R̄ndit ꝙ erat
amicus dei oīpotentis. ⁊ ideo illuc venerat vt oēs deos de
inde euacuaret. Dixitq꞉ eis berith oīa signa eiꝰ: ꝙ vide⸗
licet capillos nigros ⁊ crispos habebat: oculos grandes
nares equales barbā ꝓlixā paucis canis respſam: statu⸗
ram mediocrē. Colobio albo ⁊ pallio purpureo īduebat̄
anni. xxv. erant ex quo vestes eiꝰ ⁊ sandalia: nec veterasce
bant nec sordidauerāt. Centies in die ⁊ totideꝫ in nocte
genu flectebat. Angeli dei cū eo semp̄ ambulabāt: nō per
mittentes eū fatigari nec esurire. Oīa ꝓuidebat: oīa no⸗
uerat: ⁊ oīm gentiū līguas sciebat. Et ꝙ secuꝫ loqueret̄
ipse iam nouerat: ⁊ si vellet se eis ostenderet: sin autē ipꝫ
nunq̄ inuenire possent. Rogauitq꞉ eos vt cū ipm̄ inue⸗
nirent: eū exorarēt ne illuc accederet: ne angeli dn̄i sibi
facerent: put college suo astaroth fecerant ipm̄ catenis
igneis religantes. ¶ Reuertentes aūt illi ꝑ duos dies
oīm ꝑegrinoꝝ vultus ⁊ habitus sollicite quesierūt: ⁊ ipꝫ
minime inuenerūt. ¶ Tertio ꝟo die quidā pseustius q̄
ꝑ plures annos a demonio fuerat vexatus: cepit clama⸗
re ad apostolū dei bartholomeū: ꝙ ipm̄ eiꝰ orōnes incen
debāt. Quē ɔfestim apl̄us silere fecit: ⁊ a demonio pseu⸗
stium liberauit. ¶ Hec audiens rex regionis illiꝰ nōie
polemius cū hr̄et filiā lunaticā: misit ad apostolū rogās:
vt ad filiā suā liberandā accederet: ad quā cū ille venissꝫ
⁊ catenis vinctam vidisset: qr accedentes morsibꝰ lacera
bat: iussit eam exolui: dicēs ꝙ iā demoniū qd̄ in ea erat:
ligatū tenebat: ⁊ statim soluta ⁊ liberata est. Tūc rex ca⸗
melos auro ⁊ argento ac gēmis onerauit ⁊ apostolū inq̄⸗
ri faciens: nullatenꝰ inuenire potuit. Mane aūt seque⸗
ti apl̄us cuꝫ solo rege in cubiculo ianuis clausis affuit:
eiq꞉ dixit: ꝙ munera ista tp̄alia non querebat: sꝫ aīaꝝ sa⸗
lutē desiderabat: ⁊ incipiens apl̄s ꝑdicauit illi xp̄m: ad⸗
dens ꝙ si baptizari vellet: deum suū catenis igneis liga
tum ostenderet. Sequēti igit̄ die iuxta regis mandatū
dum pōtifices idolo sacrificarent: cepit clamare demon
vt desisterēt: ne deterius eis ꝙ sibi cōtingeret: q̄ catenis
igneis ligatus tenebat̄ ab angelis iesu xp̄i iussu apl̄i eiꝰ
bartholomei. Tunc iussu apl̄i demon ɔfiteri cepit: qualr̄
ad aīaꝝ ꝑditionē populū ludificabat: ⁊ qr eis illudēs nō
subueniebat sanando: sed a lesione cessando: vt sic ipm̄
vt deum adorarent: ⁊ veꝝ deum celi negarent. Statimq꞉
oēs iussu regis miserunt funes ⁊ trocleas vt simulacruꝫ
euerterent: ⁊ non potuerunt. Apostolus aūt demoni ꝑce⸗
pit: vt inde exiens idolum ipm̄ comminueret: qui statim
exiens oīa idola cōminuit: ita vt etiā picturā oēm diluis
set. Apostolus vero templū deo dicauit ⁊ demonē in de⸗
sertum abire precepit. Et ecce angelus dn̄i apparuit: et
templū circūuolās in quattuor angulis signū crucis di
gito suo sculpsit admonens populū vt idem signū fron⸗
tibus suis imprimerent: ⁊ demonem non timerent. Tūc
ostendit eis ethiopē nigerrimū: facie acuta: barba ꝓli⸗
xa: crinibus vsq꞉ ad pedes ꝓtensis: oculis igneis scintil⸗
las emittentibꝰ flāmas sulphuris ex ore spirantē ac nari
bus: catenis quoq꞉ igneis retro vinctū manibꝰ: dicēs po
pulo ꝙ ille deus eoꝝ eēt: quē hactenus coluissent. Quem
exoluens in desertū locū iussit abire: ⁊ ibidē vsq꞉ ad diem
iudicij cōmanere. Jlle aūt solutus cū magno strepitu et
vlulatu discessit. Angelus aūt dn̄i cunctis videntibꝰ ad
celos euolauit. Tunc rex cū vxore ⁊ filijs ⁊ omni populo
baptizat̄: ⁊ relicto regno apostoli discipulus efficitur.
¶ Hoc videntes temploꝝ pontifices cōgregati ad regeꝫ
astyagem frēm eius maiorē conuenerūt: cōquerentes de
deoꝝ suoꝝ amissione: ⁊ regis ꝑ artem magicā deceptione
Astiages igit̄ rex indignatꝰ misit mille viros armatos
ad apostolū capiendū: quē coram se adductū interroga⸗
uit: cur frēm suum ꝑuertisset. Apostolus ꝟo se illum non
ꝑuertisse sed conuertisse respondit. Et cū rex eidē cōmi⸗
naret̄: ꝙ faceret eum deum suum relinquere: ⁊ deos suos
adorare. Ecce subito regi nunciat̄ ꝙ deꝰ suus balach ce⸗
cidisset: ⁊ cōminutus fuisset: qd̄ rex audiens purpuram
qua indutus erat: scidit: ⁊ apostolum fustibꝰ cedi iussit
deinde in cruce ipm̄ extensum viuum excoriari mādauit
qui excoriatus est. ix. cal. septembris. Cūq꞉ pelle nudatꝰ
adhuc viuus ꝑmansisset: ⁊ excoriatus dn̄m predicaret: ⁊
multos tantū cernentes miraculū conuertisset: iussu re
gis decollatꝰ est die sequēti videlꝫ. viij. cal. ꝑdicti mēsis.
¶ Propter hoc quidā eius festum celebrāt die ꝓcedēti
agentes memoriam martyrij excoriationis: quidam die
sequēti agētes memoriam decollatiōis. Uenientes aūt
innumerabiles populi. xij. ciuitatū que ꝑ cū crediderant
vna cū rege polemio: corpus eius cum gl̄ia sepelierunt: ⁊
ecclesiam mire magnitudinis in eiꝰ noīe ɔstruxerūt. Die
ꝟo. xxx. eius passionis rex astyages cū pontificibꝰ a demo
nio vexati venientes ad tumulū eiꝰ ⁊ apostolatū eiꝰ confi
tentes mortui sunt. ¶ Cū aūt ꝓpter signoꝝ multitudi
nem pagani viderēt corpus eiꝰ populi frequētia visitari
indignati ipm̄ extumularūt: ⁊ loculo plumbeo impositū
in mare iactauerunt. Qd̄ diuino nutu nudis supnatās
ad insulam liparis delatum: ibiq꞉ a fidelibꝰ collectuꝫ di
gna veneratione conditum est vbi multo tp̄e quieuit.
¶ Anno aūt dn̄i. dcccxxxj. saraceni siciliā inuadentes li⸗
paritanam insulam vastauerunt: ac eius sepulchrum cō
fringentes: ossa apostoli disperserūt. Jllis ergo receden⸗
tibus apparuit apl̄us cuidam monacho: mandans vt
ossa sua que dispersa fuerant colligere curaret. Et cum
monachus interrogasset quō inter tot alioꝝ ossa eiꝰ co⸗
gnoscere posset: ait vt nocte ad ea colligenda iret: ⁊ ea q̄
vt ignem splendidissima videret protinus leuaret. Que
oīa vt dixerat monachus inueniēs: ossa leuauit: ⁊ nauē
cōscendens beneuentum: que metropolis est apulie trās
tulit. Que inde processu temporis rome dicuntur fuisse
translata.

¶ De sancto

¶ De sancto Polemio episcopo. Cap. ciiij.

POlemius eps discipulus fuit beati bartholomei apostoli: qui rex fuerat in india citeriori: cuius filiam lunaticam idem apls a demonis obsessione liberauit: ⁊ ipsum regem cum omni familia ⁊ regno ad xpm conuertit. Qui relicto regno discipulus xpi effectus est ⁊ post passionem apostoli ab omni clero ⁊ populo in epm ordinatur: qui in xpi nomine ⁊ apostoli bartholomei etiam miraculorum signa faciebat. Fuit quoque in episcopatu annis .xx. Et perfectione multa fidem christi in ipsis partibus auxit ac laudabiliter viuens plenus virtutibus ad deum migrauit: sepultus ad pedes eius magistri.

¶ De sanctis trecentis martyribus qui dicuntur massa candida. Cap. cv.

MArtyres sancti qui dicuntur massa candida fuerunt trecenti martyres apud carthaginem pro xpo passi tempore valeriani ⁊ galieni imperatorum. Fertur enim inter alia supplicia: tunc a preside clibanum calcis accensum: ⁊ in ore eius prunas cum thure exhibitas: ⁊ preside sanctis dedisse optionem alterius ex duobus: aut thura super ipsos carbones offerre ioui: aut in calcem demergi. Tunc trecenti viri fide armati ictu rapidissimo: xpm dei filium fatentes se in ignem iniecerunt: ⁊ inter vapores calcis puluere ignitos demersi extincti sunt. Et quoniam ille candidatus beatorum exercitus: massa candida meruit appellari: massa propter numerum: candida propter meritum. Qui passi sunt .ix. cal. septembris. Hec ado ex hieronymi martyrologio. Fuerunt ⁊ alij innumerabiles martyres qui similiter appellantur massa candida: de quibus infra suo loco: videlicet iij. non. nouembris.

¶ De sanctis Gregorio Theodoro et Leone confessoribus. Cap. cvj.

GRegorius: theodorus: ⁊ leo confessores tempore constantij imperatoris apud insulam samum claruerunt. Qui ex partibus orientalibus orti: quo ad seculum milites imperiales: corde vero deo militantes pro fide xpi martyrium desiderabant pati. Gregorius enim senex veneranda canitie ⁊ sapientia decoratus. Theodorum fere .xxx. annorum: ⁊ leonem adolescentem edocebat: verum dum heresi arrianorum sub constantio vigente edictum esset: vt omnes per vniuersum orbem eiusdem secte fierent: ipsique sancti milites catholici quibus erat cor vnum ⁊ anima vna in domino cum alijs suis commilitonibus apud siciliam degerent: multis circumquaque dispersis fidelibus ob persecutionem: ipsi sancti cephaloniam deuenerunt. Et decreto habito ab alijs discedere: solique xpo militare: ad samum insulam ibi iuxta positam abierunt: vbi rubetum densissimum inuenientes: idem sancti locum solitarium elegerunt. Sed pro tunc a commilitonibus discedere non valentes: vna cum eis ad italiam nauigarunt. Indeque discedentes occulte: reuersi samum intrauerunt rubetum partemque templi vetustate dirupti ibidem repertam habitare ceperunt: penitentie operibus ac contemplationi vacantes: vbi post tempus aliquod oratione facta: omnes eodem die feliciter obdormierunt: videlicet .ix. cal. septembris. ¶ Michael vero ipsius insule nobilis ⁊ ditissimus elephantia lepra laborans: dum a medicis liberari non posset: ad dei auxilium oratione confugit. Cui per visum apparuerunt tres viri in specie angelica eidem mandantes: vt corpora eorum que dudum inhumata iacuerant ⁊ a porcis stercorizabantur tumulare deberet: ⁊ sic sanitatem perciperet. Qui euigilans ⁊ nomina sanctorum ⁊ locum ignorans: mane bubulcum repperit: qui eidem michaeli retulit: quod dum iuxta rupem quandam porcos pasceret ⁊ vnum ex grege fugientem insequeretur: miram fragrantiam sensit. Ingressusque rubetum tria corpora sanctorum inhumata ⁊ omnino incorrupta vidit a quibus odor ille maximus exhalabat. Ille vero ipsa esse sanctorum corpora: qui sibi nocte apparuerant intelligens: equum ascendens: bubulco duce, locum concitus adijt: ⁊ corpora fulgentia repperit que deosculans mundationem recepit. In quo loco monasterium de proprio construxit: ⁊ ipsa corpora honorifice condidit. Postquam idem sancti sibi apparuerunt in habitu: videlicet quo in mundo fuerant conuersati: vitam et nomina sua ac diem obitus eidem per ordinem enarrantes. Que omnia michael scripture mandauit. ¶ Processu vero temporis duo ex ipsis corporibus a venetis dicuntur fuisse inde leuata: ⁊ venetias ad monasterium sancti zacharie delata sancti gregorij ⁊ theodori vbi in eadem arcella post altare maius requiescunt vna cum corpore sancti zacharie prophete patris ioannis baptiste. Leonis autem corpus apud samum adhuc habetur.

¶ De sancto Sidonio episcopo. Cap. cvij.

SIdonius apollinaris eps aruernensis. floruit tempore childeberti regis. Hic ex prefecto antistes: vir secundum seculi dignitatem non infimus litterarum sapientia ac disciplina peritissimus fuit: qui multa opuscula perutilia digessit. Epistolarum enim grande volumen ad diuersos: scabro sed erudito sermone condidit. Item panegyrica metra antonio augusto: ⁊ maioriano augusto: ⁊ adiuto imperatori socero suo. Scripsit ⁊ causarum librum vnum. Item librum excusatorium ad iarium clarum felicem. Epithalamium ruricio ⁊ hibernie. Epigramma ad virum clarum carolinum. Epigramma ad imperatorem maiorianum. Epithalamium polemio ⁊ araneole. Eucharisticon ad faustum episcopum. Epigrammata .v. ad diuersos. Propemticon ad librum suum. Librum pontij leontij. Laudem narbonensis vrbis concilium. Qui ⁊ primi iustini tempore debitum soluit hymanum in christo quiescens .ix. calen. septembris.

¶ De sancto Tito discipulo. Cap. cviij.

TItus discipulus beati pauli apostoli fuit: cui idem apostolus speciem epistolam dirigit. Huius vitam scripsit zenas legis peritus: cuius idem apostolus eadem epistola iij. cap. mentionem facit. Qui a minoe rege crete generis duxit originem in eadem insula nobilibus parentibus ortus. Desiderans autem homeri ⁊ aliorum philosophorum poemata: vacans circa illa: cum esset annorum .xx. audiuit de celo sibi vocem illapsam quod oportebat eum inde recedere: ⁊ animam suam saluare. Post hec nouem annis elapsis: iussum est sibi quod librum isaie legeret vbi dicit Renouamini a me insule multe: israel seruabitur a domino eterna salute. Missus est itaque ab auunculo suo proconsule crete hierosolymam audire et videre de miraculis iesu christi. Qui abiens vidit passionem christi resurrectionem: atque ascensionem. ⁊ spiritus sancti aduentum in apostolos. Sicque perfectam certitudinem de christo assumens credidit: ⁊ annumeratus est cum .cxx. discipulis: in quos spiritussanctus corporaliter descendit. ¶ Postquam autem ab apostolis episcopus consecratus est: missus est cum paulo ad gentes predicandas. Qui nauigantes ad cretam insulam christum predicabant: quos rutilius titi cognatus deridebat. Interea vero rutilij filius moritur ⁊ a paulo suscitatur. Sicque rutilius credens cum omni domo sua baptizatur. Paulus vero titum cretensem episcopum ordinauit: ipsumque crete dimittens abijt. Post duos autem annos titus ad paulum romam accessit cum quo fuit vsque ad interfectionem eius a nerone corpusque ipsius vna cum luca euangelista sepeliuit. ¶ Post hec titus ad cretam rediit: vbi gratiose de fide christi disputans: tandem cum incredulis persisteret: orauit ad dominum: statimque

idolum diane:qđ colebāt:cecidit ⁊ in puluerē redactū est:⁊ mox crediderūt ale q̇ngente in xp̄o:⁊ baptizati sūt. Consecrauit aūt titus p̄sbyteros ⁊ diacones:ipse vero metropoli p̄sidebat. Cū die quadā transiret ante palatium qđ secundus p̄cōsul iussu imꝑatoris i iouis noīe ꝯstruebat:maledixit illud:⁊ statim opus fundit⁹ dissipatū est. Tunc secundus venit ad titum cū lachrymis rogans se indēnem ab oꝑe ꝯseruari:cui titus imposuit vt opus in noīe vnius dei christianoꝝ inciperet. ⁊ sic opus ꝑficere posset qđ ⁊ factū est. Cōpleto vero oꝑe secundus cū filio suo baptizatus est. ❡ Dum igit̄ beatus titus morti appropinquaret vidit angelos ad se missos:⁊ resplēduit facies ei⁹ sicut sol q̇ sp̄m suū ⁊ plebē sibi cōmissam dn̄o cōmēdās i pace q̇euit etatꝭ āno sue.xciiij.viij.cal.septēb.sepultusq̄ est i metropoli crete:vbi ⁊ q̇escit miraculis choruscans.

❡ De sancto Tito episcopo. Cap.cix.

TItus ep̄s postremensis claruit sub iuliani ⁊ ioviani imꝑatoꝝ t̄pibus. Qui sanctitate ⁊ vita cōspicuus:aduersus manicheos fortissimos scripsit libros:⁊ doctrina loculenta in pp̄lo suo claruit. Et sub valentis imperio in pace quieuit: vt tradit hieronymus libro de viris illustribus.

❡ De sancto Genesio martyre. Cap.cx.



GEnesius martyr apud arelatēn̄.vrbē passus ē sub diocletiano imꝑatore:qui ex eadē ciuitate oriundus artē mimostellā exercēs xp̄ianos ꝑtinaciter irridebat:⁊ cū vellet diocletiano ꝑ artis sue peritiam placere:cepit scrutari christianoꝝ gesta curiose:vt eadē postmodū mimatice simulando cesari in eadē ciuitate degenti solatium exhiberet. Cūq̄ baptizari vidisset infantes:⁊ gesta xp̄ianoꝝ q̇ in sacramento fiunt menti cōmēdasset:cū imꝑatore ad theatrum perrexit vt baptisma ludibrio simulans astantes ꝓuocaret ad risum. Cōuocatis ergo aliis mimis ⁊ ioculatoribus imꝑatore spectante:lecto se deferri faciens ⁊ egrotum fingens:dixit ad suos:vt q̄ grauē se sentiret:leuem fieri volebat. R̄nderūt ꝙ ip̄m leuē facere nequibāt:quia nec ipsi fabri nec ipse ferreus erat:exhibuerūt his dictꝭ pp̄lo gentilium ritum. Genesius aūt irridendo dicebat q̄ christianus mori desiderabat:vt i illa die vel fugitiu⁹ inueniret. Ad hec v̄ba ⁊ diocletianus risum ꝯtinere nō potuit. Cui vt arte sua iocādo magis placeret: exorcistas ⁊ p̄sbyteꝝ intrare faciūt:⁊ eos iuxta lectū genesij sistūt: ⁊ ipsis iterrogantib⁹ ad q̇d eos vocasset:ipse iā diuinit⁹ tactus n ō simulate sed ex puro corde r̄ndit ꝙ batismū petebat. Imꝑator vero ac populi eū adhuc simulare credētes accurrūt aquā exhibentes:ita vt imꝑator ei munera preberet:⁊ cū baptizatus esset: ⁊ albis indutus dum in lectulo ꝯsederet:⁊ sacerdos cum exorcista abisset:veniūt ad eū quasi ab imꝑatore missi:qui eū tenerēt: ⁊ quasi ad fictam passionē adducerent. Tunc in albis vestibus ad imꝑatorē accedēs ad locū:vbi status veneris erat ascendit:⁊ corā oībus xp̄m ꝯfitens concionari cepit: asserēs se christianos semꝑ exosos habuisse:⁊ eoꝝ fidē derisisse:baptismū aūt xp̄ianoꝝ delusione requisisse:sȝ vbi aqua ip̄m nudum tetigerat:vidit angelū dei splendidū iuxta se stātem:⁊ oīa pc̄tā sua que ab infantia fecerat recitantem: ipsaq̄ oīa sibi dimissa in ipsius aque lotione ꝓmittētē. Asserens se vere ⁊ non ficte in xp̄m credere:⁊ ꝓ ip̄o mori paratū eē. Cū aūt diocletianus hec audiens a p̄ncipio quidē ip̄m fingere credens:sȝ postmodū ipsius animū veritatē cōperiens indignatus acriter:genesium fustibus grauissime cedi fecit:deinde in carcerē trudi. Altera vero die traditur cū plutiano p̄fecto: vt aut eū sacrificare cōpelleret:aut diuersis penis interimeret:qui genesium sacrificare nolentē iussit i eculeo leuari:⁊ lampades ad latera eius applicari. Ipse vero xp̄m ꝯstantius inuocabat. Que cū prefectus diocletiano retulisset. Iussit eū capite cedi. Qui decollatus est ⁊ in ciuitate arelatēn̄.sepult⁹ viij.cal.septembris.

❡ De sctīs Eusebio Vincētio ⁊ socijs mar. Cap.cxj.

EUsebius:vincentius:peregrinus: ⁊ romanus martyres rome passi sunt t̄pe cōmodij imꝑatoris sub vitellio vrbis p̄fecto. Cū eīn prefatus imꝑator die natalis sui indutus pelle leonis cū omni pp̄lo romano herculi sacrificaret ⁊ sancti martyres i vico canario cōmorantes: hec audientes abhorrerēt:oiaq̄ sua pauperib⁹ erogassent:corpusq̄ iulij senatoris ⁊ martyris sepelissent. de quo supra dictum est in eius passione.xiiij. cal.septēbris a vitellio prefecto tenti sunt:⁊ ad sacrificia deoꝝ inuitati. Qui dum xp̄m ꝯfiterent̄ ⁊ deos gentiū execrarent̄.p̄mo quidē in eculeo appensi ⁊ neruis ac fustib⁹ durissime cesi sunt. Et cū in his tormentis i xp̄o exultarent:flāmas ad latera eoꝝ p̄fectus iussit apponi. Et tūc astiterunt angeli eoꝝ vulnera tergentes. Qđ cernēs antonius carnifex ꝯuersus est:vt supra in eius passione dictum est.xj.cal.septēbris. Deinde sctī in teterrimo carcere reclusi:egrotos ad se venientes curabāt:et multos conuertebāt. Post triduū vero apparuit eis sanct⁹ iuli⁹ martyr eosq̄ admonuit:vt custodē carceris saluare deberēt:eosq̄ in dn̄o ꝯfortauit. Ad quos accedēs sacerdos capitolij lupulus quadriēnio cecus ab eisdē ꝯuersus:⁊ a rufino p̄sbytero baptizat⁹ lumen oculoꝝ ꝑcepit. Qđ videns custos carceris:⁊ ip̄e filr̄ ad xp̄m ꝯuersus est. Post dies.iiij.educti de carcere vitellio p̄ntatur. Qui eusebio linguam precidi fecit ne xp̄m amplius nolaret. Et cum nihilominus loquerent̄: iussit eos oēs tam diu fustibus cedi donec sp̄m emiserunt. Quoꝝ corpora a christianis sepulta sunt.viij.cal.septembris.

❡ De sancto Dionysio martyre. Cap.cxij.

DIonysius martyr rome passus est t̄pe diocletiani augusti. Qui p̄mo fustib⁹ crudelissime cesus est:deinde in eculeo suspensus ⁊ vngularum diutissime laceratiōe vexatus lāpadib⁹ etiā inflāmat⁹: dū in fide xp̄i ꝑsisteret : dicēs nō esse regē p̄ter xp̄m ꝓ quo si milies occideret:ip̄m sibi de ore auferre nō possent: martyrij coronā capitꝭ obtrūcatiōe ꝓmeruit. Passus ē aūt.viij.cal.septēb.vt dicit ado.

❡ De sancto Seuero abbate. Cap.cxiij.

SEuerus abbas apud ciuitatem agathen̄. claruit:qui ex regali syroꝝ genere ortus adhuc iuuenis parentibus defunctis:cum diuitijs abūdaret:post philosophie studiū magnos thesauros assumpsit ⁊ cū seruis suis nauem ascendēs in septentrionalē regionem deuenit:vbi a sancto herico episcopo agathen̄. edoctus:omnibus pro christo erogatꝭ: seruisq̄ manumissis in fauce auranca que ab vrbe agathēsi duobus fere milibus distat littus naufragum petijt:⁊ sibi tugurium ex arundinibus

arundinibus faciens artissime vite se dedit. Quē cū sui quondam sui requisissent: eum inuentum a scō ꝓposito distrahere satagebant: sed nullatenus preualebat. Ipse autem diebus dominicis singulis post perceptam eucharistiam: panem vnicum sumens: sic hebdomada integra sine cibo alio perdurabat. Cui sanctus benicus panem cū cruce impressa singulis dieb⁹ dominicis destinabat. Sꝫ cum a multis visitaretur ecclīa ei ↄstruitur: et cenobium ampliatur: in quo ad se venientes hospitabantur. Factūqꝫ est vt inuit⁹ post breue temp⁹. ccclx. pater fieret monachorum. Qui etiam humanitatem suam auiculis ostēdebat. Nā et passerem ad se solitū aduolare: et eius dextere insidere: dum anceps quidā in tibia lesisset: ad se venientē signo crucis sanauit et abire permisit. ¶ Cuidā senatori ciuitatis agathen. seni salustio noīe: sepulchrum sibi fabricanti ꝑdixit: non ipsi sed filio eius dictum tumulū ꝑparari: et vt ꝑdixerat euenit: Iuuene illo post modicos dies defuncto: et in paterno tumulo sepulto. ¶ In monasterio quoqꝫ suo dum panes defecissent: solos tres panes inuentos in aqua ꝑ frusta cōcisos adeo multiplicauit: ꝙ ex eis triduo. ccclx. suos fratres refecit: die vero quarto. ccc. tritici modios sibi apportandos esse ꝓnunciauit. Et sic deo largiente euenit. Sicqꝫ post multa ostensa miracula ↄfect⁹ senio in pace quieuit. viij. calē. sep. in basilica scī marci sepult⁹.

¶ De sancto zepherino papa et martyre. Cap. cxiiij.

Ephernus papa et martyr natione roman⁹ ex parte abundio primo pontifici romano victori in epatu successit: et sedit annos. ix. menses. vij. dies. x. Hic ↄstituit in presentia omnium clericorum et laicorum fideliū: vt oēs xpiani. xij. annorum eucharistiam in die sancto pasche accipere deberent. Et fecit statutum in ecclīa: vt oīa vasa altaris eēnt vitrea vel stannea. Nam antea erant lignea. Constituit etiam vt patriarcha vel primas vel metropolitanus ↄtra accusatum episcopū non ꝓferat sententiā nisi prius fultus auctoritate apostolica. Et vt ordinationes presbyterorum ac leuitarum tpe statuto et multis coram astantibus solēniter fierent de approbatis et doctis viris. Et hic ꝑsecutione antonini imperatoris martyrio coronatur: et sepult⁹ est apud collegas suos in cimiterio calixti via apia viij. cal. septēbris. ¶ Hic fecit ordinationes. vij. per mensem decembrium presbyteros. xiij. diacones septē epos. xiij. Et cessauit epatus dies. vj.

¶ De scō Ludouico rege et ↄfessore. Cap. cxv.



Ludouicus quintus francorum rex sanctissim⁹ patrem habuit christianissimum ludouicum quartum qui multum hereticos debellauit. Post cuius obitum sub matris tutela. s. dñe blanche quondam filie regis castelle pie educatus in omni sanctitate ꝓfecit: qui etiam nunqꝫ mortaliter peccasse in sua vltima ↄfessione cōpertus est. Sub cura magistri et fratrū predicatorum et minorum sacris litteris fuit imbutus. Deinde vxorem ducēs filiū ex ea susceptū religiose nutriuit. Ipse vero vtens cilicio clādestine opib⁹ penitentie studebat: pauperibus ducentis quotidie ante cibū ꝑsonaliter ministrabat. In mensa quoqꝫ semꝑ tres pauperes iuxta se discūbentes hēs. ¶ Post hec ardore fidei assumpta cruce ad terrā sanctā acquirendā cū exercitu copioso trāsiuit. Et post multas occupatiōes terrarum ipse vt ꝓbaretur eius patientia: ab infidelib⁹ capt⁹ est. Sꝫ modico postea redēptus ꝑcio: qnqꝫ annis ↄtinuis māsit in syria: castra plurima ↄstruēs: captiuos redimēs et multos saracenorum sua religione ad fidē ↄuertēs. Audito vero matris obitu in franciā rediit: et dum reuerteretur: maris tempestatē sua orōne sedauit. Reuersus aūt ad domum suā in virtutib⁹ semꝑ ꝓficiens: capellā egregiā in ꝓprio palatio edificauit vbi et coronā dñi et crucis dñice partem atqꝫ lanceam collocauit. ¶ Tandē post plurima annorum curricula cū fratribus suis copioso exercitu congregato iterum mare transiuit: et thunissam applicans adiacentē regionē faciliter occupauit vbi fixis tētorijs febre corripitur et pluribus diebus decumbēs sacra sumpta cōione xp̄m iugiter inuocās sup stratū cinereū in modū crucis extēsum post laudabilia virtutū opa suū dño spm̄ tradidit. viij. cal. septembris anno dñi. M. cclxx. Corpus vero eius delatum in franciam apud sanctū dionysium parisien. sepultum est: mirabilibus signis choruscans.

¶ De sctis Ireneo et Abundio martyrib⁹. Cap. cxvj.

Ireneus et abundius martyres passi sunt rome sub decio cesare et valeriano ꝑfecto. Cum enī valerianus corpus sancte ↄcordie martyris ꝓ xp̄o passe in cloacā iactari fecisset: et quidam miles noīe porphyrius ireneo cloacario occulte xpiano illud indicasset: sperans in vestimentis scē gēmas vel aurum inuenire: vt supra dictū est in passiōe hippoliti et sociorum idib⁹ augusti. Ireneus ꝑdictus effosso loco vna cū porphyrio corpus concordie de cloaca leuauit: sꝫ in vestimentis ei⁹ nihil inuenit: vnde porphyrius aufugit. Ireneus vero christianum quēdam noīe abūdium secū vocauit: qui corpus martyris ad ꝑsbyterum iustinū tulerūt: et ipm vna secum sepulture tradiderūt. Hoc audiēs valerianus ireneum et abundiū teneri fecit: deinde post dies. xij. iussit vt ambo viui in ipsa cloaca necarentur: qui necati sūt. viij. cal. septēbris: quorum corpora iustin⁹ presbyter inde leuauit: et iuxta corpora sanctorum laurentij et ceterorum in crypta in agro verano sepeliuit.

¶ De sancto Secundo martyre. Cap. cxvij.

Secundus martyr apud castrum vigintimilium italie tpe maximiani imperatoris passus est: qui vir spectabilis et dux ex sacra thebeorum legione ante beatum mauritium et ceteros ꝓ ↄfessione nominis xp̄i post vincula et carceres martyriū capitis abscisione compleuit. viij. cal. septembris: vt ait ado.

¶ De sancto Alexandro martyre. Cap. cxviij.

Alexander martyr apud bergomū italie ciuitatē passus est sub maximiano imperatore. Qui cū esset miles eiusdē cesaris: et a legione sctōrum thebeorum fidē ꝑcepisset. Cū imperator venisset mediolanū et posita idolorum mensa ipm sacrificare cōpelleret. Alexander mensam calce ꝑcussit: et euertit. Quē imperator vni ex militibus decapitandū tradidit. Cūqꝫ ille diuino terrore ꝑculsus: ipm ferire nō auderet: traditur alijs militibus occidendus. Alexander vero diuina ꝑmissione manus eorum aufugiēs bergomū venit vbi xp̄m annunciās aliquos ↄuertit. Ad quē tandē milites venientes ipm detentū: et sacrificare nolentē: gladio ꝑcusserūt. viij. cal. septēbris. cui⁹ corp⁹a grata matrona in predio suo iuxta murū ciuitatis bergomen. sepultū est.

¶ De sancto Ruso martyre. Cap. cxix.




Rufus martyr apud capuam passus est. Hic patricie dignitatis insignis: cum esset ex consule dux rauenne: beat⁹ apollinaris episcopus et martyr filiam eius a mortuis suscitauit: ipsumq; in fide docuit: et baptizauit vna cum filia eius et vxore ac familia ꝓmiscui sexus numero .cccxxxiiij. vt supra actum est in passione apollinaris x. cal. augusti. Unde et deinceps rufus sancto apollinari occulte ministrabat. filiaq; eius virgo sacra permansit. Qd nero cesar audiens: ipm a ducatu absoluit: et eidem successorem delegauit. Dum aūt rufus venisset capuam tentus a vicario prefecti pretorio messalino: nolensq; sacrificare decollatus est. vj. cal. septembris.

De sancto Pelagio martyre. Capitulum. cxx.



Pelagius martyr passus est i ciuitate emonia prouincie acarnannie tempore numeriani imperatoris: cuius pater pelosius et mater claria nobiles ac ditissimi christiani ipsum puerulum in fide christi docuerunt: et cum esset annorum. vij. vranio presbytero tradiderunt sacris litteris imbuendum. Et cū esset annorum. xij. pater eius migrauit ad dominū: omnesq; facultates suas filio suo ad ministerium pauperū dereliquit. Cum vero annos. xviij. impleuisset mater ei⁹ similiter ex hac luce subtracta est. Qui continuo oēm eius familiam manumisit: et vna cū vranio presbytero oēs facultates suas pauperibus et ecclesijs distribuit: vero cū esset annorum. xxv. facta est persecutio christianorū sub numeriano augusto. Qui et eulasium presidē ad dictā prouinciam destinauit: vt omnes christianos ad sacrificia deorum compelleret. Cum autem multi christianorū metu tormentorum immolarent. Pelagius oratione ad dominum effusa: voce sibi de celo lapsa ad martyriū animatus est. Et sequēti die se sponte presidi presentauit et christianissimum asseruit. Qui missis catenis in collo et manibus eius in obscurissimo carcere eum reclusit: vbi lux celica ei diuinitus effulsit. Altera die coram preside statuit: et sacrificare contēnens virgis diutius flagellat. Deinde fustibus cedi iubetur: sed dei nutu fustes quasi papyri mollierunt. Quod cernens preses iussit eum in eculeo suspendi et vngulis radi. Deinde ipsum deponi et oleum feruens ventri ipsius perfundi. Et cū manus carnificum oleo succenderent: sanctus martyr ipsum calēs oleum: ac si aquam frigidam sentiebat: quo viso miraculo multi paganorum in domino crediderunt. Post hec iterum cum dijs immolare nollet mandauit iudex fragmenta testarum per pauimenta viarum effundi: et ligatis manibus ac pedibus eum pertrahi vt sic spiritum exhalaret. Et cū in his omnibus constans persisteret. Jussit eum preses capitalem subire sententiam. Qui ductus extra muros vrbis capite cesus est. Cuius corpus colligens vranius presbyter ipsum ibidem sepeliuit. Passus est autem. vj. cal. septembris.

De sancto Pelagio papa primo. Cap. cxxj.



Pelagius papa huius nominis primus natione romanus: ex patre ioanne vigilio pape in episcopatu romano successit: et sedit annos iiij. menses. x. dies. xix. Hic constituit vt heretici et scismatici episcopi per seculares potestates comprimerētur ac punirentur: valde nāq; catholice fidei extitit defensator et ꝓpugil. Qui ob inuidiā a quibusdam emulantibus sibi clericis de morte vigilij decessoris eius culpatus est: sed coram populo tangendo crucem et euangelium se purgauit. Multe nāq; sanctitatis vir fuit: ac in pontificatu laudabiliter se gerens plenus bonis operibus in pace quieuit. vj. calē. septembris. Et i ecclesia sancti petri sepultus est. Cuius tempore ossa ꝓtomartyris stephani romam funt delata: et in eadē tumba cū corpore sancti laurētij collocata. Et cessauit episcopatus eo defuncto menses. iiij. dies. xxv.

De sancto Pelagio papa scdo. Cap. cxxij.



Pelagius papa huius nominis secundus natione romanus ex patre vinigeldo. Benedicto primo pape in pontificatu romano successit: et sedit annos. x. mēses. vj. et dies. xxv. Hic absq; iussione principis ordinatus est: eo ꝙ longobardi romam obsiderent: nec posset quisꝗ a roma discedere. Hic. ix. prefationes tradidit ecclesie ante canonem decantandas videlicet natalis epiphanie. xl. crucis: resurrectionis: ascensionis: pentecostes: trinitatis: et apostolorum: prefatio autē de beata virgine postmodū a gregorio papa addita est. Hic vir sanctissimus et circa pauperum necessitates intentissimus fuit. Eo autē tempore tante pluuiarum inundationes fuerunt: ꝙ omnes esse diluuium dubitarent: talisq; clades fuit: qualē a seculo nullus meminit audiuisse. Cum vero tyberis ex tantarum pluuiarum abundantia intantū inundauit: vt super muros vrbem ingrediens magnam partem regionis occuparet: secum trahens innumeram multitudinem serpentum: et draconem ingentissimū: que bestie putrefacte post diluuium: ex aeris corruptione maximā mortalitatem hominum induxerunt. De qua dictū est supra in gestis gregorij pape. iiij. idus martij. Jta ꝙ multe domus vacue remanserūt in vrbe. Hec autem clades primum a pelagio papa incepit: ipsumq; subito de medio sustulit: deinde ad populum vrbis descendit. Pelagius itaq; defunctus in ecclesia sancti Petri sepultus est. Jn cuius locum beatus Gregorius papa et doctor ab omni populo electus est.

De sanctis Georgio: Aureliano et socijs martyribus. Cap. cxxiij.



Georgius diaconus: aurelius: felix: natalia: et liliosa apud cordubam hispanie ciuitatem passi sunt. Quorum primus mire abstinentie monachus ab hier. cordubam veniens: cum reliquis ex eadem vrbe claro germine ortis: diu optatum sibiq; a domino permonstratum meruit consequi martyrium. Qui passi sunt sexto calendas septembris. Hec ado in martyrologio.

De sancto Anastasio martyre. Cap. cxxiiij.



Anastasius martyr passus est in salone dalmatie ciuitate sub persecutione diocletiani imperatoris. Hic ex aquileia ortus ciuitate: cum artem fullonis exerceret: quicquid ex ipsa consequi poterat: preter paruum quotidianum victū pauperibus erogabat. tandem amore animatus martyrij ad salonitanā ciuitatem deuenit. Et cum in hospitio in quo mansurus erat signū crucis in locis pluribus depinxisset. et ob hoc a gētilibus comprehensus et iudici presentatus est. Qui cum sanctum cogitasset diuersis laniare supplicijs: ab imperatore subita iussione compulsus est ad ipsam i qua augustus degebat concitus ire ciuitatem. Ob hanc causam expeditam in christi martyrem sententiam protulit vt suspenso ad collum eius ingenti lapide in mari precipitio daretur. Matrona vero quedam christiana nomine asclepia corpus martyris habere cupiens seruis suis libertatem et munera ꝓmisit. si corpus sancti martyris inuenirent. Qui diebus pluribus ꝑ littora discurrentes tandem aphros quosdā inuenerūt: qui corpus ipsum iā leuarāt: vt vero corpus terrii dimitterent: calumniā homicidij in illos fingebāt: vtpote qui haberēt in mābus corpus eraic. Ipsi tñ alosi viri ex aphaca orti caput martyris in patriam suam portauerunt: et ecclesiam in nomine ipsius fecerunt: in qua virtutes fiunt mirabiles in malignis

malignis spiritibus effugandis. Corpus vero sine capite sibi delatum a seruis matrona illa deuotius excepit: quod donec cessaret persecutio in predio suo celauit: deinde ecclesiam construxit: ⁊ corpus martyris in salonitano territorio collocauit. Passus est autem christi martyr anastasius .vj. calen. septembris.

¶ De sancto Cesario episcopo. Cap. xxv.

Cesarius eps arelatensis. floruit tpe anastasij imperatoris secundi: qui sancte ⁊ continentissime vite vir beatus homelias plurimas morales ⁊ vtiles ad monachos edidisse reperitur. Et post felicem ecclesie sue gubernationem sanctitate ⁊ doctrina insignis migrauit ad christum .vj. cal. septembris.

¶ De sancto Daniele propheta. Cap. xxvj.




Daniel propheta cuius laus in plerisque diuine scripture libris ⁊ locis describitur: ⁊ .ij. macha. .ij. cap. inter patres scos prisci tpis connumeratur de regione iudeorum ⁊ semine regio natus est. Cum autem nabuchodonosor rex chaldeorum hierusalem prima obsidione cepisset. Joachim regem iuda vinctum secum trahebat in babylonem: ⁊ nobiles iudeorum cum eo: in itinere vero remisit eum imposito ei tributo: ⁊ obsides pueros de semine regio secum traxit .s. danielem: ananiam: misaelem: ⁊ azariam: ⁊ alios plures: ⁊ abinde fuit daniel in babylone: donec regnum defecit. Ipsum vero danielem ⁊ socios vti pulchriores et doctiores castrauit rex vt ait iosephus ⁊ tradidit eos preposito eunuchorum aphanaz: ⁊ fecit eos erudiri prouincialibus litteris ⁊ lingua chaldeorum: mutatis eorum nominibus: danielem enim vocauit balthasar: ananiam sidrach: azariam misach: ⁊ misaelem abdenago. His quattuor prepositus eunuchorum specialem procuratorem prefecit malasar. Qui proposuerunt non contaminari cibis gentilium: ⁊ a preposito eorum obtinuerunt .x. diebus leguminibus ⁊ aqua tentari: ⁊ cum ex hoc eos probans in nullo ceteris macriores vidisset: accipiebat cibaria ⁊ vina regia ⁊ dabat eis legumina ⁊ aquam. Transactis vero tribus annis steterunt coram rege: prout ipse decreuerat: nec fuit inuenti eis similes in regno in omni sapientia ⁊ disciplina. Ex quibus pre ceteris daniel gratiam a deo obtinuit: visiones ⁊ somnia interpretandi. Hec omnia superius acta sunt in gestis trium puerorum .xviij. calen. ianuarij. ¶ Anno vero scdo regni nabuchodonosor vidit rex somnium mirabile cuius postquam euigilasset memoriam amisit: ⁊ conuocatis coniectoribus chaldeorum petebat ab eis: vt somnium sibi dicerent: ⁊ interpretationem eius etiam indicarent. Qui cum hoc se posse facere nullo modo dicerent: eo quod omni homini impossibile esset: sed si rex somnium narraret: ipsi coniecturam eius exponerent. Iratus rex mandauit vt omnes sapientes babylonis perirent. Querebanturque daniel ⁊ socij: vt cum ceteris occiderent. Quod cum daniel ab arioch principe militie didicisset. Ingressus rogauit regem vt daret sibi tempus ad solutionem per vnam noctem tm: vt dicit iosephus: ⁊ pernoctans in oratione cum socijs mysterium ei reuelatum est. Et ingressus mane ad regem dixit ei: quod nemo viuentium posset petitionem suam implere: sed deus celi reuelans mysteria eidem indicauerat: que nouissimis temporibus futura erant. Narrauitque ei quod per somnium vidisset statuam quattuor metallorum: cuius caput aureum significabat primum regnum assyriorum ceteris nobilius ⁊ ditius: pectus vero ⁊ brachia argentea significabant regnum persarum ⁊ medorum scdo venturum: quod minus primo esset nobilitate ⁊ diuitijs decoratum: venter vero ereus regnum esset grecorum tertio loco futurum suorum sapientia sonorosum. Tibia vero ⁊ crura ferrea regnum romanorum quarto venturum: quod sua fortitudine oia domaret. Lapidem vero sine manibus de monte abscisum qui percussit statuam: ⁊ eam in puluerem comminuit: qui ⁊ factus est mons magnus: ⁊ impleuit vniuersam terram: dixit esse regnum celi quod est regnum christi: qui oia regna comminuet: ⁊ ipsum stabit in eternum. Quod rex audiens danielem ⁊ deum eius adorauit: ⁊ ipsum prefecit cunctis sapientibus babylonis Socios vero eius prefecit super opera totius prouincie babylonis. ¶ Circa dictum tempus daniel sanctam susannam de falso adulterij crimine ei imposito liberauit: cum adhuc iuuenis esset: vt dicetur infra in historia propria de susanna ¶ Post hec autem cum nabuchodonosor rex statuam auream erexisset: ⁊ eam tres pueri adorare noluissent: in fornacem missi: inde miraculose erepti sunt: vt supra dictum est in gestis ipsorum trium puerorum: propter quod nabuchodonosor deum hebreorum magis reuereri cepit. ¶ Deinde post lapsum tempus nabuchodonosor vidit per somnium arborem excelsam: que totam terram occupabat: ⁊ bestie ac volucres sub ramis eius habitabant: quam deus celi succidendam mandauit donec septem tempora mutarentur super eam. Que visio sm quod daniel regi interpretatus est ei de facto contigit. Ipse enim nabuchodonosor propter nimiam superbiam suam in bestiam transformatus ab hominibus eiectus est: non quod corporis mutationem: sed mentis alienationem pateretur: vt dicit epiphanius. Ablatus est enim ei vsus lingue ad loquendum ⁊ herba ei in cibum data est: vt ⁊ videbatur ei quod bos esset in anterioribus ⁊ posterioribus leo: daniel vero toto alienationis eius tempore pro ipso orationi vacabat: ⁊ ad preces eius annos .vij. quos totidem dixerat tempora in .vij. menses versi sunt: in quibus .xl. diebus insaniam patiebatur: ⁊ per alios .xl. ad cor hominis reuersus flebat donec .vij. menses complerentur: post quos reuocatus est: nec tamen regnauit: sed statuti fuit pro eo .vij. iudices ⁊ de consilio danielis vsque ad .vij. annos penitentiam egit: prout hec omnia iosephus tradit. ¶ Mortuo vero nabuchodonosor maiore regnauit pro eo filius eius minor qui ⁊ ipse nabuchodonosor nominatur. Qui danielem compellebat vt adoraret idolum bel: dicens ipsum esse deum viuentem: eo quod quotidie comederet .xij. mensuras farine ⁊ .xl. oues ac vini amphoras .vj. sibi oblatas. Daniel vero econtra illum deum fusilem ex metallo ⁊ mortuum asserebat: venit autem rex cum daniele ad templum: ⁊ positis omnibus escis ante mensam: egressi sunt omnes: ⁊ rex clausit hostia: ⁊ anulo suo signauit. Daniel autem cribrauerat cinerem in pauimento coram rege. Sacerdotes autem bel qui erant .lx. cum paruulis suis et mulieribus iuxta consuetudinem suam: nocte ingressi sunt per cuniculos subterraneos quos fecerant sibi: ⁊ consumpserunt omnia: venit ergo rex diluculo cum daniele ad templum ⁊ inuentis saluis sigillis ianue impressis aperuerunt hostia. Rex autem intuitus mensam vacuam: magnum deum bel clamauit. Daniel autem ostendit regi vestigia per pauimentum cineri impressa: que erant virorum ⁊ mulierum ⁊ infantium. Et deinde ostendit ei occultos aditus: ⁊ occultum introitum sub mensa. Et iratus rex apprehendit sacerdotes qui ⁊ deceptionem suam ei confessi sunt. Quos omnes oc-

cidit rex ⁊ tradit bel in manu danielis: qui subuertit eum ⁊ templum. ¶ Erat etiã in eodẽ loco draco latens in fouea ⁊ adorabãt cum babylonij. Sacerdotes eñi eius habebant vasa plena aq̃ facta de coreis vitulorum: ⁊ ea virgis percutiebant vt facerent sonitũ terribilẽ quasi tonitruũ Ad quẽ excitat⁹ draco: q̃nq̃ emittebat ignẽ: q̃nq̃ fumũ: q̃nq̃ visibiliter apparebat. Cũq̃ rex danielẽ cogeret vt illi sacrificaret: petijt daniel ipsum sibi dari in potestate ⁊ interficeret eum sine ferro ⁊ fuste. Et tulit daniel picẽ ⁊ adipem: ⁊ pilos: ⁊ coxit pariter ⁊ fecit massas: deditq̃ i os draconis: qui suffocatus crepuit. Et indignati babylonij petierunt a rege danielem sibi dari: qui duos eorũ deos destruxisset: cõminantes q̃ nisi daret eum ipsis: regem cum omni domo sua interficerent: vnde rex timore compulsus tradidit eis danielem: qui miserunt eum in lacũ in quo erant leones septẽ: quib⁹ quotidie ad escam dabant duo corpora dãnatorum ⁊ due oues: ⁊ tunc nõ data sunt eis: vt deuorarent danielem. Dñs autẽ misericors non solum danielẽ de ore leonũ .vj. diebus illesum cõseruauit: sed etiã ei de prandio puidit: cũ eñi abbacuch propheta in iudea prandiũ messorib⁹ suis deferret: tulit eũ angelus dñi ⁊ per verticẽ apprehensum posuit eũ in babylone sup lacũ impetu spũs sui. Qui prandium danieli obtulitq̃ comedit: ⁊ deo gras egit: ipmq̃ angelus dñi in locum suum in momento restituit: vt dictũ est supra in historia abbacuch pphete .xviij. cal. februarij. venit ergo rex die .vij. ad lacũ: ⁊ cum vidisset danielem sedentem in medio leonum: exclamauit magnum deum danielis. Et eduxit eum de lacu: ⁊ eius emulos intromisit: qui deuorati sunt a leonibus corã rege. Ex tunc rex danielẽ ⁊ deum eius omni tpe vite sue maxime reueritus fuit. ¶ Prophetauit aũt daniel in tpe illo: videlz a diebus nabuch. iunioris: quibus pphetauit in chaldea vsq̃ ad tempus darij primi regis persarum: quo tpe pphetauit in pside siue i media illuc ab ipso trãslatus: multasq̃ mirabiles visiones habuit: de tpe futuro ⁊ de fine seculi: que in ei⁹ libro specialius explicant: quarũq̃ expositio specialẽ requirũt librũ. ¶ Mortuis aũt nabuchodonosor iuniore ⁊ euilmeredath fratre eius: qui ambo successiue regnauerũt post nabuchodonosor primũ. Regnauit balthasar filius euilmeredath annis tribus. Qui cum obsessus esset in babylone a dario primo rege medorum: ⁊ cyro rege persarum: qui cũ eo venerat: ppter incredibilem fortitudinẽ ciuitatis de obsidione parum curabat. Fecitq̃ optimatibus suis grande cõuiuium: ⁊ vasa que nabuchodonosor auus eius de templo dñi in hierusalem abstulerat principibus ⁊ vxoribus suis atq̃ concubinis tradidit ad bibendũ. Intellexerat eñi balthasar vt dicunt hebrei .lxx. annos captiuitatis hebreorum: quos hieremias predixerat fluxisse: et tñ iudei non erant liberati: vnde iudeorum deo insultabat et deos suos collaudabat. Tunc apparuit manus scribentis in pariete: mane: techel: phares: que sonant numer⁹ appensio: diuisio. Et cum rex hoc videns danielẽ turbatus consuluisset. Interpretatus est scripturam dicens: q̃ deus regnum balthasar numerasset .i. cõpleuisset: ⁊ ipm in statera appendisset: qui ⁊ minus viueret q̃ putabat: ⁊ diuisum esset regnum suum: ⁊ datum medis et persis. Eadem nocte capta est babylon. Nam cyrus fecerat diuidi longe a ciuitate fluuium euphratem per plures riuulos itavt alueum qui fluebat in ciuitatem vadabilem faceret. Et tunc gentes darij ⁊ cyri per alueũ ingresse balthasar interfecerunt: ⁊ ciuitatem fortissimã ⁊ munitissimam destruxerunt: que sicut humano ope potuisse construi: sic humano ope potuisse capi minime holes opinabantur. ¶ Darius aũt secum duxit danielem in mediã faciens eum vnuz de satrapis: qui centum ⁊ viginti preerant: ipsumq̃ admodum honorans: ppter qd inuidentes ei principes accusatione facta contra eum: fecerũt eum mitti in alium lacum leonum: sed sicut alias ita ⁊ tunc dño adiuuante inde liberatus est: ⁊ accusatores eius in lacum missi a leonibus deuorati sunt. ¶ Hic daniel dedit signa in oĩbus super babyloniam dicens: q̃ quando pars montium a borea fumigabit: veniet finis babylonie: qñ ñdo veniet ignis ardens finis erit vniuerse terre: qñ a parte noti aque decurrent: reuertet ppls ad terrã suã q̃ si sanguine fluxerunt erũt homicidia belial in vniuersa terra. Defunctus est aũt daniel in media .v. cal. septẽbris: ⁊ sepultus in spelunca regali solus cuz gloria. Hec ex libro danielis per totum: ⁊ ex dictis iosephi ⁊ hieronymi ⁊ comestoris atq̃ ex chronica guilelmi.

¶ De sancta Susanna vxore ioachim.   Cap. xxvij

Susanna sancta cuius pudicitiam ⁊ sanctitatem ipse textus libri danielis cõmendat: idcirco gestis danielis subijcit: q: eius contemporanea: dies dormitionis eius certus nõ inuenit. Hec erat filia helchie ⁊ vxor ioachim: qui erat de nobilioribus iudee inter oẽs filios israel i babylonem transmigratos. Et cũ esset susanna nimiũ speciosa: exarserunt in eam duo seniores iudices illius ãni. De quibus tradunt hebrei: q̃ mulieres decipiebant: dicentes se esse de semine dauid: ⁊ christum de semine eius nasciturum. Hi statuerunt in cõmune tempus quo susannã possent inuenire solam. Et latuerũt post meridiez in pomerio helchie. Ingressa autem susanna volẽs lauari ⁊ vngi iuxta morez patrie: misit puellas ad afferendũ oleum ⁊ vnguenta. Tunc accurrentes senes ad eam: requisierunt eam cõminantes: q̃ si consentire nollet: contra ipsam adulterij testimonium dicerẽt. Et elegit susanna potius incidere in manus eorum: q̃ peccare in dominum. Et exclamauit. Et accurrentes famuli erubuerunt: cuz audissent senes contra susannã testificari. ¶ Altera die statuta est susanna in medio ppli: ⁊ ponentes senes manus super caput eius contestati sunt ipsam vidisse cũ iuuene cõmisceri: ⁊ condẽnata est ad mortẽ: ⁊ cum orasset ad dñm: suscitauit deus spiritum pueri cui nomẽ daniel .i. manifestauit spm̃ dei in eo esse: qui latens quiescebat: cum adhuc daniel esset adolescens: ⁊ exclamauit se mũdum a sanguine illius. Et cum reuersi essent oẽs populi ad iudicium: daniel separari iussit senes ab inuicem: et singulos eorum per se examinans interrogauit: sub qua arbore vidisset adulterium committi: quoruz vnus ait sub scino: alter sub prino. Et acclamauit i eos popul⁹ ppter dissonantiam conuictosq̃ de falso testimonio sm legem dei lapidauerunt. Susanna autem post hec ab omni populo in reuerentia habita est propter eius pudicissimaz castitatem: que ⁊ vitam suam in sanctis operibus pie cõsummauit.

¶ De sancto Augustino epõ ac doctore.   Cap. xxviij



Augustinus



Augustinus epūs ⁊ doctor egregius prouincia aphricana ciuitate tagastēsi. honestis parentibus ⁊ christianis ortus scilȝ patre patricio matre monica a puerilibus annis liberales disciplinas sufficienter edoctus fuit adeo vt etate iuuenili summus phūs: ⁊ rhetor luculentissimꝰ haberetur. Nam libros aristotelis ⁊ liberaliū artiū quoscūqȝ legere potuit: ꝑ se didicit: ⁊ nemine tradente intellexit: sicut ipse de se in libro ꝯfessionū testat̄. Verū q̄r scia sine charitate non edificat: sed inflat: in errorem incidit manicheoꝝ: qui xp̄m phantasticū affirmant: ⁊ carnis resurrect. onē negant: in quo adhuc adolescens per annos nouem ꝑmāsit. Ad has etiam nugas adductus est vt arborem fici flere diceret: cum ab ea ficus vel foliū tolleret̄. Mater vō eius plurimū flebat: ⁊ cū esset xp̄iana ipsum ad fidei veritatem reducere satagebat. Que die quadaȝ vidit se stare in quadā linea lignea ⁊ tristem: cui quidaȝ iuuenis astitit: ⁊ cām tristitie requisiuit: que cū ꝑditionem filij sui deplorare diceret: ille ꝯfortauit eam dicens ne timeret: q̄r vbi ipsa ibi ille esset. Rogabat ergo sedula mater quasi importuna quēdam epūm sicut in eodē libro ꝯfessionū testat̄: vt pro filio suo orare dignaret̄: cui ille importunitate deuictus ꝓphetica voce r̄ndit: vt secura staret: q̄ impossibile esset: vt filius tantaꝝ lachrymaꝝ periret. ¶ Cum aūt in ciuitate sua grāmaticam et apud carthaginē multis annis rhetoricam docuisset: occulte matre nesciente romā venit: ⁊ ibideȝ multos discipulos congregauit. Istis t̄pibus mediolanensibus sibi petentibus doctorem in rhetorica destinari. Symmachus prefectus augustinum destinauit. Quo t̄pe beatus ambrosius mediolani epūs erat. Mater vō eius cū multa difficultate ad eum venit: ⁊ ip̄m iam nec vere catholicū nec vere manicheū repperit. ¶ Augustinus aūt ꝑdicationē ambrosij frequenter audiebat: sollicitus valde: ne vel ꝓ errore manicheoꝝ: vel ꝯtra ip̄m aliq̄d ꝓferret. Quadam tamen die ambrosius ꝑdicans errorē illū aptissime confutauit: ⁊ a corde augustini opinionē dudū habitā penitus depulit. Cū aūt sicut ipse libro supradicto refert: via dei sibi plurimū placeret: sed ad ipsam accedere pigeret. Ad quēdam simplicianū seruum dei perrexit: cum quo ⁊ estus suos ꝯtulit: qui ⁊ ip̄m in via dei exemplo multoꝝ puerorꝝ ⁊ puellaꝝ hortari cepit. Interim ab aphrica amicus quidā augustini venit qui magni antonij in egypto defuncti miracula recitauit. Quoꝝ exemplo augustinꝰ vehementer exarsit: ⁊ socium alloquens seipsum redarguit: dicens ꝙ indocti celum rapiebant ⁊ sapientes cuȝ doctrinis suis in infernum demergebant̄. Et accurrens in quēdam hortū sedens sub ficu amarissime fleuit: audiuitqȝ vocē dicentē ei: tolle: lege. Aperuitqȝ codicem apostolicū: ⁊ coniectis oculis ad p̄mum capl̄m legit. Induimini dn̄m iesum christum. Et statim ab eo oēs dubietatis tenebre diffugerūt. Cūqȝ btō ambrosio per l̄ras totuȝ suum insinuassent vt moneret q̄d sibi de libris sctīs legendū esset ille mādauit vt legeret isaiam ꝓphām: tāq̄ euangelij ⁊ vocationis gentiū apertissimū ꝓnunciatorē. ¶ Adueniente ergo paschali t̄pe augustinus ānoꝝ.xxx. cum filio suo adeodato puero ingenioso: ⁊ cū alipio amico suo: meritis matris ⁊ predicatiōe ambrosij cōuersus: sacrum baptisma a sctō ambrosio suscepit. Tūc ambrosius Te deum laudamus inquit: ⁊ augustinus: te dn̄m ꝯfitemur r̄ndit. Et sic alternatim ipsum hymnū composuerunt: sicut in speculo eccl̄ie traditur: ꝑtinusqȝ in fide catholica cōfirmatus: spem oēm quā habebat in seculo dereliquit: ⁊ scholis q̄s regebat abrenunciauit. ¶ Post hec cū matre ⁊ filio ⁊ duobus amicis nebridio ⁊ enodio remeabat ad aphricam: sed cum esset apud ostia tyberina mater eius defuncta est. Post cuius mortē regressus ad patriam, cum sibi adherentibꝰ deo seruiens: ieiunijs ⁊ orōnibus vacabat: ⁊ libros scribebat ac docebat: fama quoqȝ eius vbiqȝ spargebat̄: ⁊ in suis doctrinis admirabilis habebat. Cum aūt ad preces cuiusdā magnatis q̄ se seculo renunciare ꝓmiserat: si verbum dn̄i ab eo audiret: ad ciuitatem hipponem concitus aduenisset. Valerius hipponēsi. epūs eum ad se accersiuit: ⁊ l̄ȝ plurimū renitentem presbyteꝝ in sua eccl̄ia ordinauit. Qui statim monasteriuȝ clericoꝝ instituit: ⁊ cepit viuere s̄m regulā a sanctis apostolis ꝯstitutam: quā regulam moribus et sanctitate refertā ipse spiritu diuino dictauit. De cuiꝰ monasterio eo viuente decem episcopi electi sunt. Et q̄r episcopus valerius grecꝰ erat: ⁊ latinas l̄ras ignorabat. Augustino episcopo libertatem concessit: vt cōtra morē orientalis ecclesie coram se in ecclesia predicaret. Eodeȝ tempore fortunatus quidam presbyter manicheoꝝ multos catholicos seducebat: quem augustinus in conuētu omnium disputans publice superauit. Donatistas etiā ⁊ manicheos quosdam de ipsa ciuitate conuictos fugauit. Valerius autem episcopus timens ne augustinus sibi ab alia ciuitate in episcopum electus tolleret̄: impetrauit ab archiepiscopo carthaginēsi. vt ipse episcopatui cederet: ⁊ ille augustinum hipponensi ecclesie in episcopum ꝓmoueret. Sed cum hoc augustinus recusaret: cōpulsus tandem acquieuit: ⁊ episcopatus curam suscepit quod in se postea fieri non debuisse ⁊ dixit ⁊ scripsit: ⁊ de sui ordinatione admodum penituit: vixit autem in clericatu ⁊ episcopatu annis fere quadraginta semper domino seruiens: semper studens: semper docens ⁊ libros continue scribens. Cura quoqȝ rei secularis cuidam preposito suo ex toto commissa: contemplationi ⁊ studio iugiter vacabat: paupertatem in omnibus amauit: temperantiam in victu seruauit: pauperum operibus semper intentus extitit: pudicitiam ⁊ honestatem nō solum dilexit: sed etiam exemplariter pretendere voluit omnibusqȝ virtutibus adornatus deo seruire ⁊ omnibus sanctitatis exempla prebere studuit. Hereticos autem validissime confutabat: ita vt ipsi inter se publice predicarent: non esse peccatum interficere augustinum: quem tanq̄ lupum occidendum esse dicebant. Multasqȝ insidias ab eis pertulit: quas tamen dei prouidentia oēs euasit: a multis etiam ecclesijs inuitabatur: vt ibi verbum domini predicaret: ad quas libenter accedebat: et multos ab eorum erroribus conuertebat. ¶ Fertur de eo ꝙ cuȝ librum de trinitate cōpilare cogitasset: trāsiēs iuxta littus: vidit puerum: qui foueam paruam in littore fecerat: ⁊ coclea aquam de mari haustam in foueam mittebat. Et cum augustinus puerum interrogasset: quid faceret. Respōdit puer: ꝙ mare disposuerat coclea exiccare: ⁊ in foueam illam mittere. Cumqȝ hoc Augustinus impossibile est diceret: ⁊ simplicitatem pueri rideret: puer ille ei dixit: ꝙ possibilius sibi esset hoc perficere q̄ augustino minimam partem mysteriorum trinitatis in libro suo explicare: assimulans foueam codici: mare trinitati: cocleam intellectui augustini. Quo dicto puer disparuit. Augustinus autem ex hoc se humiliauit: ⁊ librum de trinitate oratione premissa: vtcumqȝ potuit compilauit. ¶ Mulier quedam afflicta ad augustinum accessit: vt eius consilium imploraret: quem studentem inueniens salutauit: nec ille ei quicq̄ respondit: que propius accedens negocium suum ei explicauit sed nec ille se conuertit: nec verbum protulit: vnde mulier amplius contristata discessit. Sequenti die dum mulier augustino celebranti assisteret: cum corpus dominicum eleuasset ipsa ante tribunal trinitatis in spiritu rapitur: vbi vidit augustinum de trinitatis gloria attentissime disputantem: dictumqȝ est ei ꝙ cum ad augustinum accesserat: ille sic attentissime de trinitate disputabat. Ideoqȝ ꝙ ibi fuisset non aduerterat: sed ad


ipsum secure rediret: ⁊ salubrem ꝯsiliatorem inueniret.
Qđ illa ad se rediēs fecit: ⁊ augustinum clementissimū
inuenit. ¶ Miraculoꝝ quoq͂ glīa claruit. Nam in lib.
xxij. de ciuitate dei duo miracula de se q̄si de alio loquens
recitat. Quoꝝ primū est: q̄ cum virginē quādā demonia
cam oleo perunxisset: ⁊ p̄ ea orasset: ipsam ab immundo
spiritu liberauit. ¶ Pro alio etiam adolescente quē nō
vidit, orauit: ⁊ ille ꝯtinuo demonio q̄ cū obsidebat caruit
¶ Cum quidā fistulam patiens incidi deberet. Augusti
nus vna cum ipso infirmo ⁊ p̄ eo orauit: ⁊ mane sine in-
cisione aliqua sanus repert⁹ fuit. ¶ Anno igit̄ dn̄i .xliij.
dum vandali totam aphricam occupassent: oēsq͂ ciuita
tes deuastassent: ad hipponēsē ciuitatē venerunt: ⁊ ipsaꝫ
manu valida obsederunt. Augustin⁹ aūt orauit ad dn̄m
vt aut ciuitatē a periculo liberaret: aut ip̄m ex hac vita
susciperet. Qui tertio obsidionis mense febribus laborās
lecto decubuit: intelligensq͂ dissolutionē sui corporis im
minere: psalmos penitentiales sibi scribi fecit: ⁊ contra
lectum in pariete poni: quos lecto decumbens legebat:
⁊ lachrymas iuges fundebat. Et vt deo liberius vacare
posset: ante decem dies sui exitus: nullum ad se ingredi
precepit: nisi solum medicū ⁊ cibū ei deferentē. ¶ Egrū
aūt quēdam ad ip̄m venientem ⁊ eius auxilium implo-
rantē manu sua tetigit: ⁊ ꝯtinuo sanitatē recepit. Ener-
guminos etiā plures in ipsa sua infirmitate curauit: et
plura alia miracula fecit. Nullū quoq͂ quantūcūq͂ me-
riti docuit sine ꝯfessione ⁊ eucharistia debere transire qđ
ipse suo exēplo firmauit. Sicq͂ ad extremā horā veniēs ī
pace migrauit .v. calē. septembris āno etatis sue septua-
gesimosexto: ep̄atus vo sui āno quadragesimo circa an
nos dn̄i .cccc. Sepultusq͂ est in eccl̄ia sua ciuitatis hip-
ponensis: donec corpus suum inde translatū est: vt habe
tur supra in eius translatiōe pridie cal. martij. ¶ Eadē
hora in quodā monasterio quidaꝫ monachus in spiritu
raptus: vidit augustinū in nube sedentē: pontificalibus
insignitū: cuius oculi quasi solis radij totam eccl̄iam il
luminabāt: ⁊ odor de eo nimius exhalabat. ¶ Alio etiā
t̄pe dum eius sermones ad matutinū in eccl̄ia legerent.
Beatus bernardus vidit augustinū ep̄m: de cuius ore
tantus impetus aquaꝝ exibat: q̄ totā eccl̄iaꝫ inundabat.
¶ Opuscula vo ipsius doctoris gloriosi oīa nullus aut
vidisse: aut legisse: aut se glorief habere: cum nec inueni
ri queant: vltra em̄ millenarium numerū excessisse cre-
dunt: de q̄b⁹ pauca attingā: curiosis cetera derelinquēs
De grā ⁊ libero arbitrio librū vnū. De predestinatione
gratie librum vnum. De trinitate libros q̄ndecim. De
cōfessionib⁹ libros tredecim. De ciuitate dei libros .xxij.
De baptismo libros .vij. Soliloquioꝝ librum vnuꝫ. De
sermone dn̄i in monte libros .ij. Cōtra faustū manicheū
libros .xxxiij. De fide ad petrū libros .iij. De ꝯcordia euā-
gelistaꝝ libros .iiij. De musica libros .vj. Sup̄ genesim
ad litteram libros .xij. De achademicis librum vnū. Cō
tra paganos libros .iij. De ordine libros .ij. De aīe īmor
talitate librum vnū. De veteri testamento libros .xxiij.
De origine aīe ad hieronymū librum vnum. De natura
boni libros .iij. De doctrina xp̄iana libros .iiij. De vtili-
tate credendi librum vnum. De vera religione librum
vnum: De decem cordis librum vnū. De aīa ⁊ sp̄ū libruꝫ
vnum. Utrum aīa a seipsa sit librum vnum. De aīe quā-
titate librum vnum. Contra donatū libros .ij. Contra ar
rianos libros .viij. Cōtra permenianū libros .iij. De ver
bis dn̄i libros .ij. De penitentia librum vnuꝫ. De agone
christiano librum vnum. de diuinatione demonū libruꝫ
vnum. de ope monachoꝝ librum vnum. Enchiridion li-
bros .xj. de grā noui testamenti librum vnū. de nuptijs
⁊ ꝯcupiscentia libros duos. Retractationū librum vnū
de baptismo paruuloꝝ librum vnum. de rudib⁹ catheci
zandis librum vnum. de .viij. principalibus vitijs libros
octo. Sup̄ psalterium volumen ingens in quo singuli .cl.
ps. exponunt̄. de sancta viduitate librum vnū. de sctā vir
ginitate lib. .iij. de cura p̄ mortuis librum vnum. de vita
beata lib. .iiij. Si quē vo huius almi presulis noscendi
operꝝ suoꝝ titulos maior sitis exagitat gēnadiū querat:
qui voluminū eius vltra .cccccc. noīa commemorat.

¶ De sancto Hermete martyre. Cap. xxix.



Ermes martyr sub aureliano imperato-
ris comite rome passus est. Hūc illustris
simum ⁊ romane vrbis p̄fectū beat⁹ alexā
der romanus pōtifex ⁊ martyr baptizauit
cum sorore theodora ⁊ filijs: ⁊ cuꝫ .M. cel.
seruis suis cum vxoribus quoq͂ eoꝝ ac fi-
lijs: quos oēs die sabbati pasche manumissos sacri fon
tis vnda ꝯfudit: vt dictum est supra in passione alexan-
dri pape .v. non. maij. Cum aūt traianus imperator hec
audiens de seleucia hisaurie aurelianū comitē ad vrbeꝫ
misisset: ad christianoꝝ p̄secutionem agendā. Aurelian⁹
hermetē prefectū apud quirinum tribunum carcerauit
Alexandrum vero in alia custodia in vinculis p̄ se posuit
Qui t͂n vt supra dictum est in passione quirini .iij. calen-
aprilis p̄ pueꝝ qui faculam ferebat de carcere noctu per
fenestrā eductus ad domū quirini tribuni: vbi hermes ī
custodia tenebat̄ veniens ip̄m quirinū ꝯuertit: filiamq͂
eius sibi ad carcerem suum delatam a strumate libera-
uit: et quirinum cum filia et oībus in ipsa detentis cu-
stodia baptizauit. Cum aūt hec aurelianus percepisset.
Quirinum in carcerem trudi mandauit. Hermetē vo
decollari iussit. Qui decollatus a beata theodora sorore
collectus: ⁊ in via salaria vetere non longe ab vrbe sepul
tus est .v. cal. septembris.

¶ De sancto Alexandro ep̄o. Cap. xxx.



Lexander ep̄s cōstantinopolitanus claruit
t̄pibus constantini magni ⁊ constantij eius
filij. de quo refert sozomenus in sc̄do histo-
rie tripartite: q̄ dum constātinus imp̄ator
venisset bizantium: que postmodum appel-
lata ex noīe suo cōstantinopolis dicta est: a philosophis
redarguebat̄: q̄ xp̄m coleret: ⁊ q̄ nouā legē in republica
introduxisset. Cūq͂ imp̄ator disputationē ordinasset: et
alexandrum ep̄m ad hoc conuocasset: ille minus philo-
sophie peritus: cum philosophis cōgredi dubitauit: t͂n
in deo ꝯfisus ante oīa philosopho loqui volēti: in christi
noīe silentiū imperauit. Illoq͂ nullaten⁹ loqui valente:
alexander victor efficit̄: ⁊ philosophi cū plurimis cōuer-
tunt̄. ¶ Sed ⁊ t̄pe cōstantij dum diutius cum arrio he-
retico disputasset: ⁊ ꝯtentio maxima inter catholicos ⁊
arrianos esset: orante alexandro: arrius subito ventris
dolore p̄cussus iuxta foruꝫ constantini ad secreta nature
secessit: ibiq͂ dei iudicio oīa interiora ⁊ vitam emisit: p-
pter qđ fides catholica ab oībus est exaltata. beat⁹ vo
alexander gloriosus senex post laudabilem vitam annoꝝ
xcviij. ep̄at⁹ aūt sui āno .xxxiij. q̄euit ī pace .v. cal. septēbr.

¶ De sctō Juliano martyre de Aluernia. Cap. xxxi.



Ulianus martyr apud aluerniā passus ē
sub crispino ꝯsulari. hic ex aluernis nat⁹
ex nobilibus parentibus et christianis:
christianus ⁊ ipse ferreoli tribuni ⁊ mar-
tyris comes erat: ⁊ vterq͂ deo in militari
habitu seruiebat: qui ⁊ ambo apud viēnā
degebant. Cum autem furor gentilium in christianos
vienne seruiret. Julianus martyrium affectabat. Sed
ferreoli coactus precibus ex viennensi vrbe clandestine
discessit: ⁊ aluerniam fugit: ibiq͂ aliquandiu latitauit.
Quē crispinus ꝯsularis ibi esse audiēs: misso carnifice
precepit inuentum occidi: ille vo sponte profitens: et se
christianum ꝯfitens decollat̄. Cuius caput leuātes mi
lites ad sanctū ferreolum portauerūt: vt nisi sacrificaret
similem

similem sententiam exciperet:qđ ⁊ factum est: vt dicet
infra in passione ferreoli martyris.xiiij.calen.octobris.
Sicqꝫ factum est vt caput sancti iuliani cum corpore fer
reoli in eodē sepulchro vienne locaret:corp⁹ vero iuliani
sine capite aluernie reconderetur. Qui passus ē.v.calē.
septembris.


¶ De decollatiōe sancti Joānis baptiste. Cap.cxxxij.



Decollatio sancti ioannis baptiste quattu
or ex causis instituta fuisse videt:vt dicit i
libro mitrali. Primo ppter ipsius decolla
tionem. Scđo ppter ossium ipsius cōcre-
mationem ⁊ collectionē. Tertio ppter ca
pitis ipsius inuentionē. Quarto ppt di-
giti eius translationē:⁊ ecclie dedicationem. ¶ Primo
celebrat hoc festum ppter ipsius decollationē que hoc
modo facta est:vt in scholastica historia legit. Herodes
eñ antipas filius magni herodis ascalonite:romā pfi
ciscens:⁊ p fratrem suum philippum transitū faciens:
cum herodiade vxore philippi concubuit:⁊ secreto pepi-
git:ꝙ in reditu suo vxorem repudiaret:⁊ ipsam assume-
ret. Qđ vxor sua filia regis arethe damascenoꝝ cōperiēs
non expectato viri reditu:ad patrē festinauit. Rediens
aūt herodes herodiadem philippo abstulit:⁊ sibi in cō-
iugem accepit. Cūqꝫ de hoc a ioanne baptista argueret
ipsum in carcere vinculauit:vxori quoqꝫ placere cupiēs
eum occidere voluit:sed ppl'm timuit:vt tñ occasionem
inueniret:secreto cum vxore condixit:vt herodes die na
talis sui celebrato conuiuio:puelle saltanti filie ipsi⁹ he
rodiadis quicqđ peteret se ei daturū iuramēto firmaret:
⁊ ipsa caput ioannis peteret:qđ ei ppter iuramentum
tribuere oporteret:sed de iuramento facto:contristari se
simularet. Ordinato igit cunctis principibus suis con-
uiuia puella coram omnibus saltat:cunctis placet:se ei
quicqđ peteret daturū rex iurat:a matre monita caput
ioannis expostulat. Versipellis herodes se ppter iusiu-
randum tristem simulat:spiculatorē mittit:⁊ ioannem
in carcere decollari fecit:caput in disco puelle datur: et
a puella matri adultere presentat. In hac aūt die ioan-
nes decollatus non est:sed circa dies azimoꝝ eodez die
passionis xp̄i.anno videlicet precedente:sed oportuit vt
propter dñica sacramenta minor cederet maiori. ¶ He
rodes aūt impunitus non abijt:sed pro hoc scelere i exi-
lium a cesare lugdunum missus miserabiliter vitam fi-
niuit. Habebat eñ ipsum caius cesar suspectū:ꝙ roma
no vellet imperio rebellare. In cuius argumentū com-
perit ꝙ in ciuitatibus suis haberet arma pro septua-
ginta milib⁹ armatoꝝ. ¶ De herodiade autem dicit:ꝙ
dum caput ioannis in manibus teneret:et eidem gau-
dens plurimum insultaret:diuino iudicio caput in eaꝫ
insufflauit:⁊ illa pmitus expirauit. Filia vero eius cū su-
per glaciem ludens deambularet:sub ea glacies resol-
uit:⁊ ipsa in aquis continuo prefocat. ¶ Scđo celebrat
hoc festum ppter ipsius ossium concremationem ⁊ col-
lectionem:que ipsa die scilicet.iiij.calen.septembris sm
quosdam fuerunt cōcremata ⁊ a fidelibus ex parte colle-
cta:vnde quasi secundum martyrium patitur:cū in suis
ossibus cōcrematur. Et ideo ecclesia hoc festum quasi se
cundum eius martyrium celebrat. Nam sicut legitur in
xij.libro historie ecclesiastice.cum discipuli iohannis cor
pus eius apud sebasten vrbem palestine inter heliseum ⁊
abdiam prophetas sepelissent ⁊ ad eius tumulum mira
cula crebra fierent:iubente iuliano apostata gentiles os-
sa eius sparserunt ⁊ miraculis adhuc non cessantib⁹ col
lecta igne cremauerunt:⁊ puluerem per agros ventila-
runt. Dum autem ad cremandum colligerentur: quidā
monachi ex hierosolymis venientes:colligentibus se la-
tenter miscuerunt:⁊ magnam eorum partē tollentes ad
philippum episcopum hierosolymitanū detulerunt. qui
ea postmodū athanasio alexādrino episcopo misit. Post
modum vero theophilus eiusdem vrbis episcopus: ea in
templo serapis a sordibus purgato reposuit:⁊ ecclesiaꝫ in
honorem ioannis baptiste dedicauit. Nunc autem eadē
ossa apud ianuam esse dicuntur:⁊ ibidem deuote colun
tur:sicut alexander tertius ⁊ innocentius quartus pape
suis priuilegijs approbarunt. ¶ Tertio celebratur pro-
pter capitis ipsius inuentionē.que hoc die.s.iiij. calen.
septembris facta est. Sicut enim dicitur in.xj.li. ecclesia
stice historie. Johannes in castello arabie dicto macher-
onta fuit vinctus ⁊ capite truncatus. Herodes autē ca
put iohannis in hierusalem fecit deferri:⁊ iuxta habita
culum suum caute sepeliri:timens ne propheta resurge-
ret:si corpus cum capite sepultum esset. ¶ Tempore ve-
ro martiani principis.qui cepit anno domini.cccclij. Jo
annes caput suū duobus monachis reuelauit.qui illud
iuxta dictum palatium inuenerunt saccis cilicinis inuo
lutum. Qui dum ad propria cum dicto capite remearent
quidam edessene ciuitatis figulus paupertatem fugiēs
se comitem eisdem exhibuit. Et dum perain sibi creditā
cum sacro capite portaret:admonitus in somnis a san-
cto iohanne eos fugiens edessenam vrbem cuꝫ sancto ca
pite ingressus est. vbi q̄diu vixit sanctum caput in quo-
dam specu venerans.prosperitatem maximaꝫ assecutus
est. Moriens autem illud sorori sue sub fide reuelauit.et
eodem modo inuicem successores. ¶ Post multum vero
temporis marcello monacho in eodem specu degēti hoc
modo reuelatur. Nam prima nocte dormienti sibi vise
sunt:ꝙ turbe psallentes incederent.post quos iohānes
baptista duobus angelis comitatus veniret:qui omni-
bus astantibus benedixit.⁊ marcelluꝫ per mētum appre
hendens osculum pacis ei dedit. Qui eum vnde venisset
illuc quesiuit:illeqꝫ se de sebaste venisse respōdit. Sequē
ti vero nocte cum de tali visione admiratus iterum dor-
miret.quidam eum subito excitauit:⁊ euigilans vidit in
hostio celle stellam fulgentem:quam dum palpare vel-
let in aliam partem se transtulit:⁊ sic in pluribus locis
post eam iuit. Tandem in loco vbi erat sanctuꝫ caput re
quieuit.vbi fodiens reperit vrnam:⁊ in ea sanctum the-
saurum. Sed dum quidam hoc non credens manum in
hydriam misisset.statim manus exaruit:⁊ hydrie adhe
sit. Orantibus autem socijs manum abstraxit:sed inuali
da remansit.cui iohannes apparuit dicens vt cū caput
eius in ecclesia poneretur:hydriam contingeret.⁊ sani-
tatem integram perciperet. Quod ⁊ factum est. Cum au
tem marcellus hec omnia iuliano ipsius vrbis episcopo
indicasset.caput de spelunca ab eis est eleuatum.⁊ in ip
sam vrbem delatum. Ex eadem die cepit in ipsa ciuitate
decollatio ioannis celebrari qua caput eius inuentuꝫ est
scꝫ.iiij.calen.septembris. ¶ Ipsum autem caput postmo
dum constantinopolim trāslatum est. Nam vt in tripar-
tita habetur cum valens imperator caput sanctum vehi-

culo impositum ꝯstantinopolim transferri iussisset: cū cir
ca chalcedoniā venissent vehiculum nullatenus vlterius
trahi potuit: ideoq; ipsum ibidē dimittere coacti sunt.
Sed cū postmodū theodosius ipm inde auferri vellet vir
ginem quādā custodie capitis deputatā rogauit: vt sibi il
lud inde portare dimitteret. Illa aūt cōsensit: credēs ꝙ si
cut alias ita etiā tunc nō ꝑmitteret se auferri: qd īpator
purpura sua optū cōstātinopolim trāstulit: ⁊ ibidē locato
ecclesiam edificauit. Inde quoq; ad gallias apud picta-
uiā a pipino rege trāslatū est: vbi eius merit' mortui plu
res suscitati sunt. Quarto ꝓpter digiti ipsius trāslatiōē
⁊ ecclesie dedicationē. Digitus em̄ ille vt dr̄ quo dn̄z ostē
dit: nūq̄ ꝯburi potuit: qui a predictis monachis rep̄t' est
ipmq; sancta thecla inter alpes trāstulit: ⁊ in ecclesia scti
martini collocauit: vt in scholastica habet'. Joannes be-
leth etiā dicit ꝙ predicta sctā thecla ipm digitū de vltra
marinis ꝑtibus attulit: ⁊ in romaniā portauit. Ibidemq;
ecclesiam in honorē baptiste fabricauit: quā ecclesiā hac
die quidam dedicatam asserūt: ⁊ idcirco tale festū .iiij. ca
len. septembris celebrare ceperunt.

¶ De sctā Sabina martyre. Capitulum .cxxiij.


Abina martyr rome passa est tpe hadriani
imperatoris sub ꝑfecto vrbis elpidio. hec fuit
vxor cuiusdā ꝑclarissimi valētini ⁊ filia he-
rodis metallarij. Que a sctā seraphia vgi
ne cōuersa est ad dn̄m. Cuius etiā corp' se-
peliuit ipsa sabina: vt dicet' infra in passio
ne seraphie .iij. non. septēbris. Et post martyriū eius bea-
ta sabina anno fere integro elemosynis ⁊ refectionib' pau
perum instuduit. Deinde a ꝑfecto vrbis elpidio cōprehen-
sa cōpellebat' vt xp̄m negaret: ⁊ ydolis immolaret. Que cū
se soli xp̄o deuotā ⁊ nō demonijs sacrificaturā diceret. Ius
su nequissimi ꝑfecti decollat': ⁊ facultates ei' oēs fisco appli
cant'. Cuius corpus a xp̄ianis sepultum est in oppido ven
diensi ad arcum faustum .iiij. cal. septembris. vbi ipsa cor-
pus seraphie virginis posuerat.

¶ De sanctis Sauiniano martyre ⁊ Sauina
virgine. Cap. cxxiiij.



Auinianus martyr ⁊ sauina vgo in ciuita-
te trechas venerant. Ibi nobilissimi viri sa
uini: sed gētilis filij fuerūt: qui de pma vxo-
re sauinianū genuit: de scda cōiuge sauinā
ꝓcreauit. Sauinianus aūt legēs vsuz illū
Asperges me ⁊c. Et intelligere nō valēs: in ci
nere ⁊ cilicio ꝓstratus iacebat: dicēs se malle mori: q̄ non
intelligere sensum vbi. Cui apparuit angel' dn̄i: eiq; dixit
ꝙ si baptizari vellet: niue cādidior fieret: ⁊ tūc qd q̄rebat
intelligeret. Exinde igit' ydola cōtēnens de ciuitate aufu
git ⁊ ad vrbē trechasinā deuenit. Et cū ad fluuiū sequane
venisset a ꝑsbytero xp̄iano baptizat' est: ⁊ voce celica ꝯfor
tatus: q tūc qd diu q̄siuerat inuenisset. Statimq; bacu-
lū suū in terra fixit: ⁊ cōfestim frōdes ac flores produxit.

Quo viso miraculo .M. cviij. viri in dn̄o crediderunt. Au
diens hec aurelianus imperator ad ipsum capiendum
milites misit. Qui eum orātem inuenientes ad eū accede-
re timuerūt. Misit iterū plures prioribus: q cū orāte ora-
uerunt: ⁊ vt secū ad augustū accederet: solis ꝓcib' īpetra-
runt. Qui cū venisset ⁊ sacrificare nollet. Impator eū ma-
nibus ac pedib' vinctū iussit virgis ferreis cedi. Deinde
sup scānū eneū ligari: ⁊ ligna ac oleū supponi: ⁊ incendio
cremari. Et cū in medio flāme illesus oraret ⁊ hec aurelia
nus magie attribueret: in crastino fecit eū ad stipitē liga
ri: ⁊ a militibus sagittari: sagitte vero a laterib' ei' in ae-
re suspendebant': ⁊ a nulla ipsa⁊ mr̄ dn̄i ledebat'. Et cū im
perator ad spectaculū istud accederet: vna ex sagittis re-
gē in oculo ꝑcussit ⁊ penit' excecauit: vnde irat' impator
iussit eū in carcere recipi ⁊ in crastino decollari. Sauinia
nus aūt orans vt ad locum vbi baptizatus fuerat trāsfer-
ret': cōfractis catenis ⁊ apertis hostijs ꝑ medium militū il-
lucvenit. Et vidēs milites se insequētes sup aquā vsq; ad
locum baptismi sui ambulauit. Et cum milites transua
dentes eum ꝑcutere formidarent: eos vt se ferirent cōfor-
tauit: ac vt de sanguine suo regis oculum linirent: ⁊ statī
visum recuperaret. Percussus ergo caput suū leuauit ⁊ pas
sibus .xlix. illud portauit. De cuius sibi delato sanguine I
perator oculum tetigit ⁊ confestim visum recepit. Qd au-
diens q̄dā qui antea ꝑ annos .xl. lumen amiserat ad locū
se portari fecit: ⁊ ꝓtinus lumen recupauit. Cuius corpus
a xp̄ianis ibidē sepultū est iuxta fluuiū. ¶ Sauina autē
cū fratrē sauini quotidie fleret ⁊ ꝓ eo dijs imolaret: tan-
dem sibi in somnis angelus dn̄i apparuit: ⁊ eidē iussit vt
domum suā relinq̄ret: ⁊ fratrē suū honoratissimum inue-
niret. Que euigilans collactaneā suā eādē vidisse visionē
audiuit. Latēter ergo ambe in crastino recesserunt. Que
romā veniēs fidē xp̄i suscepit: ⁊ ab eusebio papa baptiza-
ta: in vginitate ꝑmāsit. In vrbe quoq; duos cecos illumi
nauit ⁊ duos contractos sanauit: deinde post annos q̄nq;
angelica admonitione cum comite sua inde recessit: ⁊ ad
trechasinā ciuitatem deuenit. Et cum in vrbe rauenna ad
domum cuiusdam diuitis quasi peregrine hospitium q̄-
rerent: cuius filia quasi mortua plangebat': pedissequa se
excusare cepit: ꝙ eas recipere non poterat: q: sua domina
in extremis laborabat. Sauina autem in christo confi-
sa intrauit: ⁊ puellam per manum appꝛhensam sanā ere-
xit. Cum ergo iuxta trechas vt ei angelus dixerat ad mi
liare venissent ⁊ ambe pre labore quiescerent: virum quē-
dam noīe licerium nobilem de ciuitate venientem sauina
interrogauit vbi nam fratrē suum sauinianum diu amis
sum inuenire posset. Qui eū eundem ꝓ xp̄o passum fuisse
respondit: ⁊ locum sepulture demonstrauit. Ipsa vero an-
te tumulum fratris ꝓstrata orauit ad dn̄m: vt susciperet
in pace spm̄ eius: ⁊ continuo in xp̄o obdormiuit. Ad istā
tiam ergo ꝑfati nobilis oēs ciues ad eā ꝯcurrerunt ⁊ cor-
pus sancte iuxta corpus germani honorifice ꝯdiderunt:
iuxta quos ⁊ postmodum ꝑdicta collactanea eius sepulta
est: quorum festum agitur quarto calen. septembris.

¶ De sanctis Felice presbytero ⁊ Adaucto
martyribus. Cap. cxxv.


Elix presbyter ⁊ adauctus martyres passi
sunt in vrbe sub diocletiano ⁊ maximiano
imperatoribus prefector iudice draco: qui
prefectus dum felicem presbyterum te-
neri fecisset: ⁊ ad deorum sacrificia in-
uitasset: illeq; sacrificare nullatenus ac-
quieuisset. iussit illum in eculeo leuari: ⁊ diutius tor-
queri: deinde extra ciuitatem via ostiēsi. duci ⁊ ibidem
gladio capite truncari: corpus quoq; eius inhumatum
lupis ⁊ canibus derelinqui. Data sententia obuius fuit
ei quidam christianus hominibus quidem incognitus:
deo vero manifestus. Hic cum didicisset ꝙ beatus presby
ter iussus

ter iussus fuisset duci: sic ex eadem lege christianum esse publice pclamauit. Mox & ipse ab officio cōprehensus pariter dato sibi prius pacis osculo cum btō felice decollatus est. Huius nomē qꝫ xpiani nō inuenerūt adauctū eum postmodū appellauerūt: eo qꝫ sctō martyri felici auctus sit ad coronā: ipsiqꝫ pro ꝯfessione fidei corona sit aucta: passi sunt autem tertio calendas septembris.

¶ De scis Terentiano & flacco marty. Cap.cxxxvi.

Terentianus eps & flacc⁹ martyres passi sunt tpe hadriani imperatoris apud ciuitatē tudertū sub letiano pconsule tuscie: qui terentianum cōprehensum & sacrificare nolentem deosqꝫ demonia affirmantem: lapidibus ora cōtundi fecit: & cum idola et oblata cōminuisset: & sacerdos idoloꝝ in facies suā corruisset: iussit pconsul sanctū in eculeo leuari: et scorpionibus grauiter cedi: ignemqꝫ ad latera eius apponi. Qui cum oīa patienter tolerasset fecit linguam eius precidi & pedibus cōculcari: ille vero dn̄m nihilominus & christum diserta voce confiteref: pconsul mutus efficit: ac si eius non sancti lingua precisa fuisset: & annuens manibus: qꝫ loquelam amiserat: post modicum expirauit. Lucius vero & sauinus eius assessores terentianum carceri mācipasūt. Altera vero die cū duceret ad forū occurrit ei flaccus idoloꝝ sacerdos: qui cecus effectus fuerat: sed diuina reuelatione monit⁹ erat: vt ad sanctum p lumine recuperando recursū haberet quem sanctus ad christum conuersum baptizauit et illuminauit. Ambo igitur a militibus tenti sunt: & iuxta flumen secus murum ciuitatis decollati .iij. calen. septēbris. Quorum corpora exuperantius presbyter & laurentia in somnis diuinit⁹ admonita sepelierūt octauo miliario a ciuitate tuderto: in loco qui dicitur petroso.

¶ De sancto Firmino epo. Cap.cxxxvij.

Firminus eps ambianen. que ab ambitu fluminis ambianū dicit: ipsius ciuitatis oriundus filius fuit faustiani nobilissimi viri: qui in honorem sancti firmini martyris filiū suum firminū vocauit: de quo firmino martyre habet infra .vij. calen. octobr. Hic bone indolis puer etate procedente p incrementa virtutum crescens: fact⁹ est eps ciuitatis: qui populum verbo & exemplo in viam salutis direxit: & ab omni gentilitatis errore vrbem purgauit: atqꝫ sup sepulchrū scti firmini martyris ecclesiā dei genitricis construxit. & cōsecrauit: in qua dum in die scō pasche celebraret: celis apertis palmam sibi de superius illapsam aspexit: & ab eo die ab omi carnis inquinamento & motu mundus permansit. Quieuit in pace .iij. calen. septembris: sepultus i ecclesia supradicta: cui successerunt sancti honoratus: d quo .xvij. calen. febr. & saluius: de quo .iij. idus ianuarij.

¶ De sancto Felice psbytero & ꝯfessore. Cap.cxxxviij.

Felix presbyter & confessor apud nolam ciuitatem campanie claruit: cuius pater hermias duos filios habens felicem & hermiam substātiam suam soli felici dereliquit: hermiam vero exheredauit. Felix vero omnes facultates fratri dimisit: & spiritualibus disciplinis se dedit: qꝫ sub sancto maximo nolano epo officium lectoris deinde exorciste gradum accepit. ac deinum per alios ordines ad sacerdotij honorem peruenit. Cum autem christianoꝝ psecutio deseuiret: maximus eps iam senex ecclesiam suā felici presbytero cōmendauit: & ad montium deserta secessit. Cūqꝫ felix predicationi insisteret: a paganis detinet: & in carcerem nudus vinculatur: atqꝫ testarū ei fragmina substernitur. Nocte vero ipsi diuinitus lux effulsit: angelusqꝫ ei astitit: & de custodia ruptis catenis eduxit: atqꝫ ad requirendum eius epm ad montana transmisit. Quē dudū requisitū: felix tandē fame deficientē inuenit: & ex dolore tristis īgemuit: quia nec vnde calefaceret senem algentem habebat: nec vnde aleret fame deficientē videbat. cui xps more orāti subuenit: qui de spinosis sentibus media hyeme vuā pduxit. cuius liquorē sup os senis expssit: moxqꝫ ille resumptis faucib⁹ respirauit. Et postqꝫ alter in alterius amplexus ruit: felix seniorē in humeris suis tulit: & ad cellulam suā pduxit atqꝫ refecit.

¶ Et cū iterum pgressus xpm pdicaret & gregē dn̄i ꝯfortaret: gētiles armati: vt eū caperēt domū eius circūdederunt. Qui egressus p medium illoꝝ transiuit: ita vt eū videntes nō agnoscerent: ipsūqꝫ quasi aliū de felice interrogarent. Ad macerie ergo deserte locū declinauit: statimqꝫ aditū tela ita aranea texit. vt nullus hoīm illuc ingredi potuisse quis putaret: qꝫ vmius musce impetū tremul⁹ finus aranee tele ferre nō posset. Sed post abscessū hostiū felix egressus ad domū cuiusdā vidue secreto puenit & apō ipsam aliquo tpe latitauit. Et dū ex nimia siccitate estiuo tpe in eius puteo aqua defecisset: orāte sctō pluuia larga descendit: & puteū abundāter repleuit. Sicqꝫ in eo ardorem fidei duplicauit: verū postqꝫ ecclesie pax reddita est confessor dn̄i de latebris pduxit: & pplm suaui predicatiōis eloquio in dn̄o confortauit. Qui deo grās agebant qꝫ ipsū quem extinctum putabāt in psecutione cōseruasset.

¶ Cum aūt maximus eps ad dn̄m migrasset: populusqꝫ oēs felicem in epm elegisset: ille omo epari recusauit: et quintum presbyterum elegi fecit. Sub quo & ipse presbyter meritis & vita laudabiliter vixit: & post longos agones in dn̄o feliciter requieuit pdie cal. septēbris. Cuius corp⁹ apud nolam tumulatum iacet: & signis irradiat.

¶ De sctō Paulino epo & martyre. Capitm.cxxxix.

Paulin⁹ eps treueren. & martyr claruit tpe constantij impatoris. Qui tpe arriane infestationis a constātio prefato ob fidē catholicā exilio relegatus: & vsqꝫ ad mortem ppter xpi nomē hincinde mutando exilia fatigatus tandē apud phrygiā defunctus btē passiōis coronā pcepit a dn̄o pdie cal. septēbris. Hec ado in martylogio suo.

¶ De sctō Aristide confessore. Capitm.cxl.

Aristides ꝯfessor claruit apud athenas sub hadriano impatore. Qui philosoph⁹ eloquētissimus fuit: fide sapiētiaqꝫ clarissimus: et xpiane religionis pietate imbutus. Hic hadriano pncipi librum apologeticum p fidei nr̄e rōne cōscripsit & obtulit: & qꝫ xps iesus solus eēt de⁹ corā ipso impatore luculētissime ꝓtauit: eo videlꝫ tpe quo quadratus vir insignis libellū similē eidē cesari pn̄tauit. Qui in eadē ciuitate diem extremum in pace conclusit pridie calen. septembris. Hic hieronymus in libro de viris illustribus.

¶ De sctō Optato epo. Capitm.cxlj.

Optatus eps milesitanus natione apher claruit impantib⁹ valētiniano & valente augustis. Qui fidei pugil & doctor egregius aduersus donatiane ptis calūniā libros .vj. edidit: in quibus donatistarum crimen falso in nos retorqueri asseruit. Qui & sanctitate & vita non infimus apud antisiodorum in pace quieuit pdie calen. septēbris. Hec hieronymus vbi supra.

¶ Explicit liber septimus.

¶ Incipit prologus libri octaui.

Octauus liber presentis catalogi contiuet testat passiones illorum sanctorum quorū festiuitates occurrunt infra tps quo repsentat ecclesia ppagationem filiorum qui

fuerunt ipsius ecclesie ꝯseruatores: quales fuerunt sctī confessores. Hoc aūt tps est a cal. septēbns vsqȝ ad calen. octobris. Et hoc sub figura sanctoꝝ: iob. tobie: esdre: iudith: ꝛ hester: quoꝝ tunc gesta recolunt: ꝯfessoꝝ patiētiā ꝛ sctitatē ꝺe notātia: q in tribulatione positi: mundū carnem ꝛ dyabolū [illegible] vicerunt. Ad ipsius igit tpis festa per tractāda transeamus. ☙ Et notādū ꝙ qꝛ oēs iudices israel: q fuerunt post moysen ante reges gñalr in catalogo sanctoꝝ [illegible] in diuina scriptura connumerant: ꝛ duoꝝ [illegible] ipsis solūmō: videlȝ iosue filij nun ꝛ gedeonis: festum [illegible] cal. septēbns recolit: quo videlȝ die ipsi ambo diuersis tpibus decesserunt: vt hieronymus scribit: reliquoꝝ aūt pdcoꝝ sanctoꝝ dies dormitionis necubi reperiunt. Idcirco [illegible] gesta etiā reliquoꝝ iudicum: qui oēs sctī fuerunt in cal. septēbns cōscribere volui: vt gesta eoꝝ quoꝝ dies incertus habet: hystorijs consocioꝝ: quoꝝ dies hic agit: merito copulent. Acta etiam quorūdā alioꝝ eisdē iudicibus contemporaneoꝝ: quoꝝ siłr festiuitates certos dies nō habēt: vt raab: caleph: ꝛ ruth: p̄fatis iudicum hystorijs inserendo.

☙ Incipit liber Octauus a calen. septembris vsqȝ ad calen. octobris.

☙ De sctō Josue pphetaꝛ duce. Capl̄m. j.

Josue ppheta ꝛ dux populi isrł filius nun alio noīe dictus iesus filius naue de tribu effraim moysi prophete: ꝛ duci eiusdē populi in ducatu successit: de quo dicet infra in eius festo pdie noñ. septembris. Hic moyse defuncto cū populus esset vltra iordanē cōtra hiericho: loquēte sibi dñō mādauit populo vt ppararent se ad transeundum iordanē. Misitqȝ duos exploratores de sethim in hiericho qui sub simulatione salutatis explorauerunt terram: et ad domum raab meretricis declinauerunt: quos illa abscondit a facie nuncioꝝ regis hiericho querentium eos: ꝛ per murum nocte dimisit: vt dicet infra in eius legenda. Reuersis ergo exploratoribus ad iosue: tribus trāsactis diebus pcepit iosue sacerdotibus: vt tollerent arcam dei ꝛ intrantes cum ea iordanem: omnem populum pcederēt. Cūqȝ intrassent sacerdotes aquam quam penitus immeabilem inuenerant: eo qđ plus solito excreuisset: steterunt aque descendentes ad instar montis intumescentes vsqȝ ad locū qui dr sarathan inferiores vero aque in mare mortuum descenderunt: sicqȝ siccato fluuio oīs populus p arētem alueum ptrāsiuit. Tulitqȝ iosue. xij. lapides de alueo in siccum: ꝛ alios. xij. de sicco in alueum reportauit. in miraculi testimonium. Et cum transisset populus reuerse sunt aque ad locum suū. Deinde iosue filios populi: qui erant incircuncisi: dei mandato circuncidi iussit in galgalis. Et fecerunt fase. xiiij. die mensis pmi in cāpestribus hiericho: ꝛ comederunt de fructibus terre: eo ꝙ sibi māna defecisset: quo p desertum aliti fuerāt. xl. annis. Post hec iosue mandauit arcam dei. vij. diebus circunduci circa muros hiericho: pcedentibus. vij. sacerdotibus ꝛ clangentibus. vij. tubis: omniqȝ populo armato subsequente. Septimo vero die post septimam circuitionem: vociferantibus cunctis: muri hiericho funditus corruerunt: ꝛ intrauit quisqȝ per locum qui contra se erat: ꝛ interfecerunt omnes viuentes in ea: ꝛ combusserunt eam: ꝛ omnem supellectilem eius: sola raab cum domo sua reseruata. Mādauerat aūt dñs p iosue vt nemo aliquid de hiericho tolleret: sed oīa velut anathemata igne consumerent. achor autem filius carmi de tribu iuda: latenter tulit regulam auream ꝛ chlamydem coccineam contextam auro: ꝛ abscōdit humo. Cum autem misisset iosue tria milia virorum ad expugnandam ciuitatē hai: pcussi sunt a viris hai ꝛ ceciderunt ex eis. xxxvj. viri. Contristatusqȝ iosue orauit ad dñm. Cui dñs respondit ꝙ non esset cū populo donec mūdaret anathema. Jussitqȝ hoc sorte scrutari. Josue autem oī populo ꝯgregato sortes misit. Et pmo p tribus inuenit sors tribum iude: deinde per familias inuenit familiā zare: deinde p domos domū carmi: deinde per capita caput achor. Qui confessus pctm̄ suum ab oī populo est lapidatus: ꝛ oīs domus eius interfecta: oīsqȝ substantia eius exusta. Quo facto iosue de mandato dei ascendit contra ciuitatē hai: ptēqȝ exercitus in insidijs collocauit post ciuitatē. Cū reliqua vero parte ciuitatē aggressus est. Et cum aliquādiu pugnassent populus cū iosue terga vertētes: arte simularunt fugam. Rex aūt hai cum oī populo egressus eos insecutus est. Et cū eos longius traxissent ab vrbe: surrexerunt: qui erant in insidijs: ꝛ ingressi ciuitatem nemine resistente eam incenderunt. Josue vero retrocedēte ꝛ insidijs ciuitate egressis: hostes ex vtraqȝ pte conclusi interfecti sunt. Omnisqȝ populus inuentus in vrbe occisus est: ꝛ ciuitas igne consumpta: oīa quoqȝ bona ciuitatis populo in pdam diuisa sunt. Rex etiam ciuitatis hai in patibulo suspensus interijt. ☙ Gabaonite vero videntes quod fecerat israel de duabus ciuitatibus: timuerunt valde: ꝛ missis ad iosue ꝛ populum nuncijs inierunt cum eis fedus: quibus filij israel iuramento confederati sunt. Et facti sunt gabaonite eorum serui lignorū cesores ꝛ aque portitores in perpetuum. ☙ Adonisedech autem rex hierłm audiēs gabaonitas cōfederatos filijs isrł cōuocatis secū qtuor regibus amorreoꝝ obsedit gabaon Quod audiens iosue collecto exercitu repente irruit sup eos: ꝛ versi sunt in fugā p descēsum bethoren. Misit deus grandinē sup eos: ꝛ plures occidit grando ꝙ gladius. Videns aūt iosue solē descendentē ad occasum ꝛ lunā ascendentē timens ne bñficio noctis hostes euaderent: precepit soli contra gabaon ꝛ lune ꝯtra vallē habilon: ne mouerent. Steteruntqȝ sol ꝛ luna spatio vnius diei: nec fuit añ ꝛ postea tā lōga dies. Tūc quinqȝ reges se absconderūt in spelūca maceda. Ad quoꝝ custodiā iosue viros dimisit. Cesis quoqȝ ꝛ deletis oībus aduersarijs: iosue quinqȝ reges pductos in patibulis suspēdit. Eodē quoqȝ die pcussit macedā in ore gladij: postea ꝛ deuastauit lebnā ꝛ lachis: eglō ꝛ hebrō: ꝛ dabir ꝛ reuersus est ad castra in galgala. ☙ Jabī aūt rex assor ꝯgregatis. xxiiij. regibus cū turmis suis habētibus secū. ccc. milia armatoꝝ. ꝛ. ij. milia curruū pugnauit cū iosue ꝛ pplo isrł: sȝ deuictus est iabin ꝛ oēs sui occisi pter eos qui se receperūt in vrbes ꝛ castra munitissima. fecerant em̄ chananei plures munitiones peruallidas a die q audierāt egressum isrł de egypto aduersum eos: nec eas nisi lōgo tēpore ꝛ grandi labore obtinuerūt hebrei. Vastauit em̄ iosue vniuersam circa regionem nulli etati parcēs aut sexui: ꝛ ditatus est isrł supra modū ex hostiū pda. Quintus autē annus iā transierat: ꝛ iosue transtulit a galgalis locum tabernaculoꝝ in silo: ꝛ illuc transtulit tabernaculū

cum

cum omni ornatu suo pro loci opportunitate. Et inde ꝓcedens in sichem constituit in monte ebal altare domino de lapidibus impolitis: offerens super illud holocausta: scripsitq; super eo deuteronomium: quod quidam intelligunt mandata deuteronomij: deinde rediit in silo. ¶ Post hec concessit iosue tribui iuda montana ad meridiem: que iam acquisierant: sed nondū sorte tradidit. Effraim quoq; concessit montana ad aquilonem: inter vtrisq; ponēs dimidiā tribuꝫ manasse. His trib⁹ tm̄ ꝯmisit terram alijs in castra manentibus: tum quia bellicose erant: tum quia digniores. Sciebat enim iude regnū esse ꝓmissum: ⁊ manasse ⁊ effraim benedixisse iacob pro beneficio ioseph patris eorum. Dedit aūt effraim extra sortem agrum sichem: quem dederat iacob singulariter ioseph filio suo: ⁊ sepeliuit i eo ossa ioseph: que attulerat de egypto. Ipse enim iosue effrateus erat. Dedit etiaꝫ caleph filio iephone hebron in possessionem: ⁊ quieuit terra a prelijs. ¶ Iterum autem conuocauit iosue populuꝫ in silo: ⁊ assumpsit de singulis tribubus tres viros ad cōsiderandum terram: vt eā sorte diuideret: deditq; eis singulis .x. viros metiendi peritos. mandans ne scdm quantitatem terram metirentur sed scdm estimationem felicis terre. Qui circūeuntes terram ⁊ mensurantes septio mense reuersi sunt ad eum in silo. Proiectisq; sortibus. Prima sors iude egressa est. Secunda symeonis. Tertia beniamin: que sors angustissima fuit propter terre fertilitatem. Quarta effraiꝫ. Quinta medie tribui manasse. Sexta isachar. Septima zabulō. Octaua aser. Nona neptalim. Ultima dan. Ruben auteꝫ ⁊ gad ⁊ dimidia alia tribus manasse viuente moyse in sortem habuerant terras galaad trans iordanē. Sed ⁊ leuitis separauit .xlviij. ciuitates ad inhabitanduꝫ. Filij aūt ruben ⁊ gad ⁊ dimidia tribus manasse transeuntes iordaneꝫ in locū sortis hereditatis sue: edificauerunt iuxta iordanem ad tumulos altare mire magnitudinis: qđ iosue ⁊ alij qui citra iordanem erant audientes: voluerunt eos disperdere ⁊ insurgere contra eos: putantes ꝙ altare erexissent: vt super eo victimas immolarent: quod non licebat nisi super altare tabernaculi. Sed per nuncios suos eisdem missos inuenerunt: ꝙ altare fecissent: non in sacrificiuꝫ sed in testimoniuꝫ: ne videref alter populus: eo ꝙ trans iordaneꝫ esset ex loco diuisus. Et sic inuenientes eos rectaꝫ habere intentionem ad dn̄m: reuersi sunt ⁊ laudauerūt eos. ¶ Cum aūt iosue vna cū populo iteꝝ in silo congregato cum dn̄o fedus inisset: omniaq; recte disposuisset: cū esset annorum .cx. in pace requieuit. Nam annorum xliiij. accessit ad moysem: ⁊ .xl. annis eidem in deserto seruiuit: ⁊ sic per annos .xxvj. populuꝫ rexit: qui ⁊ in dn̄o obdormiuit cal. septembris: ⁊ sepultus est in tamnathsara: que sita est in monte effraim. Hic enim vti vir sanctissimus ecclesiastici .xlvj. cap. ⁊ .ij. macha. ij. cap. inter veteris testamenti sanctos speciali laude predicaf: ⁊ in alijs plerisq; diuine scripture locis commendatur. Hec de libro iosue: ⁊ ex chronicis iosephi ⁊ hieronymi: ⁊ petri comestoris: atq; guilelmi.

¶ De sancto Caleph. Cap. ij.

Caleph filius iephone de tribu iuda vir sanctus: q̃ ecclesiastici .xlvj. cap. ⁊ .ij. mach. ij. īter sanctos prisci temporis cōnumeratur. Hic fuit vnus ex .xij. exploratorib⁹: quos moyses de deserto pharā misit ad explorandum terrā ꝓmissionis. Qui vna cum iosue filio nun de tribu effraim populū rediens cōfortauit: vt ad terrā ipsam pergerent obtinendaꝫ. Ceteris pauore formidantibus: ⁊ filios israel deterrētibus. Et murmurāte ꝑ ppl'o. Iurauit dn̄s: ꝙ nemo illorum qui ex egypto egressi fuerant a .xx. annis supra ad terram ipsam introirent: preter duos prenominatos viros caleph: videlicet ⁊ iosue. Quod ⁊ ita contigit: populo in deserto .xl. annis moram trahente: donec oīs natio illa mortua est. Propter hoc meritū caleph nō solū meruit reseruari: vt ad terrā intraret ꝓmissam: sꝫ in hebrō possessionē specialē obtinuit. In quā ascēdēs tres filios enach ꝑcussit. Et ciuitatē dabir q̃ prius vocabaf cariathsepher .i. ciuitas literarum obsedit. Quā cū inuenisset munitā ꝓmisit: vt qui primus eam caperet daret ei filiam suam in vxorē. Et accepit eam othoniel filius cenes fratris caleph minor: qui ⁊ post iosue primus iudex fuit in isrl'. Cui caleph natam axan i cōiugē dedit ⁊ vrbē in possessionē cū agris irriguis ab vtraq; pte. Et post multos annos caleph in senectute bona quieuit: ⁊ sepultus est in hebron. Hec vnde supra.

¶ De sancta Raab meretrice. Capitm. iij.

Raab meretrix cuius sctitas iacobi epl'a secundo ca. ⁊ ad hebr. xj. cōmemoraf: in numero sanctaꝝ mulieꝝ veteris testamēti ex ipso euangelio mat. j. cap. ꝯnumeratur. Ad huius domū declinauerūt vespere duo exploratores quos iosue misit ad ꝯsiderandum ciuitatē hiericho: vt supra dictū est in gestis iosue. Hec erat meretrix: ad quam cōfidentius: quasi ad miscendum secū: exploratores ingredi potuerūt: domusq; eius iuncta erat muroꝝ porte ciuitatis. Cū aūt rex hiericho de missis exploratorib⁹ audisset: ⁊ ꝙ ingressi essent domū raab cōperisset: misit ad eam vt eos educeret. Que abscōdit eos in stipula lini quam siccabat supra murū mentiēs eos egressos dū clauderef porta. Dixitq; nūcijs vt eos ꝑuiam iordanis ꝓsequerenf. Tūc ascendēs ad exploratores: narrauit q̃ dixerat nuncijs regis petens ab eis vt qñ de⁹ traderet eis hiericho capiēdaꝫ ꝯseruarent eam. Quod exploratores mulieri ꝓmiserunt cū iuramento. Tunc dimisit eos mulier de fenestra p murū cū fune coccineo. Deditq; eis signum funē ipm in fenestra ligatū: vt cū caperef ciuitas ex signo ppl's cognosceret domū illam esse seruandam. Et dimissi nuncij ad iosue redierunt: ⁊ ei q̃ gesta fuerant: narrauerūt. Iosue vero ⁊ maiores ppl'i ꝓmissionē exploratoꝝ ratam habuerunt. vnde ⁊ capta hiericho atq; deleta: sola domus raab cum oībus suis intromissis cōseruata est. Quam ꝓcessu tꝑis salomon princeps tribus iude duxit in vxorē ex q̃ genuit booz: ⁊ ex qua dn̄i filius s'm carnē est ꝓpagat⁹. Et hec in coloniam iudeoꝝ transiens laudabili fine quieuit.

¶ De scō Othoniele iudice. Capitm. iiij.

Othoniel iudex filius cenes fratris caleph supradicti de tribu iuda: primus post iosue in isrl' iudicauit. Nam cum iosue mortuo surrexissent alij in filijs isrl': qui nō viderāt virtutes dn̄i: quas fecerat in diebus moysi ⁊ iosue: fecerunt malum in cōspectu dn̄i: et seruierunt baalī astaroth: ⁊ dijs terre: cōtraxerūtq; cōiugia cū alienigenis. Quamobrē indignata diuinitas non deleuit gentes de medio eoꝝ: vt essent eis in aculeum ⁊ laborem. Tradiditq; eos de⁹ in manus chusan rasathaim regis mesopotamie syrie: seruieruntq; ei .viij. annis: ⁊ clamauerunt ad dn̄m: qui suscitauit eis liberatorē othonielem: ⁊ fuit dn̄s cum eo: ⁊ pugnauit aduersus chusan rasathaim: ⁊ oppressit eum: ⁊ liberauit ppl'm. Quieuitq; terra per annos .xl. quibus thoniel iudicauit populum. Et mortuus est othoniel in pace.

¶ De scō Aioth iudice. Capitm. v.

Aioth filius gerra filij gemini de tribu effraim s'm guilelmum: scdm vero comestorem de tribu beniamin: secūdus iudex post iosue in isrl' iudicauit: mortuo eñ othoniele eglon rex moab adiūctis sibi filijs amō ⁊ amalech: transiens iordanem percussit filios isrl': ⁊ posuit ydola sua in galgalis: vbi solebat esse tabernaculū: fecitq; sibi domū in vrbe palmaꝝ .i. hiericho: et seruierunt ei filij isrl' .xviij. annis: ⁊ clamauerunt ad dn̄m

qui suscitauit eis baioth: qui vtraqȝ manu ꝓ dextera vtebaẜ. Miserũtqȝ filij isrl̃ munera eglõ regi ꝑ manũ baioth qui fecit sibi gladium ancipitẽ lõgitudinis palme vnius manus ⁊ accinctus est eo in femore subter clamydẽ. Erat aũt eglon crassus nimis. Cũqȝ obtulisset ei munera ⁊ discessisset ab eo cũ socijs: reuersus iterũ solus ait ad regem: ꝙ ꝟbũ haberet ei secreto explicandũ. Egressisqȝ oĩbꝰ qui cũ rege erãt extẽdit baioth manũ sinistrã: ⁊ tulit siccam de dextro femore: ⁊ infixit in vẽtrẽ eius: nec eduxit eã: ſȝ dimisit in corpe. Clausisqȝ hostijs ꝑ posticũ egressus fugit. Serui vero regis post longã morã intrãtes inuenerunt regem mortuũ iacentẽ. Venitqȝ baioth in sarath ⁊ insonuit buccina in monte effraim ⁊ cõgregatus isrl̃: descenderunt cũ eo ad iordanem: ⁊ volẽtes trãsire moabitas ꝑcusserunt ex eis decem milia: ⁊ humiliatus est moab sub manu isrl̃. Et quieuit terra .lxxx. annis: qbꝰ baioth iudicauit: q̄ ⁊ in pace mortuus est senex: ⁊ post hec de philisteis volentibus intrare: israel quidam sangar occidit ex eis sexcentos vomere vno: nec tamen inter iudices computaẜ: q2 eodẽ anno vitam finiuit.

De sctã Delbora ꝓphetissa. Capłm. vj.

DElbora ꝓphetissa de tribu effraim ⁊ vir eiꝰ barach siue laphidoth de neptalim tertij post iosue in isrl̃ iudicauerunt. Cũ eñi post mortẽ baioth filij isrl̃ fecissent malũ in conspectu dñi tradidit eos dñs in manꝰ iabin regis chanaan: qui regnabat in aser: ⁊ habuit quendã sisaram ducẽ exercitus sui. Ipse aũt habitabat in aseroth gentiũ: q̄ oppssit filios isrl̃ ꝑ annos viginti ⁊ clamauerunt ad dñm. Erat aũt delbora ꝓphetissa: q̄ habitabat in monte effraim sub palma: ⁊ ascendebãt ad eam filij israel ad querendũ iudiciũ. Que virum suum ad uocans ex ꝑcepto dñi dixit ei vt duceret exercitum in mõte thabor contra sisarã ducẽ exercitus iabin. Qui assumptis pugnatoribus decem milia de nepthalim ⁊ zabulõ cũ ipsa delbora iuit in montem thabor. Sisara vero exercitũ congregauit ad torrentem cison .ccc. milium armatorum Descendenteqȝ barach de monte cum suis stante delbora in monte ad orõnem: ꝑterruit dñs multitudinem sisare vento grandine niue ⁊ pluuia: q̄ cadebant in facies eorum: ita vt arcus ⁊ fundibule inutiles fierent ⁊ plurimi de equis ⁊ curribus excussi contereba̅ẜ. Sicqȝ cõuerso in fugam exercitu sisare: ipse de curru exiliens fugit ad domum cuiusdam mulieris noĩe iahel: q̄ habitabat in valle sennã: iuxta cedes q̄ fugientem rogantẽqȝ: vt ipm celaret suscepit: ⁊ ꝑtenti poculum dedit lac: vt grauius obdormiret. Dormienti vero clauum ꝑcussum malleo ꝑ vtrũqȝ tps immisit: ⁊ in terram confixit: ⁊ barach post paululum venienti ostendit. Barach vero exercitũ ducens vsqȝ ad absor obuium sibi regem iabin interfecit: ⁊ ciuitatem euertit. Et sic quieuit terra hebreoꝝ ꝑ annos quadraginta: quibꝰ iudicauerunt delbora cum viro suo barach: qui ⁊ in pace sepulti quieuerunt in terra effraim.

De sctõ Gedeone iudice. Capłm. vij.





GEdeon iudex filius ioas de tribu manasse: quartus post iosue filios isrl̃ iudicauit. Cũ eñi israel in conspectu dñi deliquisset: tradidit eos deus in manu madian septem annis. Cũqȝ clamassent ad dñm. Venit angelus dñi: ⁊ sedit super quercus: que erat in effra. Ager autem pertinebat ad ioas patrem gedeonis Gedeon autem timens aduentum hostium: excutiebat frumenta in torculari vt haberet viaticum ad fugaȝ. Quẽ angelus salutauit: ipsumqȝ ex parte dei misit: vt percuteret madian. Cũqȝ gedeon hedum coxisset: posuit carnes ⁊ azymos panes coram angelo: qui tetigit ea summitate virge quam tenebat: ⁊ ascendens ignis de petra omnia cõsumpsit: ⁊ angelus euanuit. Timentiqȝ valde gedeon dominus apparuit nocte mandans: vt aram baal quaȝ pater suus exexerat destrueret: ⁊ lucum qui erat circa eam succideret: ⁊ dño deo taurum septem annoruȝ immolaret Gedeon vero timens patrem ⁊ ciues nocte oĩa compleuit cum .x. ex seruis suis: inde dictus est hieroboal quasi fortitudo baal: q2 fortis contra eum fuit: Cumqȝ gedeon congregasset de tribus manasse aser zabulõ ⁊ neptalim .xxxij. milia virorum: petijt a domino signuȝ victorie in vellere in area posito: si nocte illa vellus complueretur: area sicca remanente: ⁊ factum est ita. Sequenti nocte petijt signum in contrarium: vt area roraretur: ⁊ vellus siccum esset: qḋ factum est. Venit autem gedeon cum suis ad fontẽ arad ⁊ de mandato dei omnes formidalosos licẽtiauit ⁊ reuersi sunt de populo .xxij. milia: ⁊ tantum decem milia remanserunt. Adhuc gedeon mandato dei populum duxit ad aquas: ⁊ omnes lambentes aquam lingua ⁊ manu sicut canes assumpsit tanq̄ magnimos: reliquos aquam ore sumentes vt delitiosos dimisit: ⁊ inuẽti sunt cum gedeone tantum .ccc. viri: in quibus dñs predixit se traditurũ madiam in manu gedeonis. ne forte multitudo sibi superbe victoriam ascriberet quibus assumptis ⁊ cibarijs ꝑ numero ⁊ totidem tubis gedeon ad certamen ꝓperauit.

Eadem nocte gedeon cum solo puero descendens ad castra madiã: audiuit duos vigiles secũ loquentes vnũqȝ narrantẽ q vidisset somniũ: panẽ videlȝ hordeaceuȝ in castra madian descendentem: ⁊ ea subuertentem. Alium vero ipsum somnium interꝑtantẽ ꝙ panis hordei esset gladius gedeonis: qui vilis inter filios israel reputabaẜ: ⁊ cuius manu deus castra madian tradidisset. His auditis gedeon animosior effectus tulit trecentos viros: ⁊ in dextris eorum posuit tubas: ⁊ in sinistris lagenas vacuas: et in medio lagenarum lampades ⁊ ingressi per gyrũ in tres partes diuisi circa hostiuȝ castra in vigilia noctis medie fregerunt hydrias ⁊ lampades in sinistris tenentes clangebãt tubis: q̄bꝰ oĩbꝰ sonitus terribilis audiebaẜ. Quo subito excitati hostes ⁊ turbati: nec se cognoscẽtes inuicẽ mutuis vulneribus se cedebant. alij in fugam conuersis vsqȝ bersith. Viri autem qui ex .x. milibus remanserant: eos persequebanẜ. Effraim quoqȝ descendit in occursu fugientium: ⁊ occupauit iordanem ⁊ occidit duos reges madian oreb in petra quadam: ⁊ zeb in torculari: ⁊ portauit effraim capita regum ad gedeon. Transiuitqȝ gedeon iordanẽ cum .ccc. viris. zebee aũt ⁊ salmana in valle quiescebãt: nihil aduersum suspicantes .xv. tñ de suo exercitu cesis. Gedeon aũt repente irruit sup eos ⁊ turbato exercitu eoꝝ duos reges comꝑhẽsos occidit. Et reuersus est cũ victoria magna. Et cũ ppłs eũ vellet dñm cõstituere noluit gedeõ: ſȝ soli deo graȝ attribuẽs dñm sup isrl̃ dñaturꝝ esse dixit. Ipse autẽ ꝑ .xl. annos ppłm iudicauit: quibus terra quieuit. Et dormiuit gedeõ in senectute bona caẜ. septembris. Et sepultꝰ est in sepulchro pris sui in effra. Post cuius mortem abimelech eiꝰ filius spurius occidit .lxx. filios legitimos gedeonis: ⁊ dolo atqȝ tyrannide occupauit regnum isrl̃. Solusqȝ ex oĩbꝰ iudicibꝰ se regem noĩari fecit

qui ⁊

qui ⁊ pugnãs aduersus vrbẽ sichem oppressus a mulie-
re q̃ fragmen mole de muro ꝓiecit: pessima interijt mor
te: Jdeo ⁊ nomen eius de catalago iudicum sanctoꝝ dele-
tum est. propter fratricidij ⁊ tyrannidis crimen.

¶ De sancto Thola iudice. Cap. viij.

Thola iudex filius fuha de tribu isachar: qui-
tus post iosue filios israel: Judicauit annis.
xxiij. Qui licet nihil notabile fecisse legat: i
ter sanctos tñ iudices connumerat: in cuius
tpe populum hebreorũ pace fruitũ esse credẽ
dum est: eo ꝙ scriptura nullius belli mentionem facit.
Et fuit mansio thola in oppido sani vrbi ⁊ quiescens in
pace sepultus est.

¶ De sancto Jahir iudice. Cap. ix.

Jahir galaadithes de tribu manasse iudex sext⁹
post iosue iudicauit israel ãnis. xxij. hic habuit
xxx. filios: quos fecit principes. xxx. ciuitatum:
quas nomĩe suo vocauit hauothiahir .i. oppida
iahir. Jn cuius ẽt tpe terra israel pace gaudebat: nec le-
gunt hebrei ab aliqua natione ꝑsecutionem ꝑtulisse. Ex
quo ẽt sanctitas iudicis argui põt: qui feliciter populũ
gubernans ad scelera consueta ruere non permittebat:
qui ⁊ in pace sepultus est.

¶ De sancto Jepthe iudice. Cap. x.

Jepthe galaadithes iudex septimus post iosue
iudicauit israel. Cũ enim filij israel post mortẽ
iahir seruissent dijs gentiũ tradidit eos dñs in
manus philistym ⁊ amon ⁊ afflicti sunt vehemẽ
ter. xviij. annis. Qui clamauerunt ad dñm ⁊ ꝓiecerunt
idola de finibus suis: ⁊ doluit dñs sup miseriam eoꝝ: fuit
eo tpe iepthe galaaditHes vir fortissimus pugnator: sed
filius meretricis. Hic habuit vxorẽ de galaad de qua sus
cepit filios: q̃ adulti patrẽ suũ tanq̃ spuriũ eiecerũt. Et
abijt in terrã thob. Et congregauit inopes ⁊ latrocinan
tes: ⁊ factus est eoꝝ principes. Tunc oppressi maiores na
tu israel descẽderunt ad eũ: ⁊ ipsum in principẽ elegerũt
vt pugnaret ꝓ eis ꝯtra amõitas. Et ascẽdẽs cũ eis i maſ
phat fact⁹ est iudex i ꝑplo. Misitq̃ nũcijs ad regẽ amõ:
vt exiret de terra sua: illoq̃ exire nolẽte: egressus ẽ iepthe
ad pugnã cũ exercitu suo: vouitq̃ dño: vt si victor rẽdiret
q̃cũq̃ ꝓ de domo sua sibi occurreret eũ i holocaustũ do-
mino offerret. Et ꝑcussit iepthe amõitas plaga magna
⁊ hũiliauit eos. reuertẽti aũt in masphat: occurrit ei vni
genita filia cũ tympanis ⁊ choris. Qua visa tristat⁹ ẽ ad
mortẽ: eo ꝙ ex voto ipsam dño necesse hẽret. filia vero i
nullo doluit: ꝓp victoriã pr̃is: ꝫ tñ duoꝝ mẽsiũ inducias
petijt: vt plãgeret virginitatẽ suã cũ sodalib⁹ suis. ⁊ exple
tis duob⁹ mẽsibus redijt: ⁊ pr̃ qđ vouerat impleuit. Fuit tñ
⁊ stult⁹ in vouẽdo ⁊ ipius in soluẽdo: q̃ obtulit holocau
stũ nec legitimũ nec deo charꝫ. Potuit tñ añ votũ esse bo
nus: q̃ irruit spũs dñi sup eũ ⁊ ẽt post votũ: q̃ ⁊ apłus po
nit eũ in catalogo sanctoꝝ in ep̃la ad hebre. Quidã autẽ
eũ excusantes dicũt illũ familiari ꝯsilio spũssancti hoc fe
cisse: sicut ⁊ sampson q̃ semetipsum occidit. Judicauit ãt
iepthe israel. vj. annis: ⁊ q̃euit in pace: ⁊ sepultus est i ci
uitate sua sebeth: que est in galaad. Hic ab etate moysi
vsq̃ ad seipsum ait supputari annos trecentos exclusis
annis. xviij. afflictionis qui precesserant.

¶ De sancto Abesan iudice. Cap. xj.

Abesan vel esebon bethleemita de tribu iuda iu
dex. viij. post iosue iudicauit israel. vij. ãnis. Qui
⁊ populũ dñi in pace rexisse credit: q̃ nec ei⁹ tpe
alicuius belli in scriptura mentio habet. Qui ⁊ quieuit
in pace ⁊ sepultus est in bethleem ciuitate sua.

¶ De sancto Hailon iudice. Cap. xij.

Hailon zabulonites iudex nonus post iosue iudi
cauit filios israel. x. annis. Qui ⁊ pacem omni
sue vite tempore habuisse putand⁹ est quia neq̃
ꝙ cum vlla natione discordiam habuerit expressum repe
ritur. Et hic quiescens in pace in ciuitate sua. Sepultus
est cum patribus suis.

¶ De sancto Abdon iudice. Capłm. xiij.

Abdon iudex de ciuitate thecue que est in tri
bu effraim decimus post iosue iudicauit in is
rael. viij. annis. Sub quo etiã terra hebreo-
rũ in pace quieuit: eo ꝙ sub his p̃fatis tri-
bus iudicibus israel a dño nõ recessit. Et hic
in pace dormiens in sepulchro paterno sepultus est in op
pido thecue ex quo fuerat oriundus.

¶ De sancto Sampsone iudice. Capłm. xiiij.



Sampson iudex de tribu dan vndecim⁹ post
iosue iudicauit israel. Cum eñ filij isrl' coꝛ-
ram deo peccassent tradidit eos in manus
philistinorũ. xl. annis: a qua seruitute hoc
modo liberati sunt. Vir quidã de stirpe dã
noĩe manue: habebat vxorem pulchrã sed
sterilem. Cui sepe oranti angelus in agro apparuit: ⁊ na-
sciturum ex ea filium nunciauit. Mãdans ne quid vltra
comederet aut biberet nisi iuxta legem nazareorũ: nam
et puerum nazareum futurum p̃dixit: qui et israel libera
ret. Et cum hec olaviro nunciasset: ⁊ ille vti zelotypia du
ctus angelum aliquem iuuenem suspicatus esset: oranti
bus ambobus angelus iterum apparuit: ⁊ predicta que
dixerat cõiugi manue replicauit. Attulitq̃ manue hedũ
⁊ panes angelo vt comederet: ⁊ iussu angeli hec dño in sa
crificium obtulit: ⁊ angelus ascendens in flamma dispa
ruit. Natum aũt filium vocauerunt sampson .i. robustũ
creuitq̃ puer cito: vt iam futurus ꝓpheta p̃nosceretur ce
pitq̃ spũs dñi esse in illo in castris dan .i. in exercitu tri-
bus sue. ¶ Cum autẽ adoleuisset sampson: descendit in
thãnata: vt videret solẽnitatẽ q̃ ibi fiebat ⁊ visam v̾ginem
philistinoꝝ ꝯcupiuit: quã tñ dudũ parentibus renitenti
bus accepit vxorẽ. Nolebãt eñ parentes ꝙ filiã alienige
ne in ꝯiugiũ sumeret: nescientes ꝙ res fieret a dño. Cũq̃
descenderẽt cũ eo apparuit catulus leonis in vineis oppidi:
quẽ sampson in spũ dñi nihil in manibus habens dilace
rauit quasi hedũ: nec hoc parentibus indicauit. Despon
sataq̃ vxore cũ descẽderet vt acciperet eã: vidit cadauer leo-
nis: in cui⁹ ore mellificauerãt apes: de quo melle sampson
comedit: ⁊ dedit parentibus eorum. Timẽtes aũt phili-
stei robur sampsonis: dederunt ei in nuptiis. xxx. iuuenes
robustos sermone q̃dẽ socios ope vero custodes: ne quid
forte ꝯmitteret crescẽte ciboꝝ satietate. Proposuit autem
sampson socijs ꝓbleuma quod si infra. vij. dies soluerent
daret eis. xxx. vestes: sin aũt ecõtra ipsi sampson ad totidẽ
vestes tenerent. Fuit aũt hoc ꝓbleuma. De comedẽte exi
uit cibus: ⁊ de forti egressa est dulcedo. Qui cũ ꝓbleuma
nescirent soluere: ad eoꝝ instãtiã spõsa sampsonis ei blan
dita: didicit ab eo ꝓuerbij expositionẽ: quã ⁊ socijs indica
uit: qui in die. vij. sampsoni ꝓbleuma soluerũt de leone et
melle in ore eius inuento. Sãpson ergo descendẽs ascalo-
nem ꝑcussit ibi. xxx. viros ⁊ vestes eoꝝ ablatas dedit ꝓnu-

bis suis. Et iratus sampson ex hoc contra uxorem: venit ad domum suam q̄ nupsit uni de pronubis suis. ¶ Post dies aliquot rediens sampson in thamnata: invenit coniugem alteri viro nuptam: et indignatus est valde cui cum pater sororem illius pulchriorem loco ipsius tradere vellet: noluit sampson: sed protestatus est contra populum philistinorum: ut faceret eis mala: et cepit trecentas vulpes et iunxit caudas caudis: et faces ligavit in medio: quas igne succendens misit in segetes philistinorum: omnesque igne consumpsit: ita etiam ut vineas et oliveta incenderent. Quod philistei audientes opus fuisse sampsonis: uxorem eius et parentes combusserunt tanquam huius mali autores. Percussitque iterum sampson philisteos plaga magna: qui ascenderunt ad terram iuda ut caperent eum. Ascendentesque viri iuda ad sampsonem redarguebant eum: quia ipsius occasione philistei contra eos ascenderent: ut bellarent adversum populum. Sampson autem prius recepto sacro ab eis ne se occiderent permisit se ligari spiritu dei tactus a viris iuda: et duci ad philisteos: ut sic in eos graviusultionem exerceret. Qui cum traheretur irruit spiritus domini in eum et dissoluta sunt eius vincula quasi stupa ad ignem. Tollensque mandibulam asini iacentem in terra interfecit ea mille viros aliis in fugam conversis: et cum pre labore siti deficeret clamavit ad dominum: et aperuit dominus molarem dentem maxille et egresse sunt aque: quibus haustis sampson refectus est: vocatumque est nomen loci fons invocantis de maxilla. ¶ Post hec sampson ivit ad gazam civitatem philistinorum et ingressus est ad mulierem meretricem: quo cognito philistei posuerunt custodes ad portam civitatis: ut eum mane comprehenderent. Sampson vero nocte media consurgens tulit ambas ferreas fores cum postibus et seris: et in humeris portavit usque ad verticem montis. ¶ Deinde amavit dalidam in monte soreth quam satrape philistinorum induxerunt precio promisso: ut disceret a sampsone: in quo vires eius consisterent: qui ei illudens dixit quod si .vii. nerviceis funibus humentibus ligatus esset: infirmus ut alii homines fieret. Cumque dalida ipsum dormientem ligasset philisteis apud se latentibus excitatus ille rupit vincula quasi stupea. Idipsum secundo factum est de .vii. novis funibus. Cum autem tertio .vii. crines capitis eius circumligatos licio clavo terre affixisset: excitatus sampson extraxit clavum cum crinibus et licio. Cum autem instaret ei dalida et ad mortem deficere videretur: ut ei veritatem panderet. Sampson confessus est se nazareum esse ab infantia domino consecratum est quod si caput eius rasum foret fortitudo ab eo discederet. Tunc dalida vocatis philisteis sampsonem super genua sua dormientem per tonsorem radi fecit: et recessit statim virtus eius ab eo. Quem tenentes philistei eruerunt oculos eius et apud gazam vinctum: in carcere ad versum molere fecerunt. Coegeruntque eum iacere cum mulieribus robustis ut dicunt hebrei: ut ex eo robustam prolem susciperent. ¶ Procedente tempore cum capilli eius renasci cepissent: et philistei in templo dagon solenne convivium in die festo eorum celebrarent adductus est sampson: ut ante eos luderet: et ipsi ei illuderent: qui stans inter duas columnas: quibus domus innitebatur: apprehendit utramque manibus et super omnes irruit: et ipse mortuus est: et multo plures occidit moriens quam vivus occiderat: nam preter convivantes quasi tria milia utriusque sexus convenerant: qui de tecto spectabant: qui sepultus est in sepulchro patrum suorum inter saraa et eschol. Et iudicavit israel xx. annis. Non autem aliter excusatur: ut ait augustinus quod seipsum cum hostibus ruina domus oppressit: nisi quia spiritus hoc latenter iusserat: qui per illum miracula faciebat. Habuit enim fortitudinem non de natura se de gratia.

¶ De sancta Ruth vidua. Capitulum .xv.

Ruth vidua de regione moab in diebus iudicum claruit. Quam sanctam fuisse probat non solum iosephus qui hoc testatur: sed etiam quia liber eius specialis hystorie inter sacre pagine volumina connumeratur. Elimelech enim de bethleem effrateus cum noemi uxore sua et maalon et chelion liberis suis cum facta esset fames in terra israel: abiit in regionem moabitidem: ut pascerentur ibi. Quo mortuo filii eius duxerunt uxores de moab: orpham et ruth. Et mortui sunt ambo sine prole. Noemi vero vidua et filiis orbata cum redire vellet in terram suam facta fertilitate comitabantur eam nurus sue. Quas cum licentiasset orpha quidem reversa remansit. Ruth vero omnino cum socru abire voluit. Et venerunt in bethleem que prius effrata dicebatur: tempore quo primum hordea metebantur. Erat autem ibi vir potens et dives nomine booz consanguineus elimelech. Intravitque ruth agrum booz de mandato socrus et colligebat spicas post metentes. Booz vero agrum ingressus cum audisset quod esset puella compatiens ei mandavit ne ad alterius agrum accederet: sed et hora vescendi cum messoribus suis comederet. Precepitque metentibus ut de industria spicas dimitterent quas illa sine rubore colligere posset. Reversaque sero ad socrum et portans hordeum quod collegerat ei omnia nunciavit. Cui socrus dixit quod booz propinquus eius erat. Idipsum fecit ruth diebus sequentibus usque ad aree ventilationem. ¶ Cum autem in ventilando aream booz iuxta morem patrium convivium faceret servis et messoribus suis. Ruth de socrus consilio lota et cultis vestibus induta ascendit cum aliis in aream latenter. Et cum sero booz obdormisset proiecit se ad pedes eius qui media nocte excitatus expavit videns puellam et quesivit que esset. Que respondit se esse ruth relictam propinqui sui: quod ideo venerat ut eam liberis carentem in coniugem sumeret prout ex lege tenebatur cum ipse booz uxore careret: booz vero respondit alium esse magis propinquum quam primo de coniugio requiri deberet. Quod si renueret ipse postmodum eam libenter acciperet. Et cum diluculo surrexisset: implevit pallium ruth hordeo: eamque segete onustam remisit ad socrum. Mane vero booz congregatis senioribus civitatis interrogavit propinquiorem illum elimelech an agrum venalem propinqui sui emere vellet et relictam eius accipere: cui tanquam propinquiori predicta secundum legem debebatur: an sibi minus propinquo ius suum cedere. Qui ei libenter cedere velle dixit. Sicque booz divino nutu ruth cepit uxorem. Ex qua genuit obed: qui fuit pater isai patris david. Ruth autem sancta et pudica sanctitateque famosa apud bethleem in pace quievit. Hec omnia ex libris iudicum ruth: et ex chronicis iosephi et hieronymi: petrique comestoris: necnon ex chronicis guilelmi.

¶ De sancta Anna prophetissa. Capitulum .xvi.

Anna prophetissa filia phanuel de tribu aser: cuius sanctitatem evangelicus predicat sermo luce .ii. tempore quo christus fuit ad templum presentatus ibidem se repperit et eadem hora superveniens multa de illo prophetavit: omnibus qui expectabant redemptionem israel. Hec enim vixerat cum viro suo annis .vii. a virginitate sua. Et permansit in viduitate usque ad annos .lxxxiiii. etatis sue: quod nunquam de templo discessit: sed in oratione die noctuque permansit et in bona senectute in pace quievit. Sepulta iuxta templum domini in hierusalem. calendis septembris.

¶ De sancto Prisco discipulo. Capitulum .xvii.

Priscus discipulus fuit unus ex antiquis discipulis christi: licet inter nomina .lxxii. discipulorum: qui a dorotheo abbate conscripti sunt non reperiatur. Hic enim ille paterfamilias fuisse asseritur in cuius domo christus pascha sibi parari fecit: et in eius cenaculo cum discipulis discubuit: et eorum pedes lavit: ut damasus. Hic post ascensionem domini veniens romam cum apostolo petro in partibus campanie evangelium predicavit. Qui et apud capuam via aquaria depositus est. calen. septembris. ut dicit ado.

¶ De sancto Egidio abbate. Capitulum .xviii.

Egidius



EGidius abbas apud arelatem. oppidũ ꝓuincie floruit tp̄e caroli imperatoris. Hic atheniẽsis natione regia stirpe ꝓgenit⁹: patre theodoro matre pelagia: sacrisq̄ litteris eruditus est a puerilib⁹ ãnis. Qui dũ quadam die ad ecclesiam ꝑgeret: egro cuidam in platea iacenti ⁊ elemosynam petenti tunicam suã tribuit qua indutus mox sanitatẽ recepit. Parẽtib⁹ vo suis defunctis patrimonij sui xp̄m fecit heredem. ❡ Die quodam dũ ab ecclesia rediret obuiũ habuit virum a serpente ꝑcussuz: sed orõne fusa ab eo ꝓtinus virus fugauit. ❡ Demoniacum quendã die dñico in ecclesia ꝯsistentez ⁊ cunctos clamoribus ꝯturbantem. Egidius orans ab immundo spũ ꝯtinuo liberauit. Cũ autẽ ꝑ totam greciã ipsius fama cresceret: ipse humani fauoris vitans piculum clam littus maris petijt: vt ad partes alias se transferret. Aspiciensq̄ nautas maris tẽpestate ꝑiclitantes facta oratione tempestantẽ sedauit. Applicãtes quoq̄ naute grãs eius meritis egerunt ⁊ q̄ eũ secum gratis veherent ꝓmiserunt. Et cũ ad quandã insulam post dies quattuor appulissent: virum dei ibidem cellula reptũ egidius adijt: et cum ipso in dei laudibus triduo mansit: deinde vale dicẽs cum nautis abscessit. Cum ergo arelatum venisset ⁊ biennio cum sancto cesareo eiusdẽ vrbis ep̄o mansisset ⁊ ibidez quendam qui ꝑ trienniũ febricitauerat a febrib⁹ liberasset: heremum cupiens clã discessit: ⁊ rhodano transito secus ripam guardonis apud veredemium heremitam sanctissimum dudum fuit: vbi sterilitatem terre suis meritis fugauit: ⁊ infirmũ quendam ei delatum veredemio absente sanauit. ❡ Deinde famam humanam fugiens relicto veredemio interiorem heremuz penetrauit: vbi videlz rhodanus in mare defluit: qui locus septimania vocat̃ vbi antrum spinis obsitum ⁊ fontem inueniens ceruã sibi diuinitus preparataz nutricẽ habuit: q̃ certis horis lactis ei alimoniam triennio prebuit. Cum aũt ibidẽ regis famuli venarent̃: ceteris feris ꝯtẽptis ceruam cum canib⁹ insequunt̃: a quibus dum fugat̃ ad pedes sui ꝯfugit alumni. Ille vero admirans cur preter solitum sic mugiret: exiẽs ⁊ venatores audiens dñm ꝓ cerua exorauit. Canes autẽ intra iactum lapidis appropinq̃re minime audẽtes cuz nimio latratu ad venatores redibant. Nocte superueniente domum reuersi sunt: ⁊ sequenti die retrocedẽtes casso labore iterũ redierunt. Qd̄ rex audiens cum multitudine venatorum assumpto ep̄o ad locum accessit. Sed cum canes vt prius accedere nõ auderent: locum vepriũ densitate inaccessibile in gyrum circundederunt. Unus aũt incaute sagittam dirigens vt in ceruã emitteret. Uiro dei oranti ꝓ cerua graue vulnus infixit. Milites aũt semitaz ferro aperientes ad speluncam venerunt ⁊ senẽ venerandũ i habitu monachali ꝯspiciunt: ceruam quoq̄ ad eius pedes ꝓcũbentem reperiunt. Ad quem soli rex ⁊ ep̄s pedes adeunt ⁊ quis esset interrogantes omnem vitam suaz eo narrante cõperiunt. Qui dum ꝓ vulnere ei illato veniam postulassent: ⁊ medicos ꝓ ipso sanando ꝓmisissent: ac munera obtulissent: ipse nec medicinam adhiberi voluit: nec ad munera eoꝝ respexit: q̃n potius dñm orauit: vt q̃diu viueret: ipsum vulnus ꝑpetuo sustineret. Sed cũ rex ipsum frequẽter visitaret: ⁊ pabulũ salutis ab eo reciperet: immensas ei diuitias obtulit: q̃s sanct⁹ recipere recusauit: vt tñ de ipsis monasteriũ fabricaret admonuit. Qd̄ quidem rex per oĩa perfecit: ipsiusq̄ cenobij egidi⁹ lz diu renitens tandez multa regis instãtia regiminis curã suscepit. Et ꝓcessu tẽporis ad sacerdotij dignitatẽ peruenit. ❡ Hui⁹ famã rex carolus audiẽs vt ad se veniret precib⁹ multis obtinuit. Qui veniẽs aurelian̄. in basilica scẽ crucis energuminũ liberauit: deinde veniẽs ad regẽ ip̄m rex reuerẽter excepit: ⁊ inter cetera salutis colloquia rex ip̄z rogauit vt ꝓ se ad dñz oraret eo q̄ pctm̃ quoddã enorme ꝯmisisset: qd̄ nulli vnq̃ nec ipsi scõ ꝯfiteri auderet. Sequẽti ergo dñica egidi⁹ celebrãs ꝓ rege orauit ⁊ ꝯtinuo ãgel⁹ eidẽ apparuit: qui cedulã in altare deposuit: in q̃ scriptũ erat regis pctm̃: ⁊ si de eo peniteret egidij p̃cib⁹ iã dimissum. Addebat̃ quoq̄ ibidez q̄ siquis ꝓ aliquo pctõ egidiũ inuocaret si tñ ab eo desisteret sibi dimissum nõ dubitaret. Oblata igit̃ regi scedula ille de pctõ suo veniã humiliter postulauit. Egidius autẽ cũ honore rediẽs apd̄ neumẽsem vrbẽ filiũ p̄ncipis a mortuis suscitauit. ❡ Post aliq̃d tp̄s p̄nunciãs monasteriũ suum ab hostib⁹ euertẽdum romã adijt: ⁊ multa p̄uilegia ecclesie sue impetrauit: duosq̄ hostia cupressina in quib⁹ ymagines aploꝝ sculpte erãt a papa ei donata in tyberim dimisit ⁊ diuino regimini ꝯmẽdauit. Cumq̄ ad monasteriũ rediret ciuidã ꝯtracto apd̄ cebironẽ gressum restituit. Reuersusq̄ ad locum p̃dicta hostia in portu inuenit: q̃ in ecclia sua ad ornatum ⁊ sedis romane monumentum erexit. ❡ Obitum quoq̄ suum ei diuinitus reuelatum p̃dixit. Et post laudabilẽ vitã in dño feliciter obdormiuit cal. septẽbr̃. vbi choros ãgeloꝝ ei⁹ aĩaz ad celos ferẽtiũ ꝯcinẽtes plurimi audisse testati sũt: claruit circa ãnos dñi .ccccccc

❡ De sctĩs .xij. fratribus martyribus. Cap. xix.

DUodecim fratres martyres gl̃iosi ꝓ xp̄o passi sunt. Quoꝝ tñ noĩa originẽ passionisq̄ vel locum vel modũ minime valui reperire nisi hoc soluz qd̄ in adonis martyrologio scriptũ est q̄ videlz post cesionẽ ⁊ incarcerationem vltimo in diuersis partib⁹ capite cesi sunt cal. septẽbris. quos ⁊ romana ecclia in suis calendarijs cõscripsit: ⁊ de eis specialiter festum facit.

❡ De sctõ Lupo ep̄o senonen̄. Cap. xx.

LUpus archiep̄s senonen̄. claruit tp̄e clotharij regis francoꝝ: qui apud aurelian̄. ex regali gn̄e ortus: dum virtutib⁹ polleret archiep̄s senonis electus est. Dum autẽ oĩa sua pauperibus erogaret: ⁊ die quadã plurimos ad conuiuiuz inuitasset: cum vinum ad medium ꝓ recumbẽtib⁹ nõ h̃ret orauit ad dñz ⁊ stati nunci⁹ affuit qui centũ vini modios adesse p̃ forib⁹ nunciauit: qd̄ vnde aut a quo delatum esset minime sciri potuit. ❡ Cum plures ei detraherent: q̄ filiã p̃decessoris sui v̄ginem dedicatã imoderate amaret corã detrahentib⁹ ip̄am deosculat⁹ est: dicens nihil nocere boni v̄ba aliena: quez ꝓpria nõ maculat ꝯsciẽtia. Nã qui ip̄am deum amare ardenter nouerat eã mente purissima diligebat. Cum rex frãcoꝝ clothari⁹ burgundiã intrãs seneschalcum suum ꝯtra senones direxisset ⁊ ciuitatem obsideret: lup⁹ eccliam scti stephani intrãs campanã pulsari fecit cui⁹ sonitu tãto terrore hostes ꝯcussi sũt vt nisi fugissent se in carcere putassent. Tãdẽ obtento regno cũ rex aliũ seneschalcũ misisset: ⁊ lup⁹ ei sicut alij ep̄i fecerãt nõ occurrisset sumpta occasiõe illa ip̄m adeo apd̄ regem diffamauit q̄ rex ipsum ad exilium destinauit: vbi doctrina ⁊ miraculis claruit. Interea senonici quendam episcopum: qui locum lupi inuaserat: occidentes a rege

impetrarunt vt lupus de exilio reuerteret. Quē rex vidēs exilio tabefactum: ita repente diuinitus est mutatus: vt corā illo pstratus veniā peteret: τ multis muneribꝰ eiꝰ ecclesiam dotaret. ¶ Dum autem remeans parisius venisset: multa carceratoꝝ turba solutis vinculis apertisq; hostijs eidem obuiauit: τ de ipsorum liberatione eius meritis facta grās egit. ¶ Celebranti ei die quodam dñico lapsa est celitus gemma in calice sancto: quam rex in suas reliquias collocauit. ¶ Rex clotharius campanā sancti stephani senoñ. audiens esse mire dulcedinis iussit sibi parisius deferri. Sed mox vt de vrbe senonica delata est sonus ille dulcedinē amisit. Qđ rex audiens eam senonicis reportari iussit: τ .vij. ab vrbe miliario sonitum recuperauit. ¶ Cum nocte quadā oraret ex distinctu dyabolico valde sitiens sibi aquam deferri fecit. Sed aduertens dolos inimici puluinar sup os vasis posuit: τ dyabolum intus clausit: qui tota nocte vlulauit: factoq; mane cōfusus τ dimissus abscessit. Alia nocte dum ecclesias more suo circuiret inuenit clericos quosdam rixantes: eo φ cum mulieribꝰ fornicari volebant. Qui ingressus ecclesiam ꝓ eis orauit: τ mox ab eis oīs tentatio discessit. Qui coram eo pstrati veniam postularunt. Tādē multis clarus virtutibꝰ in pace quieuit calen. septembris. Circa annos dñi. dcccccx. tēpore heraclij imperatoris.

¶ De sancto Viuardo epō. Capitulum .xxi.

Viuardus rhemensis archiepūs claruit tempore clodouei regis vt ait sigibertꝰ. Quo etiā tempore claruerunt reolus eius successor: τ bercarius martyr pmꝰ abbas ancylatensis. τ sancta berta martyr τ abbatissa in partibus galliaꝝ. Huius nempe viuardi discipulus fuit dictus bercarius abbas τ multo tpe comes. Cum autem aliquando secum pergeret apud villam que dr̄ altumuilare dum viuardus graui somno pmeretur sub fago dormiuit: viditq; de celo columbam fagi ramis insidere: τ deinde descendere: τ aream vacuam in qua dormiebat: ter volando circuire. Indeq; celos repetere: q̄ oīa bercarius vigilans corporaliter aspexit. Excitatus autem epūs τ cum bercario de visione mutua collatione habita intellexit a deo sibi mandatum in ipso cenobium edificandum. Quod τ viuardus epūs deuotius adimplere curauit. In quo quidem loco congregationem monachoꝝ disposuit τ bercarium eidem abbatem prefecit. Et postq̄ cuncta diligēter īplesset: in xp̄o feliciter obdormiuit cal. septēbris.

¶ De scō Bercario abbate. Capitulum .xxij.

Bercarius abbas τ martyr claruit in gallijs tempore dicti clodouei regis francoꝝ. Qui sub pfato sancto viuardo rhemorum pontifice moribus τ sapientia imbutus luxouiense monasterium petens sub abbate eustasio monasticam vitam duxit. Dum die quadam in cellario vinum ex vegete in cereali hauriret: vocatus ab abbate obediētia sollicitus τ incautus vinum: qđ fundebat: reliquit vegete non clausa. Quod dum cerealē implesset supficiem eius ptransiens: in modum columne constipatum in gyrum vas coronari cepit: nec aliquid de vino in terram defluxit: donec reuerso bercario quanti esset meriti apud deum oībus innotuit. Post aliqđ tp̄s de abbatis licentia rediit ad sanctum viuardum a quo in monasterio pdicto ab eodē edificato in loco qui dr̄ altumilare: abbas pfectus est sacre congregationi monachoꝝ. Et dū filios suos sibi cōmissos more boni patris τ pastoris diligenter curaret: exigēte culpa quēdā daguinum monachū verbere discipline correxit. Qui moleste hoc ferens instigante dyabolo nocte abbatē dormientem letali vulnere pcussit: τ vt ferrū occultaret in piscinā demersit: qđ dei iudicio sup aquā enatauit. Mox aūt frater ille attonitꝰ τ amens ad ecclesiam currēs signū pulsabat. Fratres aūt hora insolita excitati admirantes abbatem pcussum adhuc spirantē inuenerunt: τ ferrū enatās conspexerunt. Daguinum quoq; quasi insanū in ecclesiā repertum vti reum homicidij compbensum ad bercarium iudicandū adduxerunt. Cui ille q̄ntū in se erat oēm dimittens iniuriā deū p̄ penitentiā cōsuluit esse placandū τ in xp̄o martyr expirauit. Sepultus ī monasterio suo. Ex cuius tumulo oleū diu manās languentibꝰ medelā prestare consueuit. Passus est autem calen. septembris.

¶ De scō Agilo abbate. Capitulum .xxiij.

Agilus abbas tpe clodouei regis frācoꝝ claruit. Hic agnoaldi nobilis consiliarij regis sigiberti filius bone indolis adhuc puer sc̄i colūbani abbatis benedictiōe pcepta scō eustasio religioso viro cū alijs pluribus clericis oībus postmodum futuris epīs a parētibus traditus est sacris literis imbuendus: factusq; monachus sub sancti colūbani abbatis disciplina fuit cōuersatione mirabilis. Dū aūt colūbanus brunichildi regine sicut τ alijs mulieribus aditū monasterij phiberet: τ ob hoc ad instātiam regine a theodorico rege de monasterio expulsus esset eustasio eidē monasterio substituto: missus est agilus ad regē reconciliandū. Et cū longe iā a monasterio abisset τ nepos quidam vandaloni ducis: pcognito quare iret cū satellitibus suis eū aggressus fuisset: ipmq; educto gladio pcutere vellet: manus eius repente arida facta est. Cui veniam postulanti sanctus manum suam restituit: in quo audito miraculo rex placatus colūbanū ad abbatiam suā restituit. Processu vero tp̄is missus est agilus cum scō eustasio a lothario rege ad vicinas gētes adhuc gentiles pdicandas: vbi multos ad xp̄m cōuertit: τ miraculis choruscauit. Nā in via demoniacū liberauit. Sadabergā virginem cecā illuminauit: ei quoq; eidem iter fabricanti salutem subitam orationibus īpetrauit. ¶ Cum igit sanctus andoeus epūs sup torrentē: qđ dr̄ resbacus: in pprio solo monasterium de suis facultatibus construxisset: eidem monasterio agilum abbatem pfecit: vt dictum est supra in legenda scī andoeni .iiij. noñ. maij. Cuiꝰ videlicet cenobij construendi locus eidē andoeno diuinitꝰ taliter ostēsus est. Tribus enī noctibꝰ sup ipm locū vidit nubē in modū crucis mirabilr radiantē: τ deinde tribꝰ diebus subsequenter eundē locū in modū crucis reppit rore conspsum: eo. s. ambitu quo monasteriū fuerat cōstruēdū. ¶ Dum aūt agilus abbas hospitalitati sollicitꝰ intēderet: die qđā media hyeme leprosum an fores inuētū ad ignē calefaciēdū adduxit: ipm subito nusq̄ vidit. Alia vice ad metētes cum fratribꝰ accessit: τ tēpestate subito ingruēte signo crucis edito imbrē a se τ messoribus ꝯpescuit grādine p̄ gyrum circa eos nimia decidēte. ¶ Annoꝝ .lxvij. existēs orauit vt de hac vita solueret: cui relatum est φ post biennium votum obtineret. Sicq; cētenariꝰ inigrauit ad xp̄m cal. septēbris in cuius trāsitu ado monachus choros angelorum psallentes audiuit. In eius etiam sepultura frater quidam febricitans τ alius dolore dentium tortꝰ tactu corporis liberantur.

¶ De scō Antonino martyre. Ca. xxiiij.

Antoninꝰ martyr apđ apamiā passus ē: q̄ ex eodē oppido oriūdꝰ nobil' gñe ab infantia xp̄o fruens τ vgo pmanēs amore martyrij flagrans ex vrbe sua discessit. Et dum xp̄ianos pquireret ad pſbyteratꝰ ordinē ascēdit τ inde vbū dñi disseminādo pcessit. Cum autē ex itinere fatigatꝰ siti nimis laboraret orone fusa vga solū pcussit τ stati fons viuꝰ scaturit ad eiꝰ refectōem τ deinceps ad egroꝝ salubritatē. reuersꝰ āt apamiā τ gētiles īpugnās, martyriū suum

suum fidelibus ꝓduxit. Uerum dum loca sacra cum quibusdā xpianis visitaret: ⁊ ab eis aliquantulum diuertiss; a paganis tentus ⁊ iuxta flumen ad radices montis apamie decurrens decollat⁹ est. Corpus quoq; eius membratim discerptum ⁊ vna cū capite in flumine demersum est. Sed diuino miraculo sanguis de corpe fluens in vnū: congelatus ⁊ in vnum a fidelibus collectus est. Aqua etiā fluminis a cursu desistens ad corpus colligendū xpianis l al ueovia fecit. Sicq; corpus vna cū sanguine leuatū atq; sepultum est. Caput aūt eius ab angelis de amne sublatū naucule parue īposit: ⁊ duobus angelis in similitudinem duarum aquilaꝝ nauiculam cōtra fluminis cursum sine remo gubernantibus ipsam ad habitaculum festi principis deduxerunt: quem sanctus antoninus ad fidē xpi cōuerterat. Quod festus ꝑ spm̄ diuina reuelatione cognoscens ad nauem descendit: caputq; collegit: atq; habitationem suam a loco illo remouens in domo ꝓpria caput deuote recōdidit: domūq; suam in ecclesiam cōmutauit. Passus est .iiij. nonas septembris.

¶ De scō Mederico abbate. Caplm. xxv.

Edericus abbas apud eduēsem ciuitatē claruit. Hic ex ipsius ciuitat̄ pago nobili genere ortus. Cum esset annoꝝ .xiij. inuitis parentibus ad monasterium ipsius vrbis fugit: ⁊ monachus effectus penitentie mirabili operā dedit. Nā in hebdomada bis solūmodo cibū sumebat: ⁊ cilicio asperrimo carnē domabat. Successit abbati defuncto in regimine loci: multis miraculis pollens. Nā monachū quendam libidine diu grauiter tentatum: ⁊ fere ad desperationem adductum: tunicā suam induens excusso ab illo demone etiā corpaliter vlulante ad castitatem nimiam reuocauit. Alium etiam ante cōpletum officium ecclesiam egredientem diuinitus correptum: reliquijs panis sui cibauit: ⁊ repente ad emendationem reduxit. ¶ Uerum dum famam populi ad se ꝯfluentis effugeret in vasta heremo se cōclusit: sed de mandato epi ad monasterij regimen inuitus rediit. Post modicum autē orōnis grā parisius veniens in cellula scī petri duobus annis ⁊ .ix. mensibus se includens discipulos ꝯuocauit: ⁊ eisdem obitus sui die ꝓnunciato in pace quieuit .iiij. noñ. septembris anno dñi. ccccccccclxxxiij. othonis imperatoris tertij anno primo: sepultus ibidem miraculis fulgens.

¶ De scō Cosma confessore. Caplm. xxvj.

Osmas ꝯfessor natione grec⁹ in insula cretensi heremiticam vitam duxit. Qui oībus dieb⁹ vite sue ieiunijs ⁊ orōnib⁹ vacans in quodam antro resedit. vbi ⁊ post laudabilē vitam in pace quieuit .iiij. noñ. septem. Cuius corpus cum aliquo tpe in eodem specu sepultum quieuisset ab incolis loci intra ciuitatē translatū est vt honorificenti⁹ coleret. Qḋ deo ⁊ scō displicuisse euidenti signo apparuit. Nam maxima aeris siccitate superueniente arefacta est terra ⁊ fames valida subsecuta: nec prius illapsa de celo pluuia fertilitas abundauit: donec scm̄ corpus ad loci sui abdita reductum est. ¶ Post annos ħo fere .cccc. corpus ipm a venetis nauigantib⁹ inde sublatum est: ⁊ venetias translatū atq; in monasterio scī georgij maioris reconditum: vbi ad ꝓsens quiescit.

¶ De scō Elpidio epo. Caplm. xxvij.

Lpidius lugduñ. eps fuit: qui multa scītate flagrauit ⁊ doctrina ⁊ miraculis choruscauit. Qui ꝑ plm̄ dei sibi ꝯmissum felici cura gubernans apud ꝓfatam ciuitatē .iiij. noñ. septembr. in pace quieuit. Sepultus in eccīa scōꝝ .vij. machabeoꝝ in q̄ sancti iusti ei⁹ ꝓdecessoris epi membra tumulata requiescunt

¶ De scō Elpidio abbate. Caplm. xxviij.

Lpidi⁹ abbas genere cappadox fuit. De quo scribit heraclides qui habitauit in specu studio abstinētie cunctos vincens. Nā per ann. xxv. quos ibi vixit dñico tantū ⁊ iouis diebus cibū sumebat: alijs diebus nihil oīno gustabat: ac ꝑ totā noctē stando ⁊ orādo psallebat: quē innumera multitudo fratrū sequebat. Dū aūt scorpio illū nocte quadā ꝑcussisset: ipse eo calcatone stādi quidē spaciū in quo steterat mutauit in tantū contēpsit. ¶ Sarmentū vitis aridū extra tps debitū ab eo plantatū adeo creuit vt vitis magna facta infra annū totā ecclesiā operiret. Hic per annos .xxv. nunq̄ ad occidentē se vertit: nec solē declinantē ꝯspexit. Cuius exēplo discipulus eius sisinnius: cū apud eū .vij. annis fuisset in sepulchro se clausit in quo stās ꝑ triēniū sp̄ orauit: nunq̄ die vel nocte deambulans aut sedens aut iacēs. ¶ Elpidius igit post annos predictos ad cappadociam regressus ⁊ presbyter factus fratres ⁊ sorores in vnū collegit. ⁊ cenobio constructo in pace quieuit. Cui⁹ festū agit .iiij. noñ. septēbris.

¶ De sanctis Euphemia Dorothea Thecla ⁊ Erasma virginibus ⁊ martyribus. Ca. xxix.

Uphemia: dorothea: thecla: ⁊ erasma virgines passe sunt in aquileia ciuitate tpe neronis imperatoris sub seuasto ꝓside. Fuerunt enī duo fratres nobiles ⁊ ditissimi eiusdē vrbis. Quoꝝ maior noīe valētius paganus genuit euphemiā ⁊ dorotheā. Alter vero minor noīe valentian⁹ xpianus genuit theclā ⁊ erasmā: qui tā filias suas q̄ neptes sepius ad domū suā venientes ad fidē xpi secreto erudiebat: quas sanctus hermacoras eps in ipsa domo cathetizauit: valentius aūt iussit fieri turrim sup fluuium natisum: ita vt flumē per mediū turris flueret per arc⁹ reuolutos in qua turri filias suas propter eaꝝ nimiam pulchritudinem collocaret: donec eas maritis traderet: duasq; fenestras tantū in ipsa turri fabricari ꝓcepit. Sz cū ad ciuitatē tergestinā perrexisset. Euphemia ⁊ dorothea tertiā fenestrā ceteris ampliorē construi fecerūt. vt in ipsa ad orationē stare possent. ¶ Cū aūt die quadā descendissent ad fluuiū: vt ex more se lauarēt superuenerunt ⁊ germane ipsaꝝ thecla ⁊ erasma. ⁊ orātibus virginibus vt aqua fluuij mūdaret quatenus digne baptizarent natisus fluuius retraxit vndulas ⁊ stetit. Eadē hora superuenit valentianus cū beato hermacora: ⁊ viso miraculo gratias deo egerūt. Quas sanctus hermacoras continuo baptizauit ⁊ deo virgines deo dedicauit: easq; valentiano cōmendauit. Reuersus aūt valentius eodem die ⁊ videns tertiā fenestrā in turri constructam didicit a magistris q̄ ad mandatū filiaꝝ suaꝝ eā fabricassent. Et interrogauit filias suas cur tertiā fenestrā fieri iussissent. que dixerūt: vt maius lumē ibi fulgeret. nolētes ei indicare: q̄ causa oratiōis eā ꝯstrui ordinassent. ¶ Post aliquod ħo tps cū valentius filias suas vellet viris tradere: eo q̄ a plurimis nobilibus in coniugiū peterent. Responderūt virgines se christū sponsum imortalē habere cui virginitatē suā ꝑpetuo dedicassent. Qḋ audiēs valenti⁹ iratus arrepto gladio eas īterficere voluit. Ille vero ad domū valentiani patrui fugerūt. Quas valentian⁹ vna cū filiabus suis in angulo domus abscōdit. Et cū perrexisset vt hec sancto Hermacore episcopo nunciaret. Ualētius cū seruis suis ad domū fratris ⁊ filias reqrere cepit ⁊ interrogans duos ex seruis valētiani vbi essent: vn⁹ q̄dē eas celauit. Alter vero ꝓpalauit: q̄ statim arreptus a demonio seipm̄ ī natiso fluuio necauit. Ualēti⁹ vero filias ⁊ neptes ī āgulo repertas xpm̄ adorātes apphēdit: ⁊ ad domū suā adduxit. ¶ Altera vero die ipas quattuor seuasto ꝓsidi tanq̄ christianas puniendas tradidit: quas ꝓses ante se iussit adduci: ⁊ cepit agere. vt sacrificarēt. Et cum se xpo domino sacrificare dicerēt: iussit eas nudas virgis cedi: deīde ħis pedib⁹ suspēdi t malleis capite ca

rum contundi: vsq dum p nares eaꝝ sanguis distillaret in terrā. Et cū hec oīa cōstanter tolerassent: ꝛ deo semper gratias agerent: p̄ses fecit eas in carcerē recludi. ¶ Mane aūt facto mandauit iterū sibi virgines p̄sentari: ꝛ vidēs eas sanas effectas ad deoꝝ sacrificia exhortabaṫ: eo ꝙ dij eis cōpatientes eaꝝ vulnera curassent. Sed cum se a xp̄o dn̄o sanatas assererent: ꝛ nō ab eius dijs: quos esse demones cōprobabant. Iussit eas seuastus in eculeo suspendi: ꝛ ad latera ipsaꝝ lāpades ardentes applicari. Deinde fecit illaꝝ mamillas amputari: ꝛ canibus deuorādas iactari: quas tñ canes intactas custodiebant. Iterūq eas preses mandauit in custodiam recipi. Nocte aūt ipsa valentianus mamillas virginū intactas et sicut rosas splendentes inuenit: quas hermacore ep̄o p reliquijs obtulit. Sequenti vero mādauit p̄ses v̄gines nudas p totā ciuitatē aquileie circumduci. Orante vero euphemia angelus dn̄i operuit eas stola candida ꝛ corpora illaꝝ restituit oīno illesa: ita vt nec cicatrix in eis appareret. Et cum illese fuissent p̄sidi p̄sentate videns seuastus ipas: vt solē facie splēdentes atq deos oēs gentiū cōfutantes: iussit illas capite truncari. Quas pater ac patruus eaꝝ valentius arreptas ad summitatē turris: quā fecerat traxit: ꝛ manibus eas proprijs decollauit. Corporaq illaꝝ cum capitib⁹ ex alto in flumine p̄iecit: ꝛ subito facto nimio terremotu ignis de celo veniens: ip̄m cum oībus qui secū erant: ꝛ ip̄aꝫ turrim vsq ad fundamenta cōsumpsit. Cūq noctu valentianus cum sc̄tō hermacora p̄rexissent ad flumen corpora requirenda: dum essent iuxta portam valentianā: ecce venit nauicula cum duobus viris splendidis ad ripā fluminis que dr̄ clementiana: in qua nauicula corpora sanctaꝝ cuꝫ capitibus posita erant: que illi duo viri sancto hermacore obtulerunt. Qui vna cum clericis suis ꝛ valentiano gratias agens corpora virginum de nauicula leuauit: ꝛ in domo valentiani in monumentis marmoreis sepeliuit: vbi ꝛ altare construxit: ꝛ domum ip̄am in honore sanctarum ecclesiam consecrauit: valentianus quoq omnem familiam suam baptizari manumisit: oēsq facultates suas ecclesie concessit. Passe sunt autem sancte virgines .iij. nonas septembris.

¶ De sancta Seraphia virgine ꝛ martyre. Capitulum .xx[x].

Seraphia v̄go passa est apud oppidū vēdinensium sub hadriano p̄ncipe ꝛ p̄side byrillo. Hec genere antiochena veniēs ad vrbem inclinauit ad domum beate sabine relicte nobilissimi valentini: quam sua p̄dicatione ad xp̄m conuertit vt dictum est supra in passione sabine .iiij. calen. septembris. Quod audiens byrillus preses misit ad v̄ginem comp̄hendendam. Sabina vero v̄ginē diligēs parato curru vna secum ad p̄toriū p̄rexit. Preses autē ob nobilitatē sabine vtriusq deferens eas cū pace dimisit. Sabinam tñ q magicis artibus dementata xp̄iana fuisset ex

fecta dure redarguit. ¶ Post tertium vero diem preses seraphiam rapuit: eamq sibi presentari fecit: ipsamq ad deorum sacrificia inuitauit. Que cum se xp̄o dn̄o immaculatarum sacrificium offerre diceret: seq ex perpetua virginitate: quam deo vouerat: templum dei viui assereret: mandauit preses: vt violari deberet: quatenus amissa pudicitia templum dei esse desineret. Tradidit illam duob⁹ iuuenibus lasciuis egyptijs: vt ea per noctē integram vterent: quam illi in cubiculum obscurius introduxerunt. Orante vero v̄gine cum circa p̄mam noctis horaꝫ ad eaꝫ accedere vellent: facto magno sonitu cum horribili terre motu iuuenes tremefacti ceciderunt quasi exanimes in terram membris oībus resolutis: quos mane missi p̄sidis illuc destinati iacentes ꝛ oī corpore īpotes inuenerunt. Factoq concursu nimio v̄go xp̄i ad p̄sidem adducitur ꝛ quibus hoc maleficijs fecerit interrogaṫ. Illa autem nō maleficijs dyaboli: sed v̄tute xp̄i hec miracula peracta fuisse narrauit. Cui cum p̄ses dixisset vt si nō hec magicis artibus fecisset illos in xp̄i sui noīe surgere ꝛ loqui faceret. Seraphia iuuenes ad se duci fecit: sup quos nec stare: nec se mouere: nec loqui valentes orōnem fudit: eosq in xp̄i nomine contingens incolumes erexit: qui mox coram populo stantes ꝛ oībus suis membris facti cōpotes loqui ceperunt: atq p̄sidi narrauerunt ꝙ dum contra voluntatē ei⁹ virginem contingere voluissent iuuenis decorus stature p̄cerrime vt sol splendens se interposuit: qui illos adeo suo lumine terruit: qui mox amissis sensibus defectio eos ap̄p̄hendit. Quod audiens p̄ses ꝛ ea magicis artibus ascribens iussit eam expoliari ꝛ eidē lampades applicari. Quibus mox diuinitus extinctis ministri eas tenentes lampades corruerunt. Preses autem adhuc ip̄am potius maleficam existimans: mandauit fustibus cedi. Statimq terremotus magnus factus est ꝛ fractis fustib⁹ hastula vna de stipitibus oculum dextrum p̄sidis p̄cussit: ꝛ post triduū ipsum amisit. Tunc indignatus p̄ses v̄ginem capite cedi iussit. Que decollata est trans arcum faustini iuxta aream vindicianı ducis cuius corpus beata sabina in eodem loco sepeliuit .iiij. non. septembris.

¶ De sancta Phebe discipula. Capitulum .xxxi.

Phebe discipula apl̄oꝝ fuit. de qua paulus apostolus ad ro. vlti. ca. mentionem facit quam ꝛ ip̄e fratribus rome existentib⁹ intime cōmēdauit: eo ꝙ ꝛ sibi ꝛ multis alijs discipulis in ministerio fideliter astitit. Que ꝛ ipsa in vita sanctitate ꝛ honesta pudicitia in xp̄o pausauit .iij. non. septembris. Sepulta rome vt scribit hieronymus.

¶ De sc̄tō Antidio ep̄o ꝛ martyre. Capitulum .xxxij.

Antidius ep̄s ꝛ martyr apud turonem passus est tp̄e honorij imp̄atoris sub p̄secutione vandalica. Hic ep̄s turonēsi. fuit. Qui tēpore quodam feria .iiij. hebdomade sancte: dum pontem dubij fluminis transiret: vidit principem demonum in throno sedentem: ꝛ agmen ministrorum vnūquēq sua mala gesta suo p̄ncipi referentem. Inter quos ethiops teterrimus retulit ꝙ romanum p̄sulē zosimum septēnio de lapsu carnis impugnatum dn̄ica palmarum p̄terita ad crimen committendum cum virgine quadam induxit: in cuius testimonium vnum ex sandalijs ei furreptum in iudicio presentauit. Quem princeps demonum sup cunctos plurimum honorauit. Tūc ep̄s eūdē demonē ad se vocās ī v̄tute dn̄ice passiōis ei mādauit vt eadē velocitate q̄ roma venerat illuc se īcolumē deferret. Et sic ī dn̄o ꝯfisus sup demonē ascēdit ꝛ sepi⁹ v̄siculū illū. Dein adiutoriū meum intēde repetēs īcolumis ab illo vectus in cena dn̄ice hora celebranda officij romam peruenit. Demonem autem ante fores ecclesie lateranēsi. expectare iussit

sandalium

sandalium ei rapuit: ⁊ ad papā accessit. Quē alloquēs secreto rem sibi visam ⁊ oīa gesta retulit negātiq̧ sandaliū quē amiserat ⁊ quē adhuc se misisse nō aduerterat, ostēdit. Sicq̧ ipm ad penitentiā ꝓuocauit. Missa quoq̧ vice eius ea die celebrauit: partē chrismatis a se confecti sumpsit: missaq̧ celebrata pontificiāle faciens demonē ꝓfonb⁹ expectantē inuenit sup quē reascendens coq̧ ipm reuectante in sabbato sancto hora celebrandi officij ad ecclesiam suā sospes rediuit: demōq̧ statim euanuit: ⁊ antidius celebrans ⁊ cathecuminos baptizās vbi fuerat ⁊ quare mirāti populo enarrauit. ❡ Deinde sanctus martyr persecutione vandaloꝝ tentus ꝓ xp̄i confessione in faciem cesus ⁊ varijs ictibus cruciatus: multisq̧ vulneribus in mēbris oībus corporis attritus: tandē gladio capite cesus est: turonisq̧ sepultus .ij. noñ. septembris.

❡ De sctis Antonino ⁊ aristeo mar. Cap. xxxiij.


Ntoninus puer ⁊ aristeus martyres apud vrbem campanie capuam passi sunt. Qui antoninus cum esset annoꝝ .x. aristeum ad fidē cōuertit. Cum quo postmodum tentus ⁊ varijs supplicijs cruciatus tandē ambo credēte gladio martyrij palmam consecuti sunt .iij. noñ. septembris.

❡ De scto Moyse duce ⁊ ꝓpheta. Cap. xxxiiij.



MOyses ꝓpheta ⁊ dux populi isrl' q̄ inter patres sanctos antiquos nō solum ecclesiasti. xlv. cap. sed etiā in multis locis diuine pagine: tam in nouo q̄ in veteri testamento conscribit ⁊ plurimū cōmēdat filius fuit amram ⁊ iochabeth eius vxoris de tribu leui genitus in egypto. Cuius admiranda opera in quattuor libris pentateuchi vltimis plurius descripta: hic cōpendiose recolliguntur. ❡ Cum eñ hebreoꝝ populus a iacob descēdēs in egypto multiplicatus innumerabiliter excreuisset. Pharao rex egypti nōie amenophis, sciens ꝓphetatum filium ex hebreis nascituꝝ qui regnum egypti humiliaret: mādauit oēm hebreoꝝ masculum nascentē in fluuio necari. Eo igitur tpe cū amrā vxorē nollet cognoscere malēs liberis carere q̄ neci filios ꝓcreare dn̄s ei per somniū astitit dicēs ne timeret ad coniugē accedere: qꝛ puer quē timebāt egyptij ex ea nasciturus erat. Natus ergo moyses ꝑ tres mēses a matre abscondit⁹ est: cum vlterius celare nō posset: exposuit eum in fiscella scirpea in flumine nilo. Quē thamur filia pharaonis: que descendebat vt lauaret vagientem videns suscepit: ⁊ matri ꝓprie ad lactanduꝫ tradidit atq̧ ablactatum in filium adoptauit quem vocauit moysen: eo q̄ ipm ex aqua tulisset. Egyptij eñ moys aquaꝫ is saluatum dicunt. Cuius venustates ⁊ elegantiā vidēs rex coronam suā in qua erat dei ammonis ymago capiti pueri īposuit: quam puer in terram piecit ⁊ ymaginem fregit. Sacerdos autem heliopoleos a latere regis surgens dixit illum esse pueꝝ de quo ꝓphetatum fuerat: q̄ regnum egypti humiliaret: ⁊ voluit eum perimere. Sed auxilio regis ꝑ persuasione cuiusdā sapiētis liberat⁹ est: qui ꝑ ignorantiam hoc a puero factum asseruit. In cuius argumētum prunas allatas puer ori apposuit: ⁊ lingue summitatem corrupit. Et ex hoc hebrei impeditionis lingue illum fuisse autumāt. Tātæq̧ pulchritudinis fuit: vt null⁹ adeo seuerus vel tā arduis occupatus esset: qui ei⁹ aspectui non adhereret. ❡ Cum aūt adoleuisset moyses ethiopes egyptum vastauerunt. Et habuerunt egyptij rīsum a dijs vt adiutore hebreo vterent. Vixq̧ obtinuerunt a filia pharaonis vt moysen iā iuuenē bellicosum effectum exercitui suo preficerent ducem qui fluminis itinere tāq̄ longiore ꝑtermisso per terram duxit exercitum itinere breuissimo vt īprouisos ethiopes ꝑueniret. Sed per loca plena serpentib⁹ iter faciēs: tulit in arcis papyreis ciconias egyptias serpentibus naturalr̄ infestas: ⁊ quotidie castrametatus via vnius diei ꝑmittebat eas: vt serpentes fugarent: ac deuorarent: ⁊ ita tutus ꝑ noctē trāsibat exercitus. Tandeꝫ ꝑueniens ethiopes expugnansq̧ illos fugientes in ciuitatem regiā nōie saba potenter obsedit. Tharmis vero filia regis ethyopū coniecit oculos in eū: ⁊ ex cōdito tradidit ei ciuitātem: ipseq̧ eā accepit in vxorē. Inde est q̄ maria ⁊ aaron iurgati sunt aduersus moysen ꝓpter vxorē ei⁹ ethiopissam obijcientes ei q̄ eā decepisset. Et cum redire vellet moyses nō acquieuit vxor. Moyses aūt astroꝝ perit⁹ duos anulos cōsimiles fecit: in quoꝝ gēmis ymagines fabricauit: vt altera memoriā: altera obliuionē cōferret. Et anulo quidem obliuionis vxori tradito: ipse alteꝝ amoris tulit. Sicq̧ mulier cepit eius amoris obliuisci ⁊ moysi ī egyptum libere reuerti ꝑmisit. ❡ Iuit aūt in terrā gessen ad fratres suos: ⁊ videns quendā ꝑfectū operis egyptioꝝ percutientem hebreū secreto occidit ⁊ abscōdit in sabulo. Et cū die altero inuenisset duos hebreos rixantes ⁊ iniuriātem argueret: ille ei homicidiū egyptij ꝑpetratuꝫ obiecit. Quo audiēs moyses timuit: ⁊ potissimū qꝛ rex hoc comperto querebat interficere eum: fugitq̧ moyses in terrā madian: ⁊ cum liberasset septem filias iethronis sacerdotis a pastoribus eas violare volentibus: filiā primogenitaꝫ ipsius sacerdotis sephorā nōie accepit in vxorē: ex q̄ duos filios ꝓcreauit. s. gerson ⁊ eliezer. Dedit autem iethro curam gregum suoꝝ alendoꝝ moysi: qui oues eius pascens in deserto venit ad mōtem dei oreb. Apparuitq̧ ei dn̄s ī flāma ignis de medio rubi: qui ardens nō cōburebat: precepitq̧ ei vt iret ad regē egypti ⁊ ad filios isrl' ꝓ liberatione ppl'i: ⁊ ostēdit ei signa q̄ faceret corā eis excusantiq̧ ei de īpedimēto lingue: aarō frēm ei⁹ eloquētissimū in solatiuꝫ ⁊ auxiliū loquēdi dedit. Tulitq̧ moyses vxorē ⁊ liberos ⁊ ꝓfect⁹ est: cui occurrēs angel⁹ in via corripuit eū: eo q̄ fili⁹ minor incircūcisus esset: vñ ⁊ vxor territa cū liberis remāsit: ne possent moysi esse īpedimēto: ipse vero solus ꝓcessit. ❡ Venientesq̧ in egyptū cū aarō fratre suo ꝯgregauerūt seniores isrl': narrātes eis vba dn̄i: feceruntq̧ corā eis signa de virga q̄ vtebat in colubrū: ⁊ de manu moysi etiā posita ī sinu leprosa facta est ⁊ de aq̄ de nilo hausta ⁊ in sanguinem cōuersa. Quo videntes seniores crediderunt: ⁊ sil' cum eis ad regem ingressi mandatū dei vt ppl'm dimitteret ei nūciauerunt. At ille deum ⁊ eos cōtēnens derisit: pplm̄q̧ hebreoꝝ magis afflixit. Erat autem tunc moyses annorum lxxx. ⁊ aaron .lxxxiij. qui ingressi iterum ad regem egypti signa coram eo fecerunt. Primo quidē virga moysi in colubrum versa deuorauit virgas magoꝝ: que similiter verse fuerant in serpentes. Indurato vero pharaone. ⁊ incredulo permanente: percussa est egyptus decem plagis his versibus comprehensis. Prima rubens vnda: ranarum plaga secunda. Inde culex tristis: post musca nocentior istis. Quīta pecus strauit: vesicas sexta creauit. Post sequitur grando post bruchus dente nephando. Nona tegit solem primam necat vltima prolem. ❡ Per hanc vltimam plagam eduxit dominus populum ex egypto. Transiuit

cũ angelus dñi per omnes domos egyptiorũ interficiẽs oẽ primogenitum hoim ⁊ iumentorum. Quam plagam vt euaderent filij isrl' mandato dei fase celebrarunt agnũ assum cum azimis panibus comedentes ⁊ de sanguine ei⁹ postes domus linientes: quod perpetuis temporibus dominus celebrari constituit in memoriam eorum liberationis ⁊ in figuram dñice passionis. Spoliaueruntq; egyptios hebrei diuino iudicio ꝓ mercedis sue recompensatione: qui scȝ gratis ⁊ diu cum magno eis labore seruierant nec quicꝙ mercedis perceperant: ideo etiam tulerunt ab eis aurum ⁊ argentum: vt inde fieret tabernaculuȝ. Erãt autem in populo tunc quasi. ccccc. milia virorum absq; paruulis ⁊ mulieribus. Et ascenderunt ex egypto quinta ꝓgenie a iacob. ¶ Dñs autem precedebat eos per columnam nubis in die contra feruorem solis: ⁊ ignis ꝑ noctem contra caliginem: quibus coartatis inter mare rubrum ⁊ aspera montium: cum persequeret' eos pharao cuȝ cccccc. curribus. ⁊. l. milibus equitum penitẽs ꝙ eos abire dimisisset: prebente ducatum eis moyse: ipse iubente domino mare rubrum tactu virge in. xij. diuisiones diuisit: ⁊ israel siccis vestigijs mare transiuit: quo ceteris tribubus ꝑmogenitis intrare post moysen dubitantibus iudas primus intrauit: vnde ⁊ ibi ꝓpter fidem ⁊ obediẽtiam regnum ꝓmeruit. Ingresso igit' post eos pharaone cũ curribus ⁊ equitibus suis medium sicci maris subito reuersa est super eum a tergo dĩs moles aque: ⁊ obrutus est ibi cum vniuerso agmine suo: vnde adhuc existunt in eodem littore tractus rotarum ⁊ vestigia equitum ac peditum q̃ ibidem ⁊ in ꝓfundo adhuc cernunt': que si casu vel studiose turbant' mox diuinitus in formam pristinam reparantur. ¶ Submerso igit' rege egypti moyses carmen hexametrum. s. cantemus dño decantauit: vt dictum est supra in gestis marie ꝓphetisse cal. iulij. ¶ Ueniensq; cum populo in marath: aquas ipotabiles immisso ligno dulcorauit. ¶ Deficientibus etiam victualibus dum popul⁹ murmuraret pristinas delitias in memoriam reuocans orante moyse dominus eis coturnices ⁊ manna de celo misit: quod contra dei ꝑceptum in crastinum reseruatum cõputauit. De isto autem manna filij israel annis. xl. in deserto sustentati sunt quod habebat omne delectamentũ ⁊ saporis suauitatem: ⁊ voluntati cuiuscunq; deseruiensq; ad quod quisq; volebat in eius saporem conuertebatur.

¶ Iterum moyses in raphidim populo murmurante ꝓpter defectum aque petram oreb virga percutiens aquam eduxit. Item mittens iosue ad pugnandum contra amalech: ipse in monte orans eleuatis manibus vsq; ad solis occasuȝ ei victoriam impetrauit. ¶ Mense vero. iij. egressionis de egypto. s. iunio ꝑma die mẽsis venerunt filij israel ad montem sinai: que fuit a fase dies. xlvij. Et tunc sanctificato prius populo die tertia post scȝ quinquagesimum diem acceperunt legem a domino in decalogo mandatorum. Post datam vero legem ⁊ populo recitatã moyses in montem sinai iuxta dñi ꝑceptum ascendit. Qui ei dominum saphirini coloris in exemplar tabernaculi faciẽdi ostendit: cum vtensilibus suis: vbi moyses. xl. diebus ⁊ xl. noctibus absq; cibo ⁊ potu cum dño ꝑmanens caligine qua mons operiebat' circuntectus audiuit eũ iubentẽ de tabernaculo construendo: de arca. de mensa. de altari. de candelabro. de vestibus sacerdotum ⁊ oĩbus alijs ad sacrificia ꝑtinentibus: q̃ in exo. plenius ꝑtractantur. Ipo aũt in mõte moram faciente populus ipatiẽs ab aaron ⁊ hur deos petijt. q̃ vitulũ ꝯflatilẽ eis dedit: eũq; ppl's adorauit de quo supra actũ est in gestis aaron cal. iulij. Moyses autem descendens de monte cũ hoc vidisset indignat⁹ tabulas legis dei sibi datas cõfregit: vitulũ cõbussit: ⁊ viginti quattuor milia de ppl'o interfecit: vt supra ibidẽ dictũ est Deinde veniã quã petebat ꝓ ppl'o suo obtinẽs: posteriora dei. s. tergum eius in humana effigie transeuntis vidit. Duas quoq; tabulas instar priorꝫ ꝑcidens. x. legis ꝑcepta in eis descripsit. Iterũq;. xl. dies in ieiunio cũ dño faciẽs splendida facie ⁊ radijs oculos intuentiũ reuerberãtib⁹ descẽdit. Ideoq; loquens ppl'o faciem velauit. ¶ Tertio iterũ vt tradũt hebrei ad impetrandã venie certitudinẽ ascẽdit. Cõpletoq; cum dño tertio ieiunio quadragenario nona die septẽbris rediit. Reuersus quoq; iuxta dei mandatum tabernaculũ ⁊ oĩa ad id ꝑtinentia fabricauit: prima die secundi anni in deserto erexit ⁊ gloria dñi illud operuit ꝑ diem incubans sup' illud in nube ⁊ ꝑ noctes in igne. Ad cuius eleuationẽ deinceps filij isrl' castra mouebãt ea vero stante ⁊ ipsi stabant. Inde dñs moysen vocauit: eiq; sacrificiorum legem dedit. Cuȝ aũt eleuante se nube filij israel de monte sina recedẽtes: viam trium dierꝫ iuissent vt irent ad terrã ꝓmissionis murmurauerunt pre dolore.


Missisq; exploratoribus ad ipsam terrã ipsisq; post dies xl. reuersis terre sibi ꝓmisse detraxerũt vnde ⁊ iuxta numerum dierum q̃bus exploratores eandẽ terrã cõsiderauerant. xl. annis ipediti ꝑ desertum circuierunt: donec oẽs a xx. annis supra mortui sunt: ꝑter caleph ⁊ iosue q̃ ꝓ parte dñi steterãt: de q̃bus dictum est supra in eorꝫ gestis cal. septẽbris. Post annos vero. xl. locutus est dñs ad moysen de diuisione terre ꝓmisse ⁊ de substitutione iosue ꝙ ppl'm introduceret eiq; terram diuideret. Et numerauit moyses ppl'm a. xx. annis supra. Inter quos null⁹ eorꝫ qui primo numerati fuerant cum egressi essent ex egypto superstes erat preter caleph ⁊ iosue. ¶ Post hec mortua est maria soror aaron in cades vbi murmurante populo propter penuriam aque: de mandato dñi moyses virga ꝑcussit petram ⁊ aque largissime egresse sunt. Et q̃ moyses et aaron diffidenter egerunt: cũ alias fiducial'r egissent gloriam videlicet miraculi sibi attribuentes ⁊ non dño increpati sunt a deo ⁊ ex hoc terram ꝓmissionis intrare nõ meruerũt. ¶ Eodem anno mortuus est aaron in mõte or: cui filius eius eleazar in pontificatu successit. Deinde cũ venisset populus in salmona ⁊ ꝓpter labores itineris murmuraret: immisit eis dominus serpẽtes ignitos: a quorum lesione per aspectum serpentis enei sup' stipitẽ ligneum iubente deo ꝑ moysen eleuati: postmoduȝ sanati sunt. Et inde ꝓfecti ad torrentem zared quem siccis pedibus sicut mare rubrum transierunt ⁊ iuxta arnon castrametati pugnauerunt contra seon regem amorreorꝫ ⁊ og regem basan ⁊ terras eorꝫ ac ciuitates obtinuerunt. Quas moyses tribubus ruben ⁊ gad: ⁊ dimidie tribui manasse citra iordanem in sortem concessit. ¶ Deinde moyses anno. xl. videns diem mortis sibi imminere omnem populũ ad iordanem conuocauit. Ibiq; deuteronomion cõdidit: quod latine dr' secunda lex non ꝙ sit alia a ꝑma sed eadem secũdo repetita. Moriturus quoq; ad instar iacob patriarche populo benedixit. Tandem iuxta preceptum domini montem abarim ascendit: ⁊ inde ad montem nebo vsq; ad verticem ipsius que dicitur phasga: ⁊ inde contemplat⁹ est terram ꝓmissionis: vbi ⁊ iubente domino annorũ. cxx. mortuus est pridie nonas septembris. Et non cognouit homo sepulchrum eius vsq; in presentem dieȝ: quod ideo iudei diuinitus factum dicunt: ne ipsum mortuuȝ populus ꝓ deo coleret: eo q̃ð ad ydolatriam proni essent. Hec ex libris exodi: leuitici: numeri ⁊ deuteronomij ⁊ ex chronicis iosephi: hieronymi: petri comestoris ⁊ guilelmi.

¶ De sctõ Museo ꝑsbytero. Cap. xxxv.

Museus massilieñ. ecclesie ꝑsbyter, vir sctitate conspicuus ⁊ in scripturis diuinis doctus: ⁊ in earꝫ sensibus subtilissima exercitatione limat⁹ fuit. Hic petitũ eccl'ie plura digessit: excerpsit ei ex sctis libris lectiões totius

totius anni festiuis aptas dieb⁹. Responsoria et psalmorum
cögruētia tpi et lectionib⁹ etiā respōdētia composuit. Scri
psit et ad eustasium epm sacramentorum librū egregium et cō
pēdiosum. Homelias etiā declamauit. Et plenus virtuti
bus humanitatis apud massiliam debitum soluit: vbi et
tumulatus miraculis viuit. Hec gennadius.

Ⓒ De sctō Marino confessore. Cap.xxxvi.


Arinus pfessor ī ciuitate ariminen. clarruit tpe diocletiani et maximiani īperatorum. Qui cū ex oi pte diuersarum artium magistros et operarios congregassent ad reedificatione arimnen. ciuitatis: que circa annos dñi. ccxx. reparari cepit: cōtigit: vt ex dalmatie ptibus duo magri
dolandorum lapidum aduenirent: videlz marinus et leo q
ex arben. ciuitate oriundi xpiani ab infantia dño seruie-
bant: de labore manuum suarum paupibus elemosynas tri-
buentes. Ibi ad pdicte ariminen. ciuitatis reedificatiōez
venientes: viderūt plures xpianos sua de puincia p pfe-
ctos operum in odiū xpiane fidei iussu pncipium iniustis
ponderibus aggrauari: et ceperunt eos in suis laborib⁹ ad
iuuare. Post aliquot vero dies marinus asellū emit: qua
tenus illius adminiculo fratribus suis in portādis lapi-
dibus subueniret. Deinde ad montē titanū accedentes
ad saxa excidenda ibidem cū alijs operarijs trienniū pere
gerunt. Post annos vero tres leo cū paucis comitib⁹ pre
xit ad montem feliciani: qui mons ferretri nuncupatur
vbi sibi cellā constituit: et deo seruire cepit anachoriticam
vitam ducens. Marinus vero cum alijs xpianis ad ciui
tatem ariminen. reparandam remansit: vbi vsq ad opis
pfectionem pseuerauit: xpianos in laboribus adiuuans
et cui vt poterat charitatiue ministrans. Nec ppter labo-
rem corporeum orationes ptermittebat: aut ieiunium: sed
quanto plus carne affligebat: tanto in laboribus fortior
videbat. Ⓒ Completo vero ciuitatis edificio ipse ciuitatē
aliā non manufactam in celis edificare cupiens: predica
tionis officio diligenter instare cepit: multosq gentiliū
etiam ex ipsis ydolorum sacerdotibus ad xpm conuertit.
Interea vero dū antiquus hostis eum pturbare a diuino ope-
re moliret: quandā mulierem adeo demētauit: vt effecta
insana de partibus dalmatie ariminum vsq veniret ma
rinum vti virum suum legitimum requirendo. Quem
vt inuenit ipm importunis pcibus vt se eius cōiugem su-
sciperet flagitauit. Quam vbi marinus admiratus despe-
xit: illa insana pfidē adijt: marinum vti virum suum expe
tijt: et de xpianitate accusauit. Quod cū vir dei cognouissz
ad radices montis titani nocte latenter aufugit: et ibidez
in antro se artissimo collocauit: vbi anno integro manēs
faciem hoīs non vidit: solis agrestibus herbis et aqua de
rupe liquante post nonam quotidie refectus. Tūc dyabo
lus vt eum terrere t: omne ferarum genus et diuersa monstra
ei vlulantia ptendebat: sed vir dñi firmus in sancto proposi
to psistebat. Post annum a bubulcis greges in mōte pa
scentibus inuentus et agnitus est: famaq eius in ciuita-
tem delata mulier illa vesana ad locum accessit: et marinū
aggrestia in hortulo ferentem inuenit: ipsumq vt sibi ad
hereret instanter ptere cepit. Qui signo crucis contra
eā edito: hostium cellule in faciem eius clausit: et diebus
sex continuis nullum sumens cibum in orone pseuerauit
post quos mulier ab īmūdo spū liberata: delusiones dya-
bolicas cognoscens veniam petijt: et ad vrbem rediens oia
nefanda que cōmiserat a diabolo delusa publice resera-
uit. Ⓒ Cū autē fama viri dei crescente a multis frequen
taretur: edificauit ecclesiaz in honore beati petri aposto
li. Et dū quidā ex ciuibus ad eum accederet. vt eum ex li-
uore inuidie tanq malignū inde repelleret: orante mari
no subito oibus membris corporis destitutus. etiā ipsa li
gua obmutuit: ita vt nec se posset mouere: nec verbū pfer
re. Quod mater eius per nutus intelligens ad marinum
accessit et filio suo gratiā et sanitatē precibus impetrauit
Quos cum gētiles essent: marinus ad christum cōuertit
ipsosq et oēm eorū familiā numero quinquagintatres ba
ptizauit. Eodē autem tempore gaudenti⁹ episcopus ari-
minensis directus ad ipsam vrbē a romano pontifice au
dita fama sctōrum leonis et marini eos ad se per litteras
accersiuit et leonem in presbyterum marinū vero in diaco
num ordinauit. Dum aūt redirent: et vrsus asinum mari-
ni deuorasset: ipse vrsum capistro alligauit: et vt ipsum ad
locū suum deferret: vicē asini supplens imperauit: quod
vrsus cum oī mansuetudine perfecit. Ⓒ Exorta vero here
si a martiano presbytero arimen. que miro modo ecclesiā
perturbauit. cū christianos iterum heretici persequeren
tur. et gaudentius eps cum pluribus aufugisset: marin⁹
in cella sua perseuerauit. nulloq fugientium christianorum
timore perterritus inde remoueri potuit. Sed vsq ad fi-
nem vite indesinenter in vite sanctitate persistens. anno
domini. cclvij. pridie non. septē. quieuit in pace. Sepul-
tusq est in cellula sua in titano monte qui vocatur pena
sancti marini.

Ⓒ De sancto marcello martyre. Ca.xxxvij.


Arcellus martyr passus est in ciuitate cabilonen. sub persecutione antonini imperatoris. Cum enim sanctus photinus eps cū alijs. xlviij. apud lugdu. cōprehensus esset et in vno carcere. l. christiani inclusi eēnt. Ex his oibus marcellus et valerianus nocte ab
angelis vocati pariter ac soluti dimissi sunt. Et marcel-
lus quidē sequanorum. valerianus vero eduorum prouincias
petierunt. Itaq marcellus cabilonē deueniens: dum a p-
side prisco ad prophanum idolorum conuiuium fuisset inui
tatus: et huiusmodi epulas execrans. omnes qui aderant
idolis seruientes libera increpatione corriperet: ab eodē
preside in arbore vinculis per ramos astrict⁹ oibusq cor
poris membris totus deniq flagellis cesus: deinde depo
situs tormentis pluribus afflictus est. Et dum christum
in omnibus confiteretur constantissime. inaudita crude
litate iussu presidis erectus et vsq ad cingulum terre de-
fossus et obrutus est. Qui triduo in confessione domini p
seuerans spm deo dignū reddidit pridie non. septēb. Se
pultusq est in eadē ciuitate. Cuius sepulchrum a gunte
rano rege aureo ciborio exornatum est. valerian⁹ vero pas
sus est in eduē. ciuitate. vt dicet infra decimoseptimo ca
lendas octobris.

Ⓒ De sancto Bertino abbate. Ca.xxxviij


Ertinus abbas ex ciuitate constantia oriundus claruit. Qui cuz numolino et ebertramio propriam patriam relinquētes ad sanctuz audomarum episcopum morinen. venerunt. A quo ad predicandum missi officium legatio-
nis fideliter impleuerunt. Cum autem adoaldus predi-
ues filium non haberet. de cōsilio sancti audomari chri-
sto placere cupiens maximam partem facultatum suarū
predictis tribus sanctis contulit ad monasterium in ho
norem beati petri apostoli construendum. Quod et factū
est. Dum autem sanctus bertinus cum predictis in ipsa
adhuc ciuitate resideret decedente acario eiusdem vrbis
episcopo. Numolinus ad episcopatū prouehitur. Eber-
tramius vero ab eodez facto episcopo monasterio sancti
quintini preficitur. Sanctus vero bertinus aptiorem si-
bi deo seruiendi locum requirens. dei se dispositioni com
mittens nauē ascendit. Et angelico ductu sine remo vel
remige contra ictum fluminis vsq ad locum a deo preui
sum deuenit: vbi de bonis sibi collatis ab adoaldo mona-
sterium nomine scythiu in honorem apostolorum princi
pis construxit. Ibiq monachorum multitudinem con
gregauit. quibus et deo seruiens laudabiliter pre-

fuit. Et in christo quiescens miraculorum gloria clarens ibidem sepulturam accepit. Cuius festuz colitur nonis septembris.

¶ De sctō Victorino ep̄o ꝛ martyre. Cap̄.xxxix.



Victorinus ep̄s ꝛ martyr apud vrbē romam passus est tempore nerue imperatoris. Qui ex territorio amiternine ciuitatis ortus cum post obitum parentum vna cum seuerino fratre suo: omnia ꝑ xp̄o dispensassent semuicem pedagogantes pariqꝫ custodia mutuo seruiētes nudi heremum petierunt: verum victorinus ad altiora tendēs relicto fratre artissime cellule se reclusit: ibiqꝫ diudum penitentie operibus vacauit. Sed dū nocte quadaz dyabolus ei in specie puelle vagantis ꝛ flentis ac hospitiū requirētis apparuisset ille mia motus eam introduxit. Et duz eis iacentib⁹ pes pedē tāgeret corde magis tactus ꝛ specie pri⁹ atqꝫ blanditijs allectus cum ea cōcubuit: moxqꝫ demon vt fumus euanuit. Ad se autem rediens sanctus ad germanū accessit: ꝛ casum deplorās penitentiā egit. Nam in arbore scissa manus includens modico herbarum cibo ꝛ aqua a fratre sustentatus ꝑ triēnniū pctm̄ suum defleuit. Tādē ab ep̄o ciuitatis visitatus ꝛ monitus ac solutus in maxima sanctitate ꝑseuerauit: miraculisqꝫ radiauit.

¶ Deinde ꝓmotus est ad ep̄atum amiternine ciuitatis ꝑplo ipsius ipm̄ eligente. Inde postmodum sub imperatore nerua cū eutyce ꝛ marono ab aureliano iudice ꝓ christi noīe relegant .lx. ab vrbe miliario via salaria. Postmoduz aūt in loco q̄ cotilas dr̄: vbi putētes ꝛ sulphuree emanāt aque capite deorsum ꝑ tres horas suspensus est. Et deinde ꝑ triduum in carcere clausus. Nouissime gladio capite cessus victor migrauit ad xp̄m non̄ .septembris. Cui⁹ corpus ciues amiternen̄. post duos dies rapientes in ipsa ciuitate honorifice condiderunt.

¶ De sctō Victorino confessore. Cap̄.xl.

Victorinus confessor claruit rome tp̄e constantij imp̄atoris. Hic carthaginen̄. rhetor illustris in vrbe roma florentissime duz paganus esset rhetoricā docens in traiani foro statuā meruit: hieronymū p̄sbyterum cardinalē inter alios insignes auditorē habuit. In senectute autē ad fidem christi conuersus: aduersus arriū libros adeo scripsit obscuros vt nisi ab eruditis intelligant: ꝯmētarios etiā in ap̄lz edidit vt dicit hierony. lib. de illustribus. de hoc refert ꝛ augu. lib. cōfessio. ꝙ dū victorinus ad fidē ꝓuenisset: ꝛ cū simpliciano viro dei scepius colloquiū habēs xp̄ianū se diceret: ꝛ simplicianus rn̄deret ꝙ ei hoc nō crederet: nisi ipz in eccl'ia videret. Ille iocādo interrogauit: an parietes facerēt hoīez xp̄ianū. Tādē dū ad eccl'iam deuenisset: ꝛ ei tāq̄ verecūdo occulte liber in quo erat symbolū fidei: ad legēdū datus fuissz victorinus in altū ambonē ascēdit ꝛ alta voce publice symbolū ꝓnunciauit: ꝛ extunc ꝙ xp̄ianus esset cunctis innotuit: q̄ vita ꝛ doctrina clarus in vrbe cum pace quieuit: sepultus in pago vestien̄.

¶ De sctō zacharia sacerdote. Cap̄.xlj.

Zacharias sacerdos filius ioiade siue barachie: cui⁹ sctitas ab ipso xp̄o dn̄o ex textu euāgelico cōmēdat mat. xxiij. cap̄. claruit i iudea sub tp̄e ioas regis iude. Qui ꝛ patri summo sacerdoti defuncto in pontificatu successit: eidemqꝫ in vite scītate ꝑ oīa sīlis fuit. Cū eñ mortuo ioiada sacerdote: q̄ ioas regē isrl' legē dn̄i seruādā direxerat. Joas rex a via mādatoꝝ dei declinasset: ꝛ post ydola domus isrl' ambulassz: cui⁹ exemplo etiam regni optimates viciati sunt. zacharias sacerdos boni patris imitator publice redarguere nō dubitabat. Unde indignat⁹ rex fecit eū obrui lapidib⁹ inter tēpluz ꝛ altare. Qui ꝛ sepult⁹ est in ciuitate dauid in sepulchro paterno. ¶ In cuius mortis vltionē seu testimoniū duo notabilia appꝗuerūt. Primū vt dicit hieronym⁹ ꝙ sanguis eius in saxis ꝛ lapidib⁹ pauimēti vbi occisus est: adeo fuit impressus ꝙ inde nūq̄ deleri potuit. ¶ Scdm̄ vt dicit epiphanius ꝙ extunc ppl's in tēplo nō accepit manifeste responsum: nec ex dabir: nec ex ephoth. Rex etiā ioas ipune nō trāsiuit: nā lāguorē pessimum incurrēs a duob⁹ seruis suis interfectus est. Hec ex libro paralipo. ij. ca. xxiiij. ꝛ ex dictis hieronymi atqꝫ ex hystoria scholastica. Hui⁹ sancti passionē: q: dies ei⁹ festi cert⁹ nō habet i srascripto eiusdem noīs ꝓphete ꝓpter equiuocationez vocabuli premittere decreui.

¶ De sctō zacharia ꝓpheta. Cap̄.xlij.

Zacharias ꝓpheta fili⁹ barachie filij addo post captiuitatē iudaici ppl'i in anno scdo darij p̄sarum regis ꝑsaꝝ in hierlm ꝓphetauit duob⁹ videlz mēsib⁹ post aggeū ꝓphetā de quo supra dictū est. iiij. non̄. iulij. ꝓpter qd̄ aggeus zacharie in ordine ꝓphetaꝝ premittit. Prophetauit aūt zacharias eadē occasione qua ꝛ aggeus. Cū eñ in anno p̄mo cyri regis ꝑsaꝝ vt impleret sermo dn̄i ex ore hieremie: vt habet p̄mo esdre in p̄ncipio data esset licentia pp'lo isrl' redeūdi in iudeā. Et a senioribus ꝛ pp'lo tēplū dn̄i in hierl'z reedificari cepisset: mortuo cyro rege ꝑsaꝝ ꝛ regnāte cābyse: vicine gentes odio iudeoꝝ instaurationē tēpli ꝛ ciuitatis impediebāt: vnde ꝛ opus intermissum est vsqꝫ ad annū scdm̄ darij regis ꝑsaꝝ. Et tūc zorobabel dr̄i darij p̄sati intimus cū ipm̄ regnare audiuisset: fiducialr opus aggressus est. zacharias quoqꝫ ꝓpheta a deo missus tā ipm̄ zorobabel q̄ iesum filiū iosedech sacerdotē magnū de quibus supra dictū est idibus iulij in ipso opere eos exhortari visus est: populus quoqꝫ exhortationē dictoꝝ ꝓphetaruz audientes: eos adiuuare ceperunt. ¶ In lectiōe aūt sua intendit ꝓpheta non solū ꝑplm ad reedificationē tēpli domini confortare: sed etiā eos ab imitatiōe paternoruz criminuz reuocare. Ideoqꝫ iesum sordibus indutum se vidisse memorat. quod ad filios eius referendum est: qui vxores alienigenas duxerunt vel etiā ad populum vtiqꝫ sordidatum: quos ille cuz esset pōtifex nō arguebat. Mystica quoqꝫ plura sacramēta de xp̄i aduētu ꝛ passiōe in ei⁹ lectiōe cōprehēsa sunt: q̄ ꝑ singula explicare lōgum esset. Quieuit autē hic ꝓpheta in pace in iudea annis plurib⁹ reedificato tēplo. viij. idus septēbris. Sepult⁹ iuxta sacerdotum monumēta in hierl'm. Et hic ex numero. xij. ꝓphetarum est: q̄ minores dicti sunt: q̄ in sctōꝝ patrum catalogo eccl'i. xlix. cap̄. ꝯscribunt. Hec hieronym⁹ ꝛ iosephus: ꝛ ex hystoria scholastica comestoris sumpta habetur.

¶ De sctō onesiphoro discipulo. Cap̄.xliij.

Onesiphorus discipulus pauli apostoli de quo idem secunda epistola ad timo. mentionem facit eiusdem apostoli imitator ꝛ peregrinationis eius comes pluribus annis fuit ꝛ ei in ministerio

in ministerio deseruiuit. Et hic predicationis officio fideliter peracto apud vrbem romã post pauli passionẽ in pace quieuit. viij. idus septẽbris. vt ait hieronymus.

¶ De sanctis donatiano presidio ⁊ socijs martyribus Ca.xliiij.



Donatian⁹: presidius: mansuet⁹: germanus: ⁊ fusculus episcopi persecutiõe vãdalica apud aphricam passi sunt: q̄ iussu hunerici regis arriani pro assertione veritatis catholice fustibus cesi: ⁊ exilio dãnati sunt tempore videlicet quo eugenius carthaginen̄. episcopus petebat. vt de vniuerso orbe ad disputandũ catholici epi cõuenirẽt: q2 de fide communi ad agendũ erat. vt dictum est supra in passione eugenij. iij. idus iulij. Tũc enĩ predictus rex impius memoratos sanctos episcopos inauditos relegauit: ⁊ ecclesias clausit. aliasq3 innumeras persecutiones intulit xp̄ianis: vt scribit victor aphricanus. ¶ Inter alios autem letum ep̄m strenuũ ⁊ doctissimũ. post diuturnos carcerum squalores incẽdio concremauit. Ceteri vero prenominati pontifices fame ⁊ inopia in exilio defecerunt. Quorum omniũ festum recolitur. octauo idus septembris.

¶ De sancto Eleutherio abbate. Ca.xlv.



Niceta martyr: qui in tertp̄ al victor apō ni comediā ciuitatē passus est sub maximia no rege ipsius matris parente. Hic ipsius ciuitatis oriundus filius p̄fati maximiani regis gentilis in adolescentia bonis mori bus imbutus per reuelationē ad xp̄m con uersus est. Apparuit eñi ei in somnis xp̄s cum v̄gine i ora torio sctē marie: tenens signum crucis in manu sua: ⁊ do cuit eum vt crederet in eum: q̄ euigilans ⁊ de visione terri tus p̄quirebat quis esset: qui ei apparuisset: cui quedā xp̄ia na nōie iuliana occulte ymagines xp̄i ac matris eius ⁊ si gnum crucis ostendit: q̄s ille ipsas esse figuras eoꝝ quos viderat recognouit. Ductus igit̄ a iuliana ad oratorium virginis: a quodā presbytero xp̄iano in fide doctus ⁊ bapti zatus est: indutusq̧ habitu despicabili a gabriele archan gelo ei apparēte in fide xp̄i cōfirmat⁹ est. ¶ Cū aūt puer q̄dā iulianus nicetā orantē in ecclesia repperisset patri de nūciauit. Qui missis appitorib⁹ fecit eū detineri in eccle sia sctē dei genitricis orātē. Ductusq̧ ad patrē ab eodem ad sacrificia inuitat̄. Ille aūt sibi dari deos petiyt: vt eis thu ra offerret: statuasq̧ ydoloꝝ argēteas in domū suā addu ctas contriuit: ⁊ paupib⁹ p frusta distribuit: qd̄ cum patri ipsemet postmodū retulisset iussit eum catenis ligari: et vnctis suspendi: ⁊ a .xxiiij. viris sibi vicissim succedenti bus neruis taurinis aceto et felle intinctis crudeliter flagellari: cui apparens: angelus michael ip̄m dulciter cōfortauit: viditq̧ niceta manū de celo ei porrigentē coro nā gemmatā ⁊ columnā igneā ad celūvsq̧ p̄tēsam. ¶ Cū autem hec oīa patienter tolerasset: fecit eum pater mani bus ⁊ pedib⁹ vinctis sup stratum poni: ⁊ puellam speciosaz adduci: vt ip̄m osculis ⁊ amplexibus alliciens ad deorum sacrificia p̄uocaret. Qui dū se ab ea ipudice tractari sen tiret: ⁊ aliter illā repellere nō possz linguā dentib⁹ precisaz in faciem eius spuit illaq̧ cōfusa discessit. Tunc fecit eum rex deponi super lectum gladijs acutissimis circūseptuz: q̄ q̄ttuor rotis agitabat̄: sz orante sctō gladij sicut fenū facti sunt ⁊ ipse illesus p̄māsit. Quo viso miraculo q̄ngēti gēti lium crediderūt. Orāte quoq̧ sancto matre chrisma ⁊ aq̄ de petra p̄siliyt: ⁊ ipse eos baptizauit. Statiq̧ ad regez in trauit: quem ille videns incolumē quem membratim con cisum putabat: iussit eum hamo per labia suspendi ⁊ ferrū ignitum acutum auricule ipsius infigi: vt a dextera in si nistram p̄transiret: aliud quoq̧ ferrum cordi eius immit ti ⁊ tertium capiti imponi: qd̄ inde ipsum vsq̧ ad lat⁹ sini strum transfoderet. Et dum hec constanter sustinēr superasz iussit eum versis pedibus suspendi: ⁊ fumo subter facto fu migari: deinde capta pice ⁊ palnitibus igne succenso san ctum cremari. Et cum in his etiam illesus permansisset: manus eius truncari: ⁊ serris crura secari fecit. Deinde calciamenta ferrea ignita pedib⁹ eius imponi. Et post hec in p̄fundissimam foueam sine aqua iactari. Qui oratiōe facta ab angelo michaele de fouea educit̄: ⁊ membra eius oīa restituunt̄. Angelus quoq̧ ipsuz hortatus ei dixit q̄ quicunq̧ ipsum in omni necessitate inuocaret: iuste po stulata penitus obtineret: ⁊ si iniuste peteret ad penitētiā perueniret. ¶ Post hec pater vocatis magis fecit ei mor tiferum in calicem p̄pinari: sed signo crucis edito: demo nes de calice vlulantes euanuerunt: ⁊ venenuz in aquam conuersum est. De qua martyr dñi magos illos ad xp̄z re deuntes baptizauit: quos rex vna cum filio in carcere tru di mandauit. Orante vero sancto dyabolus in angelū lu cis transfiguratus eidem apparuit: quem ille per sp̄m co gnoscens durius increpauit. Statimq̧ angelus bonus eidem astitit: ⁊ illum fore demonem declarauit: quem ni ceta ad terram p̄strauit ⁊ pedem super collum eius posuit ⁊ quis esset interrogauit. Ille vero diu eiulans dixit se eē sp̄m qui adam fecerat: vt preuaricaret: ⁊ cain fratrem oc cideret: ⁊ p̄plm iudeorum induxerat vt xp̄m crucifigeret: veniente quoq̧ patre maximiano ad carcerem: p̄iecit ni ceta demonem in vultu eius dicēs ip̄m esse deum quē ado rabat: ⁊ deinde illum in sterq̄linio alligauit. ¶ Cum aūt pater se in christum crediturū p̄mitteret: si niceta vnum ex multis defunctis sub columna iacentibus suscitaret: orante sctō oēs q̄ fuerāt mortui surrexerūt. Et cuz in gēti litate mortui eēnt: sctūs dñi eos baptizauit: ⁊ iterūvt dor mirēt ac se in p̄adysum p̄cederēt īperauit. Que oīa dū rex magice ascriberet: ⁊ filium iteruz fustigari iussisset veniēs regina ip̄z de crudelitate nimia redarguit mox quoq̧ sedi tione suborta populus regem gladijs ⁊ lanceis trucidauit. Niceta v̄o oēs p̄plz in fide docuit ⁊ baptizauit. ecc̄las plu res cōstruxit ⁊ fidē dñi multiplicauit. Demū ad xp̄z felicit̄ migrauit die sabbati p̄die idus septembris: hora .vj. se pult⁹ a christianis nicomedia ciuitate: iuxta corpora alio rum martyrum ibidem pro christo passorum.

¶ De sancta Bona virgine. Cap̄m.lxxj.

Bona v̄go in partibus egypti claruit. hec apō latinos bona: apō suos egyptios cor dimunda vocata: regali genere orta: patre zabul nobili satrapa: matre ziua pulchra facie sz pulchrior fide: nondum tñ baptiza ta: parentib⁹ defunctis: multaꝝ diuitiaruz heres sub cura p̄pinquoꝝ fuit. Quā dum iuuenis nobilis simus in coniugium peteret: multas ei pollicens possessio nes: illa oīno matrimonium ei refutauit dicens christuz se ab infantia desponsasse: v̄ginitatemq̧ suam ei dedicas se. Propter qd̄ a p̄pinquis diduz blanditijs ⁊ minis pul sata: timens ne sibi violenter sanctū p̄positum rumperet̄: latenter fugam petiyt: ⁊ ad cenobium virginum se contu lit: ac se a ianitrice intromitti instanti⁹ postulauit. Dūq̧ illa virginem sine abbatisse licentia admittere recusaret Abbatissa diuina reuelatione premonita ⁊ ipsam intro mitti fecit: ⁊ potenti habitum religionis tradidit. Req̄si ta autem ab attinentibus ⁊ inuenta: duz ipsam inde nul latenus auellere possent dicunt abbatisse puellaz esse gē tilem: vt eam tali occasione repelleret. Illa autem hoc cō fitens sed baptismum expetens a presbytero monasterij baptizatur. ⁊ .xij. annorum sacro suscepto velamine virgo domino consecratur. Que in multa perseuerauit sancti tate: ⁊ omni sacre regula discipline. ¶ Cum autem vnaz ex sororibus haberet in sociam predilectam: ⁊ illam lan guentem omnes alie visitarent sola bona remansit in ec clesia orans deum: vt q̄ illam mori cōspiceret: sibi in alio

seculo comes fieret. Quod ꝛ voce de celo lapsa ei promis-
sum est. Tunc bona sororem adijt que ei illud idem pre-
nunciauit: ꝛ mox spm̄ emisit. Tertia vero nocte abbatissa
vidit somnium ꝙ iuuenis splendens palliam ex eius capi
te auellebat: quam ꝛ scrinio abscondebat. Et querēs cur
hoc faceret: audiuit bonam ab ea eadem die auferendam.
Mane autem dum abbatissa visionem sororibus retu-
lisset bona presente: audita est vox angeli de celis ipsam ad
patriam euocantis. Que continuo in choro sororum posi
ta: oībus circum psallentibus ꝛ flentibus emisit spm̄ pri-
die idus septembris. Cuius corpus mox lux de celis clara
circundedit: et ipso odor mirabilis refragauit: donec offi
cio completo sepulture traditum est.

¶ De sctō Philippo epō ꝛ martyre. Capitulum. lxxij.

Philippus epūs ꝛ martyr passus est apud
alexandriam sub seuero imperatore. Hic
illustrissimus pfectus alexādrie pater
fuit sancte eugenie virginis: ꝛ ab ea con
uersus ad xp̄m: vt supra in eius passione
actum est. viij. calen. ianuarij. Qui re-
licta pfecture dignitate a xp̄ianis i epm
alexandrie sublimat. Ad cuius instantiam ꝛ informatio-
nem seuerus augustus libertatem xp̄ianis concessit: vt
suis legibus in egypti partibus vterent eo ꝙ ab eodem ol
prefecto suo informatus eēt: xp̄ianos reipublice plurimū
esse pficuos. Postmodum aūt emulantibus paganis.
Seuerus edictū reuocauit: ꝛ misso illuc perennio pfecto
in successorem philippo mandauit eidem: vt aut philip-
pum dijs sacrificare compelleret: aut depositum ol digni
tate ꝛ facultatibus puaret. Philippus aūt infirmitatem
simulauit: donec oīa sua paupibus dispensauit. Quod au
diens perennius: dum ob timorem populi ipsum inuade-
re publice non auderet: latenter in ecclesia orantem gla-
dio in gutture pcuti fecit. Qui tn̄ pplm in timore dn̄i ex-
hortans p triduum superuixit. Sedit in epatu menses. xv.
miracula patrans. Et cū palma martyrij ad xp̄m migra
uit idibus septembris. Sepultus in monasterio filie sue.

¶ De sctō Ligonio martyre. Capitulum. lxxiij.

Ligorius martyr in ptibus grecie passus ē
Hic natione grecus: relicto seculo dū va-
ste solitudinis heremum coleret: hoībusqꝫ
incognitus esset: a gentilibus venatorib⁹
inter vepres inuentus est. Et dū latro pu
taret ꝛ īterrogat⁹ quis esset: respōdit se esse
pctōrem xp̄ianū. Quem illi audito christi noīe eis exoso
mox gladijs interfecerunt. Cuius corpus a venetis de par
tibus grecia ꝛ transuectum in monasterio sctī laurētij po
situm est. Cūqꝫ dies eius passionis ignotus esset: cuidam
puero languenti quasi in extremis posito: quidam san-
ctus apparuit: seqꝫ ligorium esse dixit pueroqꝫ admonuit
vt abbati sctī laurentij diem sue passionis. xiij. septembris
celebrandum esse indicaret: quo videlicet die ipse p christo
passus fuisset. ꝛ eo nunciato suam eius meritis sanitatem
perciperet: puer autem ad se rediens: hec que viderat ab-
bati nunciauit: ꝛ continuo incolumis de lecto surrexit.
Sicqꝫ dies passionis ligorij. Idibus septembris esse ex tun
de omnibus notum fuit.

¶ De sctō Amato pbytero. Capitulum. lxxiiij.

Amatus presbyter ꝛ abbas monasterij rome-
rici fuit: vir quidem mire abstinentie ꝛ ana-
choritice vite sectator virtutum ꝛ miraculorū
gratia illustrem conuersationem ducēs. Qui
ꝛ migrauit ad xp̄m idibus septembris in ipso
monasterio in pace tumulatus hec ado.

¶ De sctō Maurilio epō. Capitulum. lxxv.

Maurilius epūs apud andegauensem ciuitatem
claruit: cuius ꝛ epūs fuit. Hic natione medio
lanensis claris parentibus ortus. Primo q̄-
dem sctī martini in suo monasterio turonensi discipulus
fuit: sed postmodum solitariam eligens de turone recessit
ꝛ andegauensem vrbem adijt: vbi in villa calonne pphanū an
tiquissimum ydolorum reppetit: statimqꝫ orationem fu-
dit: ꝛ ignis de celo descendens ipsum consumpsit. Ibi er-
go sanctus ecclesiam fundauit: quam pcessu temporis san
ctus martinus consecrauit: vbi ꝛ multo tpe maurilius in
sanctitate vite moram traxit. ¶ Multisqꝫ miraculis cho
ruscauit. Nā puerum a vipera percussum pene extinctum
sanauit. In presiaco: vbi erat colis ydolorum: demonibus
cum multo eiulatu expulsis ydola combussit: ibiqꝫ ceno-
bium construxit. ¶ Vir qdam raptus a mercatorib⁹: vt
precio venderet: ad eius presidium recursum habuit. Dū
autem sanctus dn̄m illius ad redemptionem capti nul-
latenus inducere posset: raptor febribus inuasus subito
expirauit: quem sanctus maurilius sua oratione a mor-
tuis suscitauit. Statimqꝫ ille captiuam libere dimisit quo
etiā miraculo oēs alios dicti raptoris consocios ad peni-
tentiā reuocauit. Nautē quidā in mari periclitantes eum
inuocabāt. Quos sanctus p spm̄ cognoscens: ad littus ac-
cessit: ꝛ signo crucis edito tēpestatem sedauit. ¶ Latro q̄
dam q̄ eius asinum rapuerat: nocte tota circumuagans:
mane cum furto ante fores eius monasterij inuentus est
ꝛ asello reddito penitentiā egit. ¶ Post hec de ꝯsilio btī
martini archiepi turoñ. in epm andegauensem elect⁹ est.
Qui dum in sede ponit: ꝛ a martino eius metropolitano
consecrat columba de celo veniens capiti eius insedit.
¶ Dum cuidā matrone sterili filium a dn̄o precibus im
petrasset: illaqꝫ par febricitātem ad maurilium celebrātē
in ecclesia sctī petri baptizādum adduxisset: dum missa p-
traheret: puer sine baptismo expirauit. Ille vero quasi ne-
gligentie conscius acturus penitentiā ab ecclesia sua au
fugit claues reliquiarum secum tulit. Que dum p mare na-
uigaret: casu in aquā ceciderunt. Epūs autem quasi hoc
diuine vltioni ascribens vouit se nunq̄ ad sedem suā reuer
surum: nisi claues ipsas diuinitus rehaberet. Sicqꝫ i ha
bitu pegrino trāsmisso mare dn̄i cuiusdā ortum colere ce
pit. Requisitus est vbiqꝫ p septennium a ciuibus: sed mi-
nime inuentus. ¶ Dum autem qdā ex eius clericis ad eū
querendum mare trāsire vellent scripturā ab angelo in-
ueniunt lapidi sculptā continentem maurilium illac trans
fretasse: lẽti ergo dum portum in nauicula transeunt: pi-
scis ingens in nauem prosiluit: quem exenterantes cla-
ues in ventre reperiunt: quas bene recognoscunt. Mau
riliumqꝫ cum clauibus in mari demersum putauerunt.
Et dum tristes redire disponerēt: hospitati sero apud do
minum cum quo episcopus eorum morabat: maurilium
vocari audierunt eumqꝫ recognoscentes: vt repatriaret:
exorarunt. Recusanti quoqꝫ ꝛ votum suum allleganti cla
ues ostendunt: sicqꝫ sanctum cum gloria ad sedem suam
reducunt: qui statim iuxta sepulturam pueri se prostra-
uit: nec ab oratione destitit quousqꝫ puer reuixit: quem ip
se baptizatum renatum vocauit: ꝛ in lege domini erudi-
tum successorem episcopatus habuit. ¶ Quendam die
dominico securi ligna cedentem: cuius manus contra-
cta securi adheserat: post dies quinqꝫ penitentem sanum
effecit. ¶ Dum in portu lydi fluminis cum quibusdam
transire vellet: nec nauem haberet. Nauicule quedam
ab alia parte fluuij posite sine aliquo ductore ad eum p-
uenerunt: et ipse cum omnibus angelico ducatu transi-
uit. Quieuit in pace. xc. etatis sue Anno episcopatus ve-
ro sui anno. xxx. idibus septembris. Sepultus in ecclesia
andegauensi miraculis clarens.

¶ De exaltatione sancte crucis. Capitulum. lxxvi.



Exaltatio sancte crucis sub heraclio impatore facta est. Cum em̄ venerabile crucis dominice lignum a beata helena inuentum esset: vt habet supra in hystoria inuentionis crucis.v.n. ñ.maij: ita per medium ab ea sectum est vt ex eo crucem constantinopolim deferret: ⁊ crucē hierosolymis in thecis argenteis suo loco reseruaret. Multoꝝ itaqꝫ tempoꝝ labente curriculo pmittente dño ppter pctā suum ppl̄m flagellari. Cosdroe rex persaꝝ oīa regna terraꝝ orientl̄ suo impio subiugauit. Hierl̄m autem veniens a sepulchro dñi territ⁹ fugit: partem tñ dñice crucis ibidem ab helena relictam asportauit. Volens autem ab omnibus vt solus deus coli turrim ex auro ⁊ argento interlucentibus gemmis fecit: ⁊ ibidem solis ⁊ lune ac stellarum ymagines collocauit: p subtiles etiam ⁊ occultos aqueductus quasi deus desuper aquam fluens pluebat: ⁊ subterraneo specu equos quadrigas trahentes habebat: vt quasi turrim mouerent: et tonitruū simularent. Filio quoqꝫ suo regno tradito ipse i turri residebat: ⁊ iuxta se crucem dñi collocans: appellari se regem regum ⁊ dñm dñantium ab oīb⁹ ipꝛabat. ¶ Tūc imperator heraclius xp̄ianissimus cum exercitu copioso iuxta flumen danubium contra cosroe filium pugnaturus aduenit. Et ibidem vtrisqꝫ pncipibus placuit vt ipsi soli super pontem duello confligerent ⁊ qui victor existeret sine damno alterius partis exercitus imperium obtineret. Et si quis ex vlla partium pncipem suum iuuare psumeret cruribus ⁊ brachijs excisis in flumine mergeretur. Heraclius igit̄ se deo ⁊ venerāde cruci: p q̄ pugnabat: deuote ꝯmēdās ambobus diudū in ꝯflictu durātib⁹ xp̄o annuente victoriā tādē obtinuit ⁊ cosroe filium interfecit. Statim vniuersus ei⁹ exercit⁹ q̄si diuinit⁹ tactus se fidei xp̄iane subdidit: ⁊ sacrum baptisma suscepit. Cosroe aūt ignorabat exitū belli. qꝛ cum ab oībus ppter ei⁹ superbiā haberet̄ exosus: nemo eidē indicare curauit: vn̄ heracli⁹ vsqꝫ ad turrim ascendens ad thronū eius ex improuiso puenit: ⁊ eū in throno aureo reppit: eiqꝫ dixit: ꝙ qꝛ crucem dñi iuxta eius modulū honorasset si baptismū ⁊ fidē xp̄i suscipere vellet: vitā ⁊ regnū ab imperio acceptis obsidib⁹ obtineret. Sin aūt statim ipsius gladio interiret. Cūqꝫ hoc ille perfidus acqescere nollet: heraclius cum ptin⁹ decollauit. Sꝫ qꝛ rex fuerat: ⁊ crucē dñi ex parte honorauerat ipm̄ sepeliri mandauit. Filium vero eius annoꝝ.x. quē secum reppit baptizari fecit: ⁊ ipsum de sacro fonte leuauit: ac regnū paternū ei dimisit. Turrim vero destruens argentū in predam suis diuisit aurum ꝟo et gemmas ad reparandas ecclesias quas tyrannus destruxerat reseruauit. ¶ Sacrā igit̄ crucē dñi repetes hierosolymā reportauit. Cū aūt de mōte oliueti descēdēs per portā quā dñs passur⁹ intrauerat: in equo regio ⁊ apparatu imperiali ingredi vellet: repēte lapides porte descenderunt: ⁊ inuicē q̄si pariés se clauserunt. Angelus quoqꝫ dñi super portā signum crucis tenēs apparuit ⁊ imperatorem de pōpa increpauit dicens ꝙ cum dñs ad passionem per ipsā ianuā intrauit nō cultu regio. sꝫ humili residens asello: humilitatl̄ exemplum dereliqt: ⁊ his dictis angel⁹ disparuit. Tunc imperator lachrymis infusus discalciat⁹ ⁊ vsqꝫ ad camisiā exut⁹ crucem dñi accipiens vsqꝫ ad portā baiulauit. Statiqꝫ porta se surrigens: liberū intrātibus patefecit ingressū. Odor autem suauissim⁹ q̄ eodē die quo crux de turri cosroe fuit sublata vsqꝫ hierosolymā de persaꝝ puīcia fuerat illapsus tunc rediit omnesqꝫ suauitate refecit. Sicqꝫ pciosa crux suo loco restituit̄: ⁊ antiq̄ miracula renouant̄. Mortuus em̄ qdā suscitat̄ paralytici.iiij.curant̄ leprosi.x. mundantur ceci.xv.illuminant̄: a plurimis demones effugant̄ languoribusqꝫ diuersis multi liberant̄. Et sic imperator ecclesijs reparatis. ⁊ regijs muneribus dotatis ad ppria remeauit. Facta est autem hec crucis exaltatio.xviij.cal̄.octobr̄. Circa annos dñi.dcccxxx.

¶ De sctō Cornelio papa ⁊ martyre. Capl̄m.lxxvij.

Cornelius papa ⁊ martyr natione roman⁹ ex patre crastino. Fabiano pape in pōtificatu romano successit. Et sedit annos tres menses.ij. dies.x. Hic ꝯstituit vt sacerdotes si vellēt p certa cā iuuare possent. Hic rogat⁹ a qdā lucina matrona corpa aploꝝ petri ⁊ pauli d̄ catacūbis leuauit vbi p ānuū postq̄ ea greci fuerant, vt dictum est supra in passiōe eorum.iij.kal̄. iulij. Et pmum qdem corp⁹ bti pauli sepeliuit in pdio eiusdem lucine in via ostieñ. ad lat⁹ vbi decollat⁹ est. Deinde corp⁹ bti petri posuit iuxta locum vbi crucifix⁹ est. Inter corpora sanctoꝝ epoꝝ: in templo apollinis in mōte aureo vaticani palatij neroniani. ¶ Hic beat⁹ martyr a decio cesare cū suis clericis in exilium relegat⁹ est centumcellis. Ibiqꝫ a sctō cypriano epō carthagineñ. eplas ꝯfortationis accepit. Cādēꝫ de exilio reduct⁹ decio psitat̄: ⁊ dum imobilis in fidei ꝯfessiōe pmaneret. Iussit os eius plumbatis cedi ⁊, deinde ad templum martis adduci: vt aut ibi sacrificaret aut sniam capitalem subiret. Cū ergo illuc duceret̄: miles qdā nomine cercalis eum rogauit vt ad domū suā diuerteret: ⁊ p vxore eius salustia: q̄ per annos.v. paralytica iacebat oraret. Que dum ad orōnem eius sanata esset xxj. milites cum ipsa ⁊ viro suo dño crediderunt: ⁊ a cornelio baptizati sunt. Qui oēs iubente decio ad templum martis deducti ⁊ expuentes in ydolum vna cū sctō cornelio decollati sunt. Quoꝝ omnium corpora a lucina pfata in cymiterio calyxti sepulta sunt.xviij.calē.octobr̄. Circa annum dñi.cclij. ¶ Hic sanctus papa ad fabianum antiochene ecclesie epm scripsit eplam de romana italica ⁊ aphricana synodo. Item aliam de nouato ⁊ alijs qui lapsi erant. Tertiam de his q̄ in synodo gesta sunt. Quartam ad modum plixam: nouatiane hereos anathema ꝯtinentem ⁊ causas. Hec hierony. libro de viris illustribus.

¶ De sctō Cypriano epō ⁊ mar. Cap.lxxviij.



CYprianus carthaginensis epūs et martyr passus in ipa ciuitate aphricana sub valeriano ⁊ galieno imperatoribus galerio maximo ꝓconsule. Qui postꝗ̄ multos xp̄ianos ad martyrium verbis ⁊ litteris confirmasset. Paterno ꝓconsuli p̄sentat̄. Et postꝗ̄ a fide nullatenus immutari posset in exilium ab eodem missus est in insulam corubitanam.

¶ Post aliquot menses inde reuocatus est a galerio maximo qui paterno successerat. Et cum ad sacrificia deorum cogeret̄: ⁊ sacrificare nollet sententiam ab eo capitalē accepit. Qua lecta ꝑ notariū cyprian⁹ dixit: deo grās. Cūqꝫ ad locū cum speculatoꝛe venisset: ꝑcepit suis: vt eidē speculatori ꝑ mercede .xxv. aureos darēt. Accipiensqꝫ linteū manu sua oculos texit ⁊ coronam suscepit. Referunt etiā passi cum eo crescētianus victor rosula ⁊ gn̄alis .xviij. cal. octobris: circa annū dn̄i .cclvj. Quoꝝ corpa a xp̄ianis sepulta sunt in via appaliensi iuxta piscinā eiusdē carthaginensis ciuitatis. ¶ Hic beatus martyr nondū ad fidē xp̄i conuersus: p̄mū gloriose rhetoricā docuit: deinde xp̄ianam ꝓfessus fidem: ⁊ carthaginensis epūs cōstitutus multa scripsit: multa ꝯposuit. Na ingenij huius superuacuum est indicē texere: cum sole clariora ei⁹ sint opa. Scripsisse dr̄ de lapsis volumen egregium cōtra nouatianos. Itē sacramētoꝝ librū eximiū. Itē aliū de laude martyꝝ ad corneliū papā: epl̄as octo. Cōtra donatū ⁊ nouatianū diuersos tractatus ⁊ epl̄as: in qbus eoꝝ ꝯdemnauit errores. Epl̄aꝝ volumen grande ad diuersos scriptaꝝ sonanti valde ornatum eloquio. Hec Hieronymus libro de viris illustribus.

¶ De sancto Tobia iusto. Cap. lxxix.

TObias vir sanctus cuius ꝑfectio sc̄itat̄ ex ipso ipsius speciali libro colligit̄: a btō hieronymo ⁊ a iosepho iter p̄cos sanctos testamenti veteris numerat̄. Hic ex tribu ⁊ ciuitate neptalim vnus fuit ex captiuis filijs israel a salmanasar rege assyrioꝝ in assyrios translatis: qui in captiuitate positus viā veritatis non deseruit: adeo vt cōtribulibus suis eūtib⁹ ad orādū vitulos aureos: quos fecerat hieroboam rex isrl̄: iste solus iret in hierl̄m ad tēplū dn̄i decimas ⁊ p̄mitias suas fideliter offerendo. Hic accepit vxorē annā de tribu sua: ex qua filiū genitum suo nole vocauit tobiā. Captus aūt cū vxore ⁊ filio habitauit in niniue. Et qꝛ deum timebat: obtinuit a rege gratiam ꝑambulandi ꝑ oēs eius regiones: qui con captiuos visitabat: ⁊ monita eis salutis ꝑbebat. Deueniēs aūt in rages ciuitatē medoꝝ cuidā gabello ꝯtribuli suo egēti sub chirogr̄pho mutuauit decē talēta argēti: q̄ habebat ex his: in quibus a rege fuerat honoratus. ¶ Mortuo aūt salmanasar cum filius eius sennacherib filios isrl̄ exosos haberet: tobias consolabat̄ eos: ⁊ egenis ministrabat. Cum vero reuersus esset sennacherib a iudea fugiens manum domini: ⁊ iratus multos hebreoꝝ faceret occidi tobias sepeliebat corpora eoꝝ. Qd̄ audiens rex tulit omnem substantiam eius: ⁊ eum occidi iussit. Qui cum vxore et filio fugiens nudus latuit. Post dies quadraginta quinqꝫ occiderunt regem filij eius: ⁊ tobias ad domum suam rediꝗt: oīsqꝫ facultas eius restituta est ei. Cum autē in quodam festo paratum esset conuiuium in domo eius: ⁊ misisset filium suum ad vocandos amicos: reuersus ille nūciauit vnum ex hebreis in platea iugulatum iacere. Cui⁹ corpus tobias occulte tulit: ⁊ nocte postmodum latenter sepeliuit: ꝓpter qd̄ a ꝓximis redarguebat̄: eo q̄ huius rei cā vix mortis periculum euasisset. Sꝫ ille timorem dn̄i omnibus anteponens sepulture occisorum sollicitus intendebat. ¶ Die vero quadam cum a sepultura fatigat⁹ redisset: ⁊ iuxta parietem obdormisset: ex nydo hirundinū calida stercora eius oculis inciderunt: ⁊ cecus factus est: qui tñ in olbus patientiam habuit: ⁊ sicut olim iob domi-num in omnibus benedixit: cum tamen ab amicis irrideret̄. Anna vero vxor eius ibat ad textrinū opus ⁊ de labore manuum sibi ⁊ familie suevictum ꝓcurabat. Et cū die quadam hedum ad domum adduxisset: tobiasqꝫ cum balantem audisset: vxorem admonuit: vt si forte furtiuus esset suo domino redderet̄. Ad que illa irata cepit eum verbis contumeliosis irritare ⁊ elemosynas suas in vanū factas obijcere. Ille vero cum lachrymis orauit ad dominū vt suum in pace susciperet spm̄. Eodem die contigit: vt sara filia raguelis in ciuitate medoꝝ audiret improperiū ab vna ancillarum suarum: quam increpabat obijciente ei q̄ esset interfectrix virorum suorum. Fuerat eīn nupta septem viris: ⁊ demonium nomine Asmodeus occidebat eos: statim cum ad eam ingressi essent. Que post ieiuniū triduanum orauit ad deum: vt a tali eā opprobrio liberaret. Cuius oratio vna cum oratione tobie vno ⁊ eodem tp̄e fuit in conspectu dn̄i exaudita. ¶ Tobias ergo cum putaret se exauditum: vt moreret̄: filium suum vocauit: ⁊ eū de preceptis sanctis erudiuit: atqꝫ ad sperandum in dn̄o confortauit: deinde ꝑcepit vt virum aliquem ꝗreret: q̄ eum in rages medorum adduceret: vt debita sibi decem talenta argenti a gabello exigere posset. Egressus ergo tobias inuenit iuuenem ꝑcinctū quasi paratum ad ambulandum. Et cum ab eo accepisset q̄ omnem regionem medorum ⁊ iter nouisset: ⁊ gabellū cognosceret: introduxit eum ad patrem suū: ⁊ audita narrauit. Cui ⁊ iuuenis qui erat angelus raphael filium suum sanum ducere ⁊ reducere ꝓmisit. Paratisqꝫ omnibus: que erāt opus in via ambulauerunt ambo simul: ⁊ canis secutus est eos. Mater autem filium suum abeuntem amare flebat: sed eam tobias confortabat. ¶ Venientes igit̄ illi ad fluuium tigris exiuit tobias: vt pedes lauaret: ⁊ egressus est piscis īmanis: vt deuoraret eum: quem tobias iussu angeli manu app̄hendit: ⁊ traxit ad littus: deinde ipm̄ exenterauit, ⁊ cor ⁊ fel eius ac iecur reposuit: que ei angelus ad medicinam vtilia fore dixit: partemqꝫ piscis assam comederunt partem salitam secum tulerunt. Quibus pergentibus exposuit angelus tobie q̄ cor ac iecur piscis sup̄ prunas positum: fumo suo extricat omne genus demoniorum: fel vero valet ad auferendam albugineum cecitatem oculorū. Veneruntqꝫ ad ciuitatem medorū in qua raguel propinquus tobie morabat̄. Ad cuius domum dū diuertere vellent: angelus tobie dixit: qd̄ filia illius vnica sibi in coniugem cum omni sua substantia debebat̄. Et dum tobias ꝓpter ea que de puella audierat ipsam accipere dubitaret angelus ipm̄ edocuit q̄ sup̄ petulantes ⁊ deum non timētes demonium potestatem habebat. Sꝫ cū illā acciperet ⁊ tribus noctibus in orōne ꝑnoctaret: ⁊ de iecore piscis incensum faceret: ⁊ sic demonē effugaret: quarta vero nocte puellam cognosceret amore ꝓcreande ꝓlis: non appetitu libidinis. Ingressi ergo ad raguelem cū tobiā ei⁹ ꝯsanguineum cognouisset gratanter illos suscepit: ⁊ ad conuiuiū inuitauit cui tobias filiam eius in vxorem petijt. Sꝫ cum pater illam ei dare dubitaret ne forte ei sicut ⁊ alijs contigerat: hortante angelo ac dicente: hoc diuine voluntatis esse: ⁊ ꝓpterea alius eam nō potuerat habere. Raguel sarā filia suā tobie desponsauit: ⁊ magnas nuptias ꝑparauit. Nocte vero iuuenem ad puellam intromisit: ⁊ qui iecur piscis super prunas posuit. Morqꝫ angelus demonium app̄hensum in deserto egypti superioris alligauit. Exhortante igitur tobia ipē cum sara nocte illa in oratione perseuerarunt. Sed cum circa pullorum cantum raguel foueam parari iussisset: vt ante lucē generum sepeliret: misit ancillam ad explorandū quo modo se haberet. Que reuersa nunciauit ambos incolumes dormientes. Qui deū ex corde benedixit: ⁊ foueam repleri mandauit. Factoqꝫ solenni conuiuio vicinis et amicis adiurauit Tobiam: vt duas hebdomadas apud se maneret: ⁊ dedit ei medieta-

tem olim que possidebat: et de reliquis post mortem suam ei relinquenda promisit. ¶ Interea angelus qui iuuenis putabat: rogatus a tobia ad rages vrbem accessit a gabello mutuatã pecuniã exegit: chirographum ei restituit: eũqȝ secũ ad tobiã reuisendum adduxit. ¶ Raguel igitur filiam suam tobie tradidit: et dimidium substantie sue in seruis et pecudibus camelis et pecunia ei concessit: filiamqȝ suã salutaribus monitis eruditam in pace dimisit. Qui recedẽtes cum peruenissent ad charram que est medio in itinere: raphael et tobias precesserunt: et saram cum seruis et pecudibus lento gradu venire permiserunt: monuitqȝ angelus tobiã: vt perueniens domum oculos patris felle piscis liniret: et confestim visum recuperaret. Cũ aũt appropinquarent ad vrbem Anna mater eius que in supercilio montis quotidie sedebat: filium suum de longe vidit: et currens viro suo nunciauit. Canis etiã qui eos secutus fuerat cauda blãdiens precucurrit. Tobias ergo surgens duce puero processit obuiã filio: et se mutuo osculãtes fleuerunt pre gaudio. Cũqȝ tobias iunior felle piscis oculos patris deliniisset post mediam quasi horam egressa albugine: visum ante quatuor annos amissum recepit. Nam annorum .lvi. illum perdidit et sexagenarius recuperauit. Post dies .vii. Sara nurus eius applicuit: et cum gaudio a tobia et anna recepta fuit omnia quoqȝ que sibi acciderant iuuenis enarrauit. Deinde raphael eis quis esset aperuit: et relicta illis pace disparuit ¶ Tobias vero in timore domini perseuerans annis adhuc .lii. superuixit: et vidit filios nepotum suorum. Et post annos .cii. vite sue: in pace obdormiuit. Sepultusqȝ est in niniue ciuitate. Mortua quoqȝ anna eius vxore. Tobias cũ sara et filiis suis venit ad raguelem: et cum eo mansit vsqȝ ad finẽ vite sue: omnemqȝ substãtiã eius possedit. Et post eius obitũ in sanctitate perseuerauit annorumqȝ .xcix. in pace quieuit. Huius sancti et duarum sanctarum infrascriptarum gesta posui: quia dies eorum obitus sunt incerti et ipsorum hystorie hoc tempore videlicet ad medium mensis septembris ab ecclesia leguntur. Hec ex libro tobie et ex chronicis iosephi hieronymi et comestoris.

¶ De sancta Judith vidua. Capitulum .lxx.

Judith vidua inter sanctas veteris testamẽti matres: sicut quoqȝ ruth regia a iosepho: et hieronymo conscribuntur. Quarum sanctitatis laudes in earum libris specialibus extolluntur. Fuit aũt iudith de ciuitate bethulie oriũda: filia merari de tribu rubẽ: vxor nobilis manasse ab eo in multis diuitiis relicta: que nimia pulchritudine in viduitate castissima domino seruiebat. ¶ Cum ergo cambyses filius cyri regis persarum: qui alio nomine nabuchodonosor appellatur: cui pater adhuc viuens regnum assyriorum concesserat anno .xii. regni sui: arphaxath regem medorum in campo vicisset: et regnum eius obtinuisset: in superbiam elatus misit ad omnes vrbes munitas syrie et damasci vsqȝ ad hierusalem exigens ab eis tributa longe grauiora quam patres sui. Qui omnes vno animo contradixerunt. Et indignatus rex misit holophernẽ principẽ militie sue cũ exercitu innumerabili ad regiones illas: mãdans vt nulli hominum vel munitionum parceret oculus eius. Qui cum vastasset ciliciã et mesopotamiã: et madianitas et ciuitates multas obtentas destruxisset: et eos captos exterminasset: peruenit ad terminos terre israel: vt expugnaret eos. Timẽtes autem filii israel ne similia faceret hierusalem et templo domini: clauserunt itinera montium et se coram domino ieiuniis et orationibus humiliauerunt ad exhortationem heliachim sacerdotis magni. Cũqȝ holophernes audisset quod filii israel montium itinera conclusissent contra bethuliam ciuitatem: vocauit duces moab et amon: et interrogauit eos: quis esset iste populus: aut que virtus eorum. Tunc achior dux filiorum amon narrauit ei: quomodo venisset populus ille de egypto in signis mirandis et deo eorum sibi propitio terram chanaan patribus suis promissam admirabili potentia obtinuissent. Et cum deus eorum placatus erat eis nemo poterat illis resistere: cum vero propter peccatã sua exasperabant eum: flagellabat eos. Audiens hec holophernes iratus mandauit achior illi populo sociari: vt illis pereuntibus ipse pariter cum eis periret. Sicqȝ a seruis suis adductus iuxta bethuliam manibus et pedibus vinctus ad arborem dimissus est. Egressi autem fundibularii de ciuitate eum soluentes adduxerunt ad populum qui omnia corã populo que sibi contigerant enarrauit: quẽ princeps ozias in domum suam suscepit. ¶ Altera die holophernes ciuitatem bethuliã potenter obsedit. Et inueniens aqueductus qui fluebant in vrbem abstulit eis aquam. Sed ciues bethulie noctibus egrediebantur ad quosdam fonticulos iuxta muros: quibus vtebantur ad refocillandum potius quam ad bibendum. Quod holophernes comperiens: fontibus custodes apposuit: ita vt aqua in ciuitate deficeret: post dies viginti venerunt aũt duo sacerdotes de hierusalem ad populum exhortandum. Et cum populum siti deficiens vellet ciuitatem tradere holopherni: ad preces sacerdotum adhuc quinqȝ diebus domini misericordiam expectare decreuit. ¶ Hoc audiens beata iudith: primum quidẽ eos redarguit quod terminum domino posuissent: deinde eis imposuit vt eos eodem sero ad portam ciuitatis expectarent. Premissa quoqȝ oratione lauit se et induit omnes vestes suas compta et ornamenta tulit: et ancillam suam nomine abram secũ duxit: portans secum cibos aliquos ad edendum venienſqȝ ad portã ciuitatis iussit sacerdotibus et custodibus vt se vsqȝ ad diẽ tertium expectarent. Cũqȝ descenderet montem tenuerũt eam exploratores et duxerunt ad holophernẽ: qui statim propter eius nimium decorẽ captus est in oculis suis. Cũ autem ipsum adorasset iudith: interrogauit eam cur ad se venisset. Que respondit quod idcirco venerat: vt saluaret animam suã eo quod populum suum propter peccatã ipsorum in manu holophernis cognouerat esse tradendũ. Addens quod deus suus eam miserat: vt ipsa sibi hec nunciaret: suoqȝ vsus consilio ipsum vsqȝ in hierusalem cum omni exercitu suo intromitteret: omnemqȝ populum sicut oues sine pastore obtineret. Que cũ holopherni placuissent: iussit ei dari de conuiuio suo. Illa autem non posse de cibis eorum comedere dixit: ne super se veniret ira dei. Petiitqȝ sibi dari copiam per triduum egrediẽdi ad orandum deum suum. Et ita per tres dies noctibus exibat: et dominum pro suo populo exorabat. Quarto vero die holophernes fecit cenam seruis suis. et iussit vagao eunucho: vt iudith vocaret ad mensam. Cuius pulchritudine et ornamentis holophernes captus, iocundiorqȝ effectus bibit vinum vltra omnẽ modum et inebriatus statim festinauit ad lectum. Vagao autem iudith in eius cubiculum introduxit: vt concuberet secum holophernes. Omnes quoqȝ inebriati ad hospitia festinarunt. Holophernes aũt iacebat in lecto nimia ebrietate sopitus. Precepit ergo iudith ancille: vt ad hostium cubiculi obseruaret: et oratione premissa cum lachrymis inuocato domino: pugionem holophernis: qui pendebat ad columnam exoluit: et percutiens bis in ceruicem eius: caput ipsius abscidit: et inuoluit illud canopeo suo hoc est serico rheticulato

ticulato: τ tradidit ancille: que misit illud in perā suam ¶ Et egresse sunt ambe scḋm consuetudinem quasi ad orationem: transeunteſq; castra venerunt ad portam ciuitatis: τ vocauit iudith custodes: apertaq; ianua ingressa est: cunctisq; ciuibus ꝯcurrentibus ad eam: accensisq; luminaribus ꝓtulit caput holophernis: τ oīa que sibi deus fecerat enarrauit. Uocatusq; achior visoq; holophernis capite adorauit deum isrl': τ appositus est ad populum dn̄i. Cunq; oīs populus laudasset deū: de mandato iudith caput holophernis in muro suspenderunt: τ diluculo in hostes īpetum fecerunt. Qḋ videntes assyrij mandauerūt principem suum vocari. Cū autem intrasset vagao: vt excitaret eum vidit corpus sine capite: nec inuenit iudith. Qḋ assyrij audientes timore ac stupore ꝑcussi: se in fugam dederūt. Quos filij isrl' cedentes vsq; ad fines suos persecuti sunt: τ vix p.xxx. dies eorum spolia collegerunt. Uniuersa quoq; q̄ fuerant holophernis iudith donauerunt. Post hec ascēdit in hierl'm: τ deo gratias egit. Uocatusq; est cābyses ab hebreis secundus nabuchodonosor. Rediensq; iudith bethuliam ꝑseuerauit in sancta viduitate oībus dieb⁹ vite sue: τ dimittens abram suam liberā quieuit in pace annorum .cv. Sepultaq; est in monumento manasse viri sui. Hec ex libro iudith τ alijs quibus supra.

¶ De sancta Hester regina. Capl'm.lxxxj.



Hester regina claruit in ciuitate susa: q̄ postmodum edessa dicta est tp̄e assueri sine artaxersis regis ꝑsarū: qui regnauit ab india vsq; ad ethiopiam supra.cxxvij. ꝓuincias. Qui tertio anno imperij sui fecit grāde cōuiuium cunctis ꝓncipibus τ magnatibus ꝓuinciarū: qḋ durauit.clxxx. diebus in domo sua mirabili: cuius columne erant argētee: tectum vero instar firmamenti habens gemmas diuersi coloris: in figura siderum τ signorū dispositas. Post hos dies ꝯuiuij inuitauit oēm populum qui erat in susis τ discubuerunt extra domū.vij. diebus in vestibulo horti delitiarū: qḋ mira pulchritudine decoratū erat. Uasti quoq; regina fecit ꝯuiuiū feminarum in palatio vbi rex manere ꝯsueuerat. Die aūt.vij.precepit rex.vij.eunuchis: vt introducerent reginam in apparatu suo vt ostenderet oībus pulchritudinem eius. Que ad imperiū regis venire contempsit. Et iratus rex de cōsilio vij.sapiētū qui sibi semꝑ astabant mandauit: vt vltra vasti nō ingrederet ad regē: sed altera melior regnaret ꝓ ea vt ꝑ hoc discerent oēs mulieres non paruipendere mandata maritorum suorū. Igit ad suggestionem puerorū regis: ceperunt inquiri ꝟgines in oī regno eius: τ tradi ageo eunucho ad custodiā: τ acceperūt cult⁹ τ ornamēta ad libitū suū: vt q̄cunq; oculis regis placeret ipsa regnaret ꝓ vasti. Erat tūc iudeus noīe mardocheus de tribu gemini: q̄ descēderat de trāsmigratōe iechonie. Hic erat nutritius filie fratris edesse: q̄ alio noīe dicebat hester: quā orbatā vtroq; parēte mardocheus adoptauerat in filiam. Hec inter ceteras puellas tradita est eunucho q̄ nō indicauit ꝓpl'm suū sicut ei mandauerat mardocheus. Inuenitq; hester ḡram in oculis eunuchi: τ tradidit ei ornamēta pulchriora: τ.vij.puellas q̄ ei colerēt eā. Porro ꝟgines ꝑ ordinē ingrediebant ad regē: τ q̄ ab eo egressa fuerat: nō poterat ad eū redire nisi eā ex noīe vocaret. Mardocheus aūt ꝟsabat circa domū regis curam habēs salutis filie. Tandē ex ordine venit dies: quo hester ad regē ingressa ē in ornatu speciosō. Et inuenit ḡram apud regem τ fecit eā regnare ꝓ vasti.vij. anno regni eius: τ celebrauit nuptias integro mense: donaq; largitus est occasione nuptiarum iuxta eius magnificentiam regalem. ¶ Eodem tp̄e irati sunt duo eunuchi regis ianitores τ machinati sunt ī mortem eius qḋ mardocheum non latuit. Qui indicauit hester τ illa regi ex noīe mardochei: quesitumq; est τ inuentum τ appensus est vterq; in patibulo. Et traditum est scripture in annalibus regis: in quibus reges accidentia sui tp̄is registrabant. ¶ Post hec assuerus exaltauit aman amalechitem de stirpe agag: fecitq; eum post se ꝑmum in omni regno suo. Et adorabāt eū oēs serui regis ꝓter mardocheum qui ꝓpter patrias leges corā eo genua nō flectebat. Qḋ attendens aman indignatus est: τ accipiens eū esse hebreum: cogitauit oēs hebreos ꝑdere qui erāt in regno assueri: veteri motus odio: q: iudei ꝑdiderant amalechitas. Duodecimo igit anno assueri missa est sors in vrnam coram aman: quo die τ quo mense gens iudeorum interfici deberet. Et exiuit sors.xiij. die mensis duodecimi. Aman autem suggerente regi q̄ gens iudeorum nouis legibus vteret τ regis iussa contemneret pacemq; regni turbaret: decreuit rex vt gens illa oīno periret. Cūq; aman ꝓmisisset impendere decem milia talentorū argenti in gazophilatio regis ex bonis iudeorū: concessit rex omne illḋ argentū aman: τ q̄ de populo illo ageret vt sibi placeret. Tulitq; rex anulum quo vtebat: τ dedit aman: vt scriptas litteras ex nomine regis anulo suo signaret. ¶ Tunc scripsit aman nomine regis litteras anulo regis signans: vt occiderent iudei a paruulo vsq; ad senem τ bona eorum diriperent.xiij. die.xij. mensis. Statimq; in susis ꝑpendit edictum. Qḋ cum audissent iudei fleuerunt. Hester quoq; hoc audiens accersiuit mardocheū: qui omnia ei ꝑ eunuchum significauit: τ exemplum edicti ei misit: mādās vt ad regem intraret: τ ei ꝓ suo populo supplicaret. Et q̄uis hester iuxta legem regis non auderet ad eum ingredi nisi vocata sub pena mortis tamen in domino cōfisa exposuit se periculo: τ mandauit mardocheo vt omnes iudei ꝓ ea orarent τ triduo ieiunarent. ¶ Die autem tertio ꝑmissa oratione induta regalibus stetit in atrio contra basilicam regis cum duabus puellis. Qui cum respexisset eā toruo vultu: timens hester collapsa est. Qḋ cernens rex τ ei compatiens: q: ipsam pre omnibus diligebat: surgēs venit ad eam τ cepit hortari ne timeret eo q̄ tali legi que ꝓ subditis facta erat ipsa vtpote regina non tenebat. Illa vero surgens de angustia regem osculata: inuitauit eū τ aman ea die secum ad prandium. Et cum secum ambo comedissent: obtulit rex hester vt peteret quicquid ab eo vellet. Que iterum eos duos videlz regem τ aman tantū ꝓ die sequenti ad conuiuium inuitauit: τ tunc ab eo peteret qḋ optabat. Egressus est itaq; aman letus. Et vidēs mardocheū sibi non assurrexisse indignatus est: τ vocatis amicis indicauit eis oēm gloriam suam: addens q̄ ipsum solum cū rege hester ad conuiuiū inuitasset. Uerūtamen nihil se habere putabat: dū videret mardocheum. Sz amicis consulentibus iussit trabem excelsam parari: vt regi suggeret: quatenus mardocheum in ipsa appenderet τ sic letus ad conuiuium intraret. Noctem illam rex duxit insomnem iussitq; sibi deferri annales τ legi. Et ventum est ad locum vbi erat scriptum q̄ mardocheus nunciasset ei facinus eunuchorum. Cunq; rex interrogans audisset q̄

ex hoc mardochеus nihil remunerationis consecutus fuerat: quesiuit quis esset in atrio: et responderunt ei quod amã. Ipse enim intrauerat vt regi suggereret de morte mardochei. Cumque vocatus intrasset: interrogauit eum rex: quid fieri debet de viro: quem rex desiderabat honorare. Qui cogitans pro se dictum: respondit quod indutus regalibus et coronatus super equum regis per totam ciuitatem deberet circumduci: tenente habenas primo de principibus regis. Statimque iussit rex: vt quicquid aman dixerat: mane faceret mardocheo: nihil omnino pretermittens. Quod cum fecisset confusus rediit domum. Et ecce nuncii regis compulerunt eum ad conuiuium regine venire. ❡ Finitoque conuiuio dixit rex hester: vt peteret quicquid vellet. Que petiit sibi donari vitam et omni populo suo: cum per omnes prouincias ab aman mandati fuissent occidi. Quod aman audiens timuit. Rexque iratus surrexit: et hortum intrauit: et cum post horam redisset: inuenit aman super lectum regine corruisse: in quo ipsa iacebat: vt ei pro vita sua supplicaret: putansque quod eam opprimere vellet exclamauit. Et cum ab eunuchis audisset quod trabem ad suspendendum mardocheum parasset: iussit eum in ipsa immediate appendi: et dedit hester domum aman. Auditoque ab ea quod mardocheus patruus suus esset: dedit ei anulum suum quem receperat ab aman. Qui de mandato regis scripsit nouas litteras: regis anulo signatas prioribus contrarias ad principes prouinciarum: ne occiderentur iudei: immo illos qui parati erant ad interfectionem ipsorum iudei interficerent: et manus principum esset cum eis. Et factum est nomen iudeorum celebre. ❡ Igitur precedenti die ante diem qua iudei occidi debebant: videlicet decimatertia die mensis duodecimi percusserunt iudei hostes suos plaga magna per omnes prouincias ad septuaginta quinque milia. In susis vero interfecerunt sexcentos viros. Die vero decimaquarta solennitatem domini celebrantes conuiuia magna fecerunt. Deinde regis mandato suspensi sunt decem filii aman: et omnis eius progenies deleta est. Et constitutus est mardocheus loco aman princeps primus post regem. Hester quoque regina domino seruiuit omnibus diebus: et genuit regi filium nomine artaxersem: qui post tergum assuerum in regno successit. Mortuo quoque assuero regina hester cum filio suo annis pluribus imperium tenuit. Et post hec in pace dormiuit. Sepulta in susis in sepulchro regali. Hec ex libro hester: et aliis voluminibus quibus supra.

❡ De sancto Nicomede presbytero et martyre. Capitulum .lxxxii.


Nicomedes presbyter et martyr passus est rome sub flacco comite. Hic discipulus beati petri apostoli eiusque in predicatione adiutor in christi nomine miracula faciebat. Cui vt castissimo viro beatus petrus ad passionem pergens petronillam suam filiam commendauit. Cum autem flaccus comes petronillam in suum coniugium requisisset: et virgines ac matronas: vt ipsa requisiuerat ei misisset: vt eam ad domum ipsius associarent: ipsaque diuinis sacramentis ab eodem nicomede presbytero perceptis expirasset: vt supra in gestis petronille dictum est pridie calendas iunii. Turba mulierum que ad eius nuptias celebrandas venerat exequias sancte virginis celebrarunt: quam beatus nicomedes sepeliuit. Et cum postmodum verbum domini predicaret instanter: temptus est a flacco comite tempore domitiani: pro eo potissime quod feliculam virginem ab eodem comite passam sepeliisset: vt supra dictum est idibus iunii. Quem tentum dictus comes fecit adduci ad sacrificandum. Quod cum facere recusaret: iubente flacco tandiu plumbatis cesus est donec spiritum exhalauit. Corpus autem eius in tyberim precipitatum est .xvii. calendas octobris. Hec marcellus petri discipulus scripsit.

❡ De sancto Valeriano martyre. Capitulum .lxxxiii.


Valerianus martyr vnus fuit ex numero illos quinquaginta: qui temporibus antonini veri imperatoris apud lugdunum in carcere missi fuerant cum sancto photino episcopo. Ex quibus christianis ipse valerianus vna cum marcello martyre patefactis ianuis ab angelo dimissus est: vt habetur supra in passione dicti marcelli pridie nonas septembris. Quo quidem marcello per martyrium assumpto: dum ipse valerianus in cellula secretissima latitaret et multos ad christi fidem conuenisset: peruenit ad castrum tenorcium in territorio cabilonensi: vbi sanctus marcellus passus fuerat: vbi est a militibus prefati presidis captus: et cum sacrificare nollet stipiti appensus: et grauiter exungulatus tandem in christi confessione persistens in eo loco: vbi nunc corpus eius sepultum colitur: gladio animaduersus est. Cui in eius agone vt olim prothomartyr stephanus vidit celos apertos: et christum ei coronam ostendere preparatam. Passus est autem .xvii. calen. octobris.

❡ De sancta Euphemia virgine et martyre. Capitulum .lxxxiiii.



Euphemia virgo filia senatoris philophronis in ciuitate chalcedonia passa est tempore diocletiani imperatoris sub proconsule prisco. Qui primo in ipsa ciuitate .xlix. christianos iuuenes detectos vna cum euphemia virgine cum nollent deo marti sacrificare per dies .xx. in carcere macerauit. Deinde ipsos eductos alapis in faciem cedi: deinde grauiter flagellari fecit: ipsosque vinctos iterum in carcere imperatori puniendos reseruauit. De quibus dicetur infra .viii. cal. octobris. Quos beata euphemia cum eis pariter detenta viriliter hortabatur. Propter quod ante proconsulem adducta cum sacrificare nollet alapis diu cesa est: deinde in carcerem remissa. Quam iudex secutus ex libidine opprimere voluit: sed subito manus eius exaruit. Qui se incantatam putans: prepositum domus sue ad eam direxit vt eam faceret consentire. Sed ille carcerem clausum: nec clauibus aperire: nec securibus frangere potuit: sed a demonio arreptus seipsum dilanians vix euasit. Deinde educta posita est super rotam: cuius vectes carbonibus pleni erant: et artifex intra rotam signum trahentibus dederat: vt quando sonum faceret simul traherent: et sic exeunte igne: vectes corpus virginis dissiparent. Sed nutu dei ferrum quo rota temperabatur manu decidens sonum fecit: et continuo trahentibus illis rota artificem comminuit: et euphemiam illesam seruauit. Tunc parentes artificis supposito igne: ipsam rote alligatam simul cum rota comburere voluerunt. Angelus autem domini de celo descendit: et rota combusta euphemiam intactam eduxit: ministros quoque omnes paralysi percussit. Tunc iussit eam proconsul in fornacem ardentem mitti: cuius ignis latitudo .xlv. cubitis extendebatur. Sed signo crucis edito: inde illesa educitur: et in loco excelso stare conspicitur. Apelianus autem proconsulis assessor: eidem consuluit: vt eam decollari faceret: dicens virtutem christianorum: non nisi

non nisi ferro vinci posse. Erectis ergo scalis cū sosthenes ⁊ victor ad eā feriendā missi essent: videntes eam angelorum ⁊ virginum choris circūdatā: ⁊ imenso lumine circūfusam: ꝯuersi sunt ad xp̄m: ⁊ reuersi eam percutere noluerunt: vt supra in eorum passione actum est. iiij. idus septēbris. ¶ Post hec priscus eam per capillos suspendi fecit: sed immobilem permanentem: negato cibo: iterū diebus vij. in custodia macerauit. Illa vero ab āgelo quotidie refecta. vij. die educta: subter quattuor magnos lapides posita est: quatenus sicut oliua ꝯfringeref. Ad cuius oratio nem lapides vt puluis ꝯminuti sunt. Quod cernēs priscus ipsam in ꝓfundā foueā ꝓijci iussit. vbi tres erant bestie immanissime que oēm hoiem deuorarent. Que statim, virgini blandientes iunctis caudis: ei quasi cathedram ad sedendum fecerunt: ⁊ v̄ginem illesam de fouea eduxerunt. Priscus ꝯfusus vt eam vel dolo occideret: fecit gladios et palos acutos ꝯfigi ⁊ obscure ac terra modica operiri vt illa ex iprouiso in ipsos incidēs moreref. Gladijs vero ⁊ palis ab angelis alibi transpositis: euphemia veniens ad locum nil lesionis pertulit: ministri vero incidentes interfecti sunt. Que oīa dum priscus magie attribueret: iussit eā virgis cedi. Et cum nec sic superari posset: mandauit eam serris membratim diuidi: ⁊ in sartagine membra torreri: verum angeli dn̄i serras ꝯfregerunt: ⁊ ignem sartaginis extinxerunt: videns apuleius ꝓconsulem angustiari. Iussit v̄ginem in barcnario mitti: ⁊ bestias ei laxari. Et laxati sunt ei duo leones et due vrse. Et cum bestiei ꝓcidentes vestes eius oscularenf orauit euphemia vt deus eam tali martyrio dignaref assumere. Sicq3 vna ex vrsis cursu arripiēs: morsum corpori eius solummodo infixit liuorē tn̄ nullum ei fecit. Sicq3 voce celica ipsa ꝯuocante spm̄ emisit. Cuius corpus parentes rapuerunt: ⁊ in miliario vno a ciuitate chalcedonia sepelierunt decimo septo calen. octobris Cuius meritis omnes iudei ⁊ gentiles eiusdem vrbis i dn̄o crediderunt.

¶ De sanctis Lucia ⁊ Geminiano martyribus. Capitulum. lxxxv.



Ucia vidua ⁊ geminianus martyres passi sunt in ciuitate mendula in ꝓuincia sicilie posita tempore diocletiani ⁊ maximiani imperatorum. Fuit autem beata lucia nobilis in vrbe roma: que annis. xxxvj. mansit vidua: ⁊ annis septuagintaquinq3 permansit in hac vita. Quam filius eius eupprius diocletiano accusauit: q̄ esset xp̄iana. Quam impator detentam: ⁊ ante se adductā: cū non posset inducere ad sacrificandum iussit in carcerem recludi. Subitoq3 fundamenta carceris cōmota sunt: ⁊ odor suauissimus fragrauit voxq3 de celo lapsa ipsam in dn̄o ꝯfortauit. Deinde xp̄s ei in somnis apparuit: ⁊ celestia regna ꝓmisit. Post dies quattuor tyberis fluuius inūdauit: ⁊ pars maxima muroꝝ vrbis corruit Palatium quoq3 diocletiani impetus aque funditus euertit. Impator vero q̄ vrbē tunc exiuerat: hoc audito rediit: ⁊ veniens ad carcerē. vbi lucia detinebaf. ipm̄ apertum inuenit: ⁊ lucem maximā irradiantē aspexit. Eductā ergo sanctam extra vrbem ⁊ deos adorare recusantē: nodosis fustibus cedi fecit. Et ecce qui eā cedebat: factus est lapideus: manus vero carnea remāsit vsq3 in p̄sens: vnde ⁊ locus ad manū carneā vocaf. Impator vero pene totus aridus factus ē Sed orāti p eo sancta sanitati est restitutus. Et cum ad tēplum iouis accederet ad grās dijs exoluendas subito templū corruit: ⁊ oīa ydola ꝯminuta sunt. Tunc iratus diocletianus iussit ollā ereā adduci ⁊ picē: plumbū; ac resinā in eā liquefieri: ⁊ luciā nudā in olla deponi ⁊ p triduū ignē subter ministrari. Quarto vero die lucia a ministris ex olla egressa: ac oīno illesa inuēta est. Quod audiens ipator iratus mādauit ipam ferro ⁊ plūbo oneratam p totam ciuitatem duci: ⁊ deinde in eculeo torqueri. Que dū duceref: puenit ante domum hoīs p̄potentis noīe geminiani: in cuius domū. cccc. simulachra erāt. Et ecce subito columba niuea de celo descēdit: ⁊ sup caput geminiani tertio crucem figurās resedit. Qui respiciens vidit celū apertū ⁊ sedez dei oīpotentis. Et statim relictis oībus cucurrit ad locū vbi iā sancta dei torquebaf: ⁊ ꝓstratus pedibus eius se xp̄ianum asseruit: ⁊ baptismū expetijt. Qui statim detentus vna cum lucia carceri mancipatus est. Sacerdos aūt quidā ꝓbasius noīe per noctem ab angelo monitus ad carcerē accessit: ⁊ apertis hostijs: luceq3 de celo ꝓfusa ac odore aromatum refragrante: fonte quoq3 de terra erumpente. Geminianum baptizauit: quē lucia de sacro fonte suscepit. ¶ Post tertiū diem ambo de custodia educunf: ⁊ iterum penis afficiunf: s3 ab angelo coronis de celo sibi ipositis laureanf. Cum autem eos imperator iterū in carcere reclusisset: ⁊ extra vrbē equitaret: dum peruenisset ad pontē gallatium: iudicio dei pons cecidit ⁊ multis in flumio necatis: ipse vix cū paucis euasit. Cuius p̄fectus noīe pyrrhopogō pamphilus natione: luciā ⁊ geminianū nolentes dijs immolare ceruicibus ꝯtūdi fecit. Et statim facto nimio terremotu camera fori corruit: ⁊ p̄fectū cū q̄dragita ex ministris oppssit. Lucia vero cum geminiano illesa permansit: quos tumultus populi ereptos liberauit. ¶ Post annum vero sancti martyres ab angelis in siciliā insulā perducunf: ⁊ in monte tauromenio dimittunf: indeq3 venerunt ad predium alesinum vbi filiam cuiusdam eucarpionis a spū imūndo decennio vexatam liberauerunt. Altera vero die peruenerunt ad fluuium ꝓsimiphum ⁊ cum nimium inundaret orone facta aqua stetit: ⁊ sancti super vndas siccis pedibus transierunt: ⁊ peruenerunt ad mēdulā ciuitatem vbi multos infirmos curabant: ⁊ demonia clamantia eijciebant: eosq3 oēs ad xp̄m ꝯuertebant. Quod audiens iudex nomine aprophasius iussit oēs qui conuersi fuerant decollari numero septuaginta quinq3: qui mox vt domū rediba ex equo collapsus ⁊ mortuus est. Tunc magasius iudex hoc comperto a syracusana ciuitate venit mēdulam: vt sanctos interficeret. Orante vero lucia mons crepuit: ⁊ sanctos suscipiens triduo occultauit: deinde sitientibus illis fontis aqua scaturijt: eosq3 refecit. Orauitq3 lucia ad dominum vt eius in pace susciperet spiritum. Et statim in domino obdormiuit. Geminianus vero post duos dies egressus: vt corpus eius sepeliret: a carnifice inuentus gladio percussus est. Et cum odor maximus de monte fragraret: christiana quedam ad odoris sensum montē intrauit: ⁊ in sepulchris marmoreis ibidem ab angelis p̄paratis sanctorum corpora reperta sepeliuit: atq3 in montis vertice ecclesiam eorum nominibus fabricauit. Qui passi sunt. xvj. calen. octobris.

¶ De sancto Lamperto episcopo ⁊ martyre. Capitulum. lxxxvj.





Ambertus ep̄s et martyr passus est tp̄e pipini francorum regis. Hic eñ gñe nobilis ex oppido traiectensi oriūdus ab annis puerilibus sacris litteris eruditus: diotardi: ep̄i discipulus fuit a quo ecclesiasticos ordines vsq; ad dyaconatum accepit. Qui pro sui sanctitate adeo ab oībus amabat: vt mortuo diotardo magistro suo traiectensi ecclesie in ep̄m ab oī populo mereret pmoueri. Quem hydricus rex pre oīb⁹ ep̄is suis charius diligebat. Quo mortuo inuidorum malitia ciues eius impij ipsum sine cā de ep̄atu eiecerunt: et feramundū in eius cathedra statuerunt. Et lampertus ad monasterium: quod dr̄ scabolum declinauit: et per septem annos ibidem in penitentia et optima conuersatione stetit.

Quadam vero nocte ad orationem surgens in pauimento per ignorantiam casu sonitum fecit. Quod audiens abbas mandauit: vt quisquis esset ille: qui sonitum illū fecisset: statim ad crucem: que erat in campo sub diuo vsq; post matutinum oraturus accederet. Credens q̄ aliqs ex fratribus strepitum studiose fecisset. Tunc lampertus illico nudis pedibus et cilicio indutus ad crucem cucurrit ac si tali obedientie vti vnus ex monachis esset astrictus ibiq; vsq; post matutinum perseuerauit: donec abbas in matutino oībus visis fratribus: ep̄m deesse cognouit. Et audito q̄ ille fuisset qui ad crucem iuisset: eum introduci fecit: quem totum capite cum hyemis esset horrida: niue pfusum et pene frigore extinctum aspexit: et ab eo cum monachis veniam postulauit. Post. vij. annos autem iubente pipino rege feramundus expellit: et lampertus in sedem suam reducit. Et cum ipse sicut pius verbo et exemplo polleret duo germani fratres maligni insurgentes in eum grauiter psequi ceperunt. Quos quidam amici ep̄i eo inscio occiderunt. Eodēq; tempore lampertus pipinum de quadam eius concubina plurimum increpauit. Dodo autem consanguineus occisorum frater ipsius meretricis aule regie domesticus: occasione accepta ꝯgregauit exercitum: et domum ep̄i que erat in vico leodio nocte circūdedit: volens occisorum necem in sanctum vindicare lampertum. Quod cum vir dn̄i puero nunciante didicisset: gladium quem tenebat abiecit: suosq; constanter admonuit vt pctā sua ꝯfiterent: et patienter mortem substinētes in dn̄o cōfortarent. Cum autē hostes domum eius vndiq; inflaminassent in sanctum martyrem irruerunt: et ip̄m orātem iaculis et gladijs peremerunt. Quibus abeuntib⁹ quidam ex ep̄i famulis euadentes: corpus eius ad ecclesiam suam nauigio perduxerunt: quod traiectensi cum multa ciuitatis mestitia sepulture dederunt: passus est. xv. kal. octobris circa annum dn̄i. dccccc.

De sc̄tō Tharrasi confessore. Capitulum. lxxxvij.

Tharrasis ꝯfessor grecia vt credit oriund⁹: eo q̄ de vita ipsius nihil certum habet: cōfessione x̄pi et pn̄ia clarus apud ꝯstantinopolim heremi incola angelicam vitam duxit: vbi in pace quieuit. Corpus autem eius in spelunca reptum est: in qua et penitentiā egisse putat: cum titulo in tabula scripto. Hic requiescit corpus sc̄ti tharrasis ꝯfessoris. Quod inde leuatum tempore alexij imperatoris: intra vrbis regie ambitum honorifice sepulture traditum est. Processu vero tp̄is inde trāslatum fuit venetias ab ipsius patrie ciuibus: atq; in monasterio sc̄ti zacharie depositum quiescit. Cuius translatio facta est. xv. calen. octobris. Nam et de eo quo tempore floruit: quoue die ad christum migrauit aliter reperiri nō valuit.

De sanctis Emiliano et Hieremia martyribus. Capitulum. lxxxviij.

Emilianus dyaconus et hieremias martyres apud cordubam hyspanie ciuitatem passi sunt. Qui p confessione fidei x̄piane detēti: et diuersis afflicti supplicijs: tandem gladio decollati sunt. xv. calē. octobris hec ado in martylogio.

De sanctis Uictore et Stephana martyribus. Capitulum. lxxxix.

Uictor et stephana martyres apud siciliā passi sunt sub psecutione antonini imperatoris agente duce sebastiano. Qui militem victorem captum hortabat: vt ydolis sacrificaret. Quod dum recusaret: iussit dux confringi digitorum eius articulos: donec ossa de corpo segregarent. Et cum in his gratias ageret: iussit eum mitti in caminum ignis ardentis. Orauit autē victor ad dn̄m: et ignis eum non tetigit: sed post triduum dux ipsum illesum inuenit. Tunc mandauit venena preparari et ea in carne inijci et ei dari. Et continuo manducauit: nec aliquid mali sensit: venenarius autem acriores venenorum stimulos porrexit. Et cum comedisset iterum sanus stabat. Statimq; magus ille cōuersus: oēs codices suos ꝯbussit et fidem x̄pi suscepit. Post hec iussit dux neruos corp⁹ ei⁹ dirumpi: et oleum decoqui et ptibus occultiorib⁹ corporis infundi. Ac demum in eculeo suspendi et lāpades ei ardentes applicari. Que cū oīa ꝯfortatus a dn̄o supasset: fecit acetum et calcē in os eius infundi: deinde ip̄m exoculari: et sic versis pedibus suspendi: donec ex eius narib⁹ sanguis distillaret. Dimisso igit eo triduo in illo suspēdiculo: carnifices eū mortuū existimātes accesserunt vt viderent: et statim excecati sunt. Sed orāte victore tā ipsi q̄ illi visum receperunt. Iratus aūt sebastianus hoc audito mandauit eum decollari. Tunc vxor vnius militis noīe stephana annorum circiter. xvj. exclamare cepit: et sc̄m martyrē beatificare vidit q; duas coronas ab angelis de celo deferri: et maiorē victori: minorē v̄o sibi dari. Et cū hec oīa corā cunctis enarrasset et x̄pm dn̄m confessa fuisset. Iussit dux arbores duas palmarum ad se inclinari: ita vt se tāgerent: et in vtrisq; ligari manib⁹ ac pedib⁹ btām stephanā: et sic arbores ad naturalē erectionē reuertētes dimitti: sicq; dirupta est stephana in duas ptes et a x̄pianis occulte sepulta. Sāctum aūt victorē iussit dux decollari. Percussoq; illo ex ei⁹ corpore sanguis et lac emanauit. Cui⁹ corp⁹ a x̄pianis sepultū ē in sarcophago: qđ ipse sibi pparauerat in ciuitate sua. Passi sunt aūt sc̄ti martyres. xiiij. cal. octobris.

De sc̄tō methodio ep̄o et mar. Cap. xc.

Methodi⁹ martyr p̄mo olympi lycie ep̄s et post modū tyri fuit. Qui nitidi ꝯpositiq; sermonis aduersus porphyriū libros luculētos cōposuit. Itē symposiū. x. v̄ginū. Itē de resurrectiōe ꝯtra origenē op⁹ egregiū. Et aduersus eundem

sus eundem de phitonissa ⁊ de arte georgiorum. In genesim quoqꝫ ⁊ in cantica canticorum cōmētarios edidit. Et multa alia que vulgo leguntur: q̄ ad extremum nouissime persecutionis sub diocletiano: vel vt alij affirmant sub decio et valeriano in calcide grecie martyrio vitā finiuit. Cui in carcere existenti facta est revelatio plurimorum de tempore aduentus antichristi que sanctus martyr scripture cōmendauit: passus est .xiiij. calen. octobris. Hec hieronymus de viris illustribus.

¶ De sancto ferreolo martyre. Cap. xci.

Ferreolus martyr ⁊ iulianus eius comes in aluernia nati deo in militari habitu seruiebāt vt dictum est supra in passione iuliani martyris .v. calen. septembris. Cū aūt persecutores iam iulianū apud aluerniā decollassent: ⁊ caput eius vienne ad ferreolum detulissent: a crispino consulari tali conditione missi: vt aut ferreolus sacrificaret: aut sibi sententiam acciperet: cum eis assentire nollet: confestim in christi confessione capite cesus est. Cuius corpus vna cum capite sancti iuliani in ipsa ciuitate in eodem tumulo sepultum est .xiiij. cal. octobris. ¶ Post multos aūt ānos cum mamertus eps viennensis corpus sancti ferreoli transferre vellet: inuenit caput sancti iuliani inter manus ferreoli: ⁊ vtrūqꝫ ipsorum ita integrum ⁊ illesuꝫ ac si ea die fuisset sepultum.

¶ De sancto flocello martyre. Cap. xcij.

Flocellus martyr puer decennis passus est apud vrbem augustudunensem temporibus antonini imperatoris sub valeriano preside. Cuꝫ enī preses audisset qꝫ flocellus sctōs martyres in corū passionibus confortaret: iussit eū teneri ⁊ suspensum in eculeo diutius flagellari. Deinde carceri vna cū leone recludi: vt ab eo deuoraret. Orante vero puero leo subito morit. Statimqꝫ .vij. lucerne cum candelabris ei presentant: quarum lumine tenebre carceris repellunt. Quod audiens gentilis quidā filium suum cecum surdū ⁊ mutum ei obtulit: cui sanctus martyr confestim visuꝫ auditū ⁊ loquelam restituit: ⁊ ipm cum patre ad xpm cōuertit. Quē dū preses audisset ipm in ignē maximū extra vrbeꝫ mitti fecit. Sꝫ puer ab angelo sibi a dextris assistēte hortatus ignē ingressus est. Et continuo tēpestate ⁊ imbre, valido ingruente ignis extinctus est. Quē preses iussit lingua ⁊ palmis clauis configi. Et dum nihilominus xpm confiteret: stola indutus linea feris in platea exponit: ⁊ ab eis discerptus martyrio coronat .xiiij. cal. octobris.

¶ De sctis Januario epo ⁊ socijs marty. Cap. xciij.

Januarius eps et socij eius .i. festus sosius et proculus diaconi: desiderius lector: acacius ⁊ eutyches passi sūt apud ciuitatē puteolanam sub persecutione diocletiani agente preside timotheo. Qui preses missus a cesare ad ciuitatem nolanam campanie ad christianos exterminandos. Sosium ecclesie messenatensis: ⁊ proculū puteolane ecclesie diaconos ⁊ eutychetē ⁊ acaciū ciues nolane vrbis laicos xpianos i carcerē clausit. Januariū vero epm beneuenti ei de christianitate delatū teneri: ⁊ sibi presentari mādauit. Quē cū ad deorum sacrificia: nec blanditijs: nec minis inclinare posset. Jussit caminum ignis per triduū incēdi: ⁊ ianuarium interim custodie detentum inter flammas immitti: qui orōne fusa cū āgelis decantans i medio ignis deambulabat illesus. Quod dum milites timotheo presidi nunciassent: iussit caminū ignis aperiri. Et erūpens flāma plurimos paganorum circunstantes peremit. Januarius aūt ex camino prosiluit: ita vt nec capilli eius nec vestimenta exusta in aliquo apparerent. Quod dū preses magicis artibus attribuisset: iussit eum in custodia detineri. Die vero sequēti ante se adduci ⁊ neruos de corpore ipsius separari. deinde iterum i carcerē recipi: vt interim noua supplicia excogitaret. Ad quē veniētes festus diaconus ⁊ desiderius lector beneuentane ciuitatis ⁊ eius supplicijs condolentes: iussu eiusdē presidis detinent: ⁊ vna cū ianuario vinculis mancipant. ¶ Post hec dum timotheus ad ciuitatē puteolanā transire vellet: iussit oēs martyres prefatos catenis vinctos ante currū suū protrahi ad exemplū xpianorum: ipsosqꝫ cūctos in amphitheatrum eiusdē vrbis introduci: ⁊ vrsos eidē laxari. Sꝫ mānsuefacte fere quasi oues ad pedes martyrū procidebant. Quod cernens preses dicta snia iussit eos oēs capite cedi. Statimqꝫ lecta snia: cum scti ad decollationē ducerent: cecus effectus est preses. Januarium quoqꝫ mox reuocatū rogauit: vt pro se ad deū suū oraret. Et cū pro illo orasset: cōfestim lumē oculorum recuperauit. Quo viso miraculo fere quinqꝫ milia gentilium conuersi sunt. Preses vero in malo obstinatus hec vidēs ianuariū ad martyriū vna cū ceteris remisit: quē senex quidā rogauit: vt de vestibus suis aliquid pro reliquijs acciperet. Cui eps post decollationē suaꝫ orarium suū ei se daturum promisit. Decollati sunt ergo scti martyres .s. ianuarius eps festus ⁊ proculus diaconi: desiderius lector ⁊ acacius: ⁊ eutyches. Sosius vero diaconus qui inter alios promptior apparuerat in carcere est seruatus: donec postmodū ab eodē preside passus est: vt dicet infra in eius passione .ix. cal. octobris. Januarius autem post martyrium suum seni apparuit: ⁊ orarium suū sanguine perfusum quo decollandus oculos texerat: eidē tradidit. Quē senex militibus ab eorum occasione redeuntibus in testimoniū miraculi ostendit. Eadē aūt hora q̄ sancti capite cesi sunt: timotheus a demonio arreptus diuqꝫ vexatus infeliciter expirauit. Mater vero sancti ianuarij in ipsa hora in vrbe beneuentana somniū vidit qꝫ filius eius per aera ad celum volaret. Et diem ⁊ horā notās inuenit ipm tunc palmā martyrij suscepisse. ¶ Cum vero martyr dñi decollaret ⁊ orarium ante oculos teneret: digitus eius vna cum capite abscisus excidit. Sed dum xpiani corpus ipsius ⁊ ceterorum martyrum nocte sepelire vellent: apparuit eis ianuarius eos admonens vt digitū simul cū capite precisum requirerent. Quod illi facere curauerunt: ⁊ sctōrum olim corpora honorabiliter iuxta ciuitatem sepelierunt. Qui passi sunt .xiij. cal. octobris.

¶ De sancto Goderico episcopo. Cap. xciiij.

Godericus eps claruit apud metensem ciuitatē tempore theodeberti regis francorum. Qui aquitania exortus. primo quidē miles egregius cum multas contra barbaros victorias obtinuisset: ⁊ corā deo ⁊ hominibus famosus esset: oculorum cecitatem incurrit: nunqꝫ tn̄ ipm patientia deseruit. Eodem aūt tempore sanctus arnulphus metensi ecclesie presidebat. Godericus autē ab angelo monitus ad ciuitatē metensem venit: ⁊ ibideꝫ in ecclesia scti stephani prothomartyris vt monitus fuerat: ad deuꝫ deuote orauit: ⁊ lumē qd̄ dudū amiserat recuperauit. Arnulphus aūt ei carne propinquus ipm i domū suā suscepit: ⁊ diuina iussione presbyterum ordinauit. Deinde solitariam vitā eligēs episcopatui resignauit: ⁊ successorem sibi godericum reliquit: ⁊ eremū petijt: vt supra in eius gestis dictū est .xvij. cal. septembris. Godericus aūt ecclesie metensi: exemplis ⁊ doctrinis laudabiliter prefuit. ¶ Cū aūt corpus scti arnulphi defuncti ad ecclesiam suam a ciuibus deferret: deuenit ad villam hois impij: vt illac transitū haberet: quē videlicet sanctus arnulphus sepius in vita sua monitū non potuerat a sceleribus reuocare: dumqꝫ ville appropinquarent oēs immobiles facti: vltra procedere non volebant: eo qꝫ sctm̄ corpus illac transire nolebat: sꝫ dum oēs propter hesitarent: ⁊ sol iam occasum festinaret: occurrit eis vir fidelis qui eos ad villam suā aliam inuitauit. Ad quā cuncti cum tanta celeritate venerūt vt volasse potius qꝫ measse putarent: vbi dum vinū nō reperet

modicum ceruisie sancto epo oblate: adeo multiplicatus est: vt nocte illa cunctis ad poculum abundaret. Quieuit autem in pace vir domini .xij. calen. octobris: et tumulatus iacet in ecclesia metensi.

¶ De sctis Peleo et nilo epis et martyrib⁹. Cap. xcv.

Peleus et nilus epi apud palestinā martyrio claruerunt. Qui tpe psecutionis in christianos seuientis: p pfessione gloriosi nois christiani: cum plurimis clericis detenti: et ignibus consumpti immortalem a dño coronam pcipe meruerūt .xij. cal. octobr. vt ait ado i martyrlogio.

¶ De sanctis Felice et Constantia marty. Cap. xcvj.

Felix presbyter et constantia martyres tpe persecutionis neronis impatoris apud nucerinā ciuitatem passi sunt. Qui rabie dicti cesaris in christianos crassante dum christum confiteri nō dubitassent: gladio capite cesi martyrium ɔsummauerunt .xij. calen. octobris. hec ado.

¶ De sctis Fausta et Euilasio marty. Cap. xcvij.

Fausta virgo et euilasius martyres apud cyzicum ciuitatem passi sunt: sub maximiano impatore. Cum enim fausta eet infantula annoꝝ .xiij. filia gemelli pcetoris ciuitatis: parentibus ambobus orbata: xpm dñm clara ɔfitebat voce. Missus est igit euilasius pses ānoꝝ .xl. a maximiano augusto ad cyzicū ciuitatē. Qui puellam detentam fecit radi: et ad turpitudinem decaluari. Sicqȝ i eculeo suspendi et torqueri. Statimqȝ choruscationibus factis: multi ministroꝝ occisi sunt. Deinde in loculis missa: dū ab hora pma diei vsqȝ ad sextam serra ferrea secaret. nec in aliquo ledi posset p dicante virgine gliam xpi: euilasius pses ɔuersus ipaȝ dimisit et baptismum suscepit. Deinde maximian⁹ hoc audito misit alium presidē noie cracum quē iurare fecit ne vnqȝ crederet in xpm. Qui euilasium et faustam iussit cōprehendi et euilasium in eculeo suspēdi et torqueri. Faustam vo o sicut i trepidā capite: fronte: facie: pectore: totoqȝ corpore clauis ɔfigi. Cum autē illesa pmansisset: mandauit eam cum euilasio in sartagine mitti et plūbo bulliente ollā repleri. Quib⁹ orantib⁹ et psallentib⁹: plumbum sicut aqua tepida refrigeratum est. Sancti vo qñ in balneo iacentes: voce ipsos de celo vocante spm emiserunt .xij. cal. octobris.

¶ De sancto Priuato epo et martyre. Cap. xcviij.

Priuatus eps et martyr passus est in territorio gaualitane ciuitatis tpib⁹ valeriani et galieni imperatoꝝ sub psecutiōe allemanorum: qui ab occidente aduersus rempublicā cum rege ipsoꝝ herode conuenientes transmisso rheno gallias infestabāt. Veneruntqȝ ad montē gedronem in solo gaualitane ciuitatis positum: ad quē gaualitani ciues quasi in presidiuȝ ɔfugerant: quē ipsi hostes p biēnium obsederunt. Sȝ beat⁹ eps cum pplo suo in ipso monte non erat: eo qȝ in alio sibi monte cellā ɔstruxerat: in qua lectioni et orationi insistebat. Cum igit hostes epm ibideȝ esse cōperiunt: ad cū accedunt et sperantes per hoc pplm obsessum flectere: priuatum capiunt: et vt suos ciues ad se tradēdum hostib⁹ inducat cōpellunt. Recusantē vo hoc facere: fustib⁹ grauissime cedunt: et ducentes illum ad gaualitanam quā ceperant ciuitatē: cum nec ipsum ad immolandum idolis cōpellere possent: in ignem miserunt. Sed cum inde illesus euasisset: lanceis et cultris plurib⁹ ipm plagis confoderunt. Redeuntes autem ad gedronem montē: pplo libertatem egrediendi concedunt illisqȝ exeuntibus: et ad epm suum semineceni recurrentibus: germani oppiduȝ capiunt: et totaliter vastauerunt. Sanctus autē martyr vulneribus psecutoꝝ attritus: inter diuum suaꝝ manus post dies modicos emisit spm .xij. calen. octobris. Sepultusqȝ est in subterranea crypta pp ter psecutionē paganorum qui nec sanctorum cadaueribus indulgebant.

¶ De sancto Eulogio presbytero. Cap. xcix.

Eulogius presbyter: vt in vitis patrū habetur: in eremo de scythi egyptioꝝ claruit. Qui cogitationes hominum cognoscens cum quosdam aliquando indigne velle cōmunicare videret: singulos remouebat: et coram eis cogitationes detegebat: donec omnes per penitentiā purgabātur. Et sic illos ad cōmunionem admittebat. Quieuit autem in eremo de scythi duodecimo calen. octobris.

¶ De sancto Mattheo apostolo et euangelista. Cap. c.



Mattheus apostolus et euāgelista ex tribu leui progenitus: a qua et secundū nomen assumpsit: ex publico autem teloneario opere publicanus appellatus ex publicanis a domino ad penitentiam vocatus: et in apostolatum translatus est. Hic primus in iudea patria lingua .i. hebrea scripsit euangeliū: quod qui post modum in grecum transtulerit: non satis claret. In quo qdeȝ euangelio: vt hieronim⁹ asserit. Vbicunqȝ euangelista veteris scripture testimonijs vtitur: non sequitur septuaginta interpretum auctoritates: sed hebraicorū veritatem. ¶ Qui post ascensionem domini primum in egypto predicauit: deinde ad ethiopiam transiuit et veniens in ciuitatem eorum regiam: que dicitur natoaber: in qua rex egippus regnabat: inuenit ibi duos magos nomine zaroen et arphaxat qui ita homines suis artibus dementabant: vt quoscunqȝ vellent sensuum ac membrorum officio et sanitate priuare viderentur: vnde et se quasi deos ab hominibus adorari faciebant. Mattheus autem apostolus in eādem ciuitatem ingressus: et apud candacis eunuchum regine: quē philippus diaconus baptizauerat hospitatus. Ita magorum prestigia detegebat: vt quicquid faciebant hoibus in perniciem: ipse conuerteret: in saluteȝ. Oēs quoqȝ infirmos ad se delatos quacunqȝ infirmitate curabat. Eunucho aūt apostolum interrogante: quō tot linguas loqueretur: et intelligeret. Exposuit ei mattheus: quō in mundi principio vnica lingua hominū p superbiaȝ turrim babylonis edificare volentium confusa in .lxxij. linguas diuisa fuit. Et quō spiritu sancto descendente omnium linguarum sciētiam recepissent: vt sicut illi qui per turrim factam vsqȝ ad celum edificare volebant: preconfusione linguarum ab edificio cessauerunt: sic apostoli per omnium linguaꝝ notitiam turrim non de lapidibus: sed de virtutibus cōstruerent: per quam credentes celū ascenderent. ¶ Tūc superuenit: qui diceret magos illos cum singulis aduenire draconibus qui ignem sulphureuȝ ex ore et naribus euomentes: homines occidebant. Apostolus autē signo crucis

crucis se muniens ad eos securus exiuit: candace p fene
stram cum pluribus spectāte quē mox vt dracones vide-
runt: ante pedes eius obdormierūt. Cū aūt instante mat
theo. vt eos magi excitarent: τ ipsi eos suis artib⁹ excita
re non possent. Dixit apostolus eis ꝙ nisi xp̄m rogasset:
dracones oēm furorē suum in magos exacuissent. Et cū
ppls cōuenisset p̄cepit illis apostolus vt in nōie iesu nul
lū ledentes abirent. Et cōtinuo sine cuiuscꝫ lesione man
suetissime p portam vrbis egressi sunt. ¶ Cepit aūt apo-
stolus de glīa paradisi terrestris magnū sermonē cōtexe-
re: asserens illum cunctis montibus eminere: τ p̄ximū
celo fore: spinas vel tribulos ibi non esse: lilia nec rosas
eius marcere senectutē non euenire: angelorū ibidē orga
na resonare: aues aduocatas cōtinuo obedire. De hoc āt
paradiso terrestri dixit hoīem eiectum ꝓpter peccatum
fuisse: sed p christi natiuitatem τ passionē ad paradisū
celestem meliorē reuocatū ascendere. Et cum hec pplō
loqueret: ecce subito tumultus exorit in quo regis filius
euphron mortuus plangebat. Quē cum magi illi funeri
aduocati suscitare non possent: suaserunt regi ꝙ in deorū
cōsortium raptus esset. Ideocꝫ illi simulacrum τ tēplum
cōstrui oporteret. Predictus aūt eunuchus magos custo
diri faciens: instante regina euphenissa nōie apostolum
aduocauit. Qui orōne fusa iuuenē protinus suscitauit.
Qd̄ cernens rex egippus per vniuersas ꝓuincias suas
edictum misit: vt oēs ad eum cōuenirēt: τ deum in effigie
hoīs latentē viderent. venerūt autē cum coronis aureis
et sacrificare volentes. Quos mattheus compescuit: seqꝫ
non deum ſꝫ xp̄i seruū cōprobauit: τ sua p̄dicatiōe plusꝙ̄
sexaginta milia hoīm ad xp̄m cōuertit. Rege quocꝫ cum
vxore τ filio suscitato τ omni familia baptizauit: τ iphige
niam eius filiam virginē sacro velamine cōsecrauit: eācꝫ
plusꝙ̄ ducentis virginibus prefecit. ¶ Populus autē
de auro argento apostolo oblato: ipso iubente ecclīam fa
bricauit: quā infra dies .xxx. ꝑfectā apostolus in nomine
resurrectionis xp̄i sancte dedicauit. Totamcꝫ egyptum τ
ethiopiam ad fidem xp̄i ꝑduxit. Ipse aūt in ecclīa cōstru
cta annis .xxiij. sedit: τ multos presbyteros et diacones
ordinauit. ¶ Defuncto āt rege egippo: hyrtacus rex cru
delissimus regnū violenter accepit: τ euphronen egippi
filium eiecit. Obtento aūt regno iphigeniā virginē con
cupiscens: dimidium regni sui apostolo ꝓmisit si eam i
suum coniugium faceret cōsentire. Cui apostolus dixit:
vt iuxta morē predecessoris sui: die dñico ad ecclīam con
ueniret: τ p̄nte iphigenia cum suis virginib⁹ ꝙ̄ bona sint
iusta coniugia ab eodē audiret. Quo rex cum gaudio fe
stinauit: putans mattheum velle iphigenie coniugiū
suadere. Apostolus aūt virginibus τ omni pplō cōgrega
tis: de bono matrimonij diu locutus: a rege plurimū est
laudatus: credente ꝙ hoc ideo diceret vt cōsensum virgi-
nis ad cōiugium inclinaret. Deinde imperato silētio ser
monē repetijt dicens ꝙ si regis sponsa aliqs seruorū vsur-
pare presumeret: non solum regis offensam ſꝫ mortē in-
curreret: non q: vxorē duxisset: sed q: sponsam dñi sui cō-
tra matrimonij federa violasset. Ita τ rex hyrtacus sciēs
iphigeniam regis eterni sponsam effectam: τ sacro vela
mine cōsecratā non poterat potentioris sui sponsā tollere
τ suo coniugio copulare. ¶ Qd̄ audiens rex admodum
pre ira insaniens: furibundus abscessit. Apostolus autē
oēs ad patientiam τ constantiā cōfortauit: τ iphigeniam
coram se timore ꝓstratam: cum ceteris virginibus bene
dixit. ¶ Post missarū autē solēnia rex spiculatorē misit:
qui apostolum iuxta altare stantē vbi corpus xp̄i ab eo
cōfectum fuerat expansis manibus orantē: at ergo misso
gladio interfecit: τ martyrē dño cōsecrauit .xj. cal. octobr.
Qd̄ ppls videns ad palatium regis incendendum ꝓpe-
rabat: sed a presbyteris τ diaconibus vix detenti: aposto
li martyrium celebrarunt. Corpuscꝫ eius in montibus
parthorum honorifice condiderunt. Qd̄ ꝓcessu tēporis
inde translatum apud salernum digna veneratiōe quie
scit. zaroes autem τ arphaxat ex ea die qua mattheus re
gis filium suscitauit in persidam fugerunt: sed eos apo-
stoli simon τ iudas ibidem vicerunt: vt dicet infra in eo
rum passione .v. cal. nouembris.

¶ De sancta Iphigenia virgine. Cap. cj.



Iphigenia virgo filia fuit regis egippi et
discipulia beati matthei apostoli. Quam
idem apostolus baptizauit: τ xp̄i virginē
sacro velamine cōsecrauit. Cum aūt hyrta
cus rex apostolum occidi mandasset vt su
pra in eius ꝓxima passione actū est iphi-
geniam virginē cepit de suo coniugio appellare: τ p ma-
tronas missas ac magorum prestigia ꝓpulsare. Et cum
eius animum nullatenus immutare posset: totā domū
eius igne copioso vallauit: vt eam cum ceteris virgini-
bus concremaret. Apostolus autem cum angelo eidem
apparens: omnem ignem ab eius domo excussit. Et erū-
pens flamma regis palatium inuasit: τ vix solo rege cum
filio euadente cuncta cōsumpsit. Statimcꝫ filius regis a
demonio arrept⁹ patris crimina ꝓpalans: ad sepulchrū
apostoli ꝓperauit. Rex autem turpis leprosus effectus:
cum curari nō posset se manu ꝓpria interemit: populus
autem euphronem ab apostolo baptizatū: regē cōstituit
qui annis .lxx. regnauit: τ xp̄i cultum ampliauit: totācꝫ
ethiopiam ecclījs repleuit. Iphigenia aūt ducentarum
τ amplius virginum mater existens in sancto ꝓposito
perseuerans in pace quieuit. Cuius historia merito ma-
gistri sui passione subijcitur: quia dies dormitionis eius
ignoratur.

¶ De sctis Alexandro ep̄o τ Herculano mar. Cap. cij.



Alexander ep̄s τ martyr cū herculano mar
tyre rome passus est sub antonino impato
re. Qui dum clareret miraculis inter cete
ra luceium quendā gentilem mortuū susci
tauit. Illecꝫ surgens parentib⁹ enarrauit
qualiter in carcere obscurissimo ꝓfect⁹ erat
quidam dño iuuenis splendidissimus ad eum accesserat
dicens ꝙ alexāder ep̄s ipm̄ vocabat: vnde statim ipse ad
corpus redierat. Quapropter tam ipse luceius ꝙ̄ paren
tes cum alijs .cxxv. ad dñm conuersi sunt: τ ab alexādro
ep̄o baptizati. Hoc audiens antoninus alexandrum p
cornelium presidem fecit teneri: τ vinctum romā adduci
quē crescentius presbyter τ bonifacius ac vitalis diaco-
nes secuti sunt. Et dum imꝑatori p̄sentatus xp̄m cōfite-
retur: p̄mo fustibus cedit: deinde carceri mancipatur:
datis ei quattuor dierū indicijs ad resipiscendum. Cum
autem presbyter crescentius comes eius ipm̄ sub arbore
defleret: nunciat ei ab angelo alexandrum de carcere fu-
isse solutum: qd̄ ille ita factum esse cōperit. Et cum xp̄m
iterū p̄dicaret τ signis clareret. Iterū captus et imꝑatore
antonino iubente in eculeo suspensus est: vngulisꝗ to-
to corpore laceratus: atcꝫ lampadibus ad latera apposi-
tis adustus. Deinde ad templū apollinis adductus est
vt sacrificaret. Sed cum pars templi eius orōne corruis
set: bestijs exponit: sed intactus ꝑmanens in fornacē mit
titur: moxcꝫ diuina virtute ignis extinguit: τ herculan⁹
miles hoc viso ad xp̄m conuertit: statimcꝫ ambo ipsi ab
imperatore decollari iubent. Cū aūt alexander ad mar-
tyrium duceret quedam vidua ei petenti orarium cōmo-
dauit: qd̄ ipse se ei remissurū ꝓmisit. Qd̄ audientes mi
lites vidue illudebant: τ orarium amissū dicebāt. San
ctus autem martyr via claudia vigesimo ab vrbe milia-
rie ductus est: qui orario oculos texit: sicꝗ gladiū cum
prefato herculano suscepit: τ cōtinuo facto terremotu vi-
cus τ therme corruerunt. Orarium autem per angelum
vidue restitutum est: qd̄ ipsa militib⁹ redeuntib⁹ ostēdit.

Crescentius autez presbyter ⁊ alij qui eum fuerāt secuti corpus ipsius sepelierunt in loco vbi ignem f. macis extinxit.xj.cal.octobris. Sed postmodum papa damasus cryptam fabricauit: ⁊ ibidem ipsum deposuit.

¶ De sanctis Mauritio ⁊ socijs militibus martyribus. Capłm.ciij.





Auritius dux sacratissime legionis thebeorum cum socijs suis: exuperio: candido innocentio: victore: vitali: ⁊ constantio signiferis: ac reliquis eiusdez legionis sanctis militibus sex milibus sexcentis ⁊ sexagintasex passi sunt sub maximiano imperatore in gallys ciuitate sedunensi in loco qui dicit̄ auganum. Hi thebei dicti sunt a ciuitate eoꝝ que thebea nuncupat̄: que est in partibus orientis vltra fines arabie. Cum em̄ Diocletianus ⁊ Maximianus imꝑatores fidem christi cupientes penitus extirparet epistolas ad diuersas mundi ptes direxissent vt christiani aut sacrificare cogerentur: aut diuersis penis perimerent: pluresq̄ ciuitates in quibus iam christiani dominabant̄ nūcios vacuos remisissent. Imperatores ira cōmoti per oēs prouincias mandauerunt vt oēs bellicis armis apti romā venirent vt oēs rebelles romano imperio subiugarent. Littere aūt ad populum thebeoꝝ delate sunt: qui electā legionem sex milium sexcentoꝝ sexagintasex ad imperatores miserunt: vt eos in bellis iustis iuuarent: nō autez ꝯtra christianos pugnarent. ¶ Huic sacre legioni dux erat inclytus beatus mauritius. Diocletianus aūt maximianum ꝯtra gallias cū infinito exercitu misit: cuiq̄ legionem thebeoꝝ sociauit. Hi a sctō marcellino papa exhortati sunt vt ante gladijs interirent ꝙ fidem quā acceperant violarent. Cum ergo vniuersus exercitus alpes transmeasset: ⁊ othodoꝝ aduenissent: iubet imꝑator oēs qui secum venerant idolis immolare ⁊ ꝯtra christianos vnanimiter coniurare. Qd̄ audientes sancti milites septem miliaribus ab exercitu discesserunt: ⁊ in loco ameno: qui dicit̄ auganum circa rhodanum ꝯsederūt. Quibus maximianus missis militibus mandauit: vt ad deorum sacrificia cum alijs festinarent. Qd̄ illi se nō posse facere responderunt: vtpote ꝙ fidem christi haberent. Tūc cesar ira succensus missis militib⁹ iussit: vt aut eos dijs sacrificare cōpellerent: aut decimum quēq̄ eoꝝ quē sors contingeret: ad ceteroꝝ exemplum protinus decollarent. Sancti igitur cum gaudio vnus ante alteꝝ festinabant ⁊ ad martyrium peruenire certabāt. Quos sanctus mauritius dux eoꝝ assurgens sacra contione confortabat. Nunciis quoq̄ imperatoris dixit ꝙ iam christi mādatū adimplere parati erant: q̄ petro dixerat: vt mitteret gladium in vaginam. Nam ꝑ christo mori oēs parati erāt nullamq̄ vtpote christi milites defensionem facere cupiebant eo ꝙ ad defensionem reipublice tm̄ arma susceperant. Cuz hec imperator audisset: iussit vt iteꝝ decimum quēlibet trucidarēt. Quo facto exuperius signifer accinctus inter cōmilitones stans: eos ad passionem gloriosa locutione exhortat̄: ⁊ vt oēs arma proijciant suadet: virtutibus solis armentur. Dixitq̄ nuncijs augusti: vt hec imperatori referrent: ꝙ lʒ milites essent sui serui tn̄ potius erant christi. Cesari debebant militiam sed christo innocentiam ab imperatore laboris stipendium acceperant: a christo vite eterne premium preoptabant. Tunc imperator insaniens iussit oēm suum exercitum totam legionem circundare: ita vt nec vnus posset euadere. Vallantur ergo sancti milites christi a militib⁹ diaboli: nefandis manibus trucidant̄ pedibus equoꝝ conculcantur: ⁊ christo preciosi martyres ꝯsecrantur. ¶ Dei aūt ꝙplures euaserunt vt ad regiones alias venientes christum predicarent: ⁊ in locis alijs gloriosius triumpharēt. Ex quibus fuisse dicitur Solutor Auentor ⁊ octauius apō taurinum Alexander apud bergomum Secundus apō vintimilium constantinus victor ⁊ vrsus ⁊ alij ꝙplures. Cū ergo carnifices predam diuisissent ⁊ insimul conuiuarent: quēdam iuuenem noīe victorē illac casu transeūtem: ad secum conuiuandum inuitauerunt. Ille autem eoꝝ crudelitatem detestans requirere cepit: quomodo inter tot milia occisoꝝ possent cum gaudio epulari. Cūq̄ audiuisset ꝙ ꝑ fide christi mortui essent: suspirans ille beatum se dixit si cum illis fuisset occisus. Cū autez illi comperissent ꝙ christianus eēt: ipsum ꝓtinus trucidarūt. Quoꝝ martyrum corpora a christianis in ipso loco sepulta sunt: ⁊ ecclia eoꝝ noīe fabricata. Sed post aliquod tp̄s corpus innocentij martyris in vnda rhodani imersum: inundatione ipsius fluminis ad terram euectum est: et ab eiusdem loci ep̄is cum alijs in ecclia sepultum. ¶ In dedicatione aūt ipsius eccl'ie faber quidam gentilis die dominico opus suum exercebat: qui a sanctoruz exercitu rapitur ceditur: ⁊ ꝙ die dominico laboraret redarguit̄. Sed correctus ad ecclesiam cucurrit: ⁊ christianum se fieri postulauit: passi sunt autem sancti martyres.x.calen. octobris: circa annos domini.cclxx.

¶ De sancto Siluano episcopo. Cap̄.ciiij.

Iluanus ep̄s nazarenus claruit tp̄e honorij imperatoris. Qui beati hieronymi auditor fuit: ⁊ eidem tanta dilectione ꝯiunctus: eiusdemq̄ moribus ⁊ sanctitate vite adeo imbutus vt post eius obitum a cunctis hieronymus nouus diceretur. Cuz aūt post obitum hieronymi quidā sabinianus hereticus surrexisset qui duas in xp̄o diuersas voluntates assereret: ⁊ i sua secta plurimos cōgregasset: ⁊ ad cōprobandam eius falsam opinionem libellum compilasset: quē hieronymo intitulauerat predictam heresim comprobantē: eiusq̄ eloquētiam ⁊ stilū habentem. Siluanus sabinianum ad disputandū reqsiuit. Statutaq̄ die siluanus cū cyrillo ep̄o hierosolymitano: ⁊ catholicis ex parte vna. Sabinianus vero cū hereticis suis ex altera ad ecclesiam ꝯuenerunt. Ibiq̄ cū fuissz diutius disputatum: hereticus opusculum a se compositum sui erroris fomentum ꝓtulit: qd̄ a hieronymo compositum asseuerauit. Qd̄ econtra siluanus ꝯstanter negauit ⁊ heresiarcham de falso compilato ope duriter increpauit. Tandem inter se in hoc conuenerunt vt si vsq̄ ad horam nonam diei sequentis opus illud falso compositum hieronymus miraculo quoquā ostenderet: hereticus capite puniret̄ sin autem archiep̄s. Catholicis ergo tota nocte in oꝛone ꝑsistentibus: die sequenti horam pene nonam: sabinianus ad ecclesiam cum suis aduenit: vt dei seruū perimeret: eo ꝙ nihil miraculi apparuisset. Nam hieronymus aures clauserat vt mirabilior appareret. Hora autem debita siluanus iuxta obligationem letus quasi ad nuptias pergens ad supplicium duct⁹ est. Qui inuocato hieronymo ne fides catholica deperiret: speculator

culatori collum prebuit: ⁊ vt se feriret rogauit. Cum aũt ille ensem leuasset: adest subito hieronymus cunctis cernentibus: extensaqꝫ manu: spiculatoris ensem tenuit: ⁊ siluano vt exurgeret imperauit. Deinde hereticum increpauit: scripturam illam falso compositam astruxit: eiqꝫ minatus terribiliter iudicium mortis disparuit. Confestim ergo caput sabiniani a corpore detruncatum terraꝫ petijt: acsi spiculatoris ense amputatum fuisset. Quo miraculo discipuli heresiarche ad fidem catholicam redierunt. Post hec diabolus siluani sanctitati inuidens: vt ipsius famam lederet: in eius speciez se mutauit: ⁊ cuiusdam nobilis matrone noctu intrans thalamum: eam in lecto iam positam de concubitu requisiuit. Illaqꝫ clamãte hominem in eius cameram introisse: accurrentibus familijs ⁊ vicinis: diabolus ad fidem illorum confirmandam sub thoro latitauit. Quẽ illi inuenientes: accensis luminibus intuentes. Siluanum archiepiscopum crediderunt. Et propter ipsius opinionem stupefacti interrogauerunt: cur tantam nequitiam presumpsisset. Qui vt maius contra sanctum odium incitaret: cepit horrenda loqui: ⁊ astruere ꝙ ipsum ad hoc mulier inuitasset: illa aũt ipsum aperto ore dementiens: multas ab eo cõtumelias audiuit: qꝺ illi hec sustinere nõ valentes: iniurijs ⁊ verberibus ipsum de domo expulerunt. Que cum diuulgata fuissent: tota ciuitas contra illum cõmota: siluanũ hypocritam dignum incendio acclamabat: vt autem vir domini audiuit hec: patienter tulit: et deo grãs egit. Et ad cedendum furori se ad bethleem ad locum: videlicet magistri hieronymi: ad tempus mansurum transtulit.

¶ Reuoluto autem anno cum in ecclesia bethleem ad sepulchrum hieronymi die quodam solus oraret. vir quidam malignus ingrediens siluanum hypocritam ⁊ adulterum acclamans: gladium educens: ipsum in eius guttur demergere voluit. Sed episcopo hieronymum inuocante manu illius retrouersa: gladio proprio seipsum peremit: superueniens alter nequissimus existimansqꝫ hominem illum per siluanum interemptum: illum similiter occidere conabatur. Sed qꝺ primo acciderat: ⁊ huic euenit. Subsequenter duo alij intrauerunt: duosqꝫ occisos videntes ignari diuini iudicij: scelus illud factũ ab homine dei putauerunt. Quorum vnus in eum insiliuit ense nudato. Sed episcopo hieronymum inuocante vir ille vt duo priores se ꝓprio ense ⁊ manu iugulauit. Qꝺ socius magie ascribens: ante fores ecclesie clamat siluanum adulterum ⁊ maleficum: ac hominum occisorẽ: cõcurrunt populi episcopum dignum incendio acclamantes. Capitur innocens: vt ad supplicium pertrahatur. Cyrillus accurrens ipsum liberare nititur: sꝫ magis populus concitatur. Cum autem extra ecclesiam duceret hieronymus visibiliter de sepulchro exiens: cunctis splẽdens apparuit: qui siluanum dextera tenens: de medio populi furentis eduxit. Inter hec demoniaca vinculis ferreis alligata ad tumulum eius liberanda defertur. Sed hieronymus demoni mandauit: vt ex ea exiens cunctis publice: que in siluanum commiserat propalaret. Mox a femina illa diabolus discessit in forma ⁊ habitu siluani cunctis apparuit: ita vt ab eo nullatenꝰ discerni posset. Sicqꝫ demon cuncta que contra virum dei commiserat enarrauit ⁊ continuo nusꝙ cõparuit. Hieronymus autem siluanũ adhuc tenens dextera. si aliud a deo vellet interrogauit: qui se de hoc seculo sumendum postulauit: ⁊ qꝺ petierat īpetrasse audiuit. Statimqꝫ disparuit hieronymus: ⁊ post hore spatium in pace expirauit siluanus. Omnes quoqꝫ populi ad eius pedes procidunt: ⁊ de in eum cõmissis veniam petunt: corpusqꝫ ipsius ad nazareth tollẽtes: in eius ecclesia honorifice ꝯdiderunt quieuit in pace. x. calen. octobris.

¶ De sancto Siluano abbate. Cap. cv.

Siluanus abbas in deserto de scythei claruit: de quo legitur in vitis patrum: ꝙ in extasi mentis raptus ad se rediens: postmodum flere cepit: dixitqꝫ se vidisse quosdam ex fratribus suis ad inferna trahi. Dum autẽ ad monasterium quoddam cum zacharia eius discipulo venisset: ⁊ cum fratribus aliquãtulum comẽdisset: reuertens discipulum aquam in via bibentem redarguit: eo ꝙ ipsius diei ieiunium solueret. Qui dum ei responderet: q̃ſi o ieiunium seruarent: qui eo die cum fratribꝰ comedissent audiuit ab abbate: ꝙ illud fuerat conuiuiuꝫ charitatis.

¶ Aliquando dum quidam peregrinus frater ad euꝫ venisset: ⁊ fratres eius manibus operantes vidisset: redarguit illos dicens: ꝙ maria optimam partem elegit: quẽ abbas in cella locatum hora nona cum ceteris ad mensam non vocauit. Ille aũt post cibum abbatem cur se nõ vocasset interrogauit. Cui ille respondit: ꝙ homo spiritalis erat: ⁊ esca opus nõ habebat. Hoc audiens frater penitentiam egit: a siluanoqꝫ audiuit: ꝙ etiã maria marthe ministerio indigebat. Hec in vitis patrum.

¶ De sancto Ione presbytero ⁊ martyre. Cap. cvi.

Ion presbyter ⁊ martyr apud castrẽsiũ pagum passus est. Hic ex partibus athenarum veniẽs sancto carautio martyri vsqꝫ romam sociatus cum beato dionysio ep̃o ex vrbe egressus cum eodem galliaꝫ adyt ⁊ ab ipso presbyter ordinatus: castresium pagum properans: euangelium predicauit: herbis virentibus ⁊ aqua frigida sustentatus. Ad quem predicantẽ tres lictores a iuliano prefecto parisius missi sunt: vt eũ tenerent: ⁊ occiderent. Qui cum prope parisius inueniũ nullo timore territum nec minis turbatum: nec vllatenus a doctrina desistentem: verberibus cesum decollauerunt. x. cal. octobris. Cuius corpus truncatuꝫ caput manibus tollens vsqꝫ ad locum vbi sanctus martyr sibi sepulturam elegerat quasi miliario vno procedens ibideꝫ occubuit: sepultumqꝫ ibidem miro fragrans odore in loco: qui dicitur mons sancti ionis.

¶ De sancto Florentio presbytero. Cap. cvij.

Florentius presbyter floruit tempore constantini imperatoris: qui sancto floriano martyri sociatus: de quo supra dictum est in eius passione. iiij. nonas maij post eius excessum ⁊ martyrium sub diocletiano peractum: ab angelo monitus ad gallias venit: ⁊ ad portuꝫ fluminis rhodani: qui dicitur lugdunum applicuit: vbi cũ esset dies dominicus: vt missam audiret: nauem confractam sine gubernatore repertam ascendit: ⁊ angelo duce transiuit ibiqꝫ demoniacum inuentum ab oppressione immundi spiritus liberauit: ⁊ in ipsa via plurima alia miracula fecit Quem sanctus martinus ep̃s turoneñ. per visum ab angelo monitus sacerdotem consecrauit. A quo dimissus venit ad locum prope ligerim: cui nomen erat gloriana: in quo erat spelunca serpentibus plena: quos ille sua oratione fugauit: ⁊ ibidem ieiunijs ⁊ orationibus quottidie vacans mansioneꝫ elegit. Singulis quoqꝫ annis orationis gratia turoneñ. veniebat. Cum auteꝫ peruenisset ad locum: qui dicitur condata iuxta fluuium mulierem cecam flentem amarissime repperit: ⁊ ab ea filium eius atqꝫ ductorem in flumine necatum audiuit ⁊ mox oratione premissa in loco ei ostenso ab angelo piscatores retia iactare fecit: ⁊ filium mulieris de flumine viuum extractũ ei restituit: ⁊ ipsam insuper a cecitate sanauit. Vixit aũt a tempore quo a sancto floriano fuerat separatus annis. lxiij. ⁊ annorum. cxxij. migrauit ad christum. x. calendas octobris. sepultus apud lugdunum miraculis clarus.

¶ De sancto Sanctino ep̃o ⁊ confessore. Cap. cviij.



Sanctinus eps apud meldẽsi. ciuitatẽ claruit
tpe domitiani ⁊ nerue imperatoꝝ: qui a beato
dionysio epo ordinatus: missus est carnotuȝ
ad predicandũ: ⁊ postmodũ ab eodẽ meldensi
vrbi in pontificeȝ prefectus est: cui antoninũ
iuniorem in socium ⁊ presbyterũ ꝯcessit mandans eis vt
post martyrium ipsius dionysij qđ se p xpo passuꝝ didi-
cerat: oĩa que circa se ꝯtigissent romano pontifici ⁊ fide-
lib⁹ rome intimare curarent. Itaqȝ postq̃ dionysius pas
sus est: sanctinus ⁊ antoninus romã pgebãt iussa imple
turi: venientibusqȝ illis in italiam sanctinus socium fe
bricitantẽ diebus plurib⁹ expectauit. Ne tandẽ iter re-
tardaret: antoninum hospiti cum encenijs ⁊ linteis cõ-
mendauit vt si ꝯualesceret: inde ei ministraret: si decede
ret: illũ inde sepeliret. et sic a loco discessit. Antoninusqȝ
post modicum decessit: quẽ pnceps ille oĩbus sibi reten-
tis: in stabulo iumentoꝝ in sterquilinio sepeliuit. Quod
dum sanctinus qui iam fines vrbis tetigerat p spm̃ co-
gnouisset: retrocedẽs ab hospite de socio requisiuit. Ille
autem eum obisse: corpusqȝ se honeste sepelisse affirma-
uit. Quẽ sanctinus dementiens: ac redarguens ad locũ
accessit: ⁊ orõne premissa sociũ de fossa euocãs suscitauit
Qđ pnceps ille cernens ꝯfusus veniam petijt: ⁊ fidẽ xpi
suscepit. Tunc ambo celebrata missa romam venerunt:
⁊ anacleto pape actus ⁊ gesta sancti dionisij: necnon ⁊ q̃
sibi contigerant narrauerunt. ¶ Perfectoqȝ negocio.
ad vrbem meldensem redierunt: predicationi instantes:
Post que sanctinus dormiuit in xpo: decimo calendas
octobris. Cui ⁊ Antoninus in episcopatu successit. ⁊ cõ-
summatus: ⁊ ipse sanctitate ad christuȝ migrauit. Quo-
rum ambo corpora in vno tumulo collocata requiescũt.

¶ De sancto Lino papa ⁊ martyre. Ca. cix.

Linus papa et martyr natione italicus
de regione tuscie: patre herculano bea
to petro apostolo in pontificatu roma-
no successit. Seditqȝ annos. xj. menses
iij. dies. xij. Hic ex precepto beati pe-
tri apostoli: constituit vt mulieres in ec
clesia velato capite introirent. Dicunt
quidaȝ q̃ Linus ⁊ Cletus petri successores: non sederũt
vt pontifices: sed vt petri coadiutores quibus beatus pe
trus in vita sua credidit ecclesiasticaꝝ reꝝ dispositionẽ. Ipse
vero tm̃ predicationi ⁊ orõni vacabat: ꝓpter qđ tanta au
toritate donari meruerunt: vt in catalogo pontificum po
nerent. Clementẽ vero ipse beatus petrus sibi successoreȝ
ꝯstituit: ꝫ aũt hec veritate nitant. tamen vt ait hierony
mus: beatus clemens spiritusancto plenus: timens ne
apostolica ordinatio posteris tpibus transiret in vitium
vt quidam munus hereditarium putantes: min⁹ de dei
cogitarent electione: linum ⁊ cletum ante se coegit pon-
tificari. Et sic clemens pmus fuit per petri electionẽ: ter
tius vero per gradũ. ¶ Hic beatus eps cũ demones effu

garet: mortuos suscitaret ⁊ alia miracula faceret: mul
tosqȝ ꝯuersos baptizaret: filiam etiam saturnini cõsulis
a demonio liberasset: ⁊ ad xpm ꝯuertisset. Saturnin⁹ cõ
sul credens hoc magicis artibus fieri: ipm diuersis pe-
nis afflictum decollauit. Imperante nerone. ix. cal. octo-
bris. Et ꝫ corpus eius pmo fuerit in vaticano sepultum
postea tñ a gregorio ostiensi epo ostiam translatum est:
⁊ in ecclia maiori scti laurentij recõditum. ¶ Hic fecit
ordinatiões p mensem septembris: ⁊ ordinauit epos: xv.
presbyteros. xix. Et cessauit epatus dies tres.

¶ De sctã Tecla virgine ⁊ martyre. Cap. cx.

Thecla virgo ⁊ martyr passa est apud ico-
nium ciuitatem impante nerone. Que ip
sius vrbis preclaro genere orta hec pauli
apostoli predicatione ꝯuersa: atqȝ virgini
tatem pfessa: cũ sponsum haberet nuptijs
renunciauit. Qđ mater eius sentiẽs: filiã
iudici tanq̃ xpianam accusauit. Tunc pconsul alexan-
der thedam detentam iudicauit igni cremandã: Et cũ
in medio ignis esset posita l nullo tñ exusta est: imberqȝ
de celo vehementissimus cadẽs rogũ extinxit. Sicqȝ vir-
go liberata: ad domum vbi paulus hospitabat paduenit:
vbi multos discipulos inuenit: qui se pro ea orantes. vj.
diebus afflixerãt. ¶ Post aliqđ tps syrus alexãder the-
clam detẽtam iudici iterũ obtulit: ⁊ de xpianitate detulit.
Quã iudex bestijs exponi iussit: ꝫ interim eam tryphene
matrone nobili impatoris ꝓpinque custodiendã tradi-
dit. Die vero statuta thecla in harenam ducit: ⁊ leene su
pra dorsum colligat. Sed leena verso capite virginis pe-
des lambebat. Sicqȝ puella de harenario educit illesa: ⁊
in die sequẽti reseruat iterũ feris subijciẽda: tryphenequȝ
cõmendat custodienda. Sequenti iterũ die thecla pdu-
citur: ⁊ spoliata in ampitheatrum mittit: ⁊ leones ⁊ vrsi
ad eã dimittunt. Ad cuius pedes leena pcidit: visamqȝ
ad virginẽ currẽtem lacerauit. Leonem vero ferocissimũ
eadem leena cõplexa cũ ipso dimicauit: ⁊ cuȝ eo pariter
mortua corruit: ⁊ sic virginem defensauit. Deinde in fos-
sam aque serpentibus plenam inijcitur: sed pmus ser-
pentes nube ignis oppressi moriunt. Dehinc tauris fero
cissimis pedibus alligat. Et lamine cadentes inter ilia
animalium mittunt: vt saltu rapido cito discerpẽrẽt vin
ctam. Sꝫ ferrũ candẽs cõbussit funes: ⁊ solutis vinculis
virgo liberat: discurrentibus tauris pre incendij dolore
Clamantibus aũt ppłis cum tryphena magnum deum
xpianoꝝ: pconsul tã miraculi stupore q̃ ppłi timore: the-
clam suis vestibus indutam matronis liberam dimisit
Quã tryphena i domum suam suscepit: ⁊ adoptans in fi
liam fidem xpi pcepit. Multos etiam gentiles virgo do
mini ad fidem pduxit. Deinde seleuciam abijt: ⁊ in virgi
nitate ⁊ sanctitate vite pseuerãs: somno pacis dulciter
requieuit nono calen. octobris ibidem sepulta.

¶ De sancto Constantio ꝯfessore. Cap. cxj.

Constantius ꝯfessor apud anconam claruit: qui
in ecclia beati stephani ꝓtomartyris mansiona
rij functus officio seruiebat: funditusqȝ terrena
despiciens, tota mente ad sola celestia flagrabat
Quadam vero die cum in eadem ecclia oleũ defecisset: et
dei famulus vnde lampades accenderet non haberet.
Lampades oẽs aqua repleuit: atqȝ ex more in medio pa
pyros posuit: quos allato igne accendit: sicqȝ aqua i lam
padibus acsi oleum tota die ac nocte arsit. Cui⁹ sancti-
tatis opinione crescente multi ad eũ videndũ ex diuer-
sis locis veniebant. ¶ Die vero quadã ex longinquo lo-
co ad eum videndum rusticus venit. eadem vero hora cõ-
tigit: vt vir dñi stans in ligneis gradib⁹ reficiendis lã-
padibus deseruiret. Cũqȝ is qui ad eũ videndũ venerat:
quis nam esset inquireret: ⁊ ostensum sibi exili forma: et
pusilla statura cõspiceret despexit eum atqȝ in corde suo
derisit

derisit: dicens se grandē hoīem videre credidisse: ille vero nihil habebat de hoīe. Qđ vt constantius per spm̄ agnouit lampades reliquit: concitusq̧ descendens in amplexus ruit: ⁊ deosculans eũ grãs egit: ꝙ de se talia cogitasset: eo ꝙ ipse solus ex hoībus in eum cognoscendũ oculos aptos habuisset. Cuius humilitatē ⁊ spũm ꝓpheticũ rusticus cõsiderãs: ⁊ veniã ab eo petijt: ⁊ deinceps in reuerentiã assumpsit. Quieuit aũt in pace vir domini. ix. cal. octobris sepultus ancõe. Hec gregorius pͥlo dialo. cap. v. Corpus aũt huius scī ꝓcessu tp̄is venetias trãslatum: ⁊ in ecclesia scī basilij collocatum est. iiij. idus iul.

¶ De sancto Constantio ep̄o. Cap. cxij.

Constantius ep̄s aquine ciuitatis fuit: ⁊ ioannis pape pͥmi tp̄ibus claruit. Qui vltra nimiam sanctitatis famam: qua apud multos innotuit. spiritu ꝓphetico dotatus est. Cum enim in die eius obitus a circũstantibus ciuibus: vtpote tam amabilis pater discessurus amarissime plãgeret: quesitũ est ab eo: quē post se pontificem haberent. Quibus ꝓphetico spiritu r̄ndit. ꝙ post ꝯstantiuȝ mulionē post mulionē fullonē: post fullonē neminē. Quibus editis vite spiritū exhalauit. ¶ Defuncto vero sancto eius ecclesie pastoraleȝ curam suscepit andreas diaconus illius: qui quondam in stabulis itinerũ cursuȝ seruauerat equoꝝ. Illo quoq̧ ex hac luce subtracto: ep̄atus ordinem iouinus sortitus est: qui in eadē vrbe fullo extiterat. Quo adhuc supstite cuncti habitatores ciuitatis illius ⁊ barbaroꝝ gladijs ⁊ pestilētie vastitate deleti sunt vt post mortē eius: nec qui ep̄s fieret: nec quibus fieret inueniri posset. Sicq̧ cõpleta est viri dei sententia: quatenus post excessum duoꝝ ep̄oꝝ se sequentium: eius aquinensis ecclesia pastorem minime haberet. Hec gregorius. iij. dialogorum capitulo. viij.

¶ De sancto Sosio martyre. Cap. cxiij.

Sosius martyr passus est apud ciuitatē puteolis nam tp̄e diocletiani imperatoris sub timotheo p̄side: qui cũ esset diaconus messenate ciuitatis annorumq̧. xxx. post passionē sancti ianuarij beneuētani ep̄i passus est. Cũ aũt quodam tp̄e presente ipso ep̄o euangeliũ in ecclesia legeret: vidit ep̄s de capite eius flãmaȝ exurgere. quã nemo alius vidit: ⁊ p̄nunciauit eũ martyrē futurũ: non post multos dies ianuarius ep̄s tētus ⁊ in carcerē missus est: ad quē visitandũ cũ venisset: sosius cũ diacono festo ⁊ lectore desiderio: ⁊ ipsi simul cũ eo detenti sunt. Et postꝙ̄ ianuarius cuȝ alijs eius socijs passus esset: vt dictũ est supra ī eoꝝ passiōe. xiij. cal. octobris: ⁊ ipse sosius ab eodē preside pro xp̄i nominis confessione gladio cesus est. ix. calend. octobris.

¶ De sancta Salaberga abbatissa. Cap. cxiiij.

Salaberga abbatissa in territorio lugdunensi. claruit tp̄ibus sancti sulpitij ep̄i bituricensis ⁊ dagoberti regis francoꝝ: Hec in subarbano leucoꝝ oppido territorij lingonensis. parentibus claris ⁊ religiosis exorta ē: a natiuitate ceca. Cũ aũt sanctus eustasius abbas columbani successor in domo gũdonij p̄ris puelle hospitatus esset duosq̧ filios viri sibi oblatos benedixisset. Salabergã cecã eidem adductã post triduanuȝ ieiuniũ illuminauit ⁊ sp̄ualibus disciplinis informauit. Quã parentes cuidã generoso viro licet dudum renitentē inuitã in coniugeȝ tradiderũt. Quo infra duo menses defuncto: iteꝝ inuita maritat alduino comiti regis dagoberti: ex quo quinq̧ filios procreauit. Tandēq̧ viꝝ ad castitatē cõuertit: cuiusq̧ obtēta licentia cum consilio valberti successoris eustasij abbatis in suburbano lingonensi: in paterna hereditate cenobiũ puellaꝝ cõstruxit: veꝝ ciuili bello inter reges francoꝝ exorto inde cum sancto valberto discessit: ⁊ lugdunũ veniens monasteriũ aliud fabricauit: vbi plusꝙ̄ trecētarum puellaꝝ ancillaꝝ xp̄i mater extitit. ¶ Dũ quodam tp̄e sancti valberti p̄stolaret aduentuȝ: ⁊ vinũ ad sufficiētiam non haberet: sua orone vinum in vegete multiplicauit: ⁊ que semiuacua erat plenã repperit. ¶ Vite sue īstante termino p visionē vidit tabernaculum mire claritatis de celo descēdere: ī quo recepta in prato amenō summe pulchritudinis trãslata est. Quē sibi locũ a deo paratũ intellexit. Eidē ēt dormienti cingulũ a renibus solutũ est: qđ nusquã cõparuit: dictum est ei ipsaȝ die cētesimo a corpe migraturã: qbus diebus cõtinue psalterium legit: ⁊ die sibi statuta videlȝ. ix. cal. octobris ī pace q̄euit.

¶ De conceptione sancti Joãnis baptiste. Cap. cxv.

Conceptio sancti ioãnis baptiste ī martyrologio hieronymi. viij. cal. octobris scribit: ⁊ in quibusdã ecclesijs celebraƭ. A quo die vsq̧ ad eius natiuitatē. ix. mēses integraliter numeranƭ: nullo die deficiēte nec superãte: vt sicut triuȝ solum tm̄ celebranƭ festa natiuitatum. s. xp̄i: ⁊ beate virginis: ac ipsius baptiste: sic ⁊ eoꝝ celebrenƭ festa ꝯceptionum. Festum aũt conceptionis matris dñi p reuelationē pͥmo cognitũ fuit: sicut supra dictũ est in legenda cõceptionis eius. vj. idus decembris. Qualr̄ autem ꝯceptõem ioannis baptiste: tali die fuisse factã: habuerint hieronymus: incertum est: verisimiliter tñ credi põt: ⁊ recte opinari: ꝙ sicut conceptus ⁊ ortus baptiste in alijs ꝑfectus apparuit: sic ⁊ tp̄s eius quo fuit in vtero integrum esse debuit: vt sicut xp̄s nouē mensibus integraliter in vtero virginis fuit: sic ⁊ baptista post eorundē mensiũ integralē decursum de ventre matris exiuit: vt sicut natiuitas precursoris assimilatur natiuitati saluatoris: sic ⁊ eius conceptio ad xp̄i cõceptionē inꝙ̄tum est possibile similet. ¶ Et notandum ꝙ circa conceptionē ioãnis baptiste: tria miracula sp̄aliter apparuerunt: que aliqualiter tacta sunt supra in eius natiuitate. viij. cal. iulij. s. supernaturalis ꝯceptio in vtero sanctificatio: ⁊ ꝓphetalis doni repletio. ¶ Fuit enim pͥmũ supnaturalis cõceptio: qm̄ erat helisabet sterilis ⁊ ambo parentes ꝓcesserant in diebus suis. Ideoq̧ zacharias de ꝓmissione angelica dubitauit. Consueuit eñ homo dubitare. ¶ Aliqñ pp ꝓmissorum magnitudineȝ sicut ⁊ abraã legiƭ ꝙ dubitauit: qñ dñs semen suum terram chanaan possessurum esse promisit gen. xv. ¶ Aliqñ ꝓpter fragilitatis proprie considerationē: sicut patet in gedeone: qui cũ familia eius esset infima in tribu manasse: ⁊ ipse minimus ī domo patris sui: dubitauit q̃o isrl̄ liberare posset: iudic. v. ¶ Aliqñ ꝓpter nature impossibilitatem: sicut patet in sara: que suã senectutē considerãs risit: cum dominus abra filium ex ea nasciturũ esse predixit gen. xviij. Ex his autem omnibus zacharias dubitare potuit: quia ibi erat ⁊ magnitudo promissionis: q̄ de filio nascituro dictum est. Erat enim magnus coram domino: ⁊ consideratio proprie fragilitatis: quia talem filium habere se reputabat indignum: ⁊ impossibilitas naturalis: quia vxor eius sterilis: ⁊ ambo ꝓcesserant in diebus suis: nihilominus tñ plagam incurrit amissionis loquele: pp eius incredulitatem: vt ex hoc maius miraculum in natiuitate filij appareret: ⁊ propter alias rationes superius in natiuitate ioannis assignatas. ¶ Secundum miraculuȝ fuit in vtero sanctificatio: q2 de eo dictum est. Et spiritusancto replebitur adhuc ex vtero matris sue. Quod priuilegiuȝ in quattuor sanctis tm̄modo reperitur. s. in hieremia propheta hier. pͥmo. Anteꝙ̄ exires de vulua sanctificaui te: in iacob iusto apostolo ī sicut hieronymus testaƭ: in ioanne baptista: ⁊ in beata virgīe maria: licet talis sanctificatio ⁊ spiritussancti repletio lõge plenior fuerit in beata virgine ꝙ̄ in alijs p̄nofatis sanctis. ¶ Et notanduȝ ꝙ licet ioannes baptista fuerit in vtero sanctificatus: fuit tñ originali peccato conceptus

alioqn nõ fuisset zacharie filius: vnde festũ illud licet dicat cõceptionis: est tñ potius festum sanctificationis: quia videlicet in vtero matris sanctificatus fuit. Sicut et de beata virgine superius dictũ est in legẽda conceptionis eius: vnde sub vocabulo cõceptionis agit festum sanctificationis. ¶ Tertiũ miraculũ fuit ppheticalis muneris repletio. Ideo dr plusq̃ ppheta: q: anteq̃ nasceret prophetare meruit: qñ in vtero matris exultans ad vocem salutationis marie: deũ adesse cognouit: vnde chrysostomus. Nunq̃d pphete fuit vt prius fieret ppheta q̃ homo. Et q: cõsuetudo erat vt pphete vngerent. Ideo xps fecit mariã salutare helisabeth. Et sermo procedens de vtero matris vbi habitabat dñs: et p aures helisabet ingressus descenderet ad ioãnem: et eum illic vngeret in pphetam. ¶ Non solũ aũt ipse anteq̃ nasceret pphetauit: sed insup suis meritis matri: pphetie spũz tradidit: vnde chrysostomus: Quis pphetarũ cũ esset ppheta: pphetam facere potuit. Helias q̃dem vnxit heliseuz in pphetam: non tñ pphetandi gratiam illi donauit. Iste aũt in vtero matris existens diuini introitus scientiã matri donauit: et os illius in verbo confessiõis apuit: vt cuius nõ videbat psonã cognosceret dignitatẽ dicẽs: vñ hoc mihi vt mater dñi mei veniat ad me. Hec chrysostomus.

¶ De scis Andochio Thyrso et Felice marty. Cap. cxvi.

Andochius thyrsus et felix martyres apud aurelianum passi sunt sub aureliano imperatore. Ex quibus andochius et thyrsus missi sunt a sancto policarpo epo in gallias ad predicandum. Qui venientes aurelianum dum sua predicatione multos conuerterent: et multos martyres confortarent: recepti sunt hospitio a felice xpiano negociatore: pauperum hospite cunctorũ. Et cũ ad imperatorem ibidem tunc degentẽ accusati fuissent: inde educti sunt. Quos dum eorũ hospes insequit cum eis similiter detinetur: omnesq̃ simul imperatori presentant. Et dum xpm confiterent: manibus suspendunt: et saxa in pedibus alligant: et sic in suspendiculo vsq̃ in crastinum dimittuntur. Cum autem sequenti die incolumes inuenti fuissẽt in ignem copiosum missi sunt. Sed combustis vinculis et flãmis imbre copioso extinctis: ipsi inusti oĩno permanserunt. Quos imperator continuo decollari mandauit. Faustus vero xpianus cum symphoriano suo filio corpora eorum collecta sepeliuit. viij. cal. octo.

¶ De scis quadragintanouem martyribus. Cap. cxvij.

Quadragintanouem martyres passi sunt in chalcedonia ciuitate sub diocletiano imperatore proconsule aũt prisco. Hi cum beata eufemia virgine detenti: cũ nollent deo marti sacrificare per dies. xx. in carcere macerati sunt. Deinde iussu presidis educti alapis in faciem cesi: et grauiter flagellati: iterũ vincti in carcerẽ reducti sunt: et imperatori reseruati: vt de his supra actũ est in passione euphemie. xvj. cal. octobris. Post dies aũt. xij. imperatori diocletiano chalcedonẽ venienti: a pconsule presentãt. Quos cũ imperator in xpi fide immobiles repperisset eos oẽs vinctos leonibus et vrsis exposuit deuorandos. Et cum a feris intacti custoditi fuissent: iussit eos omnes pariter decollari. viij. cal. octobris.

¶ De sancto Cleopha discipulo. Cap. cxix.

Cleophas discipulus vnus ex. lxxij. fuit. Hic vnus ex illis duobus extitit: quibus in castello emaus euntibus in die resurrectionis sue dñs apparuit: et ab ipsis inuitatus cum eis discubuit: quẽ et ipsi in panis fractiõe cognouerũt. Alius xo lucas euangelista fuisse dicit. Hunc autẽ tradunt apud ipsum castellum emaus in eadem domo qua mensam dño parauerunt: post discipulorũ a iudea dispersionem p cõfessione xpi a iudeis occisum: et gloriose memoria sepultum: qui passus est. viij. cal. octobris. Hec in martyrologio adonis: sumpto ex Hieronymi scripturis et chronicis antiquis.

¶ De scõ Firmino pñbytero et martyre. Cap. cxix.

Firminus presbyter et martyr apud ambianum passus est sub longino et sebastiano presidibus: qui ex ciuitate hibernie: que dicitur pampbilonia ortus patre firmo senatore: cum adhuc esset puer traditus est honesto presbytero sacris litteris imbuendus: qui annorũ. xvij. etate et doctrina pficiens: et p honesto iam sene predicationis officium supplens: ab eodem ad honoratum epm tolosam missus est: a quo et pñbyr est ordinatus. Anno xo etatis sue. xxij. reuersus ad magistrum relictis oibus apud andegauẽsẽ vrbẽ anno vno et tribus mensibus predicauit: et multos ad xpm cõuertit: dein de beluacum veniens: a valerio preside ob xpi cõfessionẽ sepe vsq̃ ad mortem flagellatus est: et post hec in carcerem clausus: sergio successori valerij reseruatus est: sed a pplo violenter solutus: ibidem diutius pdicauit: oẽm populuz baptizauit: et ecclias plures cõstruxit: inde ambianũ perrexit: et infra. xl. dies tria milia hoim ad xpm conuertit. Tandem a longino et sebastiano presidibus cõprehensus: propter timorẽ ppli in carcere decollatus est. vij. cal. octobris. Faustinianus autem senator pater scti firmini epi de quo supra dictum est. iij. cal. septembris qui ab eodem martyre cum filio fuerat baptizatus: corpus eius rapiẽs in suo cimiterio sepeliuit: qd postmodũ saluius ambianẽsis epus in ecclesiam maiorem transtulit: de quo supra habitũ est. iij. idus ianuarij. Sabastianus autẽ preses in vltionem martyris xpi a ciuibus beluacensibus postmodũ interfectus est.

¶ De sancto Herculano martyre. Cap. cxx.

Herculanus martyr passus est rome sub aureliano imperatore: qui a beato alexandro papa ad xpm cõuersus est: et baptizatus. Cum idem alexander in custodia teneret apud quirinum tribunũ: quapropter aureliano accusatus et ab eodem cõprehensus atq̃ fustibus cesus in cõfessione nominis dñi tandẽ gladio cedente martyrij palmam percepit. vij. cal. octobris. Cuius corpus via numentana septimo ab vrbe miliario a christianis sepultum est.

¶ De sanctis Cypriano episcopo et Justina virgine et martyribus. Capitulum. cxxj.



Cyprianus epus et Justina virgo passi sunt apud damascum et cõsummati in nicomedia ciuitate tpe claudij imperatoris sub eutelio comite orientis. Beata nãq̃ Justina de ciuitate antiochie filia edusij sacerdotis idolorũ: quotidie ad fenestram sedens: et prelium diaconem legentem euangelium audiens cõuersa est. Qd cũ mater patri in lecto

lecto nunciasset: ⁊ ambo dormitantes xp̄m cum angelis
eos ad regnum celoꝝ vocantem vidissent: euigilãtes una
ne ⁊ ipsi ꝯuersi ad ecclesiam ꝯuenerunt: ⁊ vna cuꝫ Justina
ab optato ep̄o baptismum perceperunt: a quo postmodum
edusius presbyter ordinatus est. Quo defuncto dũ virgo
xp̄i ecclesiaꝫ frequẽtaret: ⁊ eam quidã aglaius scholastic⁹
adamaret: misit ad eam matronas ⁊ viros vt sibi illam
peterent in vxorem. Que cũ oib⁹ se xp̄o despondisse respõ
deret. Ad cyprianũ magnũ iuuenis accessit: qui puer ab
annis.vij. fuerat diabolo ꝯsecratus: vt artibus suis Ju-
stinam in eius amorem ꝯcitaret. Cyprianus aũt aduoca
uit demonẽ quẽdam: ⁊ eum adiurare cepit: vt virginẽ de
libidine tentatã ad se adduceret: vt eã vel ipse vel agla-
ius cognoscere posset. Demon autẽ vnguentũ quoddaꝫ
cypriano tradidit: vt domum virginis perungeret: ⁊ ipse
post mediũ noctis ad eam tentãdã introiret. Quod cũ factũ
esset ⁊ demon ingressus cor virginis in amorẽ ꝯcitaret.
Justina oratione p̄missa signũ crucis edidit ⁊ diabolus ter
ritus fugit: ⁊ ad cyprianũ ꝯfusus redijt: quẽ cum interro
gasset: cur sine effectu redisset: dixit se signum vidisse in
quo oĩs virtus eius defecerat. Cyprianus aũt, demonem
fortiorem misit: sꝫ quod primo ꝯtigerat: et secundo euenit.
Quod cyprianus videns illos derisit: ⁊ p̄ncipem demonioꝝ
aduocauit: ⁊ adiuratũ ad virginẽ destinauit: qui illã di-
uersis languorib⁹ p̄us vexatam ad se media nocte ductu
rum p̄misit. Tunc diabolus in spẽm virginis se muta-
uit: ⁊ ad Justinam igressus: dixit secum se velle manere:
⁊ virginitatẽ seruare. Et cum virgo acquiesceret: ⁊ virgi
nitatis premia cõmendaret: cepit eã tentare dicens: ꝙ
dubium esset: ne ex hoc deum offenderet: cum ipse p̄mis
parentibus prolis generationẽ precepisset. Cuꝫ aũt cor vir
ginis per imissionẽ demonis in ardorẽ libidinis ꝯcuti ce
pisset: illa in se reuersa ⁊ quis sibi loqueret intelligẽs: si-
gno crucis se muniuit: ⁊ diabolũ vt fumũ insufflauit: ⁊ sta
tim ab oĩ tentatiõe liberatã se sensit. ¶ Post hec diabo
lus in spẽꝫ iuuenis aglaij se trãsfigurauit: ⁊ in eius lectu
lum ingrediẽs in ãplexus eius ruere voluit: sed signo cru
cis edito ꝯfestim euanuit. Deinde p̄mittente deo ipsam
febribus fatigauit: sed virgo xp̄i oĩa certamina superauit.
Videns diabolus ꝙ nihil p̄ficeret: in formam iustine se
transmutauit: vt famã iustine pollueret: ⁊ eam ad cypria
num se adduxisse iactaret: ⁊ i tali specie ad magũ cucur-
rit: ipsumq; quasi amore eius languens osculari voluit.
Sed mox in cyprianus nomẽ iustine noĩauit: diabolus
nomen illud audire non valens disparuit. Quapropter
cyprianus delusum se videns ad hostiũ virginis diu vigi
lauit: et q̄nq; in feminã: q̄nq; in auem se arte magica: vt
videbat: cõmutauit: sꝫ cum venisset ad hostium ei⁹: neq;
auis neq; femina: sꝫ cyprianus apparebat. Aglaium tan
dem in passerẽ arte magica cõmutauit: qui mox vt ad fe
nestram virginis volasset: non passer sꝫ iuuenis videbat
⁊ cum nec posset fugere: nec salire: ip̄m iustina redarguit:
⁊ p scalam deponi fecit. ¶ Victus ergo diabolus per oĩa
ante cyprianum ꝯfusus stetit: quẽ ille interrogauit: quõ
in nullo in xp̄ianam virginem p̄ualeret. Quẽ demon pri
mo sibi iurare fecit: ꝙ nunq̄ ab eo discederet: deinde ei
dixit ꝙ signum crucifixi viderãt: ⁊ in hoc territi fugerãt
Interrogat⁹ quoq; an xp̄s diabolo maior eẽt. Rñdit ip-
sum maiorem omnib⁹: qui demones oẽs igne cruciãdos
iudicaturus esset. Tunc cyprianus virtutes diaboli ꝯtẽ
nens: oĩa idola sua ꝯfregit: ⁊ codices cõbussit: ⁊ veniens
ad ep̄m antimum baptismum instanter petijt. Sed ille
cyprianum sibi illudere velle putabat: q2 ip̄m magũ esse
cognouerat. Cum aũt cunctaq; sibi ꝯtigerant narrasset
ab eo sacrum baptisma suscepit. Quẽ ep̄s antimus i dia
conum: ⁊ post annum i presbyteꝝ ordinauit. Cui ⁊ cypria
nus in ep̄atu successit: qui xp̄i fideꝫ ꝯstanter predicabat
⁊ multos gentilium ꝯuertebat: ⁊ in xp̄i noĩe miracula fa

ciebat. Cyprianus aũt ep̄s iustinam in quodaꝫ cenobio
matrem pluriũaꝝ virginũ ꝯsecrauit. Qui et martyrib⁹
multas ep̄las destinabat: ⁊ eos in certamine ꝯfortabat.
¶ Post hec eutelius comes orientis cyprianũ ⁊ iustinã
detentos: dum idola adorare nollent: iussit tormentis af
fligi: ⁊ cyprianũ quidẽ suspendi ⁊ exungulari: iustinã xͦo
neruis flagellari ⁊ alapis cedi. deinde ambos in carcerẽ
trudi. Die quoq; sequẽti iussit parari sartaginẽ pice adi
pe ac cera plenam: ⁊ in eam cyprianũ iactari. Cumq; ip̄m
ignis non tangeret: ⁊ iustina ingredi formidaret: cypria
nus eam hortabat vt intraret. Que ingressa oĩno sicut ⁊
ille illesa p̄mansit. Sacerdos aũt idoloꝝ cum de cõsensu
comitis ad sartaginem venisset: vt suis carminib⁹ ma-
leficia xp̄ianoꝝ dissolueret ꝯtinuo ignis de sartagine exi
uit: ⁊ eum penitus ꝯsumpsit. Tunc de ꝯsilio terentini co
gnati sui eos i custodia artauit: vt interim claudio que
gesta fuerant scriberet: ⁊ ille de eis pro libito suo dispone
ret. Et mandante claudio ad ciuitatẽ nicomediam ad-
ducunt: ⁊ iuxta flumẽ gallum cũ quodam tertio xp̄iano
peregrino theognito noĩe pariter decollant. Quoꝝ corpo
ra cum canib⁹ exposita.vij. dieb⁹ intacta p̄mansissent: a
nautis quibusdam xp̄ianis in nauem leuata: ⁊ romã de-
lata: atq; sepulta sunt. Nunc autem vt dicitur placen-
tie quiescunt. Qui passi sunt.vj. calendõ. octobris. Circa
annum domini.cclxxx.

¶ De sancto Eusebio papa ⁊ martyre. Cap.clxxij.

Eusebius papa ⁊ martyr huius noĩs primus
natione grecus ex medico marcello pontifici
in ep̄atu romano successit: ⁊ sedit annos.ij.
menses.ij. dies.xxv. Huius tp̄ibus inuenta
ẽ crux dñi nostri iesu xp̄i hierosolymis ab he
lena regina: sicut ipse in quadã epistola sua scribit. Que
tamen epistola apocripha reputat: q2 nec eius tp̄e crucẽ
dñi inuentam fuisse verisimiliter credit. Sed melius tẽ
pore siluestri pape. Qui constantinum imperatorem bapti
zauit: qui ⁊ baptizat⁹ helenam matrẽ ꝯuertit. Que post
eius ꝯuersione crucem dñi inuenit. Hic sanctus ponti-
fex pro xp̄i noĩe martyrio coronatus est: sub persecutione
constantini anteq̄ fieret xp̄ianus. Et sepultus est cum
fratribus suis iuxta corpus beati petri in vaticano.vj.
cal. octobris. Et cessauit ep̄atus dies septem.

¶ De sanctis Cosma ⁊ Damiano ⁊ socijs marty-
ribus. Capitulum.clxxij.

Cosmas ⁊ Damianus: antimus: leontius: et
euprepius martyres i ciuitate egea passi sũt
temporibus diocletiani ⁊ maximiani impera
torum sub preside lysia. Quorum duo primi
fratres ⁊ eadẽ ciuitate que est in arabia: ma-
tre religiosa nomine theodora geniti: arte medicine do
cti: in virtute gratie christi: omnem infirmitatem nõ so
lum ab hominibus: sed etiam a iumentis curabant: gra
tis omnia tribuentes. Nam ⁊ camelum arte diabolica
debilitatum sanum restituentes: illesum abire fecerunt
¶ Matrona autem nomine palladia paralytica: cum
omnia sua in medicis consumpsisset: ad sanctos dei ac-
cessit: ⁊ ab eis sanitatem integram reportauit. Tunc illa
damiano munusculũ obtulit. Et cũ recipere nollet: ⁊ illa
cum sacramentis per nomen domini adiurasset: recipere
acquieuit vt eius deuotioni satisfaceret: ⁊ ne nomen do-
mini spernere videretur. Quod vt cosmas comperuit:
turbatus precepit ne corpus eius cum fratris corpore po
neretur. Sequenti xͦo nocte dominus cosme apparuit ⁊
fratrem de suscepto munere excusauit. ¶ Audiens autẽ
preses lysias famam eorum: et ꝙ in christi virtute in-
firmitates sanabant: eos ad se accersiri fecit: et que
essent eorum nomina: que patria: que conditio: que for-
tuna requisiuit. Illi xͦo responderũt ad singulare ꝙ no-

mina eoꝝ erant: cosmas ⁊ damianus: patria vero arabia
conditio xp̄iana: fortunā autē xp̄ianos nescire dixerunt.
Addētes se ⁊ alios tres fratres consobrinos habere: anti
mū: leōtium: ⁊ euprepium. Quos preses misso cū eis offō
sibi phitari iussit: ⁊ cepit agere vt sacrificarent: qd̄ cū fa-
cere cōtemnerent ꝓcepit eos in manib⁹ ⁊ pedibus graui
ter torqueri. Et dū eius supplicia derideret: iussit eos ca
tenis vinctos in mare precipitari. Sed statim angelus
domini affuit: ⁊ diruptis vīculis illos a pelago liberauit.
Et cum hoc miraculū preses magicis artibus ascriberet
⁊ ipsi ei xp̄i virtutē ꝑdicarent: illeq̄ȝ se eos in nomine dei ha-
driani velle sequi dixisset: cōtinuo duo demōes affuerūt:
⁊ eū in faciē ceciderunt. Sed orātibus ꝓ eo sanctis stati
demones discesserunt. Tunc ꝑses dicere cepit: φ dij contra
eū indignati fuissent: q̄ȝ illos relinquere cogitasset. Mā
dauitq̄ȝ sanctos in carcerē trudi donec eos q̄lio ꝑderet co
gitaret. Sequenti die illos eductos iussit in ignē copio-
sum iactari. Sed tñ eos in nullo lesit: quin potius flam
ma erūpens multos ꝺ astantibus interemit. Jubent ergo
in eculeo suspendi: sed angelo eos custodiente fatigatis
admodū ministris incedendo: ante ꝑsidē deponunt illesi
tres igit̄ fratres fecit in carcerē recludi: ⁊ cosmā ⁊ damia
nū crucifigi: ⁊ a populo lapidari. Sed lapides in iacien-
tes redibant: ⁊ plurimos vulnerabant. Eductis ergo tri
bus fratribus: ⁊ stātibus iuxta crucē. Cosmā ⁊ damianū
ꝑcepit a q̄ttuor militib⁹ sagittari. Sagitte āt martyres
non ledebant: sed ꝯuerse plures occidebāt. Lysias aūt se
ꝯfusum in oībus cernēs: oēs .v. fratres insimul gladio ce
di iussit. Christiāi āt inmemores verbi qd̄ dixerat sanctus
cosmas damianum cū eo sepelire dubitabāt. Et ecce su-
bito camelus aduenit: ⁊ humana voce loquēs sanctos i
vnū sepeliri mādauit. Qd̄ ⁊ factum est. Processu vero tē
poris duoꝝ fratrū cosme ⁊ damiani corpa romā sunt trās
lata ⁊ ecclesia eoꝝ noī edificata. Passi sunt aūt sci mar-
tyres .v. kal. octo. Circa ānū dñi .cclxxvij.

De sctis Florētio ⁊ Hilario martyrib⁹. Cap. cxxiiij.

Florētius ⁊ Hilarius martyres passi sunt in
gallijs castro sedūno. Qui a pagāis tenti duz
xp̄m ꝯfiterent. postq̄ȝ lingue eoꝝ ꝑcise fuissent:
dū adhuc integro sermone loquētes fidei no
stre ꝑconia ꝑdicarēt: gladio feriri iussi sunt:
⁊ sic martyrij a domino coronam perceperunt .v. kal. octo
bris. Hec ado in martyrologio.

De sanctis Adulpho ⁊ Joanne martyr. Cap. cxxv.

Adulphus ⁊ ioannes apud cordubam hispa-
nie ciuitatē passi sunt. Qui ꝓ ꝯfessione noīs
xp̄iani capite cesi: a xp̄o dño coronari merue
runt quinto kal. octo. vt ait ado in suo mar-
tyrologio ex datarijs hieronymi sumpto.

De sancto Forseo ep̄o. Cap. cxxvj



Forseus ep̄s anno q̄nto ꝯstātis: q̄ ⁊ ꝯstātinus
in hibernia claruit: vt dicit sigibertus. Hic
nobilis gñe sed nobilior fide ab īfantia sacris
lrīs eruditus: dū inter ꝑentes suos sacri v̄bi
seminaret eloquiū: quadā die subito egrotās
quasi mortu⁹ stetit: ⁊ quattuor man⁹ ad se desup extēsas
cōspexit: que tenētes eū ꝑ brachia pēnis subuolabāt. Ipse
āt quasi ꝑ caliginē duo angelica corpa cernebat. Vidit-
q̄ȝ tertiū angelū armatū scuto se ꝑcedere: ⁊ cātieū melli-
fluū audiuit ignotū. Sȝ ab angelo superiori mandat̄ istis:
vt ipsum ad corpus reducant. Ipse autem postq̄ȝ ad se re
dyt: ⁊ attinentes flentes aspexit: hortatus est eos: diui-
nisq̄ȝ sacramentis perceptis die illo ⁊ altero superuixit.
Media v̄o nocte ferie tertie mortē letus excepit: recor-
datus iocundissime visionis. In trāsitu quoq̄ȝ suo vi-
sum mirabilē vidit quē beda describit. Vidit em̄ bonos
angelos se suscipientes: ⁊ demones clamantes: ac cōtra
eos bella cōmouētes. Et cū eos ꝑcessissent: ꝯuersi ignita
iacula in eum iactabant: sȝ angelus quidā ꝑcedēs: ea scu
to suscipiebat: ⁊ protin⁹ extinguebat. Tūc demones āge
lis opponūt: φ forse⁹ sepi⁹ ociosos ſmōes dixisset. Sȝ āge
li rn̄derūt: φ nisi ꝑncipalia cria ꝓferrēt: ꝑꝑ ista minime ꝑi
piret. Et cū diudū sup hoc disputasset: tandē ꝑlāte āge-
lo cū demonib⁹ demones i hoc ꝯtriti sunt. Tūc demō ali⁹
opposuit: φ seru⁹ q̄ scit voluntatē dñi sui: nec facit plagis
vapulādus ē multis. Hic āt dona iniquoꝝ recepit. Naȝ
a quodā vsurario vestē ꝑceperat: q̄ȝ nunq̄ȝ restituerat. Ex
cusantib⁹ āt eū angelis ⁊ dicētibus: φ demones occulta
dei iudicia nō cognoscebāt: diabol⁹ tā grauiter eū ꝑcussit
vt postmodū vite restitut⁹ sp̄ ꝑcussionis vestigiū retinue
rit. Arripiētes em̄ demōes vnū de his quos i ignib⁹ torre
bāt: ipsȝ i eū iactauerūt: q̄ ei⁹ humerū maxillāq̄ȝ lcēdit. Co
gnouitq̄ȝ forse⁹ hoiē: q̄ȝ ille erat cui⁹ vestē acceperat. Et hāc
ꝑcussionē ꝑmittēte deo ꝓ receptōe illi⁹ vestis recepit. De
inde cepūt demones cū āgelis ꝯtēdere de ꝓximi dilectōe:
qui videlȝ ꝓximū sicut seipm̄ nō dilexerat. Et cū in hoc ēt
demones victi fuissent: ad alias accusatōes ꝯuersi cepūt
ꝓferre φ digne penitētiaȝ delinquētib⁹ nō annūciasset. In oī
vero ꝯtradictōe demonū valida extitit pugna: donec iudi
ce deo triūphātib⁹ āgelis deuictisq̄ȝ aduersarijs imēsa cla
ritate vir sanct⁹ circūfusus ē. Et ad mādatū āgeli mūdū
respiciēs vidit vallē tenebrosaȝ: ⁊ .iiij. ignes in aere aliq̄-
bus spacijs a se distantes. Quos dixit ei angel⁹ esse .iiij.
ignes mūdū succēdētes: quoꝝ vnus ē ignis superbie: scd̄s
inuidie: terti⁹ auaritie: ⁊ quartus luxurie. Qui postmodū
in vnū redacti illi appropinquabāt. Et cū flāmā ascēden
tē timeret: ꝯfortauit illū āgelus dicēs: qui qd̄ ñ accēderat
in eū nō arderet. Deinde ab āgelis sup tectuȝ ecclesie
sp̄us eius adducit̄ vbi iā corpus eius mortuū adductum
plangebat̄: iubet̄ ab āgelis cadauer suū agnoscere: ⁊ ipsȝ
reassumere. Ille vero oīno recusabat. Tādē coact⁹ ad cor
pus reducit̄: ⁊ sic cūctis stupentib⁹ forseus suscitat̄. Qui
visa oīa ꝑplo retulit: ⁊ deinceps asꝑrimā vitaȝ duxit. In-
cendia vero que in spiritu sumpserat in scapulis corporis
⁊ gena apparebant. Inde egressus ꝑdicauit scotis: ⁊ que
per visum habuerat enarrabat. Deinde episcopus fact⁹
ab angelo monitus apud hiberniaȝ predicauit. Ac inde
populorum inuidia eiectus per britanniam in saxoniam
deuenit: ⁊ a rege sigiberto susceptus monasterium con-
struxit. Quod fratri suo forlano noīe gubernandum de-
dit: ipse autem vltano alio fratre suo eremum petit: vbi
per annum permansit: inde compulsus a rege clodoueo
consilij gratia ad galliaruȝ littora nauigauit. Et a rege
susceptus honorifice monasterium in latiniaco oppido
construxit. In quo laudabiliter vitam finiuit .iiij. kal. oc
tobris. Cuius corpus in villa: que dicitur parona sepul-
tum est: vt dicit beda.


De sancto Vinceslao martyre. Cap. cxxvij.

Vinceslaus



Vincesslaus dux boemiorum tempore henrici imperatoris martyrium passus est. Qui postquam sacras litteras didicisset: amore celestis patrie: non ad superbie ventum accepit dominij dignitatem: sed vt multis prodesse posset: vnde ⁊ sua pauperibus ⁊ ecclesijs largiflue impendebat. Cum autem vocatis principibus ⁊ baronibus cunctis ad curiam imperatoris fratris sui germani: ipse postremus olim aduenisset: ⁊ alij principes indignati locum ei ad sedendum dare nullatenus decreuissent: statim vt aulam intrauit: crux aurea in fronte eius apparuit: alijque duo splendidi viri visi sunt hincinde ipsum comitantes. Cui cesar mox assurgens ipsum pre ceteris honorauit. A quo adhuc gentile ad conuiuium in dolo inuitatus est. Et licet cesar honorasset ipsum tamen vt christianissimum oderat: vnde cum vincesslaus post prandium ex more ad ecclesiam pergeret: cum imperator cum turba gentilium insecutus est. Ipsumque ante ecclesie fores precumbentem occidi fecit: ⁊ matrem domino consecrauit. Cuius sanguis in pauimento effusus in testimonium fratricidij per multa annorum curricula nec abradi potuit nec abstergi. ¶ Post aliquod tempus dum fideles corpus ipsius transferre vellent: inuenerunt eius vulnera plene sanata: excepta auricula que ei fuerat totaliter abscisa: que tamen loco suo applicata continuo consolidata est. Cum autem ad fluuium maximum ⁊ inundantem deuenissent: ⁊ ipsum transire dubitarent: inuocato sancto martyre currum cum superposito corpore ex alia parte fluminis repente transuectum viderunt: omnesque statim sine periculo transierunt. Dum autem ad ciuitatem pragam corpus detulissent: carcer subterraneus confestim illuminatur: ⁊ facto terremotu aperitur: cunctique captiui solutis vinculis liberantur. Eademque nocte christus crucifixus regi dacie apparuit: eique dixit: quod peccatum eius ipsum iterato crucifixerant: ⁊ quod nisi ecclesiam sancto martyri vincesslao conderet peccatorum veniam minime pareret: vnde ex hoc rex territus: ecclesiam cum monasterio ordinis sancti benedicti sancto martyri fabricauit: ⁊ bonis suis largiflue dotauit vbi ⁊ sanctum corpus eius requiescit miraculis clarens. Passus est autem .iiij. cal. octobris.

¶ De sancto Maximo martyre. Cap. cxxviij.



Maximus martyr passus est sub decio cesare: optimo autem proconsule apud asiam ciuitatem. Quam ingressus decius maximum detentum dum ad sacrificia deorum compellere non posset. Iussit eum fustibus cedi: deinde in eculeo leuatum grauiter exungulari. Ita vt carnes vna cum sanguine in terram defluerent. Cumque martyr domini diceret tormenta sibi non dolorem: sed vnctionem inferre. Iussu proconsulis mandante decio: extra ciuitatem eductus: ibique lapidibus obrutus occubuit .iiij. cal. octobris. Sepultusque est a christianis iuxta murum ciuitatis memoria nominis eius a fidelibus desuper edificata.

¶ De sancto Exuperantio episcopo. Cap. cxxix.



Exuperantius episcopus claruit apud tolosanam ciuitatem. Qui beatus vir ipsius vrbis pontifex: quantum sibi extiterit parcus quantumque alijs largus: sanctus hieronymus memorabili prosecutus est relatu. Qui ⁊ domini confessor inclytus .iiij. cal. octobris in christo feliciter requieuit: sepultus in ecclesia tolosana: vt ait ado in martyrologio.

¶ De dedicatione basilice sancti Michaelis archangeli. Cap. cxxx.



Dedicatio basilice sancti michaelis archangeli dupliciter nominatur. s. dedicatio basilice ⁊ memoria ipsius. ¶ Dicitur autem dedicatio eo quod hac die locum eius siue templum in monte gargano sibi dedicatum fuisse michael archangelus reuelauit. Cum enim vt dictum est supra in eius apparitione .viij. idus maij. sanctus archangelus michael in monte gargano: sipontinis fidelibus contra neapolitanos adhuc gentiles victoriam miraculose contulisset. Sipontini quoque ante os spelunce vbi archangelus apparuerat: quotidie orationibus vacarent: sipontini adhuc dubitabant: an predictum locum ingredi vel dedicare deberent. Tunc episcopus duxit super his romanum pontificem consulendum: qui super hoc requirendam decreuit archangeli voluntatem. Instantibus ergo cunctis triduo ieiunio apparuit in hac die michael archangelus episcopo: dicens non esse opus ipsam quam edificauerat ecclesiam dedicari. Ipse enim qui condiderat: ipse ⁊ consecrauerat: precepitque vt die sequenti locum cum populo ingrediens ipsum precibus frequentaret: ⁊ specialem suum patronum sentirent: deditque eis predicte consecrationis signum: vt. s. ab oriente per posterulam ascenderent: ⁊ ibidem marmori vestigia hominis impressa viderent. Mane igitur episcopus ⁊ populus ad locum venit ⁊ introgressi cryptam magnam ⁊ tria altaria inuenerunt: quorum duo in australi parte posita erant: tertium vero in orientali venerandum ⁊ rubeo pallio circumtectum vbi celebratis missarum solemnijs: vestigia vt archangelus predixerat inuenerunt: ⁊ omnes ad propria cum gaudio redierunt. In eadem spelunca aqua lucida ⁊ nimium dulcis emanat: que post coionem sumpta diuersas egritudines sanat. His auditis papa in honorem sancti michaelis ⁊ omnium beatorum spirituum hunc diem videlicet .iij. cal. octobris per totum orbem statuit celebrandum. ¶ Dicitur etiam hoc festum memoria: eo quod in ipso: vt dictum est omnium angelorum memoriam agimus. Circa quod sciendum est quod sicut dionysius ponit in libro de celesti hierarchia. Omnium angelorum sunt tres hierarchie ⁊ nouem ordines: ita quod quelibet hierarchia tres ordines continet: ⁊ dicitur ab hieron quod est sacrum ⁊ archos princeps quasi sacer principatus. Superior autem hierarchia continet seraphin: cherubin: ⁊ thronos. Media dominationes: virtutes ⁊ potestates. Ultimo vero principatus archangelos ⁊ angelos. Eorum autem ordinatio ⁊ dispositio potest videri per simile in terrenis. Nam ministrorum qui sunt sub vno rege: quidam operantur immediate circa personam regis sicut consiliarij ⁊ assessores ⁊ cubicularij qui similes sunt prime hierarchie: quidam circa regimen regni in communi: vt principes milites ⁊ iudices: et hi sunt similes secunde. quidam autem operantur circa regimen alicuius partis regni: sicut prepositi ⁊ bauli ac presides: ⁊ hi sunt similes tertie. ¶ Tres igitur ordines prime hierarchie accipiuntur inquantum deo assistunt. Ad hoc autem tria necessaria sunt. s. summa dilectio: ⁊ hoc quantum ad seraphin qui interpretantur ardentes. Perfecta cognitio ⁊ hoc quantum ad cherubin: qui interpretantur plenitudo scientie. Perpetua fruitio siue quietatio: ⁊ hoc quantum ad thronos: quia in eis deus sedere dicitur: dum eos in se quiescere facit. ¶ Tres autem ordines medie hierarchie accipiuntur inquantum habent regere vniuersitatem hominum in communi. Et hoc consistit in tribus. Primo in presidendo siue imperando: ⁊ hoc pertinet ad ordinem dominationum qui alijs inferioribus presunt: ⁊ eos in diuinis dirigunt ac eis imperant. Secundo in operando: ⁊ hoc pertinet ad ordinem virtutum: quibus nihil est impossibile exequi quod mandatur: ⁊ ideo eis attribuitur operatio miraculorum. Tertio in arcendo ⁊ expellendo contraria impedimenta: ⁊ hoc pertinet ad ordinem potestatum qui habent arcere demones ⁊ contrarias potestates. ¶ Tres vero ordines vltime hierarchie accipiuntur secundum quod habent regimen limitatum ⁊ determinatum. Nam quidam presunt vni prouincie: ⁊ hi sunt de ordine principatus: sicut erat princeps persarum qui preerat persis: de quo habetur Daniel. 10. quidam presunt vni multitudini vel ciuitati: et hi dicuntur archangeli: quidam vero cuilibet persone singulari: et hi sunt angeli: et ideo angeli minora: archangeli vero maiora nunciare dicuntur: quia bonum multitudinis dignius est quam bonum vnius hominis. ¶ Decet autem nos nedum in

hac solēnitate:sed ꝯtinue oēs istos angelos honorare pp vij.rōnes. ℂ Primo qꝛ sūt custodes nostri. Cuilibet eīn homini danť duo angeli:vnus malus ad exercitiū:alius bonus ad custodiendū. Effectus aūt angelice custodie i hoie triplex assignari pōt. Primus est : vt proficiat i aīa in bonū gratie. Et hoc facit angelus tribus modis. Primo oē impedimentum ad bonum remouēdo : hoc significatum est exo.xij.vbi angelus percussit primogenita egypti. Secundo pigritiā excitando:qđ significat zach.iiij. Angelus dñi excitauit me:quasi virꝫ qui suscitať a somno. Tertio in viā penitentie ducēdo z reducēdo: qđ significatū est tobie.v.in angelo qui eū duxit z reduxit. Secūdus effectus est:vt aīa nō cadat in malum culpe. Et hoc facit angelus tribus modis. Primo ipediendo peccatuꝫ futurꝫ ne fiat:hoc significatū est numeri.xxij.in balaā qui ad maledicendum israel pergens ab angelo in via impeditus est. Scđo increpando preteritū:vt ab eo quis recedat:quod significatū est iudi.ij. Cū angelus filios israel de preuaricatione increpasset:ipsi eleuauerunt vocē zc. Tertio quasi violentiam inferendo vt a presenti eripiat qđ significatū est in violenta eductione loth de sodoma gen.xix. ℂ Tertius effectus est:q si aīa cadit postmoduꝫ resurgat. Et hoc facit etiā tribus modis. Primo mouendo cor ad ꝯtritionē:qđ significať tobie.xj.vbi tobias iunior ad documentū angeli de felle,p qđ intelligiť ꝯtritionis amaritudo:liniuit patri oculos.s.cordis. Scđo purgando labia ad ꝯfessionē:qđ significať isa.vj.vbi p angelum labia isaie purganť. Tertio congaudendo ad satisfactionem.luc.xv.gaudium est angelis dei sup vno peccatore zc. ℂ Scđo debem⁹ eos honorare: qꝛ sunt ministratores nostri.heb.j. Omnes sunt administratorꝫ spūs zc. Omnes eīn ꝑpter nos mittunť:qꝛ supiores ad medios medij ad infimos z infimi ad nos. Et hoc quideꝫ cōpetit. Primo bonitati diuine:i hoc eīn manifestať diuina bonitas:quantū nostrā saluteꝫ diligat:dum nobilissimos spūs z sibi intima charitate vnitos:ad nos dirigit z trāsmittit. Scđo charitati angelice. Cum eīn charitatis ardentis sint:maxime desiderant alioꝝ salutem. Ideoqꝫ vt ad nos mittantur lex exigit angelice charitatis. Tertio humane indigentie. ℂ Mittunť eīn angeli ad enflāmādum affectū ad dilectionē:vnde in huius figura leguť missi in curru igneo.iiij.ro.vj. Ad illuminandū intellectum ad cognitionē:figura huius apoc.x.in angelo qui habebat librū apertū in manu sua. Ad corroborandū oē perfectū vsqꝫ in ꝑfectionē huius figura.iij.reg.xix. Angelus portauit helie panē subcinericiū:z vas aque: z comedit z bibit:z ambulauit in fortitudine cibi illius vsqꝫ ad montem dei. ℂ Tertio honorandi sunt:qꝛ sunt fratres z conciues nostri. Oēs eīn electi assumunť ad ordines angeloꝝ:quidam ad superiores:quidā ad inferiores : quidā ad medios fm diuersitatē z exigentiam meritoꝝ: lꝫ btā virgo sup oēs fuerit exaltata. Et hoc grego.in quadam homelia p plura verba insinuare videť. ℂ Quarto quia sunt aīaꝝ nostraꝝ in celis portitores. Et hoc faciunt triplici modo. Primo viam preparando malach.iij. Ecce ego mitto angeluꝫ meum z preparabit viam zc. Tertio per viam preparatam in celū baiulando exo.xxiij. Ecce ego mitto angelū meum qui te cust.in via:z indu.in ter. quā ꝑmi.patribus tuis. Tertio in celo collocando.luc. xv.factum est vt moreret mendicus z portatus ab angelis in sinum abrahe. ℂ Quinto qꝛ sunt oronum nostraꝝ ante deū presentatores:ipsi eīn pmo orones nostras deo representant tob.xij.qñ orabas tu cū lachry.z sepeli.mor. ego obtuli oroneꝫ tuam domino. Scđo ibidem p nobis allegant zach.j. Respondit angelus dño z dixit:domine exerci.vsqꝫquo non misereb.Juda z vr.hierusalē quib⁹ iratus es zc. Tertio dei sententiam z grām nobis renunciando dañ.ix.diciť z gabriel ad eū volans dixit. Ab exordio precum tuaruꝫ egressus est sermo glo.j. Sententia adeo z infra. Ego aūt veni vt indicarē tibi zc. ℂ Sexto sunt honorandi quia sunt regis eterni nobilissimi milites fm qđ diciť iob.xxv. Nunquid est numerus militum eius:videmus aūt q in militibus alicuius regis:quidā semper in aula regia cōmorant z regē associant: quidam ciuitates z castra custodiunt z ꝯseruant:quidā vero regis inimicos expugnant. Ita hoꝝ militꝫ xp̄i:quidā in celo empyreo semp regē regū associant: z ad eius honorē cantica leticie z glorie cantant : dicentes:sanctus sanctus sanctus zc.isa.vj. Itē benedictio z claritas z sapientia zc. apoc.vij. Alij aūt custodiunt ciuitates z villas:illi.s.qui nobis sunt ad custodiā deputati isa.lxij. Sup muros tuos hierl'm ꝯstitui custodes. Alij vero dei inimicos.i.demones expugnāt.apoc.xij.factū est prelium magnū i celo.i. in ecclia militante fm vnam expositionem:michael z angeli eius prelia.cum dracone zc. ℂ Septimo z vltimo qꝛ sūt tribulatoꝝ ꝯsolatores.zach.j. Angelus qui loquebať in me verba ꝯsolatoria:hoc autē faciunt tribus modis. Primo ꝯfortando z roborando. Dañ.xj. Cū daniel [cor]ruisset tetigit eum angelus dicens. Noli timere pax tibi ꝯfortare z esto robustus. Scđo ab impatientia cōseruando.ps. Angelis suis mandauit de te: z infra. In manibus portabūt te ne forte offendas ad lapidē pedē tuum Tertio ipsam tribulationē refrigerādo z minuendo. Et hoc significatur dañ.iij. vbi angelus dñi cum trib⁹ pueris descendit in fornaceꝫ: z fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem.

ℂ De sancto Maximo episcopo. Cap.cxxxj





Aximus eps apđ rhegyū ciuitatē claruit Qui de vico qui diciť deconiato ortus parētibus christianis ab infantia virtutibus z sacris litteris eruditus:relicto seculo insulam lerinensis monasterij petijt: vbi monachus fact⁹ omni sanctitate pollebat: Multasqꝫ insidias diaboli perpessus deuicit:postea vero factus est abbas monasterij successorqꝫ sancti honorati. Quem diabolus nocte quadam exterrere volens eideꝫ in forma horribili apparuit:ſꝫ signo crucis edito ꝯfestim euanuit Moxqꝫ sanct⁹ febricitare cepit. Cui decūbēti rursuꝫ demon in specie diaconis se ostēdit : ſꝫ cum orasset ad dñm monstrū depelliť: z sctūs ꝓtinus a febre curať. ℂ Nocte quadā oronis grā ad littus egressus vidit nauē ad portū applicuisse:cui⁹ naute ad eū veniūt:eidemqꝫ dicūt q fama eius ad syrie ptes cōuolauerat:multusqꝫ ppls eū desiderabat:vbi si vellet accedere multo dño ppl'm posset acquirere:offerentes se illuꝫ in sua naue vecturos. Qui diaboli figmenta perpendens orauit: z signo crucis edito:nauis phantastica cum nautis disparuit. ℂ Elect⁹ deinde a pplo in epm rhegyne ciuitatis gregē dominicū verbis nutriebat z exemplo:qui etiam basilicam sancti albani intra castellum rhegyj construxit. Ad quā edificandam

candam dum pauci boues eo presente colũnas faciliter
traherent: absẽte ꝟo plurimi trahere nõ possent: vocat⁹
e fꝰs vidit demonem in forma parui ethiopis plaustro in
sidentẽ. Quẽ postq̃ sua oratiõe fugauit boues: opus solitũ
etiam in eius absentia celeriter ꝑfecerunt. ¶ Cũ autez
reliquias ad ecclesiam ꝯsecrandã deferrent: puer quidam
frater rhegyni diaconi de muro lapsus cecidit ⁊ expira-
uit: cuius corpus diaconus in cubile epi collocauit. Ad
cuius preces finito officio maximus thalamũ ingressus
puerũ oratione suscitauit. ¶ Alias etiã filiã cuiusdaz vidue
nobilis ciuitatis defunctã: motus maternis lachrymis
ad vitam reduxit. ¶ Adolescentulũ insuꝑ morsu rabidi
canis extinctum: sua oratione pristine vite restituit. Canẽ
quoq̃ qui multos laniauerat: leui ictu baculi peremit:
vulnera etiam cunctis inflicta sanauit. ¶ Quẽdã hoiez
quẽ bos cornupeta feriens euiscerauerat: vulnerib⁹ alli
gatis infra dies septẽ sanum effecit. ¶ Cecum quẽdam
qui ab annis.xv. lumen oculorũ amiserat: dum ad matu-
tinum pergeret: ⁊ pedibus ipsius cepisset diutius postula-
tus: signo crucis edito ꝯtinuo illuminauit. Obitũ autẽ
suum ⁊ ꝑscauit ⁊ ꝑdixit. Et in statu ꝓprio quasi leui sopo
re detentus spm̃ emisit.iij.calẽ.octobris. Cuius corpus
ꝯtinuo miro odore fragrauit. Sed dum in eius exequijs
puella nuꝑ defuncta loculo viri sctĩ substrata fuisset: ꝯti
nuo a mortuis resurrexit: ⁊ vna cũ ceteris corpori sepultu
re interfuit ⁊ deũ collaudare cepit. Sicq̃ sepult⁹ ẽ i eccl̃ia
sctĩ petri rhegyne ciuitatis: vbi iacet miraculis clarus.

¶ De sctõ Hieronymo ꝑsbytero ⁊ doctore. Cap.cxxij



Jeronymus presbyter ⁊ doctor eximius fi-
lius eusebij viri nobilis oppido stridonis
qđ dalmatie quondam pannonie que cõ-
finium fuit: extitit oriundus. Hic adhuc
puer romam adijt vbi litteris grecis ⁊ la-
tinis ⁊ hebraicis plene erudit⁹ est. In arte
grammatica donatum: in rhetorica aũt preceptorem ha
buit victorinum. scripturis aũt diuinis exercitabat die
ac nocte ⁊ inde hausit auide: qđ postmodũ effudit abun
de. ¶ Quodã ꝟo tpe sicut ipse in epl̃a ad eustochiũ re-
fert: dum de die tullium: de nocte platonẽ auide legeret:
eo q̃ sermo sibi incultus in libris ꝓphetICIS nõ placeret
circa mediam quadragesimã subita febre corripit: adeo
vt calore iam vitali deficiente exequie funeris pararent.
Subito igit in extasi ad tribunal summi iudicis rapit:
⁊ cuius conditionis esset interrogatus: christianũ se fo-
re ꝯfitet. Quẽ iudex aperto ore dementiens: ciceronianũ
esse dixit: non christianum: eo q̃ vbi thesaurus suus ibi
esset cor suum. At hieronymus obmutuit et iudex illum
acriter cedi iussit. Cum aũt misericordiam postularet: et
astantes ꝓ iuuene veniam supplicarent. Jurauit hiero
nymus ac ꝯtestatus est q̃ si vnq̃ codices seculares lege
re: christum negaret. In hec verba dimissus reuixit: ⁊ la-
chrymis se totum perfusum inuenit: ac ex verberib⁹ sca-
pulas repperit liuientes. Extunc se diuinorũ voluminum
studio totaliter ꝯtulit. ¶ Dum aũt esset annorũ.xx. per
liberium papam romane eccl̃ie cardinalis presbyter or-
dinatur. Tunc sub imperatore constantio in arrianam
heresim lapso ⁊ alie hereses pullulare ceperũt: quas oẽs
vir sanctus verbo ⁊ scripto iuxta sibi a deo datam sapien
tiam cepit infringere: cui paula nobilissima romanorũ
eius discipula sedula ministrabat: eiusq̃ filiã eustochiũ
virginem sacratissimã hieronymus diuinorũ studijs im-
buebat. ¶ Mortuo ꝟo papa liberio sanctus doctor di-
gnus summo sacerdotio ab oĩbus acclamat. Sed dũ cle
ricorum ⁊ monachorũ lasciuiam increparet: ab eis turpi
ter derisus est. Nam vt ait ioannes beleth. Cũ hierony-
mus ad matutinum pergeret: vestem mulieris lineam
quã iuxta lectum posuerant pelliceum suum putans in-
duit: ⁊ sic ad eccl̃iam ꝓcessit. Hoc aũt faciebant emuli:
vt mulierem habere in thalamo crederet. Qđ ille vidẽs
eorũ cessit vesanie: ⁊ ad gregorium nazanzenum cõstanti-
nopolitanũ epm̃ peruenit: a quo multa in sacris litteris
didicit. Deinde alexandriam perrexit: ⁊ didymũ doctorẽ
pluribus mensibus audiuit. Post hec in syriam abijt: ⁊
possessione euagrij presbyteri aliquãtuluz commoratus.
¶ Deinde in egypti eremum ꝓperauit: vbi quanta pro
christo sustinuit in epistola ad eustochium ipse comme-
morat. Nam incredibili se penitentia ⁊ humano corpori
penitus importabili se macerauit: ibiq̃ quadriennium
exegit. Quo peracto ad bethleem oppidũ remeauit: vbi
prudens animal ad presepe domini se obtulit permansurũ.
Penitentiam ꝟo consuetam nullatenus dimisit: ⁊ car-
nem diris verberibus flagellauit. Ad portã quoq̃ beth-
leem occidentalem cenobium cõstruxit: ⁊ multos disci-
pulos congregauit: inter quos eusebium nobilẽ cremo-
nensem predilectum habuit. Bibliothecam aũt suam
quã summo sibi ediderat studio: iterũ relegẽs: diem ieiu-
nijs ducebat ad vesperũ. In translatione etiã scriptura-
rum quinquaginta annis ⁊ q̃nq̃ mensib⁹ desudauit: et
semꝑ virgo ꝑmansit. Monasterium quoq̃ ancillarum
dei condidit: in quo paulam viduam et eustochium
eius filiam virginem que eum secute fuerant multis sa
cris virginibus preposuit: ⁊ regulam eis monasticam di
ctauit. ¶ Cuz aũt vsq̃ tunc in eccl̃ia vnusquisq̃ caneret
qđ volebat: ad instantiam theodosij imperatoris dama-
sus papa hieronymo imposuit vt diuinum officium ordi
naret. Qui psalterium per ferias ⁊ nocturnos et horas
alias canonicas diuisit: ⁊ gloria patri in fine psalmorũ
cantari instituit. Epistolas ⁊ euangelia per anni circu-
lum: ceteraq̃ omnia ad officium pertinentia preter can
tum ordinauit. Quod papa damasus sibi missuz appro-
bauit: ⁊ ecclesie celebrandum tradidit. Quadam ꝟo die
aduesꝑascente: dum hieronymus cum fratribus ad sa
cram lectionem legendam sederet: leo quidam claudi-
cans monasterium ingressus est. Fugientibusq̃ cunctis
cum solus sanctus doctor excepit: ⁊ leonis plantã a sen-
tibus vulneratam inuenit. Adhibita ergo cura leo con-
ualuit: ⁊ inter eos quasi domesticum animal habitabat
fenumq̃ sicut bos comedebat. Cui hieronymus officiuz
imposuit vt asinum loci ligna de nemore deferentem: ad
pascua ⁊ ad nemus duceret ⁊ custodiret. Quod ⁊ factuz
est: leonem asinum continue more pastoris industrie co-
mitante: ipsumq̃ fideliter defensante. Quadam autem
vice leone grauiter soporato: mercatores cum camelis il
lac transeuntes: asinum solum pascentem a leone elon-
gatum rapuerunt. Expergefactus leo: sociũ rugiẽdo que
rens huc illucq̃ discurrebat. Et eũ nõ inueniẽs: ad portã
monasterij tristis redijt: ⁊ intus ac si pre verecũdia ingre-
di nõ presumpsit: videntes aũt frẽs q̃ sine asino redisset

putauerunt q̄ fame compulsus illum deuorasset: nolebant q̄ ei annonam prebere consuetā. ¶ Tunc admonēte hieronymo officiū asini leoni iniungunt: et ligna cedentes ei imponunt. Qd̄ cū leo patientissime ferret: quadam die expleto opere: ad agrū exiuit: et quasi diuino instinctu vndiq̄ discurrere cepit. Et ecce vidit a longe negociatores cū onustis camelis precedente asino venientes: leo igitur recognito asino: rugiens sup eos irruit: et oēs homines ī fugam conuertit. Deinde terribiliter cauda terram percutiēs asinum et camelos perterritos sicut erāt onusti: ante se ad cellam ire coegit. Qd̄ cum frēs vidissent et mirati hieronymo nunciassent: iussit sanctus camelos introduci: et depositis sarcinis pedes eis lauari: et sup hoc voluntatem dn̄i expectari. Tūc leo cepit p monasteriū discurrere: singulorum fratrū vestigijs se prosternēs: et de perpetrata culpa q̄si cauda alludens veniā postulabat. Hieronymus autem futurorum presciuss iussit hospitibus venturis refectionem parari. Et ecce hospites adsunt foribus: abbatē videre querentes. Ad quos cū exisset illi pedibus eius aduoluti pro cōmissa culpa veniā postulabāt. Quos ille benigne introducens ac reficiēs: admonuit vt suis contenti aliena de cetero non raperent. Illi aūt btō hieronymo licet diudum recusanti medietatē olei qd̄ secū attulerant pro benedictione obtulerūt: eandē q̄ mensurā annis singulis se et suos heredes eius fratribus daturos promiserunt. ¶ Tanta aūt lassitudine fatigatus est: vt in stratu suo iacens funiculo ad trabem suspenso supinus manib⁹ se leuaret: vt scilicet officium monasterij prout poterat exhiberet. Per annos duo q̄nquaginta nunq̄ coctū nisi bis in vltima egritudine mānducauit: carnē cilicino sacco semp domauit: nec stratū aliud nisi terram vnq̄ sciuit: semel in die post vesperas radices aut folia arborum degustauit: sp orationi: aut erudītioni: aut lectioni intent⁹. ¶ Appropinquans aūt dieexitrino: se sup nudā humū collocari precepit: et sacco quo induebatur operiri: vbi primo frēs suos ad se conuocatos dulci eloquio et sacris admonitionib⁹ informauit: et eusebium eis in abbatē dimisit. Deinde sacram eucharistiā sibi oblatā cum lachrymis sumpsit. et supinus ad terram rediens: manibus in modum crucis supra pectus extensis: symeonis prophete vaticinium decantauit. Quo finito cum eēt hora cōpletorij: subito lux maxima ac si sol in meridie, eum circūfulsit: in qua luce ab astantib⁹ vise sunt acies angelorum discurrentes: tanq̄ scintille in arundineto. Audita q̄ est vox saluatoris ipsum ad celestia inuitātis: et scti doctoris se paratum venire respondentis. Et post horā lux disparuit: et inclytus doctor cū luce spiritū ad dn̄m emisit pridie cal. octobris. Anno etatis sue. xcix. mense. vj. anno honorij imperatoris. xij. Corpus vero qd̄ pre nimia afflictiōe et verberib⁹ leprosi spēm pretendebat: odorē nimiū oīa aromata superantē fragrabat. ¶ Eadē hora cyrillus hierosolymitan⁹ ep̄s olim ei⁹ auditor: orās in cella raptus in spiritu vidit iter speciosum et lucidissimū de monasterio scti vsq̄ ad celū: et multitudinē angelorum splendentiū alternatim cum melodijs et cantibus cereos deferentiū: et aliā nō minorē istis obuiā modo simili venientē. Aiam quoq̄ hieronymi post oēs ad saluatoris ipsius dexterā ad celos procedentē. Que in loco vbi cyrillus degebat subsistēs: se eidē aīam eē doctoris inclyti reuelauit: et vt ad suos pergeret filios mādauit quatenus eos lugētes confortaret: et que viderat nūciaret. Stati p visio euanuit: et cyrillus eadē hora illū migrasse cognouit. ¶ Eadē etiā hora augustin⁹ ep̄s hipponeñ. in sua cellula existens dū tractus de visione btā compilare vellet: et sup hoc hieronymū consulēdū disposuisset ac ep̄las ei scribere cepisset: ineffabile lumen cū odorum fragrātia ī cōparabili cellam repleuit: eoq̄ admodū stupēte: vox de luce insonuit: que ipm de nimia presumptione redarguit: eo q̄ existens in carne mortali: beatitudinē eternā comprehendere cogitasset: qd̄ nulli mortaliū aliq̄n possibile foret. Cum aūt augustinus ab eo quereret q̄s eēt. Renūciat se esse hieronymi aīam: cui ipse ep̄lam notare cepat destinandā: que ipsa hora a carne soluta ad celi gaudia properabat. Cum aūt augustinus ab ea multas q̄ōnes de trinitate et angelica natura atq̄ de btā vita quesiuisset: et ipse ad singula clarius respōdisset: lux illa cū voce disparuit: odor tn̄ pluribus diebus permansit. ¶ Eadē hora in ciuitate turoneñ. duo monachi monasterij scti martini cum quodā alio voces oīm musicorum instrumētorum dulcisonas audierūt: et lucem sole clariorē conspexerunt: odorem quoq̄ cunctorum aromatū persenserūt. Et admirantes tāta audierūt vocem de celo qualr xp̄s cum angelis oīb⁹ patriarchis: prophetis: ap̄lis: martyribus: confessoribus: et virginibus: ac btōrum oīm animabus hieronymo presbytero tunc in bethleem mortuo occurrebat: eiusq̄ aīam ad celorum gaudia tam feliciter perducebat. ¶ Corpus autem eius cilicino sacco quo viuens vtebatur inuolutū in terra prout ipse mandauerat sepultū est: videlicet ante hostiū spelunce: in qua xp̄s fuit natus: et in presepio reclinatus. In cuius exequijs cecus vnus a natiuitate visum recepit. Surdus et mutus audiendi et loquēdi facultatē accepit. Hereticus etiā quidā qui corpus illud incendio dignū asseruit: subito in ligni spēm est mutatus: et mox fulmine de celo descendente combustus: atq̄ in cinerē redactus. Alia quoq̄ signa et miracula stupenda et innumera p sanctum suum dn̄s operari dignat⁹ est: que in ep̄lis eusebij augustini et cyrilli legunt: que per singula ponere longum esset. ¶ Hic gloriosus doctor preter sacram expositionem veteris testamenti: qd̄ ex hebraico: et noui qd̄ ex greco sermone transtulit in latinum: infinita pene alia opuscula edidit. Oēs enī. xvj. prophetas exposuit. Quorūdā grecorum doctorum volumina in latinum trāstulit. Scripsit opuscula siue epistolas ad diuersos circiter. cxlvj. Tractatus quinq̄. Epistolas alias breues. lxx. Sermones. x. Item libros hebraicarum questionum. Item hebreorum nominū Libellum de locis terre sancte conditum ab Eusebio in latinum vertit ex greco. Super libro psalmorum. cl. tractatus plures edidit. Librum de optimo genere interpretandi ad pammachium. De viris illustribus. Item contra iouinianum libros. ij. Item contra heluidium de btē marie virginitate perpetua librum vnum. Contra pelagium librum vnum. Contra origenem lib. iiij. Contra vigilantium librum vnum. Ad nepotianū lib. ij. Sup euangelio matthei lib. iiij. Vitā pauli primi heremite et aliorum patrum monachorum. Librum chronicum omnimode historie. De seraphin librum vnum. De osanna librum vnum. De frugi et luxurioso filijs librum vnum. Homelias origenis. xxviij. in hieremia et ezechiele ex greco ī latinum conuertit. Item de tribus questionibus veteris legis Homelias in canticis canticorum. ij. Commentariorum ī epistola pauli ad galatas lib. iij. In epistola ad ephesios lib. iij. In epistola ad titum librum vnum. In epistola ad philemonem librum vnum. Super genesim librū vnum Didymi librū de spūsancto ex greco in latinū vertit eloquium. In lucam homelias origenis. xxxviij. In psalmis a decimo vsq̄ ad. xvj. tractatus. vij. Captiui machi monachi gesta descripsit. Contra rufinū aquileieñ. presbyterum inuectiuas plurimas. Ad beatum augustinum epistolas multas. Item librum prohemiorum sup libris diuine scripture. Ad heliodorum exhortatorium. Altercationem luciferiani et orthodoxi. Ad eustochium de virginitate seruanda librum vnum. Ad marcellam epistolarum librum vnum. Commentarios in ecclesiasten plures. Enchiridion in psalteriū. Aduersus helia chim lib. j. Et opuscula alia aduersus hereticos q̄plures. De mānsionibus filiorum israel lib. j. et alia innumera volumina ad edificationem ecclesie catholice sua pietate composuit. Et pene

oēs libros

oēs libros noui ac veteris testamenti commentatus est.

¶ De sancto Antonino martyre. Cap.cxxxiij.

Antoninus martyr apud placentiam ciuitatem passus est. Qui vnus fuit ex sacra legione thebeorum ⁊ socius beati maurity martyris. Qui de placentinis finibus egressus per orientales prouincias pertransiuit: ⁊ multa miracula fecit. Demum ad vrbem suam rediens ab infidelibus tentus ⁊ capite cesus glorioso martyrio coronatus est. Cuius corpus ignotū dominus beato sauino ipsius ciuitatis episcopo reuelauit. Apparuit enim ei vir splendidus: qui ostendit ei: vbi iacebat sancti martyris corpus: qui etiam formā corporis ⁊ membra ⁊ annos militie ⁊ nomen ⁊ caput abscisum signauit: vicium quoq plenum eius sanguine pro testimonio seruatum innotuit. Et vt ipsum corpus ex eodem loco leuare: ⁊ digno sepulchro condere deberet admonuit: qui euigilans visionem clero ⁊ populo referauit ⁊ in loco ostenso fodere custos precepit: vbi sanctum corpus sicut episcopo ostensum fuerat: per omnia inuentum est. Quod dum leuarēt gutte alique sanguinis ex eo profluxerunt. In cuius trāslatione cū solus ibi esset sauinus episcopus sex aly episcopi apparuerunt: qui essent vel vnde venissent omnibus ignoti. Leuantes ergo corpus martyris posuerunt in sepulchro sancti victoris episcopi. Qui alias in vita sua spiritu prophetico predixerat: ꝙ post eius obitū maior eo in ipso tumulo quiescere debebat. Sepulto quoq corpore episcopi: illi qui apparuerant subito discedentes nusquam visi fuerunt: sicq sanctum corpus condigna reuerentia condiderunt pridie calendas octobris.

¶ De sanctis Victore ⁊ Vrso martyribus. Cap.cxxxiiij.

Victor ⁊ vrsus martyres passi sunt in galliis castro salodoro. Ibi fuerunt ex gloriosa legione thebeorum: cuius mauritius dux extitit inclytus. Qui primo diris suppliciis excruciati: sed celesti super eos lumine coruscante: ruētibus in terram ministris erecti. Deinde in ignem missi: sed in nullo penitus lesi. Nouissime gladio consūmati sunt pridie calen. octo. vt ait ado in suo martyrologio.

¶ Explicit liber octauus.

Incipit prologus noni libri.

Nonus liber presentis catalogi cōtinet in se passiones ⁊ gesta illorum sanctorū: quorum festiuitates occurrunt infra tempus in quo ecclesia representat propagationē filiorum: qui fuerunt ipsius ecclesie defensores: quales fuerunt sancti martyres.

¶ Hoc autem tempus est a calendis octobris vsq ad calendas nouembris. Et hoc sub figura sanctorum machabeorum: quorum tunc libri leguntur: qui veri sancti martyres pro fide: sic ⁊ illi pro lege dei vsq ad effusionem sanguinis viriliter decertarunt. Ad ipsius ergo temporis festa pertractanda procurrendum est. ¶ Notandum autem: ꝙ q sancti machabei: videlicet mathathias ⁊ eius filii: qui inter sanctos testamenti veteris connumerantur: nullas certas in anno festiuitates habent: eo ꝙ eorum dies obitus sunt ignoti. Idcirco in principio huius libri premittuntur: eorumq gesta pertractantur: quia eo tempore eorum libri in ecclesia dei leguntur. Acta etiam quorundam aliorum sanctorum eisdem machabeis contemporaneorum: quorum similiter festiuitates certos dies non habent: prefatis machabeorum inseruntur historiis: vt sanctorum onie ⁊ simon s eius filii sacerdotum ⁊ martyris eleazari. Finis prologi.

¶ Incipit liber nonus a calendis octobris vsq ad calendas nouembris.

¶ De sancto Mathathia duce. Cap.j.



Mathathias dux populi iudeorū: cuius laus ⁊ sanctitas ex gestis suis colligitur que in primo libro machabeorū describuntur. Qui cum oibus filiis suis a iosepho ⁊ hieronymo in catalogo patrū sanctorum veteris testamenti connumerantur. Tempore antiochi epiphāi regis syrie ⁊ egypti iudeorū persecutoris claruit. Hic de ciuitate modin oriundus: de vice ioachim quinq filios illustres ꝓgenuit: videlicet ioānem: simonem: iudā: eleazarum: ⁊ ionathā. ¶ Cum aūt rex āntiochus filios israel ad ritum gētilitatis ꝑduxisset: idolū quoq super arā templi domini in hierusalem posuisset: oēs quoq iudeos nolentes idolo sacrificare: ⁊ iuxta legem gentiliū viuere: diuersis penis affligeret. Egregius mathathias ⁊ filii eius videntes mala: que fiebant: decreuerunt ꝓ lege dei vsq mortē fideliter decertare. Et cum legati regis venissent in modin: statuentes idola: quidā ex iudeis immolauit in medio. Et surgens mathathias cum suis trucidauit eū super aram: et nuncios regis antiochi interemit: aramq deposuit: ⁊ cum omni tribu sua exiit in solitudinē omnia relinquens. Ad quos multi cum filiis ⁊ vxoribus confugerunt: malentes herbis vti ꝙ cibis gentilium coinquinari. Tunc emissarii regis aggressi sunt eos in sabbatis quibus nefas erat iudeis arma cape: ⁊ ꝑcusserunt quosdam: alios in speluncis fumo suffocantes. Et perierūt ex eis mille: plures aūt liberati adiuncti sunt mathathie: eūq sibi ducē statuerūt qui docuit eos pugnare i sabbatis: ne lex simul cū ꝑplo periret: ⁊ colligēs armatos aras deposuit idolorū: immolātes quos potuit interfecit: pueros incircumcisos iussit circumcidi. Et vno anno gessit hunc magistrū. Cūq grauiter egrotaret: ꝯuocans filios suos benedixit eis: ⁊ ꝯstituit eis simonē in patrē: ⁊ ꝯsiliarium propter sapientiam. Iudā vero ducē in armis ꝑpter fortitudinem. Et mortuus est mathathias ⁊ sepultus est in modin. Surrexitq iudas cognomine machabeus filius eius ꝓ eo: ⁊ factus est quasi leo defendens israel clypeo suo. Hec ex libro machabeorum: ⁊ ex historia scholastica atq ex chronica guilelmi.

¶ De sancto Iuda machabeo. Cap.ij.

Iudas machabeus sacerdos ⁊ dux iudeorū filius mathathie ꝑfati i ducatu iudeorū patri successit. Qui primo apolloniū ducē samarie: q ꝯtra eū insurrexerat deuicit: ⁊ inde spolia multa tulit cū gladio eius: quo deinceps pugnauit. Inde saron ducē syrie ꝯtra se veniētē occidit: ⁊ eius agmina ꝑtiz cecidit: ꝑtiq fugauit. Qd itelligēs āntiochus epiphanes rex syrie: oēs ꝓpriā virtutem congregauit: ⁊ multos ab insulis mercede cōduxit. Cūq vidisset sibi stipendia deficere: iuit in persidē accipere tributa regionū: relinquens lysiam de genere regali super negocia regni: tradiditq sibi medietatem exercitus: vt iudeorum genus extirparet: ⁊ euerteret hierusalem. Lysias vero elegit ptolemeū: nicanorem: ⁊ gor

giam viros potentes ⁊ misit cū eis quadraginta milia
peditum: ⁊ septē milia equitū vt venirent in terrā iuda.
Judas ꝟo machabeus cū trib⁹ milib⁹ solūmodo viris
electis: hostib⁹ suis occurrit: ⁊ eos inopinatos in cam-
pestribus emaus cuadēs: multos eoꝝ occidit: reliquosq̄
fugauit: ⁊ spolia multa tulit. Cui redeunti ingens mul-
titudo iudeoꝝ se ꝯiunxit vsq̄ ad decem milia deū laudan
tes sup̄ victoria obtenta. Hoc audiēs lysias cōgregauit
exercitū quadraginta milia viroꝝ peditū ⁊ quinq̄ milia
equitū: ⁊ venit in iudeā. Tunc occurrens eis iudas cum
decem milib⁹ in bethoron: p̄cursores eius statim ꝓstra-
uit: ⁊ cum lysia cōgressus de eius exercitu q̄nq̄ milia oc-
cidit. Quod attendēs lysias: iudeoꝝ audaciā timēs rediit
antiochiā ⁊ pegrinoꝝ p̄sidia cōgregās cū maiori appa
ratu disposuit redire in iudeā. Judas ꝟo interea hierlm
cum pplo suo venit ⁊ tēplū ab alienigenis pollutū emū
dauit: ⁊ de nouo dedicauit: dienq̄ enceniorꝝ .xxv. die mē-
sis nouēbris instituit. Tunc statuerūt cū iudei summū
sacerdotē: ⁊ sic quodāmodo regnū iudeoꝝ i iuda renatū
est: q̄ murū hierlm p circuitū reparauit: turresq̄ erexit:
⁊ castellum bethsurā ad tuitionē muniuit. ❡ Antioch⁹
aūt rex reuertēs ad ꝓpa audito ꝙ iudas machabe⁹ suos
principes debellasset: versus in furorē p̄cepit agitari cur
rum versus hierosolymā: vt eam euerteret. Sꝫ apprehē-
sus dolore viscerꝝ subito de curru cecidit: ⁊ collisus graui
ter. post dies modicos miserabiliter mortuus est relicto
filio suo paruulo antiocho eupatore rege ⁊ philippo col-
lactaneo suo sibi dato tutore. ❡ Eodē tpe gētes finiti-
me iudeis reparationē hierlm a iuda factā egre ferētes
iudeos ꝑsequebant. Quos iudas machabe⁹ potenter de
bellans idumeos ꝑcussit plaga magna: pugnans quoq̄
ꝯtra timotheū ducē filioꝝ amon fugauit eū: ac vastata
iazer rediit in iudeā. Tunc cōgregate sunt gētes q̄ erāt i
galaad aduersus iudeos q̄ erāt in finib⁹ eoꝝ. Qui fugiē-
tes i locū munitissimū themā: miserūt ad iudā vt ferret
eis auxiliū. Cūq̄ adhuc legerent epl̄e superuenerūt nūcii
a galilea indicātes aggregari eos q̄ erāt in ptolemaide
⁊ tyro ⁊ sidone aduersus iudeos: vtrobiq̄ ergo hostibus
nunciatis: misit iudas simonē frēm suū cū trib⁹ milib⁹
electoꝝ in solatiū galileoꝝ. Jpse ꝟo cum ionatha fratre
suo ⁊ octo milib⁹ exiit in galaaditidē: relinquēs i iuda io
sephū ⁊ azariā duces vt seruarēt iudā: sꝫ tn̄ nullo iterim
hostiū bellū cōmitterēt. Et venit simon in galileā: ⁊ cō-
trite sunt gētes ab eo: ⁊ ꝑsecut⁹ est eos vsq̄ ptolemaidē:
tollensq̄ spolia eoꝝ: ⁊ iudeos quos captiuos trahebāt re
duxit in iudeam. Judas ꝟo machabeus ⁊ ionathas frat
eius transito iordane post triduū assumptis nabutheis
incendit bezor: ⁊ spoliauit: ⁊ nocte ꝯsurgens applicuit di
luculo ad castra timothei ducis filioꝝ amō. Qui cogno-
scentes ꝙ machabeus eēt: ab eo fugerūt ⁊ ceciderunt ex
eis fere .viii. milia: vastauitq̄ iudas ciuitates gentiū in
galaaditide. Post hec cōgregauit timotheus exercitū
aliū: ⁊ sedit secus torrentē. Judas ꝟo cū ad eos transiret
appuerūt aduersariis de celo viri .v. i eqs ducatū iudeis
p̄bētes. E quib⁹ duo machabeū circūseptū ꝯseruabant
hincinde. Alii ꝟo in aduersarios telat fulmina iaciebāt
Et sic ꝯtrite gentes fugerūt ad phanum: qđ erat in car-
naim: sꝫ ipm̄ iudas cum oīb⁹ qui erant in eo succendit.
Congregatis ergo iudas oīb⁹ iudeis q̄ erāt in galaadi-
tide: vt veniret in terrā iuda cū venisset i ephron ⁊ ciues
nollent ei transitū dare: destruxit ephron: ⁊ trāsiuit sup̄
interfectos. Reuersusq̄ cum oīb⁹ hierlm obtulit holo-
causta in monte sion: ꝙ nemo ex eis cecidisset. Eodemq̄
die redierūt cum victoria: iudas de galaad: ⁊ simon de ga
lilea in hierlm. ❡ Interea ꝟo dum abessent iosephus ⁊
azarias volentes sibi facere nomē: cōgressi sunt cū genti
bus ⁊ fugerūt: ceciderūtq̄ de pplo suo duo milia. Et ma
gnificat⁹ est iudas in hierlm: vastauitq̄ idumeos ⁊ phi-
listeos ꝯburens aras ⁊ deos eoꝝ. Quibus auditis rex an
tiochus eupator iratus nimium collegit exercitū centū
milia peditum ⁊ viginti milia equitum: ⁊ .xxxii. elephātes
⁊ applicuit ad bethsurā iudeoꝝ munitionē vt expugna-
ret eam. Quo cognito iudas collecto exercitu suo occur
rit antiocho regi. Et inito duro certamine ceciderūt de
exercitu regis sex milia viri. Tūc diuerterunt iudei a p̄-
lio: ⁊ ascendit post eos rex: captaq̄ bethsura obsedit hie-
rusalē. Sed q2 esca eis deficiebat: inita pace ficta rex cū
iudeis vt suis legib⁹ viuerent: intrauit in montē sion: sta
timq̄ rupto federe murū destruxit in gyro: occisoq̄ me-
nelao q̄ pontifex fuerat: reuersus est antiochiā cū gente
sua. Demetrius ꝟo sother olim frater antiochi epipha
nis ⁊ patruus antiochi eupatoris: audito ꝙ frater suus
mortuus eēt cum eēt rome rediit in syriam: qui ol pploꝝ
fauore susceptus occiso antiocho nepote suo: ⁊ lysia eius
nutritore: rex ꝯstitut⁹ est. Ad quē veniētes quidā impii ex
israel cum alchimo viro alieno a gñe sacerdotali qui sa-
cerdotiū ambiebat accusauerunt iudā ꝙ oēs regis ami
cos occidisset vel a terra sua expulisset. Rex ꝟo ꝯstituit
alchimū sacerdotē: ⁊ misit bachidem cum exercitu in iu
deam. Qui misit nuncios ad iudeā ⁊ frēs eius in dolo lo
quētes p̄ pace: nec attendit iudas sermonib⁹ eoꝝ. Mul
ti ꝟo de pplo credentes ei egressi sunt ad bachidem qui
occidit ex eis .cccccc. viros. alii aūt ab eo fugerunt. Tūc
recessit bachides a hierlm cōmittēs regionē alchimo: ⁊
reuersus est ad demetrium regē in antiochiā. Alchimus
ꝟo seducens pplm verbis fecit mala in israel plusq̄ gē-
tes. Judas ꝟo faciebat vindictā i viros legis desertores
Alchimus ergo videns ꝙ non posset iudā vincere: rediit
ad regē accusans illum in multis. Qui misit nicanorem
ad ꝑdendum pplm iudeoꝝ. Et venit nicanor in hierlm
cum exercitu visus iude verbis pacificis. Sed iudas itel
ligens ei⁹ insidias: exiliit ab eo: et ad suos refugit. Sed
postea cōgressus cum nicanore victus est: ⁊ fugit in ciui-
tatē dauid. Nicanor aūt apponēs manū capiti cū exiret
ex hierlm: iurauit se tēplum dñi succensuꝝ. Et veniens
bethorē suscepit exercitum sibi a rege destinatū. Judas
ꝟo cum .iii. milib⁹ sequēs eum cōmisit prelium cū eo .iii.
die mensis martii ⁊ ꝯtrita sunt castra nicanoris: fugitq̄
eius exercit⁹: quos iudei ꝑsequentes eos occiderunt. Et
caput nicanoris amputatum dexteramq̄ manum eius
quā sup̄be ꝯtra tēplū extenderat suspēderunt. Linguā
ꝟo minutatim incisam auib⁹ ad comedēdū dederunt: ⁊
diē hunc solēnē statuerunt. ❡ Deinde iudas cum pplo
romanoꝝ ꝯfederat⁹ est: faciēs secū amicicias ꝑpetuas i
tabulis eneis ꝯscriptas i memoriale sempiternū. ❡ De
metri⁹ ꝟo rex audita morte nicanoris misit rursū bachi
dem ⁊ alchimū in iudeā cum exercitu copioso. Qui vene
runt in beroea. Judas ꝟo cum trib⁹ milib⁹ castra posuit
in laisa. Qui videntes multitudinē hostium timuerunt:
vñ ꝑplures de castris se a iuda subtraxerunt vt nō rema
nerent cum eo nisi .cccccccc. viri. Sꝫ iudas dissolut⁹ est:
q2 bellum perurgebat eum nec hēbat tp̄s exercitū cōgre
gandi. Cūq̄ oēs abire vellēt: hortat⁹ est eos iudas vt pu
gnarēt ꝓ lege dñi ⁊ potius i virtute sua morerent q̄ īdu-
cere sibi opprobriū. Et hoc dicto cōgressi sunt cū hostib⁹
expugnātes cornu dextrū. q̄ autē in sinistro cornu erāt
venerunt eis a tergo ⁊ ingrauatū ē p̄liū. Occisusq̄ est
iudas ⁊ ceteri fugerunt. Simō aūt ⁊ ionathas frēs ei⁹ re-
dimētes corp⁹ iude ab hostib⁹: tulerūt illō i modin ⁊ sepe
lierunt i sepulchro patrū suoꝝ. Planxitq̄ eum oīs ppls
plāctu magno. Elegitq̄ ionathā i ducē sibi. hec vñ sup̄.

❡ De sancto Jonatha machabeo. Cap. iii.

Jonathas machabe⁹ sacerdos ⁊ dux iudeoꝝ fi-
lius mathathie suprapositi iude fratri suo i du-
catu iudeoꝝ successit. Qui accepto p̄ncipatu fu
git cum suis in desertū thecue ꝓpt bachidem
ducem

ducē demetrij regis: de quo supra primo dictū est. Misit qꝫ ioannem fratrē suū ad nabutheos amicos suos: vt ei apparatū suū cōmodarent. Sed exeuntes filij zābri percusserunt ioannem. Quod audiens ionathas ⁊ simō frater eius surrexerūt in filios zābri dū nuptias celebrarēt: ⁊ occiderūt eos in vindictā sanguis fratris sui. Hoc aūt bacchides intellecto venit cōtra iordanem in virtute magna. Cōmissoqꝫ ꝓlio cū ionatha ⁊ suis occiderunt ex parte bacchidis mille viros: versusqꝫ in fugā redijt ad regē syrie demetriū. Tunc alchimus precepit destrui muros domꝰ sancte interioris opaqꝫ ꝓphetaꝝ. Sed ꝑcussus a deo paralysi mortuus est cū tormēto magno. Et extūc ionathas pontificatum tenuit. ¶ Eodem tpe q̇dam iniqui ex israel reduxerunt bacchidem ducē regis demetrij in iudeā. Qui voluit ꝯprehendere ionathā occulte: sed non potuit: qꝛ innotuit eius consilium ionathe. Qui apprehēdens .l. viros ex insidijs occidit eos: ⁊ secessit cū suis in bethbessa: que est in deserto. Et ascendit bacchides ⁊ obsedit bethbessam. Et egressus ionathas percussit per noctem multos hostiū in tabernaculis suis. Et pugnauit ꝯtra bacchidem: ⁊ ꝯtritus est ab eo. Qui iratus contra viros: qui reduxerāt eū in iudeā: multos ex eis occidit. Deinde cū ionatha pacē firmauit reddēs ei captiuos: quos predatus fuerat. Et sic redijt in terram suā. Jonathas autē sedens in machmas iudicabat ibi populū: ⁊ exterminauit impios ex israel. ¶ Post hec egressus quidam extreme sortis iuuenis nomine alexander: adiuuantibus se ptolomeo philometore rege egypti: ⁊ attalo rege asie bellū demetrio regi syrie intulit: victūqꝫ vita ⁊ regno priuauit: ⁊ sic regnum eius obtinuit. Qui mox audita fama ionathe ⁊ fratꝝ suoꝝ: scripsit ad eū epistolas cōstituens eum sibi amicū: misitqꝫ ei purpuram ⁊ coronam. Et induit se ionathas stola sancta in die solēni scenophegie: ⁊ cōgregauit exercitum. ⁊ fecit sibi arma copiosa. ¶ Cum autē alexander rex cleopatrā filiā ptolomei euergetis regis egypti in vxorem duceret apud ptolemaidā: vocauit ad se ionathā ducem iudeoꝝ ac summū sacerdotem: qui inuenit gratiā in conspectu predictoꝝ duoꝝ regum: ⁊ honoratus est ab eis: ⁊ indutus est purpura: ⁊ scriptus inter primos amicos regis: Et sic honoratus hierusalem cū gloria magna regressus est. Qui deinde cū romanis amicitias renouauit: ⁊ cum lacedemonijs de nouo contraxit. ¶ Post hec aūt demetrius filius primogenitꝰ demetrij olim regis syrie resumptis viribus redijt in maritimam philistinoꝝ: ⁊ in syriā celes: ducēqꝫ sui exercitus ꝯstituit apolloniū: q̇ ionathā ꝓuocauit ad bellū. Egressusqꝫ ionathas de hierusalē cum decē milibus venit ioppen: ⁊ expulso inde apollonio obtinuit eam. Deinde cōmisit cum eo prelium in campo: fugientesqꝫ eq̄tes apollonij in azotū intrauerunt phanū dagon. Jonathas vero eos insecutus: phanum cū eis: qui intus erant succēdit: fuitqꝫ numerus occisoꝝ octo milia: inde transitū faciēs ꝑ ascalonē: susceptus est cū gloria: indeqꝫ redijt hierusalem. Qḋ audiēs alexander rex addidit adhuc glorificare ionathā mittens ei fibulam aureā: que solet dari cognatis regis vtebaturqꝫ ionathas in signibus regis. ¶ Cum autem alexander perambulasset in superiores partes syrie: socer eius ptolomeꝰ rex egypti cum virtute magna ingressus est syriam. Cui vtpote regis socero ciues occurrerunt: ⁊ ciuitates ei aperuerūt. Qui obtentis vrbibus in dolo tulit filiam suam. quam alexandro in coniugem dederat: ⁊ tradidit eam demetrio quondam filio demetrij regis: ⁊ imposuit ei diadema syrie ⁊ egypti. Quod alexander agnoscens venit contra eum: sed a ptolemeo victus fugit in arabiam cum antiocho filio suo ad parentes maternos. Rex autem arabum timens ptolemeum: occidit alexandrum filiūqꝫ eiꝰ reseruauit. Et sic regnauit demetrius in syria per ptolemeum. ¶ Eodem tempore cum ionathas expugnaret arcem hierusalem: demetrius nouus rex syrie venit ptolemaidam ⁊ scripsit ionathe vt sibi occurreret arce omissa. Qui veniens ad regē honoratꝰ est ab eo: ⁊ in sacerdotiū ꝯfirmatꝰ. Interea cum ꝑmisisset ionathas machabeus tria milia electoꝝ viroꝝ ⁊ liberassent regem: quē antiocheni volebāt occidere. Rex quoqꝫ postmodum pacē cum antiochenis fecisset ad eoꝝ suasionē vexauit ionatham valde recedens ab eo. Sed postq̄ tryphon de arabia reuersus adducto secum antiocho alexādri filio venisset antiochiam eamqꝫ vi armoꝝ obtinuisset ⁊ demetriū expulisset: impositoqꝫ sibi antiochus diademate regnare cepisset: scripsit antiochus ionathe gratas ep̄las: fecitqꝫ secum amicicias: ⁊ in sacerdotē illum ꝯfirmauit. Simonē autē frēm eius p̄ncipem iudeoꝝ constituit. ¶ Postmodum vero cogitauit tryphon occidere antiochum quē regē syrie sublimauerat: ⁊ regnū inuadere: sed timuit ionatham ducē iudeoꝝ strenuissimum antiochi defensorē. Eligensqꝫ p̄mum ionathā occidere: scripsit ei vt sibi in bethbessam occurreret. Qui dū venisset ad eum cum quadraginta milibus viroꝝ: suasit sibi tryphon vt paucis assumptis secum iret ad ptolemaidam quā sibi traderet possidendam. Et credidit ei ionathas. Cepitqꝫ illum tryphon: ⁊ qui cum eo erāt occidit. Jonatham vero in custodia detinuit. Deinde veniens hierl'm scripsit simoni: qꝛ ꝓ argento quē ionathas debebat eum detinuerat. Qḋ si mitteret centū talenta argēti et duos filios eius obsides: ip̄m remitteret. Simon aūt lꝫ dolū cognosceret: ne tñ pp̄ls murmuraret ꝙ frēm nollet redimere: misit pueros cum argento. Et mentitus est tryphon: occiditqꝫ ionathā ⁊ filios eius. Reuersusqꝫ antiochiam occidit antiochum dn̄m suum: ⁊ regnum vsurpauit. Simon aūt accipiens ossa ionathe fratris sui ⁊ filiorum sepeliuit ea in tumulo paterno in modin. Factusqꝫ est dux iudeoꝝ loco fratris. Hec vnde supra.

¶ De sancto Simone machabeo. Cap. iij



Simon machabeus dux ⁊ pontifex iudeorū filiꝰ supra noīati mathathie ionathe frē suo ī ducatu iudeoꝝ successit. qui accepto principatu faciens pacē cum demetrio rege: quē tryphon a regno syrie expulerat vt supra ꝓxime dictū est: misit ei munera vt faceret remissionē regioni iudeoꝝ. Demetrius aūt oblata gratanter accipiens: absoluit iudeos ab om̄i tributo Et tunc cepit pp̄ls israel scribere in tabulis ⁊ gestis publicis annotatiōes tp̄is. Tunc descendit simon in gazā ⁊ capta ciuitate eiecit idolatras ex ea ac mundauit eam Dehinc obsedit illos qui erāt in arce in hierl'm. Quibꝰ inde eiectis et arce mundata: intrauit in ea simon cum musicis instrumentis hymnis ⁊ ramis palmaꝝ statuēs vt oībus annis ageret hec dies cū leticia. vidēs āt simon ioannē filium suum ꝙ vir erat prelij: posuit eū sub se ducem: ⁊ dedit ei gazam ad habitandum. ¶ Eodē tpe congregauit rex demetrius exercitum vt tryphonem qui eum ab antiochia fugauerat expugnaret. Sed tryphon auxilio regis persidis Demetrium vicit: quē p̄nceps regis persidis viuum cepit: ⁊ apud hyrcaniam in custodia posuit. Antiochus aūt frater demetrij hoc audiens qui in asia educatus fuerat venit in syriam. Exceptus ab oībus cum fauore: ꝓsecutus est tryphonē: qui regnū occupauerat: eoqꝫ fugato regnauit in syria. Simon aūt dux iudeoꝝ dilatatis finibꝰ suis: ⁊ facto portu in ioppe cū haberet tunc pacē misit ad lacedemonios ad innouādā fraternitatē. Romanis quoqꝫ misit clypeum aureum: ⁊ recepit ab eis amicabilia scripta de amicicia ⁊ vnione confirmata. Cum ergo antiochus rex syrie tryphonē apud doram obsedisset: misit ei simon machabeus duo milia viroꝝ in auxilium: ⁊ argentum ⁊ aurum multum. Qui noluit ea recip̄e sed fregit pactum qḋ fecerat cū simone:

anteq̃ rex esset cõstitutus: misitq; ad eum anthenobium militem mandans vt reddat sibi arcem: que erat in hierusalem: ioppen et gazam: atq; tributa locorum: quibus dñatus fuerat: alioquin veniret contra eũ. Cũq; venisset athenobius hierlm: et vidisset gl'iam et apparatum symonis: et affluentiam auri et argenti: miratus est. Cui symon constanter contradixit: et eum vacuũ ad regẽ remisit. Qui rediens regi retulit verba symonis et gloriam eius. Cum autem iam tryphon de dorã fugisset. Auditis rex sermonibus symonis: tryphonem insecutus est: relinquens cendebeum ducem exercitus: vt expugnaret iudeam. Qui cendebeus cedronem edificauit: ponens in ea milites vt vastarent fines iudee. Symon aũt dux et pontifex iudeorum cum iam senuisset: vocatis duobus filiis suis maioribus iuda et ioanne: posuit eos loco sui: vt pugnarent ꝑ populo dei: dedit q; illis .xx. milia pugnatorũ: q̃ ꝓfecti sunt aduersus cendebeũ. Cũq; venissent ad quendã fluuium timebant transire: sʒ ioannes prior transiuit: et secuti sunt eum oẽs. Conuersusq; est cendebeus in fugam et castra eius. Ceciderũtq; ex eis duo milia virorũ. Et reuersi sunt filii symonis victores. ¶ Post hec aũt ptolomeus filius abobi: q̃ erat dux constitutus in hiericho: cũ esset gener symõis ducis iudeorũ: inuitato eo ad prandiũ in hierico: occidit eũ cũ duobus filiis iuda et ionatha in dolo: vt ꝑncipatũ obtineret. Misit quoq; nũcios occupare hierlm: et alios in gazam: vt interficerẽt ioannẽ. Sed precurrens q̃dã in gazam: nunciauit ioanni: q̃ facta fuerant. Qui festinauit occupare hierlm: occiditq; eos: qui venerant eũ perimere. Et factus est dux pontifex iudeorũ post patrem: q̃ etiã corpora patris et fratrũ ꝓcio redempta ab his q̃ erant in hiericho sepeliuit in tumulo paterno in ciuitate modin vbi et iudas et ionathas depositi fuerant. Hec vnde supra.

¶ De sctõ Joanne machabeo. Caplm.v.


Joannes machabeus cognomine hyrcanus dux et pontifex iudeorũ filius supradicti symonis post mortẽ patris in ducatu iudeorum successit. Quem iosephus in tribus cõmẽdat: scʒ in religione sacerdotii: in strenuitate ducatus: et q̃ vir ꝓpheta erat. Qui accepto ducatu insecutus est ptolemeum: qui patrem eius dolo interfecerat: et matrem suã cũ duobus paruulis tenebat in vinculis: et confugerat ad oppidũ vltra hierichonta qđ vocabaꝉ agon. Obsesso q̃dem oppido: cũ ioannes ipm acriter impugnaret. Ptolemeus matrem et fratres ioannis sup muros vsq; ad sanguinis effusionẽ cedebat. Propter qđ fractus pietate ioannes ab ĩpugnatione se tẽperabat: matre tñ clamante ne pro se scelus ptolemei fineret inultũ. Mortem eñ suã sic iudicaret imortalitate meliorem. Ob hoc diutius tracta obsidione: cũ septim9 annus iudeis feriatus veniret: ioannes ab obsidione recessit. Ptolemeus ꝑo matre ipsius et fratribus occisis: cõfugit ad zenonẽ philadelphie tyrannũ: qui totilla cognominabaꝉ. ¶ Deinde ioannes aduersus hircanos bellũ gerens et eos deuincens: hircani nomen accepit: et a romanis ius amicitie postulans decreto senatus inter amicos relatus est. Postmodũ aũt samariã: que nunc sebaste vocaꝉ obsidione captã: solo coequauit: quã suo tpe herodes instaurans sebastem in honore augusti vocari voluit. Hic ꝑmus instituit xenodochiã pauperũ in hierlm. Et mortuus est annis .xxxiii. rebus optime administratis: relictis quinq; filiis: scʒ aristobolo ꝑmogenito et antigono cũ trib9 aliis. Cũq; nullus eorũ ad regendũ ppl'm sufficeret: vxorẽ suam disertissimã iudee ꝓfecit et filiis. Sepultusq; est in modin. Hec ex hystoria scholastica: et ex chronicis iosephi: hieronymi atq; guilelmi.

¶ De sancto Symone sacerdote. Caplm.vi.


Symon sacerdos filius onie tꝑib9 machabeorum in iudea claruit: de cuius sctitate et strenuitatis cumulo: multa laudabilia eccli .v. cap. leguntur. Qui tẽplũ dñi in hierlm non solũ reparauit: sed cultus mirabili ampliauit. Doctrina etiam diuine legis in populo floruit. Sub iesus filius sidrac sapientie librum cõponens: qui ecclesiastic9 dicitur decauit eum panareton: symonis etiam ipsius in eo: vt dictum est: laudabilem faciens mentionem. Qui tpe antiochi magni regis egypti iudeorum postmodum persecutoris in pace senio vitam finiuit. hec ex libro ecclesiastici: et ex chronica guilelmi.

¶ De sancto Onia sacerdote. Caplm.vii.



Onias sacerdos iustissimus filius supradicti symonis: cuius laus ex sctõ machabeorum libro colligiꝉ: et inter sctõs testamenti veteris a iosepho connumeraꝉ: ꝓfatis patribus contẽporaneus extitit: cuius ope ac pietate: cũ sancta ciuitas in oĩ pace habitaret: et templum dñi a regibus gentiũ oblationibus multis veneraretur: offenso onia pontifice cõtra symonẽ templi ꝓpositũ. Symon ad apolloniũ ducem celes syrie et fenicis confugit: et multis sibi ꝓmissis muneribus: sacerdotium sibi vendicare cepit. Quo audito seleucus philopator rex syrie misit heliodorũ militẽ suum in hierlm ad spoliandum omne erariũ tẽpli: nõ vasa sed donaria in vsus tẽpli. Quo templũ ingresso: apparuit terribilis sessor equi: et conculcabat eũ: duoq; iuuenes splẽdidi: quos iosephus angelos fuisse asserit: eidẽ apparuerunt: q̃ dextra leuaq; sessorẽ eq̃ circunstantes: heliodorũ ad mortẽ flagellauerunt. Timẽs aũt onias indignationẽ seleuci obtulit ꝑ heliodoro sacrificiũ: et orauit ad dñʒ. Statimq; ille ab angelis dimissus est: dicentibus ei q̃ orationibus onie eidẽ deus vitã donasset q̃ cõtinuo surrexit illesus: et ad regem rediens cuncta gesta narrauit. ¶ Tẽpore autem antiochi regis: cũ onias vidisset mala: q̃ fiebant in hierlm ppl'o iudeorũ ad gẽtilitatẽ peruersorum q̃ duo fratres eius. s. iason et menelaus de põtificatu cõtẽdentes: vt placerent antiocho: ad ritus gentiũ declinassent. Juit ad antiochũ regẽ in antiochiã temptare cupiens si posset eius animũ imutare: qđ cũ nequissʒ sedebat apud antiochiã in asylo. Cũ autẽ quinquenalis agno apõ tyrũ celebrareꝉ: et rex syrie antiochus ibi esset. Jason qui põtificatũ in hierlm ab eo emerat: misit regi .ccc. argenti dragmas: in sacrificia herculis. ¶ Post hec veniẽs antiochus hierlm: cũ susceptus esset a iasone honorifice: tñ fecit menelaus frater iasonis et onie q̃ ipse sacerdotiũ a rege hferet et iason in exiliũ missus esset. Deinde menelaus faciẽs ꝓuocari oniã de asylo: in quo erat apõ antiochiã in hierlm datis andronico: cui antioch9 iudeã cõmiserat regẽdã: quibusdã vasis tẽpli: q̃ furat9 fuerat: fecit oniã ꝑ eũdẽ andronicũ occidi. Cuius cedis cũ q̃rela ad re

gem

gem hierosolymã redeũtẽ delata esset recordat⁹ viri sctita
tem fleuit oniã: ⁊ andronicũ purpura exutũ: ⁊ ꝑ totã ciui
tatẽ circũductũ: in eodẽ loco: quo oniã ꝑemerat: occidi
iussit. Hec ex scdo libro machabeoꝝ: ⁊ ex alijs quibus su
pra libellis.

¶ De sctõ Eleazaro martyre. Capl̃m. viij.

Eleazarus martyr vnus ex ꝓmoribus scribarũ
hierl̃m machabeis cõtẽporane⁹ sub antiocho
rege iniquo: ne legẽ dñi sanctã violaret: mar
tyriũ passus ẽ. Et in scdo machabeoꝝ de mar
tyrij tolerãtia cõmendat. Cũ eñi esset etate ꝓ
uectus ꝯpellebat suillas carnes sacrificij mãducare. Qui
dam vero amici eius veteres carnes licitas secreto afferẽ
tes rogabãt: vt simularet se ad regis imperiũ manducare
carnes porcinas. Qd̃ renuens aiebat: se velle exemplũ for
te adolescentibus mortis relinquere: ne illicita simulan
do: alios suo exẽplo ad nefaria ꝓuocaret. Sicq̧ etiã odiũ
se diligentiũ incurrit. Et plagis multis peremptus me
moriam mortis sue: ⁊ exemplũ fortitudinis dereliquit.
Hec vnde supra.

¶ De sancto Remigio epõ. Capl̃m. ix.

Remigius eps rhemeñ. tpe clodouei regis
francoꝝ in gallijs claruit. Qui ex eadem vr
be ⁊ nobilibus parentibus exortus: a quo
dam heremita nasci taliter est ꝓuisus.
Cum eñi vandaloꝝ ꝑsecutio fere totã fran
ciam deuastasset: ⁊ quidã reclusus vir san
ctus ⁊ cecus ꝓ pace ecclesie gallicane dñm exoraret: ange
lus dei eidem in visu astitit: ⁊ remigiũ ex zelina muliere na
sciturũ nunciauit: qui gentẽ suã a maloꝝ incursibus libe
raret. Qui cũ euigilans visa zeline narrasset: ⁊ illa vtpote
iam anus hoc credere nollet ait ille vir dei: q̄ postq̄ puerũ
ablactaret: oculos ipsius ceci lacte suo perungeret: ⁊ con
tinuo visum recuperaret. ¶ Cum aũt hec oia per ordinem
contigissent. Remigius mundũ fugit: ⁊ monasterium in
trouit. Crescente aũt eius fama cum esset annoꝝ. xxij. ab
oĩ pp̃lo in rhemensem archiepm̃ est electus. Tãte autem
mãsuetudinis fuit q̄ etiã ad mensam eius passeres venie
bant: ⁊ de manu eius ciboꝝ reliq̃as comedebant. ¶ Quo
dam tpe hospitatus in domo cuiusdã matrone: cũ illa mo
dicum vini haberet: Remigius cellarium introiuit: ⁊ sup
dolium crucẽ fecit. Moxq̧ vinum crescens desup egredit:
ita q̄ per cellariũ fundebat. ¶ Hic aũt ꝑmus gentẽ fran
corum sua doctrina ad fidem xp̃i cõuertit. Cũ autẽ clodo
ueus rex francoꝝ gentilis esset: nec ab vxore xp̃iana cõuer
ti posset videns q̄ infinitus exercit⁹ alemanoꝝ sup̃ se veni
ret: dño deo quẽ vxor sua colebat votum vouit: q̄ si de hosti
bus sibi victoriã concederet: mox xp̃i fidem susciperet. Qd̃
cum fuisset ad libitũ assecutus: remigiũ epm̃ adijt: ⁊ se ba
ptizari petijt. Cũq̧ ad fontẽ venissent: ⁊ chrisma sacrũ non
haberent: ecce columba ampullã cũ chrismate ĩ rostro de
tulit: de quo regẽ pontifex liniuit. Hec aũt ampulla in re
mensi ecclesia vsq̧ hodie ꝯseruat: ⁊ inde ꝯtinue reges frã
cie inunguntur. Rex aũt xp̃ianus effectus volens rhemen
sem ecclesiam dotare: btõ remigio dixit: vt quãtum circui
ret donec ipse meridie dormiret: tm̃ ei concederet. Qd̃ ⁊ fa
ctum est: sed dũ quoddã molendinũ haberet intra fines
circuitus: molendinarius ipm̃ dũ circuiret cum indigna
tione reppulit. Cumq̧ remigius ei diceret q̄ vna secũ ha
beret molendinum ꝯmune paratus esset. Ille iterũ eũ re
iecit. Statimq̧ rota molendini in ꝯtrarium verti cepit.
Sed cum molendinarius sctm̃ virum reuocaret: vt molẽ
dinum cõiter secum haberet: illeq̧ ei rñdisset q̄ neutrius
esse oporteret: statim se terra aperuit: ⁊ molendinum ꝑi
mus deglutiuit. ¶ Preuidẽs remigius famẽ futurã cũ in
quadam valle bladi cumulos ꝯgregasset: rustici inebriati
senis prouidentiã deridẽtes: ignẽ in segetes supposuerunt
Qd̃ ille audiens illuc venit: ⁊ pro frigore etatis ⁊ vesperti
ni tpis: se calefaciens: tranq̃llo corde dixit. Semper focus
bonus est. Illi vero q̃ ignem accenderant oẽs mares in ge
nitalib⁹ diruti sunt: omnesq̧ femine gutturose fuerunt.
Et tales omnes semper in villa ipsa deinceps extiterunt:
quousq̧ per carolum dispersi sunt. ¶ Hic etiam beatus
eps inter alia per eum ostensa miracula: puellã quãdã a
morte corporis suscitauit. Quit in pace ꝗeuit cal. octobr̃.
¶ Cum autẽ corpus eius ad ecclesiã sanctorũ timothei
⁊ apollinaris in pheretro deferretur secus ecclesiam san
cti christophori: cepit adeo põderare: q̄ nullatenus mo
ueri poterat vnde coacti illi dominũ rogauerunt: vt eis
ostẽderet si forte corpus illud in ipsa ecclesia vbi nulle san
ctorũ erant reliquie sepeliri vellet. Statimq̧ corpus le
uissime ĩtra ecclesiã tulerunt: vbi cũ multa miracula fie
rent ecclesiã ampliarunt: ⁊ facta crypta retro altare: dũ
corpus ibi ponere vellẽt mouere iterũ nullatenus potue
runt. Cũ autẽ in orationibus pernoctarent: ⁊ media no
cte oẽs ꝑiter obdormissent: in crastinũ inuenerũt corpus
sancti in ipsam cryptã ab angelis deportatũ. Floruit cir
ca annos domini. cccc xc. ¶ Hic doctor illustris ecclesie
dei in exponẽdis scripturĩ diuinis mirabilis ⁊ studiosus
fuit. plurimaq̧ opuscula cõdidit. Commentarios super
psalmos compilauit. Super. iiij. quoq̧ euangelia vtiles
expositiones edidit.

¶ De scõ Bauone confessore. Cap̃. x.

Bauon q̃ ⁊ alonius ꝑ sctm̃ amandũ epm̃ el
uonensem: qui in gallia ꝑdicabat: ex ꝑdo
ne ꝯuersus: ⁊ gãdani reclusus est: vt ait si
gibert⁹. Hic in iuuẽtute sctĩ voluptatẽ pra
uis actibus exercens: habuit vxorẽ filiã co
mitis odi lonis: de qua genuit algadrudez
virginem xp̃i. Vxore aũt defuncta aliã supducere voluit:
sed interim a sctõ amando ad pniaz cõuersus relictis oĩ
bus factus est clericus in cenobio gandanensi. Et dũ fa
bricaret cella: in qua includi debebat: vt ipe poposcerat: et
quidã ad opus cementũ in curru deferret: cancisq̧ multi
eũ circũdãtes sibi insultarent: ille impatiẽs bauonẽ blas
phemauit. Quẽ dyabolus illico subuerso curru: vehicu
lũ cũ aĩalib⁹ sup eũ ꝓiecit: ⁊ depssum extinxit. Quẽ vir dñi
orõnez lachrymis suscitauit. Quadã die cũ vidisset quen
dã: quem ipse secularis existens vendiderat: genib⁹ illius
ꝓuolutus: veniã petijt: ⁊ ab eodẽ viro obtinuit: vt vinctis
ferro manib⁹ ac pedib⁹ carceri traderet vt sic penitentiam
ageret de ꝯmissoꝝ alijs sceleribus ꝑpetratis: vbi vsq̧ in ꝑri
mum exitus sui diẽ ꝑstitit: mira penitentia carnẽ atterẽs
⁊ peccã sua ꝯtinue deflens. Hordeaceo pane cinere mixto
⁊ potu modice aq̃ cõtentus: vilissimũ ciliciũ sup stratum
suum expãsum habebat cineribus desup aspsis: lapideq̧
capiti supposito dormitabat. Et dũ ad laudes deo soluen
das surgeret: lapidẽ ipm̃ vix a duob⁹ deferenduz humeris
baiulabat. Ibi quoq̧ obedientiã regule nunq̃ dimisit: et
multa dyaboli temptamina deuicit. Qui vt cum inde duce
ret in diuersis illi feraꝝ serpentiũ formis apparebat sed
moꝝ ipsũ sopori dedit: angel⁹ eũ in colũbe specie ꝯfortabat
Cum autem morti appropinquaret ministrũ suum misit
vt deuotum sibi presbyterum longe positum ad se vocaret
q̧ viaticum sibi deferret: quem ignorantem viam angelus
dñi vsq̧ ad ꝑsbyteꝝ deduxit: illeq̧ ad bauonẽ cõcit⁹ veniẽs
diuina ei sacramẽta ministrauit: statimq̧ vir dñi in pace
quieuit calen. octobris: cui⁹ obit⁹ ꝯtinuo gelterudi virgini
lõgius absenti diuinit⁹ reuelat: eiq̧ vt scti corpis vestimen
ta ad sepeliẽdũ mitteret: mãdat qd̃ ⁊ illa festinãter adiple
re curauit: in q̃b⁹ vir sanctus inuolutus sepultus fuit.

¶ De sctõ Piatore martyre. Cap̃. xj.

Piator martyr apud tornacense oppidũ passus
est: q̃ cũ btõ dionysio epõ suisq̧ socijs ab vrbe
roma egressus: galliã ꝑdicatiõis cã expetijt: ⁊
ab eodẽ ꝑsbyter ordinatus fuit. Atq̧ postmo

dum pro confessione nois christi consummato martyrio ad dnm migrauit calen. octobris vt ait ado.

¶ De translatione scti Germani. Capitulum .xij.

Translatio corporis scti germani antisiodorensis epi apud eandem ciuitatem colitur calen. octobris: quo videlicet die corpus eius de rauenna translatum: vbi in pace dormierat: antisiodorum delatum est: quod regina placida ad galliam vt eidem in extremis agenti promiserat destinauit: vt supra dictum est in eius legenda pridie calen. augusti. ¶ Cum autem beatus germanus per ciuitatem vercellensem transiens eusebio epo promisisset quod in reditu eius rauennam pergentis ecclesiam: quam ille fundauerat dedicaret: audiens eusebius quod germanus defunctus esset. ecclesiam consecraturus cereos accendi fecit. Sed quanto plus accendebantur: eo amplius extinguebantur. Quod videns eusebius intellexit ecclesiam alio tempore dedicandam. Cum ergo corpus sancti germani quod ad gallias transferebatur: vercellas delatum esset: mox vt in ecclesiam ipsam inducitur: cerei omnes diuinitus inflammantur. Tunc eusebius promissionis memor intellexit: vt quod germanus viuens se facturum promiserat: mortuus adimplebat. Sicque tali dedicatione contentus ecclesiam dimisit. Et corpus ad ecclesiam suam delatum ibidem honorifice conditum est.

¶ De sanctis Leodegario episcopo et Gerino martyribus. Capitulum .xiij.



Leodegarius eps et gerinus martyres apud eduensem ciuitatem passi sunt tpe childerici regis francorum. Qui leodegarius dum esset eps eduensis clothario rege decedente voluntate dei et principum consilio childericum fratrem clotharij adolescentem ydoneum prefecit in regem. Hebronius vero maior domus regie theodoricum childerici germanum preficere nitebatur: non propter regni commodum: sed qui omnibus odiosus iram regis et principum verebatur. Timens igitur regem hebronius: licentia obtenta monasterium introiuit. Rex vero theodoricum: ne contra regnum moliretur in custodia detinebat: et prudentia epi omnes populi pace gaudebant. ¶ Sed post aliquod tempus: rex malignorum consilio instantum in leodegarij odium incitatur quod opportunitatem mortis eius inquirebat. Eps vero blande ferens et inimicos vt amicos amplectens: egit cum rege: vt in vrbe: cui preerat: die pasche celebraret et cum eodem in mensa comederet. At vero cum audisset quod rex eius mortem perficere decreuisset: sic persecutorem perfugit quod in luxouiensi monasterio dno seruiens etiam hebronio: qui in ipso cenobio: in monastico habitu latitabat: deuote seruiuit. ¶ Post modicum rex moritur et theodoricus in regem sublimatur. Leodegarius vero populi sui lachrymis et precibus motus et abbatis imperio compulsus: ad sedem suam redijt. Hebronius quoque statim apostatauit: et regis seneschalcus est ordinatus. Qui deterior effectus leodegarium occidere nitebatur. Missis igitur militibus eum cepit. Qui in habitu pontificali detentus: ab eisdem excoculatus est: sicque dimissus. Post biennium vero sanctus leodegarius cum fratre suo gerino quem hebronius relegauerat: in palatium regis adductus: dum ad irrisiones hebronij sapienter et pacifice responderet: nequissimus ille iussit gerinum lapidibus obrui: epm vero tota die nudis pedibus per quendam fluuium super acutissimos lapides decurrentem deduci. Et audiens quod in his tormentis deum laudaret: linguam eius precidi fecit: et postmodum cuidam custodi tradidit. Ille autem vsum loquendi non amittens predicationi populorum instabat predicens quomodo et qualiter hebronius moriturus erat. Lux etiam immensa in modum corone eum circundedit. Quod hebronius audiens missis quattuor speculatoribus eum decollari mandauit. Quorum tres verba eius pacifica audientes: adeo sunt compuncti quod ad pedes eius procidentes veniam postulabant. Quartus vero cum eum decollasset a demonio arripitur: et in ignem proiectus exurit. ¶ Expleto biennio audiuit hebronius corpus scti miraculis illustrari: et inuidens misit militem ad videndum si sic veritas se haberet. Qui veniens et sctm corpus deridens: ac tumbam calce percutiens statim a demonio inuasus expirauit. Deinde hebronius sicut sanctus predixerat: gladio nequiter occisus est. Passio horum martyrum agitur .vj. non. octobris. Qui passi sunt circa annum domini .dcccclxxx.

¶ De sanctis Eleutherio et alijs innumerabilibus martyribus. Capitulum .xiiij.

Eleutherius martyr et alij innumerabiles martyres apud nicomediam sub diocletiano imperatore: huius occasione passi sunt. Contigit enim aliquam partem palatij incendio conflagrare. Hoc imperator a christianis factum falsa suspitione presumens iubet omnes collectos coaceruari: et alios gladijs obtruncari: alios ignibus consumi. Quorum prior nobilior eleutherius ceteros hortabatur. Ita vt eorum aliqui se sponte ignibus traderent: alij vero se vltro gladijs offerrent. Et cum etiam ipsos ministros nimia crudelitas horresceret: partem illorum naviculis impositos in medio pelagi adductos in profundum demergebant. Alij vero crudeliores quorundam martyrum effodientes cadauera in mare proijciebant: ne forte dij christianorum efficerentur. Beatus vero eleutherius immanissimis tormentis cruciatus: victoriam suam per ignem velut aurum examinatus compleuit. Cuius reliquias furtim christiani quidam in ciuitate nicomedie condiderunt. Qui passi sunt sexto nonas octobris.

¶ De sanctis duobus Euandis presbyteris et martyribus. Capitulum .xv.

Euandus et alter euandus ambo presbyteri et martyres apud antiquos saxones passi sunt. Qui cum vilebaldo epo venientes germaniam transierunt ad saxoniam anno iustiniani imperatoris .vij. quorum vnus dicebatur euandus albus et alius euandus niger. Et cum ibidem christum predicarent: a paganis tenti et occisi sunt. Ad quorum corpora nocte diutius lux apparens: et vbi essent: et cuius essent meriti declarauit. qui iussu pippini regis in agrippinensi colonia sepulti sunt. Passi sunt autem .v. non. octobris. Hec ado et sigibertus.

¶ De scto Dionysio epo et martyre. Capitulum .xvj.

Dionysius eps et martyr apud athenas passus est. Qui post clarissimam confessionem fidei post grauissima tormentorum genera glorioso martyrio coronatus est: vt testatur aristides atheniensis vir fide sapientiaque mirabilis: et videlicet tpe quo de christiana fide librum composuit qui passus est .v. non. octobr. vt ait ado in suo martyrologio.

¶ De sctis Crispo et Caio discipulis. Capitulum .xvij.

Crispus

Crispus et Caius discipuli apud corin-
thum claruerunt: quos ad corinthios
epla pma ad pncipiũ apostolus se scri-
bit baptizasse. Huius etiã cay memi-
nit idem apostolus ad rom. xvi. et eidez
ioannes tertiam eplam scribit vt dicit
glo. ro. xvi. Crispus aũt ille est de quo
act. xviij. cap. mentio fit: qui ambo apud corinthũ quie-
uerunt. iiij non. octobris: et eorum corpora ibidem tumu
lata seruantur. Hec ado.

¶ De scto francisco pfessore ordinis minorum. Cap. xviij

Franciscus
ordis mi-
norum dux
et fundator
primus in
ciuitate assisij ortus:
filius petri bernardo
nis negociator effe-
ctus vsqz ad. xx. etatis
sue annum tps suum
vane viuendo consum-
psit quẽ dñs infirmi-
tatis flagello corripuit
ac in virũ aliũ subito
transmutauit: ita qz
iam spiritu pphetico
co pollere cepit. et ro
mam tendens causa
deuotionis vestimẽta
sua pauperib⁹ tribuit
et iam paupertatis ama-
tor: pauperis vestimẽ-
ta induit: et ante ecclesiam sancti petri inter paupes sedit
et cum eis velut vnus ex ipsis manducauit. Et sic sepi⁹
fecisset nisi eum notorũ verecũdia impedisset. ¶ Quen-
dam leprosum obuiam hñs in oscula eius ruit: et ille post
hec statim disparuit: quapropter ad leprosos pperat: et
eorum manus deosculans pedesqz lauãs: eisdem pecuniã do-
nat. ¶ Ecclesiam sancti damiani orõnis causa ingredit:
et imago crucifixi eum miraculose alloquitur mandans
lo obsessus est: clamāte demone per os ei' ꝙ nisi illuc gau
dentius presbyter veniret: inde nunq̄ discederet. Gaudē
tius ergo de mandato pape p eo missaꝝ solennia celebra-
uit: deinde sacrā eucharistiā viro offerens: demonē ab eo
in fumi spēcie eiecit. Quo miraculo multi paganoꝝ ɔuer-
si sunt. ¶ Cū autē ariminensi a epo defunct' esset: ꝛ ppłs
ipsius vrbis ad papā p petēdo pontifice accessisset. Dama
sus gaudentium ep̄m ɔsecrauit: ꝛ ariminum in pastorem
cum ppło destinauit. Qui primum ad ciuitatē q̄ martia
na dicebaṫ adueniēs diebus.x. ibidē morā traxit: ꝛ ppłm
multum ibidem existentē in fide xp̄i erudiuit: quez miles
gentilis q̄ diuduz egrotus in lecto iacuerat: eius fama cō
perta ad se ingredi fecit: ꝛ vt se ab infirmitate illa curaret
humiliter supplicauit. Sanctus autē epus orōnē p̄misit:
similitē manu tenēs de cubili sanum erexit ɔuersumq3 ad
dñm cum ɔiuge filijs ac suis.xxiij. numero baptizauit.
Post hec ex ipa ciuitate discedēs ariminum deuenit. Et
dum esset in itinere socijs vino carētib' ꝛ nimium sitienti
bus aquam in vinum conuertit: ꝛ comitibus ppinauit.
Ingresso autem ciuitatē occurrit illi oīs ppłs cum mul-
titudine languentium diuersis egritudinibus oppresso-
rum: quos oēs ɔtinuo in xp̄i nomine sanos effecit. ¶ Sz
ꝙ primum in ipsa vrbe missam celebrauit: mox ydolū mar
tis in medio adhuc foro positum cecidit: ꝛ ɔfractum est ce
teraq3 omnia simulacra i diuersis locis posita sūt corrue-

runt. Quo miraculo multi gentiliu͂ ad xp̄m ꝯuersi sunt. ¶ Quedā neptis eusitice ꝑalicte: q̄ gaudentiu͂ȝ hospitio rome susceperat: a demonio vexata ad btm̄ gaudentiu͂ ariminum adducta: et ab eodē est ꝯtinuo liberata. Hic sanctus vir sua predicatiōe ariminensem ppl̄m ad fidē xp̄i ꝑduxit: multas ecc̄lias ꝯstruxit et dedicauit: multosq̄ p̄sbyteros et alioꝝ ordinum clericos ordinauit. Inter quos leonem p̄sbyteꝝ et marinum dyaconum viros sanctos: qui de dalmatia illuc venerant ꝯsecrauit: vt dictum est supra in gestis marini ꝯfessoris ꝑdie non. septembris. ¶ Post hec cum de mandato ꝯstantij imꝑatoris apud ariminum ciuitatem ꝯcilium epoꝝ ꝯgregatum esset: multiq̄ arriani fulti presidio augusti: pauci vero ep̄i catholici ꝯuenissent Gaudentius ꝑ defensione catholice fidei: arrianis viriliter restitit: sed q2 eis oīno se obuiare nō posse vidit: eorum vesanie cessit: et cu͂ sanctis theophilo popileu͂: et mercuriali liuiensi ep̄is: nocte lunā clandestine ꝑperauit. Post discessum vero arrianoꝝ: ad sedem suā rediit: et ꝯuocata synodo catholicoꝝ que ab arrianis decreta fuerant reuocauit quendam quoq̄ martianum presbyteꝝ hereticum: nolentem ad ecclesie vnitatem reuerti damnauit et de ecc̄lia eiecit. Qd̄ audiens martianus ꝑconsul: q̄ dicti martiani p̄sbyteri ꝑpinquus erat: ep̄m durius increpauit: et multis conuitijs exprobrans: mortis ei minas intentauit. Quē mox malignus sp̄us inuasit et durissime vexare cepit. Cuius rei cā milites ꝑconsulis gaudentiu͂ detestātes: ip̄z mane ante solis ortum clanculum orantē ꝯprehenderu͂t et q̄si inultionē dn̄i sui extra portā vinctu͂ eduxeru͂t: et tādiu fustibus et lapidibus tutuderunt: donec ipse in dn̄o ꝯmendās et ꝑ ipsis etiā persecutoribus exorans sp̄m exhalauit ꝑdie idus octobris. Cuius corpus in loco qui dr̄ ad lacu͂ȝ in foueam maximā ꝑiecerunt terra illud ac lapidibus obruētes. ¶ Post annos vero .lxx. cum locus sepulture ei9 cunctis esset ignotus: mulier quedaȝ erat ceca in ciuitate cesarea: siue ceruia: noīe abortiua. Cui ꝑuisum angelus raphael cum papa damaso apparuit: et quis vter eoꝝ esset nominauit: ac eidē imposuit: vt si lumen oculoꝝ recipere vellet: ad ciuitatem ariminensem veniret: et ciuibus nunciaret: vt corpus sancti gaudentij in tali loco diu occultatum requirerent: et honorabilius tumularent. Signum quoq̄ ei dederunt: q2 mox inuento corpore: ipsa lumen recuperaret: sicq̄ illi eam vera dixisse comprobarent. Cu͂ autem mulier iam de tali visione ꝯfidens: sed deductore cogitans iter sola arripuisset: leuem arundinem in manu sua persensit: et ex altera parte ductorem preuium intellexit summitatem arundinis petentem. Quo duce ad ciuitatem ariminum peruenit: et visa ciuibus patefecit: qui vnanimes ad locum ostēsum accesserunt: et terrā effodientes odorem mirificum senserunt: corpusq̄ sancti repertum de fouea eduxerunt: statimq̄ mulier vt predixerat: lumē oculorum recepit. Multi quoq̄ languentes a diuersis infirmitatibus curati sunt. Corpus autem sancti martyris in tumulo marmoreo collocatum est: et ecclesia eius nomini desuper edificata.

¶ De sctō fortunato ep̄o. Capl̄m .lxiij.

Fortunatus ep̄s tudertine ciuitatis circa tp̄a iustini iꝑratoris claruit. Qui in effugandis spiritibus immense v̄tutis gratia pollebat: adeo vt aliq̄n ab obsessis corporib9 legiones demonu͂ pelleret: et orōne sua eoru͂ multitudines superaret. ¶ Iuuenis q̄daȝ de tuscie partibus vxorem duxerat: que ad dedicationem ecclesie beati sebastiani martyris fuerat inuitata: q̄ nocte precedente voluptate carnis deuicta: a viro suo se abstinere non potuit: et mane hoīes plus q̄ deum erubescēs: ad ꝯsecrationem accessit: mox vero vt beati sebastiani reliquie in ecclesiam sunt delate: malignus eam sp̄us inuasit: et coram omni populo vexare cepit. Quam presbyter ipsius ecclesie altaris sindone cooꝑuit: sed hanc repente simul dyabolus inuasit: q2 vltra vires ꝑprias quicq̄ p̄sumpsit. Puella igit̄ domum delata magis quibusdaȝ tradit̄ liberanda: a quibus ad fluuium ducit̄: et in aquam demergitur: atq̄ diutius incantat̄. Sed oīpotentis dei iudicio dum peruersa arte ab ea vnus demon expellit̄: in eam subito legio demonum intrauit: totq̄ motibus cepit agitari totq̄ vocibus perstrepere: quot spiritibus tenebat̄. Quaȝ parentes eius ad fortunatum ep̄m adducentes: culpam eius ꝯfessi sunt. At ille eam secum pluribus diebus detinuit: et orationi instanter incubuit puellamq̄ incolumē plene liberatam remisit. ¶ Alio quoq̄ tempore ex obsesso homine sp̄m malignum eiecit: q̄ occumbēte sole in formam se peregrini transmutauit: et per ciuitatem vadens clamare cepit q̄ fortunatus ep̄s: qui sanctus putabatur peregrinum de suo hospitio reppulisset. Quem vir quidā mala intentione: vt ep̄m diffamaret: hospitio suscepit: et cum vxore et paruulo ad prunas sedens: peregrinum: vt se calefaceret: iuxta ignem posuit. Fortunatoq̄ de eius inhumanitate et q̄ esset hypocrita detrahere cepit. ¶ Post modicum autem: qui peregrinus videbat̄: paruulum filiu͂ ei9 inuasit et inter prunas ꝓiciēs: alaȝ eius excussit: statimq̄ disparuit: et quis fuisset declarauit. ¶ Alio etiam tempore quendam cecum signo crucis super oculos eius edito ꝑtinus illuminauit. ¶ Preterea equus cuiusdam militis in rabiem v̄sus fuerat: qui a multis detineri neq̄bat: sed omnes morsibus lacerabat. Sed dum sanctus vir ei9 capiti extensa manu signum crucis edidit cunctam eius rabiem in māsuetudinem immutauit. Tunc miles equu͂ mansuefactum sancto ep̄o decreuit offerendu͂. Ille autem dum recipere recusaret: victus precibus dignum preciu͂ȝ tribuit: et sic equum oblatum recepit. ¶ Die quadam gothi ad tudertinam ciuitatem venientes duos pueros rapuerunt. Quorum ducem ep̄s ad se vocans ꝑ pueris redimentis qualecunq̄ vellet precium obtulit et tm̄ vt pueros redderet: sollicite requisiuit. Et cum ꝑ redemptione puerorum biduo institisset: gothus eu͂ oīno audire recusauit sanctumq̄ viru͂ ꝯtristatum valde dimisit. puerosq̄ equis suppositos cum suis ꝑmisit. Statim autem: vt eos secutur9 equum ascendit: equus lapso pede cum eo corruit: et tybiā illius confregit. Qui ad hospitiu͂ reductus pueros reuocauit et fortunato cōpunctus gratis remisit: ac veniam petens eius gratiam implorauit. Ep̄s autem per dyaconem suum aquam illi benedictam destinauit: quam mox vt super illius corpus aspersit: fractura solidata de lecto sanus surrexit: et ascenso equo suum iter peregit. ¶ In eadem ciuitate marcellus quidam eidem sancto deuotus sabbato paschali defunctus est. Cuius corpus cu͂ longius esset deferendum eo die sepeliri non potuit. Due igitur defuncti sorores ad eum flentes venerunt: et vt earum fratreȝ resuscitarent: fidelibus precibus suppplicauerunt. Qui du͂ eas licentiasset: eo q̄ ex humilitate de se tanta non presumeret. Subsequenti die dominico ante crepusculum cuȝ duobus dyaconibus ad domum defuncti perrexit: et iuxta corpus in orationem se dedit. Deinde ipsum surgens ex nomine vocauit. Ille autem acsi leuiter dormiens oculos aperuit: et episcopo respondit: atq̄ de eo quod fecerat: conqueri cepit: dicens q̄ duo hesterno die ad se venerant: q̄ spiritum a corpore eijcientes in bonum locum deduxerāt. Ipsa vero die vnus missus fuerat: qui eum ad corpus reduci mandauerat: q2 fortunatus episcopus sic a deo petebat. Quibus expletis verbis: marcellus mox ex infirmitate conualuit: et in hac vita diutius mansit. Quieuit autem vir sanctus in domino ꝑdie idus octobris: et sepultus est in ecclesia tudertina. Ad cuius sepulturam crebra miracula fiunt. Hec gregorius dyalogorum libro primo capitulo .x.

¶ De sctō fortunato alio episcopo. Capl̄m .lxv.

fortunatus




Fortunatus eps pictauiensis claruit tempore iustini imperatoris iunioris. Qui natione italus primo poeta: deinde in potestate vrbis epm sublimatus: vir egregius: ingenio clarus: sensu celer: ore suauis: beati martini heroico metro gesta in .iiij. voluminibus descripsit: hymnos etiam festiuitatum singularum eleganter composuit: et sanctitate plenus in pace quieuit.

¶ De sancto iusto episcopo. Cap. lxvj.




Iustus eps lugdunensis insigni sanctitate refulsit. Qui epatu relicto cum viatore lectore eius ministro ad eremum egypti se contulit: vbi multo tpe angelicam vitã duxit. Ad hunc reuisendũ antiochus eps vir sanctus eiusqz in epatu successor ad eremũ accessit: et ab eo sanctitatis perspicue exempla reportauit: de quo dicetur infra in eius gestis idibus nouẽbris. Sctũs aũt iustus in pace quieuit pridie idus octobris. Quẽ dũ morientem minister eius defleret: eo q se deseręret: ille prophetico spiritu eundẽ hortans predixit q se cito secuturus esset. Qd rei per effectum probauit euentus: nã viator post dies .vij. eum ad patriam secutus est: videlicet .xij. calen. nouembris: vt dicitur ibidem.

¶ De sanctis .ccc.lx. martyribus. Cap. lxvij.




Trecenti .lx. martyres apud coloniã agrippinam passi sunt. Qui cũ essent milites mauri ex sacra legione thebeorum: et illis trucidatis isti ex eorũ consortio aufugissent: a militibus maximiani imperatoris apud ipsam vrbem inuẽti et ipsi gladijs trucidati sunt idibus octobris. Quorũ corpora condita sunt in basilica: que admirabili ope ex moysaico quodammodo deaurata resplendet: vnde etiam et loci incole sanctos aureos illos vocare consueuerunt. Hec vsuardus. Ado tñ ponit: q fuerunt solũmodo .cccl.

¶ De sancto Antiocho epo. Cap. lxviij.



Antiochus eps lugdenensis fuit: q cũ adhuc ipsius ecclesie presbyter esset: pro karitatis officio ad visendum eius epm qui in egypti eremo morabatur noie et actione vere iustum: pregre profectus est: a quo et sanctitatis insignia exẽpla reportauit: vt dictum est supra in legẽda iusti epi pridie idus octobris. Hic fuit vir discretione precipuus: sanctitate preclarus. Qui ẽt non inmerito tpe interiecto ad eiusdem pontificatus culmẽ assumptus est. Quo strẽnue et feliciter administrato: in pace quiescens: regnum celeste consecutus est idibus octobris. Sepultus apud lugdun. in ecclesia sanctorum martyrum maccabeorum in qua et sanctus iustus requiescit.

¶ De sancto Basolo abbate. Cap. lxix.



Basolus abbas apud rhemen. ciuitatẽ claruit tpe chilperici regis francorũ: vt ait sigibertus. Hic ex territorio lemouicensi natus: dũ adhuc iuuenis eremũ optaret: ãgelo ipsi apparente ipsumqz deducẽte: ad vrbẽ rhemensiũ deuenit: et a scõ egidio epo rhemensi .iiij. post remigiũ susceptus fuit. A quo et locũ ad radices mõtis rhemẽsis obtinuit: vbi constructo cenobio monasticã vitã duxit: deide ad nemorosi mõtis cacumẽ ascẽdit: vbi per ãnos .xl. inclusus manẽs eremi cultor deo seruire studuit. Et dũ aq penuriaz sustineret: oratione sua fontez de saxo produxit: q vsqz in presens de loco illo vsqz ad inferiora defluit. ¶ Attila qdam diues et potens dũ circa montẽ illũ venaretur: et aprũ cũ canibus sequeretur: aper ille cũ esset nimie magnitudinis deposita oi feritate ad cellã viri dei veniẽs: et quasi liberari ab eo se petẽs pedibus illius aduolutus iacebat. Qui dũ canes et equites sequerentur: diuina virtute effecti imobiles vltra viri dñi limites nec accedere: nec retrocedere valebant. Qd cernẽs attila de presumptione penituit: et se sancti orationibus cõmendans: aprum dimisit: eideqz viro dei predia sua ibidem posita gratanter concessit. ¶ Quidã pro crimine dãnatus suspendio: dum iam laqueo astrictus suffocaretur: Sctm tñ basolum mente inuocans: qui iam voce non poterat: laqueo rupto liberatus euasit. Quieuit in pace idibus octobris.

¶ De sancta Placidia virgine. Cap. lxx.



Placidia virgo fuit filia valentiniani imperatoris et eudoxie auguste filie theodosij magni. Que spreto seculo adhesit auie sue galle placide ieiunijs elemosynis et orationibus intenta. De huius sanctitate cuidam seni reuelatũ ẽ q eius meritis soror ipsius placidie honoria noie a grauissima infirmitate liberata fuisset. Qui et visa eudoxie ipsius matri retulit. Et extunc mater filiam in deuotiõe habere cepit. Cum aũt placidia cum vtroqz parente: et auia galla rauennam nauigio veniret: grauissima in mari tempestas exorta est. Qui oẽs btõ ioanni euangeliste pro eorũ liberatiõe vouerãt basilicã construendã. Statimqz beatus apostolus eisdẽ apparuit: et tẽpestate sedata incolumes ad portũ perduxit. Regina ergo galla ei apud rauennam ecclesiam fabricauit: in qua sanctus ioannes eidez auguste: et barbaciano presbytero apparuit: et sandaliũ suum pro reliquijs illis dimisit: vt supra actum in gestis barbaciani pridie cal. ianuarij. ¶ Post aliqd aũt tps: placidia hierosolymam perrexit: vbi lustrans loca sancta biennium exegit. Et deinde per venetiam, veronã venit: ibiqz cuidam dante filie orabilis nobilis matrone surde et mute aurium et lingue facultatem concessit: vbi et in xpo dormiuit: sepulta in ecclesia sancti stephani, via tridentina idibus octobris signis chorusca

¶ De apparitiõe scti michaelis archangeli. Cap. lxxj.



Apparitio scti michaelis archãgeli noua anno dñi .dccccccvij. facta est, vt ait sigibertus. Tpe em childeberti regis francorũ et iustiniani augusti apparuit archangelus michael antberto abrincen. epo super mare oceanum cõmorãti: ipmqz scdo monuit: vt in loco maris oceani insula: que propter eius eminẽtiã tumba dicitur: nomini suo fundaret ecclesiam: volẽs sibi talem venerationẽ exhiberi in pelago: qualis exhibebatur in monte gargano. Interea taurus in eadem insula a latrone furtim captus ligatur in loco illo. Unde eps tertio admonitus iubetur: vt in illo loco fundamẽtũ iaceret quo taurum ligatum inueniret. Et sicut eum terram pedibus protriuisse videret: sic ecclesie ambitũ duceret. Que dum eps populo retulisset: ad locum nauigio accesserũt: et taurũ inuenientes: vt archangelus preceperat: ecclesiam construere ceperunt. ¶ Due aũt rupes ibidem erant que humanitus inde moueri non poterant: que et officiũ impediebãt. Sed michael cuidam viro apparuit: precipiens vt ipsas rupes inde amoueret: qui tã facile eas mouit: vt nihil habere ponderis viderentur. Sicqz ecclesia in honorez archangeli michaelis constituitur: et ex eo tpe sicut in monte gargano: ita et in ipso loco qui modo dicitur in periculo maris: veneratio eius frequentari cepit. In qua ecclesia partẽ pallij qd in monte gargano angelus posuit: et partẽ marmoris supra qd stetit: detulerunt. Cum vero aque ibidez penuriã incole paterentur: monitu angeli foramen in saxo fecerũt: et inde aquarum copia vsqz in presens largiua emanauit. Hec aũt apparitio in dicto loco celebratur .xvij. cal. nouẽbris. Ille em mons oceano cingitur: sed bis in die festo scti michaelis predicto iter prebens populo aperitur. ¶ Cum aũt quodam anno copiosa turba ad ecclesiam pergeret contigit mulierẽ pregnantem vicinãqz partui ex deuotiõe archãgeli secum ire. Et ecce magno impetu vnda rediit: et ois turba timore concussa ad littus fugit. Sola autez mulier grauida fugere non valuit: sed a marinis fluctibus capta

est. At michael eidem inter vndas astitit: qui mulierẽ illesam seruauit: que ⁊ in medio pelagi filiũ parturiuit: que ⁊ in vlnis suscipiẽs lactauit: ⁊ ãgelo duce cũ puero ad littus illesa peruenit. ¶ Tẽporibus caroli regis dux quidã senogallie noie sergius habẽs vxorem grecam noie margaritã: dum ꝓle careret: bonis elemosynarum operibus sollicite insudãs subito leprosus effectus ẽ: qui plurima expendens in medicis: nulla medicamina percipere poterat. Dum autem pro sua salute deum iugiter exoraret. Nocte quadam michael archangelus eidẽ i somnis apparuit: eũq admonuit: vt ad ecclesiã monasterij ab angelo electam: que brentalis dr̃: visitandam accederet: inde q salutem ꝓtinus reportaret. Qui expergefactus mane coniugi ⁊ militibus visa narrauit. Sequenti quoq nocte eidem dormienti: iterum angelus astitit: ⁊ iussa predicta replicauit. Qui dum locum sibi non esse respondisset notum: angelus addidit: vt nauem cum vxore ⁊ militib⁹ suis ascenderet: eamq ad locũ deducendã angelice sollicitudini cõmitteret. Qui iussa perficiens nauem conscendit: flantibusq ventis ꝓsperis vnius noctis ⁊ diei spacio ad locum sancti michaelis: q̃ brentalis dr̃ super mare adriaticũ habens monasterium situm: qd̃ brentale dr̃ siue de brundulo angelo duce peruenit. Et dum se mane ad portam applicuisse mirarent̃: ⁊ locum ignorantes vbi nam essent ab incolis sciscitarent̃: ab eisdẽ se ad ecclesiaꝫ prefatã archãgeli appulisse didicerunt: qui deo gratias agentes nauẽ exierunt: cunctiq nudis pedibus ad ecclesiam ꝓcesserũt. Sed dei mĩa anteq̃ dux ecclesie ingrederet̃ hostia confestim ab omni lepre mundatus est macula. Tunc dux sanus ad domum rediit ⁊ omnibus venditis medietatẽ pauperibus tribuit: aliam medietateꝫ ecclesie sancti michaelis obtulit: ⁊ ibidem cum coniuge perpetuis temporibus deo seruiuit.

¶ De sctõ Gallo abbate. Capitulum.lxxij.



Gallus abbas ex hybernia claris parentib⁹ natus ⁊ sancto colũbano in discipulũ traditus: ab eodem sacris est litteris erudit⁹ ⁊ monachus ipsius effectus ad sacerdotiũ ꝓmotus est. Columbanus autem in galliam nauigans cum apud luxouium cenobium cõstruxisset: sigiberto rege annuẽte: ibiq cũ gallo ⁊ alijs discipulis deo seruire curaret ꝑsecutione regis theodorici ⁊ brunichildis regine inde expellit̃ eo q a sctõ colũbano arguebat̃ q relicta cõiuge cõcubine amplexib⁹ fruebat̃: vt dicet̃ infra in vita colũbani abbatis .xj. kal. decembris. Inde igit̃ colũbanus ad theodobertũ austrasioꝝ regẽ perueniẽs infra ꝑtes allemanie iuxta fluuiũ lidimacum habitãdũ cũ discipulis: ab eo locũ obtinuit: q̃ tuconia dicebat̃: cuius loci incole adhuc ydolis seruiebãt vbi gall⁹ fidẽ trinitatis predicare ⁊ phana ydoloꝝ cepit exurere. Sꝫ dũ habitatores loci seruis dei ex hoc ꝑsecutiões excitarẽt relicta tuconia colũban⁹ cũ discipulis ad castrũ arbonaꝫ accessit ⁊ a presbytero vuillimaro gratãter except⁹. Qui eos locum edificãdi monasterij antique structure docuit: ⁊ illuc usq ꝑduxit: vbi ecclesiam in honorẽ sctẽ aurelie ⁊ cellulas cõstruxerũt: ⁊ ibidẽ ꝑplm̃ docere in xp̃i fide ceperũt: ydolisq in lacũ demersis ecclesiam dedicarũt. Ibiq colũbanus cũ gallo ⁊ alijs discipulis triẽnio resederũt. ¶ Cũ aũt nocte quadã gallus piscationi insisteret audiuit de montis vertice demonẽ: quendã aliũ existẽtẽ in pelago vocãtem ipsumq ei rñdentẽ: ⁊ vtrũq ipsoꝝ se de hospite gallo conquerentẽ q eos de sede ꝓpria eiecissent. Qui signo crucis edito demones in fugã vertit: ⁊ veniens abbatẽ sibi audita retulit. Illeq dũ fratribus aduocatis deo laudes exolueret: audite sunt voces demonũ ꝯstrepentium: ⁊ sctis ꝑsecutionẽ illaturos se acriter ꝯminantiũ. Dum aũt regionis noie gunzonus: audiẽs q sctĩ dei cultuꝫ deoꝝ suoꝝ euacuarent: missis famulis suis iussit illos inde discedere. Qui vaccã monachoꝝ abstulerunt: ⁊ duos ex fratrib⁹ occiderunt illos quoq ab eoꝝ finib⁹ discedere ꝓ ceperunt. Sꝫ dũ columbanus ad gilolfum regẽ italie ꝓperare disponeret gallus egritudine pressus ibidẽ remãsit ⁊ a presbytero vuilimaro deuote hospitio susceptus fuit. ¶ Postq̃ aũt gall⁹ de lãguore cõualuit presbyterũ vt sibi locũ aliquẽ grate solitudinis ostenderet sollicite reqsiuit. Cuius iussione dyaconus eius noie hildeboldus ad locum optimum illum adduxit. Qui cũ die integro ieiuni ꝑegrassent gallus ad flumen veniens ⁊ misso i hoc pisciculos cepit ⁊ ipsis assatis pariter cũ dyacono cibũ sumpsit. Ibiq vterq ipsoꝝ illa nocte quieuit. Gallus vero crucẽ ligneã in terrã fixit ⁊ ad eã capsellã reliquiaꝝ: quã secum tulerat appendit: ⁊ ante illas ꝓstratus in oratione ꝑnoctauit. Cũq mane ingens ad eos vrsus descenderet ⁊ micas q̃ ab eis remãserãt lingeret: precepit ei gallus vt ligna in ignẽ mitteret: vrsusq ꝓtinus obediuit. Cui vir dei quasi ꝓ mercede panem porrexit. Mane vero dyaconus iubẽte gallo ad fluuiũ accessit vt pisces itẽ aliquot caperet. Duo aũt demones in specie mulieꝝ nudarũ eidẽ apparuerunt: sed ad orõnẽ viri dei cõtinuo euanuerunt. Cũq ad locũ ꝑcuilum deuenissent: et serpentũ ibidẽ multitudinẽ repperissent: oratiõe galli serpentes omnes inde fugati sunt vsq in ꝑsens. In ipso igit̃ loco cũ triduo ꝑmansissent: ⁊ ibi gallus locum sibi solitudinis elegisset: ad reuisendum suum hospitẽ presbyteruꝫ redierunt. ¶ Cum igit̃ ibidẽ ꝑ dies .vij. resedisset. gunzonus dux misit ad ꝓsbyteꝝ: orãs vt gallum ad se adduceret eo q filiã eius immũdus spũs inuasisset. Qui ꝑ os puelle clamabat q ideo filiam ducis oppresserat: q2 pater ei⁹ gallum abbatẽ vna cũ magistro columbano de possessiõe sua eiecerat. Hec igit̃ puella sigiberto rega fuerat desponsata. Qđ cũ rex sigibert⁹ audisset: duos ep̃os ad puellã misit vt suis eã orõnibus liberarent: Sed demon ex ore puelle eorum occulta eis obijciens illos deridebat: ⁊ q nisi a solo gallo inde posset eijci affirmabat: pater igit̃ puelle afflict⁹ iterum legatos ad presbyteꝝ vuilimarum destinauit: vt sine mora gallum sibi adduceret: vt eius filia liberationem consequi posset. Promittens illi q virum dei in constãtiẽsem ep̃m ꝓmoueret: si demoneꝫ ab eius nata expellere posset. Iam autem gallus ad locum electe solitudinis reuersus erat: ⁊ quieteꝫ mentis eligens duos discipulos in ministros assumpserat. ⁊ ad ducem venire recusans se ad italiam columbanũ recuisurum pretendebat. eo q miraculi gloriam formidabat. Tandem victus precibus legatoꝝ ⁊ vuilmari presbyteri: ioannem dyaconum ⁊ socium secuꝫ assumpsit: ⁊ nauigio ad ducem in castro burningio peruenit. Inuenitq puellam iacentem vinctaꝫ: ⁊ a demonio et diuano ieiunio tabefactam. Qui orationem ad dominum fudit: ⁊ in christi nomine demoni imperauit: qui mox ex ore eius in speciem nigri corui discessit: ⁊ fetoreꝫ sulphureuꝫ in loco dimisit. Dux vero multa ei dona obtulit: que vir dei accipiens ea postmodum omnia in pauperũ vsus expendit.

expendit. Cum aūt illum in epm̄ vellet pficere oīno renuit: sed ioannem dyaconum discipulum suū obtulit. Ad cuius nutum in eum oīs populus epm̄ constantiensem elegit. Rex autem sigibertus audito ꝙ puella liberata fuisset: misit ad patrem vt eam sibi desponsatā transmitteret. Que cum ad eum venisset: ꝛ modum liberatiōis ei⁹ sigibertus audisset. Gallo abbati pecuniā copiosā misit de qua sanctus cellam ꝛ ecclesiam edificauit. Quam rex ꝛ dux prediis: ꝛ possessionibus dotauerunt. Cum autē sigibertus sponsam suam sibi vellet cōiugio sociare: audiuit ab ea ꝙ p eius liberatione votum pudicitie emisisset. Et de consilio galli abbatis ne eius ppositū auerteret: ipsā in cenobio matrem virginū multaꝝ esse ↄstituit. ¶ Deinde vir dñi a gunzono duce ad vrbem constantiam aduocatus: vt consecrationi ioannis epi presens esset: verbū dñi in populo mirifice predicauit: ꝛ multos ab errore gentilitatis ad xp̄m conuertit. Epo quoq꜄ formam gubernande sibi ꝛ cōmisse ecclesie prebuit. Atq꜄ postmodum ad cellam suam in heremo rediit: vbi plures discipulos cōgregauit. Deinde rogatus a vulmaro presbytero: relicto monasterio ad domum eius per dies aliquot diuertit vt ei monita salutaria preberet: et cum omni populo in ipso castro verbum dñi pdicasset post dies duos febre correptus diebus xiiij. languore pressus iacuit: ꝛ cum esset annoꝝ. xc. ad extrema deductus in dño quieuit. xvij. calen. nouembris. Cuius corpus in castro burnigio sepultum est vbi ꝛ miraculis viuit.

¶ De sanctis ducentis ꝛ septuaginta martyribus. Capitulum. lxxiij.

Ducenti et septuaginta martyres xp̄i apud aphricā coronati sūt ꝛ sc̄i martyres martianus ꝛ satyrianus cum duob⁹ fratribus ꝛ maxima virgo egregia ancilla xp̄i sub psecutione vandalica gerrico rege arriano. Qui primo nodosis fustibus cesi: ꝛ vsq꜄ ad ossa laniati: cū multo tpe talia paterent: sequēti die incolumes reddebant. Postmodum aūt dura custodia mancipati ꝛ artati in neruo diuītute soluto cippo liberati sunt. Ob qđ miraculum. Maxima libertati sue reddita: materq꜄ multarū virginū effecta in cōfessione xp̄i consenuit. Sācti aūt inter mauros ferocissimos relegati: cum predicatione sua multos ad xp̄m cōuertissent iussu gergerici ligatis pedibus post terga currentium quadrigaꝝ: inter spinosa loca siluaꝝ tracti: ꝛ discerpti spūs emiserunt. xvij. cal. nouembris: vt ait ado in martyrlogio suo.

¶ De sc̄tō Magnobono epō. Capitulum. lxxiiij.

Magnobonis eps andegauensis claruit tempore dagoberti regis: quē rex fama ipsius comperta ad se accersiri fecit. Cum ergo ciuitatem ingressus esset: cōpediti q̄ erāt in ergastulis eius patrociniū iplorabāt. Ille vero iudicē adiit: ꝛ vt reos amore xp̄i solueret: exorauit q̄ ab eo repulsus dū ecclesiam intrans orasset subito cōpedibus fractis ꝛ carceribus reseratis inclusi absoluti sunt. ¶ Cū in predio q̄rtanaco eius diocesis puer a demone raptus esset: inter vepres ꝛ rupes colliditur: ꝛ semiuiuus sancto epō a parētibus offert: q̄ demonē christi nomine inuocato a puero eiecit: ꝛ ipsum sanum parentibus restituit. ¶ Quadā vice dū flumen cū socijs vellet trāsire nauē cōspexit ab alia pte fluminis ductore carētē. Sȝ dū orasset: nauis sine remige cis flumen ad eū venit: ꝛ ipsum cū socijs sine vllo gubernāte trāsuexit. ¶ Uer: tpe famis ingruentis dispensatori suo certā nummoꝝ summā pauperibus distribuendā dedit: quam ille in dispēsando duplicatā inuenit. ¶ Abbas quidam eius emulus ad eū veneno pocilandum quosdā miserat. Sed sanctus vir hoc per spiritū cognoscens nuncios abbatis benigne suscepit: ꝛ eorum intentionem eisdem aperuit: atq꜄ sic eos ad penitentiam puocauit: quieuit autem in pace vir dei. xvij. calen. nouembris. Sepultus in ecclesia sua.

¶ De sc̄tō Ambrosio epō. Capitulum. lxxv.

Ambrosius eps bituricēsi. apđ eandem ciuitatem claruit tpe pipini regis francoꝝ: qui vita ꝛ sc̄titate eximius: ꝛ doctrina presulgidus gregem dñi sibi cōmissum verbo ꝛ exēplo fideliter enutriuit: ꝛ virtutibus plenus in pace quieuit. xvij. cal. nouembris: vt ait ado in martyrlogio ex dictis hieronymi sumpto.

¶ De sc̄tō Ambrosio confessore. Capitulum. lxxvj.

Ambrosius alexandrinus cōfessor didymi auditor apud alexandriā floruit. Qui multa sapientia pollens volumen de dogmatibus multorum versuum aduersus apollinium scripsit. Commētarios quoq꜄ in iob elegantes composuit. Et tempore theodosij iunioris apud prefatam vrbem in domino quieuit. Hec hieronymus libro de viris illustribus.

¶ De sc̄tō Herone epō ꝛ martyre. Capitulum. lxxvij.

Hero eps ꝛ martyr post btm̄ ignatium antiochenam rexit ecclesiam: sicut eidem ignatio ad passionem pergenti fuerat diuinit⁹ reuelatum: qui eps factus: vt magistri viā pius imitator sequeret: pro commendato sibi grege amator christi occubuit. xvj. calen. nouembris.

¶ De sc̄tō Priuato martyre. Capitulum. lxxviij.

Priuatus martyr sub alexandro impatore rome passus est: qui cum esset miles plen⁹ vlceribus videns qualiter sanctus calepodius presbyter ꝛ martyr beato calixto pape in custodia detento: nocte cum immēso lumine apparuit: ipsumq꜄ blandis exhortationibus confortauit: ad pedes calixti pcidit: ꝛ p sanitate sua instantius exorauit. Quem dum calixtus sacro fonte perfunderet: ab omnibus vulneribus curauit: vt supra dictum est in passione beati calixti pape pridie idus octobris. Qđ audiens alexander imperator ꝛ post passionē calixti priuatum teneri fecit: ꝛ in christi confessione manentem: tādiu plumbatis cedi donec deficeret: cuius corpus asterius presbyter iuxta corpus beati calixti sepeliuit. xvj calen. nouembris.


¶ De sc̄tō Luca euangelista. Capitulum. lxxix.



Lucas euāgelista natione syrus ex antiochia ciuitate: vnus fuit ex septuagintaduobus christi discipulis vt abbas dorotheus scribit vel vt dicit hieronymus discipulus fuit apl̄oꝝ: postea paulum secutus est vsq꜄ ad passionē seruiens dño sine crimine. Hic sapiētia eruditissimus grecis sermonibus nō ignarus arte medicus extitit: pus

corporibus deinde aiabus prestãs medelã. Nã verba eius lãguentis aie sunt medicina. ¶ Hic euãgeliũ sicut audierat scripsit in grecia in partibus videlicet achaie. theophilo epo discipulo suo: cũ iam scripta essent euãgelia p matheũ in iudea litteris hebraicis: ⁊ per marcũ ĩ italia latinis. Hic terti⁹ scripsit in grecia litteris grecis. Qui etiam eodẽ greco sermõe actus apostolorũ sicut viderat ipse composuit: quem plurimi tradũt fuisse proselyton: ⁊ hebreas litteras ignorasse: eo φ quicquid scripsit greco sermone cõposuit. Euangelium autẽ suum ipse didicit ab apostolis: sicut ipse in ꝓlogo suo eidem testat theophilo. Cum enim nõ fuerit cũ christo in omnibus actibus ⁊ miraculis christi: ideo suum euangeliũ scripsit secundũ qđ apostoli: qui presentes fuerant: ipsi intimauerũt ⁊ retulerũt. Credit quoqꝫ φ ea q̃ de incarnatione dñi ⁊ natiuitate ⁊ infantia meminit: a btã vgine didicerit. Ideoqꝫ ꝑdicta sup alios euãgelistas plenius ⁊ copiosius explicauit. Nã ⁊ eidẽ dei genitrici familiarissim⁹ extitit. Cui⁹ euãgelium a paulo mirabilr approbatũ est qñ ad ꝯfirmationẽ dictorum suoꝝ luce euãgelium adducebat: vnde quidã suspicati sunt: φ quãdocunqꝫ paulus in epistolis suis dicit: secũdum euãgeliũ meũ: de luce significare volumine. ¶ Actibus vero apostolorũ ipse beatus euãgelista presens fuit: ⁊ ea cuncta oculis suis prospexit. Nam ⁊ tempore passionis domini iã xpi discipul⁹ esse ceperat: quod patet ex eo vt quidã tradunt: quia ipse alius discipulus cũ cleopha nominatim expsso fuerit: quibus dominus euntibus in emaus die resurrectiõis apparuit: qui ex humilitate nomen suũ côticuit. ipsoꝝ igitur actuũ volumẽ vsqꝫ ad quartum imperij neronis annũ texens historiã in vrbe cõpilauit: vt eius tñ scripta indicãt pauli apli sectator fuit ⁊ omnis eius pegrinationis comes indiuiduus. Nã ⁊ gesta solius pauli in actib⁹ aplicꝫ ꝓsequẽs: cũ eisdẽ volumini finẽ facit. ¶ Hic ab ineũte pueritia castissimus fuit ⁊ sine crimine vginitatẽ mẽtis ⁊ corpis semp suauit. Nã neqꝫ vxorem neqꝫ filios habuit: ⁊ in opus euãgelice ꝑdicatiõis iugiter laborauit. Crucis quoqꝫ mortificationem vt tradit ecclesia in suo corpore ꝑ nois xpi honore portauit: qr ⁊ carnẽ suã mira penitentia afflixit. ¶ Fert quoqꝫ φ lucas euãgelista artẽ pictoriam habuit ⁊ in ipsa solẽnis operari⁹ fuit Nam ⁊ rome due extant ymagines: vna xpi in sancta sanctorum: ⁊ alia dei genitricis in ecclesia sctẽ marie maioꝝ ꝑ quas deus miracula operatus tpibus ostendit: q̃s lucas dr depinxisse: formam vultus saluatoris ⁊ matris naturalẽ assimilantes: deas veraciter repñsent antea: constãtinopoli etiã alia pictura btẽ vginis habet que forme matris dñi dr esse simillima: q̃ ab eodẽ euangelista traditur fuisse figurata. ¶ Denuqꝫ beatus lucas sctitate plenus ⁊ mundicia obijt in bithynia plenus spũsancto: etatis sue anno. lxxiiij. Ibiqꝫ sepultus est. xv. calẽ. nouembris. Cui⁹ ossa regnãte ꝯstantino imꝑatore anno. xx. iperij eius: cum reliquijs andree apostoli constantinopolim trãslata sunt lꝫ ciues paduevrbis: ipm corpus ꝑsentialr fabulent se habere in ecclesia: videlꝫ sancte vginis iustine.

¶ De scto Iusto puero ⁊ martyre. Capłm. lxx.



Iustus martyr puerulus ãnoꝝ. ix. apđ ambianẽse oppidũ passus est sub rictiouaro ꝑside. Qui natus antisiodori clara ꝓsapia patre iustino matrẽ felicia: in tenera etate deo deditus spm ꝓphetie meruit obtinere. Cũ eñi pater iusti fratri quendam iustinianum noie habuisset: q de ciuitate illa dux esset adhuc puer dudũ furto sublatus fuerat ⁊ ambianũ ductus negociatori cuidã noie lupo xpiano vẽditus: adhuc in seruitute manebat. Iustus ꝑ annos. ix. ꝓphetico spũ hec oĩa patri nũciauit: ⁊ ad reqrendũ patruum omnino se velle accedere dixit. Qui tamen nũq̃ patruũ viderat nec nominari audierat: eo φ anteq̃ iustus genitus esset: ꝑ annos multos ille captus extiterat. Dũ aũt pater puerum reuocare nõ posset: eiusqꝫ verba quasi puerilia spñderet ab eo tamẽ multa victus instantia: puerum assumpsit: ⁊ ambianum secũ perrexit. Qui dum venissent ad castrum militonẽ pauperes xpianos esca refocillarunt. Iustus vero pauperi nudo reperto tunicam suam tribuit. Sed dum ambianum venissent: a ꝑdicto lupo negociatore occulte quidem xpiano ꝓpter metũ rictiouari ꝑsidis hospitati sunt. Cui causam eorum aduentus exposuerunt: ⁊ seruum quem habebat se redimere ꝑcio obtulerunt. Lupus vero oibus famulis suis conuocatis vt suum recognosceret: iustus patruũ quem nunq̃ viderat ꝑ spm recognouit: quez tñ pater ei⁹ iustiniani germanus: iam grandeuum effectum vix recognoscere valuit. ¶ Cum autẽ ꝑsidi nunciatum fuisset: φ xpiani peg. ini in domo lupi laterent. Ille iustinianũ sũ absqꝫ vllo ꝑcio libertati donauit: ⁊ ipm cum iustino ⁊ puero iusto nocte de ciuitate dimisit: mane autem custodes rictiouari ad domum eius venientes oia ꝑscrutant: ⁊ non inuẽtis illis: iussu ꝑsidis eos in equis cursoribus isequũtur. Cũqꝫ sancti iuxta fontem pranderent: ⁊ milites a longe conspexissent: puer quidẽ patrẽ ⁊ patruum inter frõdes abscondit: ipse vero in arborem speculator ascẽdit. Ad quẽ ꝑuenientes satellites: dum parẽtes nõ inuenerunt puerũ se ꝓfessum xpianum decollauerunt: ⁊ continuo abierunt. Corpus autem truncũ ꝑ seipm se leuauit ⁊ caput manib⁹ sustulit: atqꝫ ad parentes accessit. Quibus ꝓdeuntib⁹ caput lingua clare loqui cepit: deum collaudans ⁊ patrem ac patruuz admonens vt corpus suum ad ciuitatẽ beluacum delatum sepelirent: caput vero ad matrem ꝓ eius consolatione deferant. Quibus dictis corpus mortuum cecidit ⁊ spũs ad celos perrexit: lux quoqꝫ celica desuper imẽsa chorruscauit. Illi igit corpus ad territorium beluacense portantes: illud ibidem sepelierunt: ⁊ antisiodorum regressi caput matri obtulerũt: oiaqꝫ gesta narrauerunt: qđ illa vt caput martyris suscipiens reuerẽter digno loco reposuit: ⁊ ipm ꝓ reliquijs deuotionis conseruauit. ¶ Sanct⁹ aũt amator epũs post decursum tpis caput iusti martyris in illo corpore vbi ipse decreuerat collocauit: vbi puella ceca a natiuitate annoꝝ. xvi. lumen oculoꝝ recepit. In loco aũt sepulture eius in territorio beluacensi basilica eius noi edificata est. Sed in tercio tpe caput eiusdẽ beluacũ translatũ in sacrario ecclesie sctĩ petri reconditum est: passus ẽ sanctus martyr. xv. calen. nouembris.

¶ De sctã Tryphonia regina. Capł. lxxi.



Tryphonia regina: vxor quõdã decij cesaris fuit. Que post passionẽ martyrũ hyppoliti ⁊ socioꝝ hoc mõ cõuersa est. Cũ eñi decius cesar ⁊ valerianus ꝑfectus sctõs martyres hireneum ⁊ abundiũ necari in cloacam fecissent: de quibus supra in eorum passione dictum est. vij. calen. septẽbris: ⁊ elapsis diebus trigintaseptẽ ambo in carruca consedẽtes ad amphiteatrũ descẽderẽt: vt ibi sanctos martyrizari facerẽt vterqꝫ eoꝝ a demonio arreptus clamare cepit φ eum sctĩ martyres laurẽtius ⁊ hyppolytus cruciarẽt ⁊ post diras voces valerianus ibidẽ expirauit. Decius aũt ad palatiũ reductus: ꝑ triduũ a dyabolo vexabat. Tunc eius nomine tryphonia oẽs sctõs in carceribus detẽtos dimisit. Finito vero triduo decius clamãs se a laurentio torqueri miserabilr vitã finiuit. Quod videns tryphonia cuꝫ filia eius cyrilla puella vgine cõuersa est: ⁊ ad iustinũ presbyterum venerunt baptismi grãm postulãtes: q̃ indixit eis ieiunium septẽ dieꝝ: ⁊ eas postmodũ sacri fontis vnda ꝑfudit. Quib⁹ ad domũ suã reuersis: tryphonia die sequẽti orãs ad dñm cum lachrymis emisit spm: cuius corpus iustinus ꝑsbyter iuxta corpora hyppoliti ⁊ socioꝝ sepelliuit xv. cal.

xv.calen.nouembris.

¶ De scō Asclepiade epō et martyre. Cap.lxxxij.

Asclepiades epūs antiochenus et martyr apud eandem ciuitatem passus est: qui vnus fuit ex preclaro pfessor numero: qui sub decio cesare passi sunt. Hic enim pro cōfessione nominis christiani capite truncatus martyrio corona tus est.xv.calen.nouembris: vt dicit ado.

¶ De sanctis Ptolemeo et Lucio martyr. Cap.lxxxiij.

Ptolemeus et lucius cū quodam tertio martyres tempore antonini pij augusti passi sunt apud alexandriam ciuitatem. Qui ptolemeus a quodam centurione detent⁹: eo q se christianus diceret: diuq carcerali custodia maceratus ab eodem iudici vrbicio traditus est: a quo i terrogatus dum se christum colere viua voce profiteret: capitali sentētie damnatur. Dumq lucius: qui christianus occultus: iudicem de tanta impietate argueret: eo q nullius reum criminis innocenter damnasset: interrogatus quoq ab eodem se christianum fore similiter assereret: simili vltione pumēdus adiudicatur. Sed et quidam tertius pari visus libertate: pari quoq damnatione condemnatur. Qui omnes simul decollati martyrio coronati sunt.xiij.cal.nouembris.

¶ De sancto Ebbino confessore. Cap.lxxxiiij.

Ebbinus in hibernia claruit tempore mauricij imperatoris. Hic in britannia natus: a domo paterna vsq ad annū.xv. liberalibus disciplinis instructus ē. Mortuo vero eius patre ab ipsius genitrice sancto sampsoni dolesi epō oblatus ab eodē clericus factus est. Materq ipsius sacro velamine consecrata: qui postq predicto episcopo annis aliquot adhesit: vt artiori se vite traderet: ad sanctum similianum abbatem accessit: a quo in monasterio qd tauracum dicitur: monasticum habitum suscepit: qui etiam ad diaconatum promotus sancto vignalo co sacerdoti: et eiusdem loci monacho sociatur. ¶ Cum autem cum predicto sancto quadam vice itineraret: et leprosum aspectu horribilem inuenissent: et ebbinus iacentem cepit brachijs sustentare: dumq ille dolore narium torqueri se diceret: et nullum sibi adesse remedium: nisi ons anhelitum exprimeret: vignalocus compatiens nasum horridum et vicerosum in ore suscepit: quem ebbinus per latera sustinuit: respiciensq sursum: vidit crucem auream angelosq paupēri obuiantes. Tunc leprosus viros dui confortans: se christum esse protestans in nube raptus nunquā comparuit. Illi vero dño gratias agentes alter alterius meritis vicissim visionem ascribebant. ¶ Dum igitur franci britanniam deuastassent: ebbinus hiberniam petens in silua nectensi tugurium et ecclesiam paruam fabricauit: in qua deo assidue seruire cepit miraculis etiam clarens claudum vnum erexit Mulier quedam ad eum veniens pro salute filij sui paralitici longeq positi supplicauit: dicens q beata virgo brigida illam ad ebbinum misisset: vt eius filium liberaret. Qui suis orationibus filio mulieris illius salutē impetrauit. In ipso autem loco pane solus et aqua bis in hebdomada se refecit et annorum.lxxxij.in pace quieuit.iiij.cal.nouembris.

¶ De sancto Maximo martyre et leuita. Cap.lxxxv.

Maximus martyr et leuita et vir sanctus tpe decij cesaris apud ambianensem puinciā passus est. Qui cū esset plebeius patēdi desiderio inardentibus se persecutoribus palam ostendit. Et a preside cōprehensus post rñsionum eius pstantiā dū xpō cōfiteret: in eculeo suspensus ac diutius tortus est. Cui dux pses cesariā eius filiā nimis speciosā in vxorē pmitteret si dijs sacrificare pstentiret: et ille se mariā virginē dei genitricē habere sponsam assereret: ac oīno sacrificare rēnueret fustibus diutissime cedit: deinde ad carcerem duci iubet. Qui dū duceret emisit spm.iiij.cal.nouembris.

¶ De sanctis Caprasio primo et feliciano martyribus. Capitu.lxxxvj.



Caprasius martyr cū pmo et feliciano fratribus passus est in gallijs ciuitate agenēsi sub datiano pside. Cū eñi caprasius xpianus occultus timore pfidis pp̄ter rabiē persecutiōis declinās furtiue in rupis speluca lateret: audiēs qualiter btā virgo fides p xpo agonizasset: de qua supra in eius passione dictū est pridie nō.octobris alatus ad tolerātiā passionis deuenit ad dñs: vt si eū dignū gloria martyrij iudicaret: ex lapide spelūce aqua limpidissima emanaret. Qd pstāte dño statī obtinuit. Sup hec vidit p spm colūbā niueā de celo descēdentē: et coronā auro gēmisq fulgētē sup caput fidei virginis ponētē qvestibus fulgidis erat ornata: et angelis comitata. Ipa vero colūba alarū volutatiōe celesti ignem in quo virgo iniecta erat: extinxit: et ad celos subito aduolauit. Cū aūt hec ola caprasius cōspexisset: spōte ad certamē cucurrit: et xpianū se corā datiano confessus fuit. Quē ille detentū vngulis laniari fecit. Ita ve primus et felicianus fratres eius exēplo patiētie cōuerterent: et se xpm colere fate rent. Quos oēs insil vinctos: pses capite cedi mādauit. Quor corpa in eodē tumulo in agenensi ciuitate a xpianis sepulta sunt.iiij.calen.nouemb.is.

¶ De sanctis vndecim milibus virginibus. Capitu.lxxxvij.



Vndecim milia virgines cū socijs earū apd colonia passe sūt sub hunor pncipe iuliano. Quarū oīm pncipalior auctrix et signifera fuit btā vrsula. Hec filia vnica regis scotie xpianissimi nole mauri sapiētia mirabili et pulchritudine insigni pollebat. Quā rex āglie nimis ptēs missis solennib⁹ nūcijs: filio suo in cōiugiū: multis pmissiōib⁹ et blādi-


tĩs postulauit: adĩjciẽs minas: si ad eũ leges vacui reuer
terent. Pater aũt v̄ginis cũ irã regis anglie formidaret:
q̃d ageret anxiabat: nec eñi volebat deũ offendere filiã suã
hoĩ gẽtili tradẽdo: nec v̄ginis sacrũ ꝓpositũ ĩpedire: eius
pudicitiã quã deuouerat ꝑturbãdo. ¶ Uirgo aũt diui di
uina reuelatione premonita patri suasit: vt predicto regi
assensum preberet: ea tñ cõditiõe: vt iuuenis baptizaret:
et ꝑ trienniũ in fide instrueret: et q̃ sibi a patre iuuenis et a
suo .x. virgines electe et speciose ĩ socias darentur: et tam si
bi q̃ illis: mille virgines subscriberentur: et naues .xi. mu
nite ad opus earum fabricarẽtur: quatenus dicto trien-
nio per mare ludendo discurrerent: et virginitatem suam
domino dedicarent. Hoc autem virgo poposcit: vt inte-
rim coeuas suas christo virgines consecraret: et sponsum
ac patriam ad fidẽ adduceret. Quod parentes et iuuenis
fieri cõsenserunt: ipsoq3 continuo baptizato naues fabri-
cari preceperunt. Omnia igitur festinantius parantur:
virginesq3 de diuersis mũdi partibus congregãtur: et om
nes vrsule ꝑsentantur: pater autem eis honorabilem co-
mitatũ multorũ episcoporum et baronum anglie et scotie
tradidit: et necessariorum copiã ministrauit. Multi quo
q3 ad tam grande spectaculum de diuersis vrbibus con-
uenerunt. Inter quos fuit pantbulus basilieñ. episcop9:
qui eas vsque romam perduxit et inde reuersus cum eis
martyriũ suscepit. Sancta quoque gerasina regina sici-
lie: que virũ suum cõuerterat soror macirij episcopi et da
rie matris sancte vrsule: cum quattuor filiabus suis scili
cet babilla iulia victoria: et aurea: et paruulo suo hadria-
no: cum hoc per litteras patris vrsule cognouisset: relic-
to que regno in manu alterius filij: per mare in angliam
nauigauit. Cuius consilio et etiam industria tam naues
quam omnes virgines regebantur: et sic in nouam Chri-
sti militiam ab omnibus coniuratur iuxta condictũ igi-
tur triennio per mare discurrunt: et omni ludorũ genere
se exercitantes: modo belli ꝑludia incohant: modo fugã
simulant: modo aliud fingunt: quod animo occurrebat.
¶ Tandem postq̃ Ursula ad fidem et pudicitiam omnes
Christi virgines conuertisset: sub vnius diei spatio flan-
te prospero vento ad portum gallie: qui tiela dicitur ap-
plicãtes: inde coloniam sunt delate: vbi angelus domini
Ursule apparuit: et ꝑdixit eas illuc integro numero reuer
suras: et coronas martyrij percepturas. Ad cuius admoni
tionem inde venerunt basileam: vbi relictis nauibus pe
destres venerunt romam. Quas papa Cyriacus gauden
ter suscepit: quia de terra earum erat: et multas ibi con-
sanguineas habebat: plurimasq3 ex ipsis nondum bapti
zatas sacro fonte perfudit: qui diuinam reuelationem ĩ
somnis accepit: vt cũ ipsis relicto pontificatu discederet
et coronã martyrij cũ eis acciperet. Et cũ anno vno et mẽsib9
duobus et diebus viginti ecclesiã rexisset: inuitis cardinali
bus et clero romano papatui resignauit et cũ vincẽtio ꝑsby
tero cardinale et multis alijs v̄ginũ se collegio sociauit.
Et q2 inuitis oĩb9 põtificatũ reliquit nomẽ ei9 de catalo-
go põtificũ cler9 abrasit. ¶ Uidẽtes aũt duo iniqui ꝑnci
pes romane militie: sc3 maximian9 et aphrican9 q̃ ꝑ sacras
v̄gines multi ad eas vndiq3 ꝯcurrẽtes ad xp̄m ꝯuertebã
tur: explorata ear̄ via: miserũt ꝑ l̃ras ad iulianũ cognatũ
suũ ducẽ gẽtis hunor̄ vt apd̄ coloniã ꝯtra eas exercitũ du
ceret: vbi v̄gines cũ socijs trucidaret. Secuti sũt aũt eas
vna cũ summo põtifice ꝑdicto iacob9 ep̄s antiochen9 qui
de batãnia patria sua veniẽs septẽ annis ibidẽ sedẽ tenue
rat et romanã curiã visitare venerat. Macirri9 quoq3 leui
can9 ep̄s auũcul9 babile et iuliane et follari9 ep̄s lucẽsis cũ
alijs ꝑsbyter̄ et cleric̄ mult̄. Ibis et occurrit spõsus btẽ
Ursule etherius nole patre suo iã xp̄iano defuncto et ma-
tre cũ sororib9 baptizat̄: qui diuinã iã reuelationẽ habue
rat: vt spõse sue occurreret: et cũ ea palmã susciperet: qui se
cũ de batãnia socrũ donã adduxit cũ ꝑuula sorore nole flo
rentina: et quendã clementẽ ep̄m. His etiã se rome ꝯiun-
xerat marculus ep̄s grecie cũ sorore sua ꝯstãtia filia doro
thei imꝑatoris ꝯstãtinopolitani: qui cuiusdam regis filio
nupserat: sed eo ante traductionẽ morte ꝑuẽto v̄ginitatẽ
suam xp̄o deuouerat. Omnes igit̃ v̄gines cũ ꝑdictis ep̄is
et multis alijs coloniã redierũt: et ipsam iã ab hunis obses-
sam inuenerũt. In quas irruẽtes barbari velut in oues lu
pi: totã illã gl̃iosam multitudinẽ gladijs ꝑemerũt. Sicq3
coronã martyrij ꝑceperũt. Cũ aũt vidissent vrsule pulchri-
tudinẽ: manũ retraxerũt. Sz cũ impio iuliano hunor̄ du
ce nollet nubere: nec ydolis imolare: ille cõtẽptũ se vidẽs
directa sagitta eã in corde trãsfixit: et sic illa ad dñz migra
uit. ¶ Quedã aũt v̄go nole cordula timore ꝑterrita ĩ na-
ui nocte illa se abscõdit: sz ĩ crastinũ morti se offerẽs mar
tyrij coronã suscepit. Quar̄ corp9 a fidelib9 collecta: apd̄
coloniã honore cõdigno tumulata sunt: et honorabilis ec
clesia cum notabili monasterio v̄ginũ ad memoriã earũ
fabricata sunt. Passe sunt autem virgines vndecim milia
cum socijs earum duodecimo calendas nouembris. Cir-
ca annum domini .cccci.

¶ De scõ Hilarione abbate. Capitulũ .lxxxviij.


Hilarion abbas: cuius vitã hieronymus scri
psit apud egyptum claruit. Qui ortus vico
tabatha: qd̄ quinq3 milibus a gaza vrbe pa-
lestine distat: parentibus gentilibus xp̄ia
nus ipse vt rosa de spinis floruit: sed alexan
driam a patre missus in breui grãmaticaz
didicit: et in xp̄m credens: ecclesiam frequẽtare cepit. Au-
diens autez celebre nomen antonij: qd̄ ꝑ oẽs egypti popu
los ferebat: videndi eũ studio ꝑrexit ad heremũ: et statim
mutato habitu duobus mensibus secum mãsit: contem-
plans ordinem vite eius: morũq3 grauitatem. Reuersus
aũt cũ quibusdã monachis ad patriã: parentibusq3 defun
ctis oĩa pauperibus largitus est: nihil sibi oĩno reseruãs.
Sicq3 annor̄ quindecim nudus et armatus in xp̄o solitu-
dinem ingressus est: sacco tñ membra coopertus quinde
cim caricas post solis occasum comedebat. Igitur a deci-
mosexto etatis sue anno vsq3 ad vigesimuz estus et pluuias
breui tugurio declinauit qd̄ iunco texerat. ¶ Structa de
inceps breui cellula longitudine pedum quinq3 latitu-
dine paulo ampliore q̃ eius corpusculum patiebat: vt se-
pulchrum potius q̃ domum crederes. Capillos in anno
die pasche semel totondit: sup nudã humũ vsq3 ad mortez
cubauit. Saccũ quo semel indutus fuerat nunq̃ muta-
uit: nunq̃ lauit: orationi et psalmodie iugiter instabat ab
anno .xxi. incipiens tribus annis et dimidio lentem aqua
frigida madefactum comedit: deinde triennio panem ari
dum cũ sale et aqua: deinde per annos nouẽ sex vncias hor-
deacei panis et coctum modicũ olus in cibo habuit: sz las-
sus egritudine oculor̄ oleum adiecit. Et in tali ieiunio
vsq3 ad .lxiij. etatis sue annum pcucurrit. Abinde vero
vsq3 ad annuz .lxxx. pane abstinuit incredibili feruore mẽ
tis accẽsus. Fiebat aũt ei sorbitiuncula de farina et ꝯminu
to olere in cibo et potu vix .v. vncias appẽdentibus. Nunq̃
ante solis occasum gustauit: neq3 vlla solennitate ieiuniũ
soluit. ¶ Igit̃ potentissimus miraculis et sanctitate incõ
parabilis octogesimo etatis sue anno cum esset absens
hesychius: qui eum familiarissime colebat: in testamen-
ti vicem breuem scripsit epistolam: omnes diuitias suas
ei derelinquens. Euangelium videl3 et tunicam saccinã: cu
cullam et palliolum. Et postq̃ annis .lxv. deo seruierat ad
extrema deueniens spm̄ emisit .xij. calen. nouembris. Sta
tim corpus eius humo obrutum est: q2 sic ipse omnes q̃
ad egrotantez venerat adiurauit. Quod postq̃ hesychius
palestine audiuit perrexit cyprum: et corpus eius furatus
post menses .x. in palestinam nauigio detulit et in antiquo
monasterio condidit: illesis tunica et cuculla. corporeq3 in
mensis

mensis odoribus refragrante.

¶ De scō Asterio martyre. Capitulum.lxxxix.


Sterius martyr rome passus est: sub alexandro imperatore: qui a btō Calixto papa presbyter ordinatus fuit. Et post eius passionem corpus eiusdem pontificis cum clericis suis rapiens sepeliuit: vt dictum est supra in passione calixti pape pridie idus octobris. Post dies autem quinqȝ alexander imperator hoc audiens tenuit asterium presbyterum: quem precepit per pontem in tyberim precipitari. Cuius corpus apud hostiam repertum et in eadem ciuitate a quibusdam christianis sepultum est. xij. calen. nouembris.

¶ De scō Viatore confessore. Capitulum.xc.


Iator confessor ordinem lectoris tenuit: et scti iusti lugdun. epi comes fuit. Qui cum eodem episcopatum deserente nauem conscendit et ad egyptum nauigauit: atqȝ ei in heremo sedule ministrauit: vt supra dictum est in eius legenda pridie idus octobris. Quo decedente et ipse post dies. vij. prout ipsi sanctus iustus predixerat: eum ad celos secutus est. Nam et quieuit in pace. xij. cal. nouembris. Quorum amborum corpora a ciuibus lugdunensibus exinde sublata ad eorum ciuitatem relata: et in ecclesia sanctorum. vij. Machabeorum condigno cultu posita sunt. iiij. non. septembris.


¶ De scā Salome discipula. Capitulum.xci.


Alome discipula xpi fuit. Que tempore dominice passionis cum reliquis sctis feminis ad crucem astitit et circa eius sepulturam sollicita fuit. De qua theophilus et Chrysostomus dicunt: quod hec fuit mater filiorum zebedei: quod origenes sic opinatur: vnde scdm istos cum dicitur in euangelio marci Maria iacobi minoris et ioseph mater et salome: et iterum maria magdalene et maria iacobi subaudi minoris: et salome: tunc istud nomen est nominatiui casus et est nomen mulieris. Alij dicunt quod est casus genitiui: et est nomen viri quia scz fuit vna alia vxor salome. Hieronymus tamen in suo martyrologio tradit eam mulierem fuisse et in pace apud hierosolymam quieuisse. xj. cal. nouembris: vt ado dicit.

¶ De scō Marco epō et martyre. Capitulum.xcij.


Arcus epūs et martyr apud hierosolymam passus est. Hic clarissimus et doctissimus vir: primus fuit ex gentibus qui post epos ex circumcisione ecclesiam hierosolymorum regendam suscepit: de quibus supra est habitum in legenda zachei epi. x. cal. septembris. Sacerdotium igitur illius ciuitatis sancte suscipiens: non multo post pro confessione christi martyrio consummatus: victorie palmam promeruit. xj. cal. nouembris. Hec ado.


¶ De scō Melanio epō. Capitulum.xciij.


Elanius epūs tempore valeriani et galieni imperatorum claruit: apud ciuitatem rothomagensem. Qui de maiori britannia exortus cum esset gentilis romam venit vt patrie tributum solueret: et imperatori deseruiret. Cum autem venisset ad templum martis vt ibidem cum sociis sacrificaret conuersus est a sancto stephano papa et martyre ibidem predicante: et ab eodem baptizatus ipsi adhesit: quem ille per omnes gradus ecclesie ad sacerdotium vsqȝ promouit. Qui et fideliter in omnibus ordinibus domino deseruiuit. Cumqȝ die quadam pontifex celebraret: et ei melanius ministraret: angelus domini a dextris altaris extitit: quem vterqȝ illorum vidit. Qui et finita missa baculum melanio dedit: et eum vrbi rothomagensi a deo electum epm nunciauit: et vt illuc ad predicandum accederet mandauit xpmqȝ ipsi ductorem futurum promisit: statimqȝ disparuit. Melanius ergo continuo accepta benedictione a papa discessit et xpm itineris ducem habuit: veniens autem antisiodorum inuenit hominem qui casu bipenni sibi pedem in duas partes diuiserat. Quem baculo quem ab angelo acceperat tetigit: et ipsum sine mora sanauit: veniens autem rothomagum predicationis officio fideliter institit: et miraculis clarens fere totum populum ad xpm conuertit: et ministerium suum implens in domino quieuit vndecimo calendas nouembris. Sepultusqȝ est in ecclesia rothomagensi.

¶ De sancta Melania maiore. Capitulum.xciiij.


Elania maior apud hierosolymam claruit tempore valentis imperatoris: vt dicit heraclides. Hec nobilissima ciuis romana filia quondam marcelli consulis vrbano eius filio vnico pretore in vrbe relicto hierosolymam nauigauit: ibiqȝ tantis virtutibus et humilitate refulsit vt thecle nomen acciperet. Fuit enim vxor venerabilis viri: que annorum. xxij. existens vidua: relicta patrio et filio: vt dictum est: cum certis pueris et puellis: omnibus suis in naui positis: primo alexandriam nauigauit: ibiqȝ omnibus distractis sanctos patres in heremo reuisit: scilicet pambonem: serapionem: pannutium: isidorum et dioscorum: apud quos sex mensibus mansit: et eis necessaria ministrauit. Cum autem prefectus alexandrie predictos viros domini cum quibusdam epis palestinam in exilium mitteret. Melania in habitu viri eos secuta est. Quod audiens consularis palestine: vt eam terreret: in carcerem misit: sed eius nobilitatem comperiens: eam protinus relaxauit: deditqȝ ei licentiam: vt quocumqȝ vellet ad sanctos pergeret visitandos. Illis vero ab exilio reuocatis melania hierosolyme remansit: habens secum rufinum aquileie presbyterum: per cuius manus ipsa epis et clericis ac peregrinis de suis facultatibus ministrabat: et in talibus operibus per annos. xxvij. perseuerauit. Cuius sanctis orationibus filius eius vrbanus in sanctitate creuit: et nobiles nuptias contrahens: duos filios catholicos et deuotos procreauit: qui etiam matri sue plura dona mittebat vt sanctis elemosynis vberius insisteret. Hec apud hierusalem monasterium construxit: in quo virgines. l. deo seruientes posuit: in quo et ipsa etatis sue anno. lix. in pace quieuit.

¶ De sancta Melania iuniore. Capitulum.xcv.


Elania iunior cuius predicta melania fuit auia prefati vrbani pretoris extitit filia: in vrbe roma procreata. Que cum inuita a parentibus nuptum tradita fuisset: et duos filios quos genuerat: nece amisisset cepit pulsare virum de castitate seruanda: aut de licentia peregrinandi sibi concedenda. Qui licet diutius recusasset: licentiam tandem deo inspirante concessit et omnes vestes sericas in pallia altarium dedit: reliquas per ecclesiarum ornamenta distribuit: aurum omne suum et argentum per manus pauli presbyteri discurrentis continue per egyptum thebaidem antiochiam palestinam: hierosolymam et alia loca sancta: destinauit: seruos et ancillas manumisit: possessionibus pluribus venditis precium pauperibus diuisit: ceteras in subsidium monasteriorum retinuit. Sicqȝ per vxorem conuersus in virum alterum mutatus: mira penitentia se affligebat: et post alterum diem semper cibum sumebat.

¶ Melania vero in possessionibus suis cenobium construxit: vbi cum. xv. eunuchis. et. xl. virginibus et alijs ancillis suis libertati traditis deo seruiuit. Parem quoqȝ vir suus cum. xxx. monachis vitam duxit: vterqȝ ipsorum ieiunijs: lectionibus et orationibus vacans. Sicqȝ sancta dei melania bone auie imitatrix effecta: plena virtutibus in pace quieuit.

¶ De sanctis Munilione et Electa virginibus et martyribus. Capitulum .xcvi.

Munilio et electa virgines et martyres apud civitatem ostiam passe sunt: que pro confessione xpi diuturna custodia macerate: atque deinde capitali sententia punite: preciosum martyrium celebrarunt .xj. calen. novembris vt dicit ado.

¶ De sanctis servando et germano mar. Capitulum .xcvij.

Servandus et germanus martyres apud hyspaniam passi sunt sub preside viatore: qui post diram verberationem squalorem carcerum: et sitis ac famis iniuriam: et longissimi itineris laborem quem onusti ferro iubente eodem preside pertulerunt. Novissime martyrii sui cursum gladio cesis cervicibus impleverunt: ex quibus germanus apud emeritam civitatem iuxta beatam eulaliam sepultus est. Servandus vero apud hyspalense oppidum iuxta sanctas iustam et rufinam conditus est. Passi sunt autem sancti martyres .x. calen. novembris.

¶ De sancto severino epo et confessore. Cap. .xcviij.

Severinus eps coloniensis apud ipsam civitatem claruit. Qui effrate cuidam heretico successit. Nam vt scribitur in gestis sancti servatii de quo supra actum est .iij. idus maij: dum ei revelata fuisset destructio urbis treugrensis et piclavi ac principes ipsum romam pro legatione destinaret. Respondit servatius: iter non esse tutum: nisi effrata hereticus ab episcopatu deponeretur. Illico congregata synodo epor apud coloniam aggrippinam. Effrata hereticus iudicio synodi condemnatus deponitur: et severinus ordinatur. Dum autem servatius rediret ab urbe apud coloniam a severino susceptus est: qui dum nocte oraret: severinus columnam ignis super caput eius aspexit: que paulatim vsque ad se venit: in quo loco severinus ecclesiam edificavit: quam et portam celi appellavit. Quievit autem sanctus severinus in domino .x. calen. novembris.

¶ De sancto Severino boetio martyre. Capitulum .xcix.

Severinus martyr qui et boetius pro veritate interfectus sub isto nomine in catalogo martyrum scribitur: dictus severinus a severitate iudiciorum. Hic vt dicit sigibertus genere fuit symmachi patricii vinc bilis romanus vir consularis conspicuus: mira lingue eruditione politus: et liberalium artium: quas pene omnes a greco in latinum transtulit plenius eruditus: cuius vxor helphes nomine rhetorica scientia insignis: hymnos apostolorum petri et pauli per omnes et aurea luce composuit. Hic tempore theodorici regis longobardorum: qui fuit imperante zenone circa annum dni .cccclxxvj. dum dicto regi rempublicam invadenti boetius restitisset: apud eum dolo accusatus cum pluribus aliis proscriptus et in exilium missus est. Inde reductus papie incarceratus est: vbi librum de philosophica consolatione compilavit. Tandem ab eodem theodorico rege in carcere interfectus est: anno dni .ccccc xxj. x. cal. novembris. Sepultusque in ipsa papiensi civitate in ecclesia sancti petri ad celum aureum vt martyr ab ecclesia digna veneratione celebratur. ¶ Hic philosophus eximius divina et humana sapientia pollens: multa nobis ingenii sui documenta dereliquit. Scripsit enim libros de trinitate. De vnitate et vno. De ente et essentia. De duabus naturis et vna substantia xpi. De hebdomatibus. De consolatione philosophica libro .v. De scholastica disciplina. Topicorum libros Aristotelis libros quos habet bibliotheca latina: omnes fere de greco in latinum convertit sermonem. Scripsit et volumen de musica. De arithmetica. Categoricorum. Syllogismorum et hypotheticorum. De veritate ad ioannem romane ecclesie dyaconum. De eiectione primi parentis et restauratione humani generis per incarnationem et passionem xpi. Adversus eutychianos et nestorianos atque azephalos de incarnatione dni. Item contra arrianos: eunomianos et apollinaristas libros fortes: et eorum heresim confutantes.

¶ De sancto Theodorico presbytero et martyre. Capitulum .c.

Theodoricus presbyter et martyr apud antiochiam passus est tempore iuliani apostate imperatoris: sub prefecto avunculo suo iuliano. Cum enim a predicto prefecto ecclesia antiochenorum spoliata esset et xpiani vbique dispersi fuissent. Hic in ecclesia permansit intrepidus. Qui ab eo teneri iussus post eculeum et multos ac durissimos cruciatus: etiam lampadibus circa latera inflammatus est. Sed faculis divina virtute extinctis milites qui eas tenebant: angelorum aspectu territi in faciem corruerunt. Cumque prefectus quosdam xpianos occultos illorum ministerium supplere iuberet: et illi hoc facere recusarent: prefectusque ipsos examinans xpianos repperisset: iussit eos in pelagus demergi. Quos sanctus martyr hortabatur vt ipsum ad gloriam precederent. Novissime autem dum iuliani apostate: quem apud persidem divina vltio punivit interitum predicerent: occasione gladii martyrium consummavit .x. calen. novembris.

¶ De sanctis Felice epo et sociis mar. Capitulum .cj.

Felix eps civitatis tubaboccensis. audax et ianuarius presbyteri. fortunatus et septimus lectores temporibus diocletiani imperatoris in venusia civitate apulie passi sunt. Qui a quodam magnoliano curatore detenti multis diebus vinculis et carceribus in aphricam in sicilia macerati: tandem occasione gladii martyrio coronati sunt .ix. calen. novembris. Ex quibus felix eps annorum quinquaginta sex virgo et martyr ad xpm duplici cum palma migravit. Quorum corpora intra carthaginensem civitatem et vticensem sepulta sunt.

¶ De sancto Martino abbate. Capitulum .cij.

Martinus abbas apud campaniam claruit tempore iustini iunioris augusti. Qui in monte massico solitariam vitam duxit multisque annis in specu angustissimo inclusus fuit. Mox autem vt se in predicti montis foramine contulit: ex eadem petra aqua stilla prorupit: que sibi et in vsu quotidiano sufficeret: et nec plus adesset: nec necessitati deesset. Quod antiquus hostis vt eum ex antro illo depelleret amica ei bestia serpens ingressus cepit in spelunca inveniri solus cum solo eoque orante se ante illum sternere: et cum cubante pariter cubare. Sed vir dei omnino impterritus eius ori manum vel pedem extendebat: sed ipsum tamen serpens percutere non audebat. Et cum hoc quotidie per triennium ageret: die quadam inimicus eius fortitudine victus se per devexum montis latus in precipitium dedit olaque loci arbusta flamma ex se prodeunte concremavit: vt per hoc constaret quis fuerat qui ab eo victus abscedebat. ¶ Hic sanctus vir primo inclusionis sue tempore decrevit: vt vltra mulierem non videret: ne ex contemplata specie tentationem incurreret. Quod quedam mulier audiens audacter ad specum eius ascendit: vt eius propositum frangeret. At ille paulo longius intuens: et muliebria vestimenta conspiciens: in terram faciem depressit: et eo vsque in orationem prostratus iacuit: quousque impudens mulier inde fatigata discessit. Que die eodem mox vt de monte descendit vitam finivit: eo quod virum dei ausu improbo contristavit. ¶ Cum autem ad eum multi ex devotione concurrerent et semita que ad eius ducebat cellulam artissima foret: puer parvulus incaute gradiens ex monte eccidit et vsque ad vallem in profundissimo sitam ruit. Perturbati omnes querere ceperunt sicubi corpus lapsi pueri potuisset inveniri.

miri. Qui tandē in valle inuictus est non solū viuus: sȝ etiā membris oībus illesus. Sicq; oībus innotuit q̄ hunc in casu suo martini oratio portauit. ¶ In specu vero illi⁹ magna desuper rupes eminebat: q̄ martini celle pminēs: casu suo imminēte: illius interitū minabat. Ad hunc mascator nepos illustris viri armentarij veniens cum multis rusticis orabat: vt vir dei de specu exiret: donec ipse ruituram rupem de monte euelleret. Qd vir dei facere non acquieuit sed illi qd possent vt faceret: precepit: itaq; dum illorū multitudo conaret̄ sine periculo scti viri illud ingens saxum leuare: repente cunctis videntibus moles ipsa e laborantibus euulsa: ne specu martini tangeret saltum dedit: ⁊ q̄si serui dei lesionem fugiens longius cecidit. Qd angelico ministerio actuȝ fuisse vnusquisq; cognouit. Hic dū p̄us in eodē monte se contulit: catena ferrea sibi pedeȝ ligauit eāq; saxo ex altera parte affixit: ne vltra ei pgredi liceret. q̄ catene longitudo tēdebat. Qd beatus benedictus audiens eidē dicendo misit: vt si seruus esset dei: nō eū teneret catena ferri: sed catena xp̄i. Ad quam vocē martinus cōpedem soluit: sed tñ nunq̄ vltra q̄ catena extēdebat pedem mouit. Qui postmodum ibidem inclusus discipulos congregauit: qui ab eius specu seorsum habitantes aquā ex puteo hauriebant: sed funis in quo situla pendebat sepius frangebat: vnde factū est: vt catenam quam ex pede suo vir dei soluerat: funi situle alligarēt: ex quo iā tpe contigit: vt funis quotidie tingeret̄: ⁊ nullatenus ex tactu catene illius decetero rumperēt. Quieuit aūt in pace vir dñi nono calen. nouembris. Hec gregorius tertio dyalogorū capit. xvi.

¶ De sancto Maioro ep̄o. Capl̄m. ciij.

Maiorus ep̄s apud insulam sargiam britannie claruit. Hic ex eadem puincia ortus genere nobilis: soci⁹ scti sampsonis: eidē in dolensi archiepatu successit in quo duȝ verbis ⁊ exemplis ppl̄m dñi laudabiliter pasceret: ab angelo in somnis monitus: epatui cessit: ⁊ huducum sibi substituens heremum petijt: ⁊ solitariā vitam annis pluribus duxit: deinde plurium monachorū pater effect⁹ est. ¶ Qui comitē quendā ditissimū: q̄ septennio leprosus fuerat contactu suo a lepra mundauit. Comes autem p gratiarumactione medietatem vnius sue possessionis viri dei monasterio cōcessit. Sed cum dicta possessio auibus ⁊ piscibus abundaret: mox aues oēs ⁊ pisces dimissa medietate quam sibi comes retinuerat: ad aliam viri dei medietatem transierunt. Quod cernens comes ad suasiones vxoris medietatem cenobio concessam cum sua sibi retenta commutauit. Iterūq; pisces ⁊ volucres ad medietatem sancti commutatam se transtulerūt. Quapropter comes possessionem integram monasterio largitus est. ¶ Famulum quendam suum: qui dum piscaret̄: in mare cadens necatus fuerat: oratione sua a mortuis suscitauit ⁊ ab vndis ad littus incolumem eiectum reduxit. ¶ Cum fames valida omnem britanniam occuparet: ⁊ ipse ex pietate omnem populum ad se venientem reficeret. Iamq; ex tali largitione victualia monasterio deficerent: pueri quidam ex monachis meridie ad littus maris accedentes lectiones suas repetituri: nauem antiquam in littore ex vetustate derelictam: pueriliter intrauerunt: quam subito mare concrescens rapuit: ⁊ sine remorum remige absq; adminiculo quo vna cum pueris saluis ad oppositam insule ripam subito deuenit. Maioro pueris apparente: ⁊ nauem tenui baculo gubernante. Ad qd spectaculum rex puincie cum omni populo occurrens: ⁊ a pueris qui essent aut quomodo aduenissent audiens: nauem victualibus ⁊ diuitijs refertā remisit: quam similiter virtus diuina: vt prius ad pprium locum reduxit. ¶ Cum normani totam insulam deuastarent: ⁊ populus inermis ad sanctum confugisset: ille baculo rupem percussit: ⁊ in manuales lapillos diuisit: quibus populus hostes in se irruentes oppressit: eosq; in mari fugatos se precipites dare cōpulit. Hic virgo perpetuo permanens: pane hordeacco solo contētus feria quarta ⁊ sexta nullum capiebat cibuȝ: ⁊ semp ferebat cilicium. Cui in vigilia pasche oranti: ter angelus apparuit: eiq; obitus sui diem prenunciauit: de cuius manib⁹ sanctus vir eucharistiam tertia vice visibiliter sumpsit: et ix. calen. nouembris: vt audierat: ad xp̄m migrauit.

¶ De sctō Maioro martyre. Capl̄m. ciiij.

Maiorus martyr seruus generosi ⁊ nobilis viri tyburtine ciuitatis passus est psecutione vandalica sub hunerico rege: q̄ primo fustibus quasi innumerabilibus cesus: trocheis frequentibus eleuatus aliq̄n ictu celeri dimissus super lapides ⁊ silices corruebat: sed ⁊ plures plagas lapidibus confricatus: dum iam viscera pelle nudata essent ⁊ ipse ad singula constantior appareret: nouissime gladio cesus est: ⁊ apud eandem vrbem sepultus.

¶ De sanctis Chrysantho ⁊ Daria martyribus. Capl̄m. cv.

Chrysanthus ⁊ daria virgo martyres ambo rome passi sūt sub imperatore numeriano: q̄ chrysanthus alexādria ortus: cū patre polemio illustrissimo romā veniēs ab eodē liberalibus studijs traditus: cū esset ardētissimi ingenij oībus scientijs mundanis erudit⁹ ē. Et dū vniuersa librorū volumina ex curiositate discuteret: ⁊ ad libros xp̄iane fidei puenisset: cepit q̄rere: qs ei diuinas lr̄as exponere posset. Tandē a quodā xp̄iano secretissime ad carpophorū p̄sbyterū adductus est: q̄ psecutionis atrocitate seuiēte in specu mōtis occultat⁹ vix poterat a paucis fidelibus visitari. A quo chrysanth⁹ diuinis lr̄is imbut̄: ⁊ cōuersus ad xp̄m: sacro fonte pfundit̄: ⁊ catholica fide diligēter instruct⁹ post. vij. dies baptismatis sui xp̄m dñm voce publica cōfitet̄ ⁊ deos deasq; romani ppl̄i demones eē ptestat̄. Qd audiēs pater eius nūciātib⁹ ppinq̄s: cū ab imperatore plurimū honoratus esset: ⁊ dignitatem amittere formidaret: fecit filiuȝ in tenebroso carcere recludi: ⁊ cibo paruissimo sustentari. Quod vir dei ad exercitium potius q̄ ad suppliciuȝ sibi dicebat inferri. Sed quidam ex attinentibus patri consuluit vt si filium ab hac superstitione volebat eripere: elegantissime puelle coniugio traderet: vt dū disceret eē marit⁹ obliuisceret̄ esse xp̄ianus: eo q̄ afflictiones illatas: xp̄iani sibi ad gloriam reputabant. ¶ Tunc polemius triclinium sericis vestibus stratum preparauit: et Chrysanthum preciosis vestibus induit: et. v. puellas speciosas et ornatas ex ancillis suis eidem associauit. Iubens quotidiana conuiuia affluentibus dapibus exhiberi: filiumq; suum blandicijs et amplexibus puellarum se-

duci. Qui dum orasset ad dn̄m: ne a fera scʒ carnali cōcu
piscentia superaretur: continuo predicte puelle somno oppres
se: nec cibū nec potum sumere poterāt: sed educte exterius
statim euigilabāt. Iterūqʒ in triclinium introducte gra
ui sopore dormitabant. Cum autē polemius ex hoc ad mor
tem doleret: ⁊ amici eius hec oīa magie imputarent: ei-
dēqʒ cōsulerent: vt eruditā aliquā iuuēculā speciosam ad
eū introduceret: quā ille incātationibus xp̄ianorum mi-
nime superare posset. Daria virgo prudentissima ⁊ eloquē-
tissima: ac super omnes speciosa: deo veste dicata eligit ⁊ or
natissimis vestibus induta a patre rogatur: vt ad iuuenem
ingrediens: eum dijs ⁊ patri restituat sibiqʒ maritū acq̄-
rat. Que gemmis ⁊ auro radians ad chrysanthum ingre-
ditur: tantaqʒ cum elegantia sermonis alloquitur: vt si esset
ferro durior: plumbo mollior redderetur. Dum autem eam
chrysanthus de pompa vestium argueret respondit: se non
propter pompam: sed vt eum dijs ⁊ patri lucrifaceret: sic
indutam. Cum iterum chrysanthus eam reprehende-
ret: quomodo pro dijs ydola coleret: que nec se nec alios
custodire possent: ⁊ que vinculis ferreis ⁊ plumbo coarta
ta essent. respondit Daria ꝙ he ymagines propter vulg⁹
ignobile formabantur: marmore ⁊ metallo vt quos cultor
mente ⁊ sacrificijs colit: effigiata ymagine oculis perspi-
cere possit. Tūc chrysanthus cepit perscrutari: qui essent
dij quorum ymagines colebant. Et cum saturnum com-
probasset filiorum interfectorem. Jouem adulterum ⁊ in-
cestuosum ⁊ homicidiorum patratorem. Mercurium in-
cantatorem. Herculē sui ipsius occisorem: ceterosqʒ deos
flagitiosos ⁊ eorum quēlibet malorum omnium inuento-
rem: ⁊ per consequens tales deos miserrimos: nec coli de-
berent: nec deos dici: credidit daria ab eodē cōuersa am
boqʒ sancti sp̄ūs copulamini carnale matrimonium simu
labant. fecitqʒ chrysanthus occulte in domo sua dariam
baptizari. Que intra paucos dies sacris imbuta litteris
vna cum viro virginitatis perpetue votum emisit. Et tam
per chrysanthum multitudo virorum: quam per dariā mul-
titudo conuertebatur feminarum. ¶ Quapropter excitata
in vrbe seditione: chrysanthus a prefecto celerino compre
henditur: ⁊ sacrificare iubetur. Sed cum hoc recusaret: tribu-
no claudio a prefato traditur: vt diuersis supplicijs immo
lare cogatur. Quem claudius dedit in custodiam militibus
septuaginta. Qui neruis crudis eum constringunt vt sen
sim se siccantibus neruis ac ossa eius vix pertingerent li-
gamenta. Sed statim resolutis neruis: iterum fortiorib⁹
nodis vincitur: sed vincula continuo dirumpuntur. De-
inde ab eisdem pedibus in cippo mittitur: sed repente li-
gno putrefacto cippus in puluerem vertitur. Que cum mi
lites magicis artibus ascriberent: lotio chrysanthum per
fundere ceperunt: vt ab eo incantationes diluerent: sʒ aq̄
mox putentissima in roseum odorem conuersa est. Dein-
de vitulum excoriauerunt: ⁊ corio illum nudum cinxerūt:
⁊ in sole per horas plurimas posuerunt: sed corium nullam
calefactionem sentiens: in eadem viriditate permansit.
Iterum catenis ferreis vincitur: ⁊ in carcerem obscurissi
mum mittitur. Sed lux ei nimia diuinitus est infusa: et
vincula sunt resoluta. Que cum milites claudio nunciassent: iussit sanctum ad se adduci ⁊ nodosis fustibus cedi:
sed fustes in manibus tenentium solidi quasi ferrei erant
cum vero percuterent: quasi plume molles fiebant. Quod
videns claudius cum vxore hylaria ⁊ filijs iasone ⁊ mauro
ac prefatis septuaginta militibus crediderunt: ⁊ baptiza
ti omnes coronam martyrij perceperunt. De quibus su-
pra in eorum passione dictum est calen. decembris. ¶ Au
diens hec imperator numerianus chrysanthum in carce-
re iuliano obscurissimo ⁊ fetidissimo iussit recludi. Da-
riam vero ad publicum meretricum locum adduci. Sed
cōtinuo diuina misericordia chrysantho lux diuina ⁊ odo
ramenta sancta prestantur. Darie vero leo de cauea am-
phitheatri fugiens custos eius virginitatis dirigitur.
Qui ingressus cellam: vbi virgo orans prostrata iacebat:
iuxta eam se posuit: vt quasi secum videretur orare. Mitti
tur quidam nefandus vt virginem corrumpat: sed a leone
captus in terram deijcitur: qui sine lesione eum tenens:
ad sanctam vultu conuertitur: ⁊ quasi innuēs: quid de ca
ptiuo fieri iubeat: sciscitatur. Que precepit ne ipsum in nul
lo lederet: sed ad se audiendam venire permitteret. Leo
igitur eum relinquens in hostio cellule se posuit: vt nec il
le posset exire: nec alius introire. Vir autem ille viso diui-
no miraculo: ⁊ auditis sermonibus virginis: cōuersus est
ad christum: ⁊ per vrbem discurrens: deum christianorum
verum omnium creatorem proclamabat. Mittuntur ve
natores: vt leonem capiant: sed omnes a leone capiūtur.
⁊ sine lesione ante pedes darie deponuntur: ⁊ ab ea cōuer
tuntur. Tunc prefectus in celle introitu copiosum ignem
iussit accendi vt leo cū daria combureretur. Quod leo timēs: ru
gire cepit: sed eū virgo dn̄i confortauit: q̄ nec incēdio cre
maretur neqʒ ab alio caperetur neqʒ occideretur sed morte sua
moreretur: iubens vt securus per ignem egrederetur: quia
ille eum liberaret: quem leo in se honorasset. Tunc leo in
clinato capite per medium ignis illesus egreditur: ⁊ per
turbas discurrens neminem lesit: nec vllus eum exinde
vnq̄ cepit. ¶ Que omnia dum imperator audisset: iussit
celerino prefecto: vt aut chrysanthum ⁊ dariam sacrifica
re compelleret: aut diuersis penis afficeret: qui sacrifica
re nolentem chrysanthum iussit eculeo suspendi: ⁊ arden
tes ei lampades applicari. Sed continuo ligna omnia
eculei comminuuntur: vincula rupta dissoluuntur: ⁊ lā-
pades extinguuntur. Quicunqʒ vero manum ad dariam
mittebant: eorum nerui brachiorum stupebant: quod dum
imperator a prefecto didicisset: ⁊ hec omnia magicis arti
bus ascriberet: iussit eos in viam salariam deduci: ⁊ in ba
renario vtrosqʒ deponi: ⁊ viuos terra ⁊ lapidibus obrui.
Sicqʒ inuiolati coniuges in fouea quasi in vno lecto de-
ponuntur: ⁊ magis sepulturam ꝙ penam excipientes in
christi laudibus persistentes: terra ac lapidibus obruun
tur. Sicqʒ christo martyres consecrantur: ⁊ in eodem loco
vsqʒ in presens digna celebratione venerantur: passi sunt au
tem. viij. calen. nouembris.

¶ De sanctis Crispino ⁊ Crispiniano mar-
tyribus. Capitulum. cvj.



Rispinus ⁊ crispinian⁹ martyres fratres
passi sunt in ciuitate suessionensi sub ma-
ximiano imperatore agente rictiouaro p̄-
side. Ibi cū beato quintino martyre ⁊ alijs
pluribus ex vrbe roma egressi: suessionum
venerunt: ⁊ ibidem peregrini habitare ce
perunt: ibiqʒ artem sutoriam calceorum adiscentes:
de labore manuum victum sibi querebant. Ad quos pro-
pter eorum artem multi gentiles venientes: ab eis cōuerte-
bantur. Deniqʒ a rictiouaro preside detenti inuēti sunt cal-
ciamenta pauperū resarcientes: q̄ dn̄m christū confiterentur:
iussit eos preses extendi ⁊ fustibus cedi: deinde sudes in eo
rum vngulis mitti ⁊ corrigias singulas de dorsis eorum tolli.
Sed orantibus sanctis: sudes de manibus eorum exilierunt
⁊ ministros percutientes: quosdam eorum occiderunt: quos
dam vero excecauerunt. ¶ Inde mandauit preses vt liga
tis molis ad colla eorum tempore hyemis in flumine axo
na velut sub glacie mergerentur: sed eos nec aqua merge
re: nec petra deprimere nec frigus constringere potuerūt
quin proiecto onere ad ripam aliam fluminis deuenerūt
Postmodum in plumbo liquefacto deiecti: illesi permā
serunt. Uerum cum gutta plumbi in oculos presidis insi
liens ipsum excecasset. Sanctos martyres in picem et
oleum et adipem simul bullientia iactari fecit. Quos
orantes

ta ciuium cucumeris cum alijs.ccc. martyribus sepelie runt.viij.calen.nouembris.Inter hos autem fuerunt qtuor milites christi precipui scilz theodosius:lucius: marcus:ꝛ petrus.

De sctō Minyate martyre. Cap.cviij.

Minyas martyr passus est sub persecutione decij cesaris apud florentinam ciuitatem Ad quam dum decius peruenisset: minyatem tentum:ꝛ sibi presentatū:ac sacrificare nolentem: leopardo ferocissimo subijci fecit:sed orante sancto fera extincta est. Deinde ipm nudum oleoqꝫ perunctum in fornacem ardētem mitti iussit.Angelus aūt dñi vt olim cum trib⁹ pueris cum eo descendit:ꝛ flammā extinxit:ꝛ sanctus illesus oīno permansit.Tunc decius leonem ei adhiberi precepit sed signo crucis edito leo interijt.Deinde mandauit euz in eculeo leuari:ꝛ diutius torqueri: ꝛ postmodum inde deponi:sudesqꝫ ligneas acutas subvngulis manuū ipi⁹ affigi.Qui ab angelo cōfortatus : oīa supplicia patientissime tolerauit.Post hec iussit decius plumbū liquefactuz ei⁹ auribus instillari.Cui tū ipe xp̄s in iuuenis specie candida veste:vt sol facie fulgens apparuit:eūqꝫ consolatus ad tolerantiā ꝯstantius armauit.Inde mandauit cesar aures illius ferro pforari:sed appente iterū ei āgelo qdā ex ministris eum videns conuersus est.Deinum decius minyatem ad templū martis adduci fecit:ꝛ eidem auri ꝛ argenti et gemmarum quantitatem non modicā obtulit:si sacrificare vellet eo ꝙ ipsum antiqua amicitia plurimū dilexisset.Dū autem oīno imolare recusaret.Jubēte cesare decollatus est.viij.cal.nouēbris.Et sepultus est a xp̄ianis in ciuitate florentia. Sanctus phrdianus eps florentinus ecclesiam minyatis martyris trans flumen arni possitam sepius visitabat.Cum autem die quadam inundatione nimia flumen naui transiri non posset:ꝛ naute quidam vltra flumen existerent:sanctusqꝫ eps transire curaret:nautesqꝫ illi periculo postposito: beati martyris confisi meritis ad epm transuadandum venire disponerent:subito se citra flumen inuenerunt: ꝛ epm transportantes sine periculo fluuium transierunt. Tunc sanctus eps eisdem p spm nunciauit:ciuibus illis hoc a deo sanctum minyatē obtinuisse:vt nemo in aqua illius fluminis necari posset.Quodvsqꝫ hodie ita extitisse refert:vbi postmodum ecclesia in honore scti phrdiani epi fabricata est.

De Phrontone epo. Capsm.cix.

Phronto eps apud petragoricē.ciuitatem claruit.Qui ex eadez vrbe oriūdus a iuuentute deo deuotus. Rome a beato petro baptizatus:ꝛ epē ordinat⁹: ad eandē ciuitatem cum gregorio presbytero ad predicandū missus est: vex post dies tres itineris mortuo gregorio frōto ad petrum redijt : acceptoqꝫ ipsius baculo sup corpus defuncti illum posuit:ꝛ socium excitatū de morte recepit. Sicut de hoc supra dictum est in passione petri apli.iij.calen.iulij:veniens aūt phrōto ad ciuitatē petragoricā,vbo ꝛ exemplo multos ad xp̄i fidē conuertit.ꝛ.lxx. monachos ibidem ad seruiendū dño congregauit. Sed a prefecto ciuitatis squirio noīe:persecutionez passus est: qi quos iste baptizabat:ille decollabat:vnde ipse sumptis seminibus olerum monachos suos assumpsit:ꝛ heremū desertissimā petijt:veniens autem ad locum super fluuium dordonem draconem ingentem:ꝛ serpentum multitudinem ibidē habitantem:xp̄i v̄tute fugauit. Ibiqꝫ cum fratribus deo seruire cepit:ꝛ olerum semina seminauit.Deficientib⁹ vero eis cibis:angelus dñi squirio presidi per noctez apparuit ꝛ ei diuinā vltionem cōminat:nisi sanctis viris subueniat pereuntibus fame.Ille vero territus amicos consulit:sed quo scti viri abissent:penitus inuenire nō valuit.Post dies tres nocte iterū angelo eidem apparente plagis pcussus est.Qui amicis iterū ꝯsultis.lxx. camelos cibis monachorum onerat : ꝛ deo phrontonis eos cōmendat. Qui duce dño ad heremū sancti viri recto itinere puenerunt.Sanctus autem eps onera in edicitatem deposuit: ꝛ cuz reliquo camelos remisit.Qui eadē via qua venerant reuersi sunt ad dñm suum.Qd cernens preses in xp̄o credidit:ꝛ phrōtonem inuestigatum adijt: atqꝫ gregorius ab eo vocatus sacrum baptisma suscepit:eidēqꝫ in heremo de cetero ministrauit.Sanctus autem vir post multos labores in pace quieuit.viij.calenđ.nouembris.Sepultus petragorice virtutibus clarens.

De sctō Demetrio martyre. Capsm.cx.

Demetrius martyr apđ thessalonicā ciuitatem passus sub maximiano imperatore. Hic a sua iuuentute xp̄ianus ꝛ deo seruiens nobilis fuit ciuis ipsius thessalonice ciuitat̄ ꝛ miles strenuus.Qui etiā xp̄m dñm p̄dicabat:ꝛ multos ad fidem cōuertebat. Ingressus autem imperator thessalonicā:audiens de demetrio ipsum cōprehendi fecit:ꝛ in carcerē mitti.Erat autem cum imperatore gigas fortissimus ꝛ aspectu terribilis noīe libe⁹ Qui de mādato augusti cū xp̄ianis dimicās eos brachijs ad se cōstringēs ad terrā allidebat:statimqꝫ spm̄ exhalabāt.Multi etiā alij ab īperatore diuersis penis affligebātur.Cū aūt demetrius esset in carcere posit⁹:scorpionem iuxta pedes suos cauda eū pcutere satagentē vidit:quem edito crucis signaculo statim extinxit.Cui orāti cōfestim angelus apparuit:atqꝫ in xp̄o confortatus coronam capiti eius imposuit.Verū dum imperator cogitaret demetriū cum libeo experiri. Nestor quidam christianus se nocte sancto demetrio obtulit dicens ꝙ certamen hoc assume



Duardus cōfessor rex illustris anglo♃ ge-
nerosa ꝓgenie ortus filius regis elreduit
enie regine richardi ducis normannorum
filie: diligenti parentum cura nutritus ab
annis puerilibus sctisq̄s informatus est
disciplina. Qui adhuc puer existēs: ꝓpter
danorū ꝓcellā sementiū in anglia ductus est in neuitriā
in suita domo: vbi opa puerilia deserens: xp̄i fuitio se mā
cipauit: beatāq̄ dei genitricē ꝫ petrum apostolum atq̄ euā
gelistam ioannē in patronos sibi speciales assumpsit. Tā
dem parente defuncto: frat re ipsius inaudita crudelita-
te perempto eduardus timens: se dn̄o ꝯmendauit. Exp̄e
ctans quoq̄ donec post modicū tp̄s barbarica pestis cessa
uit: ꝫ tūc a baronibus in regnū inductus: ꝫ cū gl'ia apud
lugdunū in die sctō pasche ab ep̄o coronat⁹ est. ¶ Regna
uit aūt tp̄ibus henrici tertij imꝑatoris: ꝫ regnū optima
pace gubernauit ꝫ sctissime deuixit. Egicā godini filiam
liberalib⁹ artib⁹ imbutā vxorē duxit: quā adeo ꝑsuasit: vt
castitatē suātes solo nōie ꝯiuges ambo vgines ꝑmanse-
runt. Fuerat autē godinus ꝑdictus ꝯspirator in necē fris
regis eduardi. Dū aūt die quadā cum rege in mēsa discū
bens se iuramento de morte fratris excusaret: ꝑiculo offe
bens se iuramento de morte fratris excusaret: ꝑiculo offe-
quā comedebat: subito offa quā in ore posuit suffocat⁹ est
Filius quoq̄ eius eadē die ab equo in carensem fluuiū ꝑ
cipitatus necatus est. Mater vero ei⁹ vxor godini ictu ful
minis interyt. Sicq̄ oēs q̄ mortis fratris regis ꝯscij fue-
rāt: vltio diuina vindicauit: sola regis ꝯiuge q̄ innocēs in
de fuerat incolume ꝑmanēte. ¶ Rex iste tāte fuit grauita
tis: vt vix non sine maxima cā puocaret in risū: vnū ꝫ semel
cū die pasche post prādium valde rideret: ꝫ ex hoc oēs mi-
rarent: dixit rex q̄ ꝑ sp̄m viderat .vij. dormientes in celio
monte: q̄ dudū sup latus dextrum iacuerant: se vsos esse
in sinistrum: q̄ donec sic manerent: multe in orbem ꝑsecu
tiones future forent. Sed post decursum anno♃ .c. iter♃ ad
latus dextrum se verterent. Directi sunt aūt a baronibus
nuncij ex anglia in greciā ad montē ꝑdictum ꝓpe ephe-
sum ciuitatē. Qui ꝑ oia sicut rex dixerat ꝯtigisse inuene-
runt. Nā donec illuc nūc ꝑuenerūt: oēs ephesiorū ꝑpli
q̄ .vij. dormiētes in sinistrū vsi fuissent penit⁹ ignorarūt
Qui tū modicis antea diebus sup dextrū latus illos co
gnouerant dormientes. ¶ Hic etiā rex circa paupes libe
ralissimus ꝫ humilis fuit. Nam die quodā pauperem cō-
tractum incedere non valentem ꝓprio latore carentē de-
uotus rex in humeris suis assumpsit: ꝫ ip̄m a regali pala
tio vsq̄ ad sctī petri ecclesiam baiulauit. Hic etiam sepi⁹
in hora ꝯsecrationis xp̄m in carne ꝯspexit in manibus sa-
cerdotis. Qui regno feliciter disposito q̄euit in pace āno
dn̄i .M.lxv. iij. idus octobris. Sepultus iuxta bti petri
altare: vbi ꝫ miraculis pollet.

¶ De sctō Eduardo rege ꝫ marty. Cap̄lm .lviij.



Duardus martyr rex sctōs anglo♃: fili⁹ egdari
regis: vna cū p̄re annis duob⁹ cū dimidio re-
gnauit. Tūc visa est stella cometes apud vicū
regium q̄ oī calua: significās ꝑsecutiones in
regno subsequentes. Naꝫ clerici intrusi ꝫ cri
minosi a suis ecclesijs: ꝑ dunstanum archiep̄m cantua-
riensem expulsi: noua ꝑlia suscitarunt: oībus pene eccle-
sijs deuastatis: quos tamen vltio diuina puniuit: vt supra
dictum est in vita sctī dunstani .vij. idus septembris. Cuꝫ
autē mortuo egdaro rege eduardus adhuc iuuenis esset
ꝫ elfrida nouerca eius olim regis vxor: filiū suū ꝓpriū pue
rulū necdū anno♃ .vij. regē facere ꝓcuraret: ꝫ ob hoc cum
q̄busdā ex baronibus cōspirasset. Dunstanus eduardum
vtpote cui regnū tanq̄ ꝑmogenito de iure debebat: cōtra
votum illo♃ coronauit: vnde ꝫ regina turbata in mortē re-
gis machinari cepit. Cū aūt die quadā eduardus de vena
tione fessus rediret: ꝫ illa sitienti poculū porrexisset satel-
les ab eadem inductus: regē potantem sicca ꝑcussit ꝫ occi
dit. Et cuꝫ sero esset circa corpus ipsius subito diuina lu
minaria micuerunt. Cuiusq̄ tactu claudus gressuꝫ ꝫ mu
tus loquēdi vsum continuo recuperarunt. Cūq̄ ad corpus
eius elfrida regina in equo venisset: vt quasi se de nece ei⁹
inculpabilem simularet: dum redire vellet: equus se inde
nullo modo mouere potuit mutatoq̄ alio equo sibi ꝫ ter-
tio: sicut ꝫ prior ꝯtigit: vnde ab oīb⁹ de morte regis rea iudi
cata est. Sepult⁹ est aūt rex ꝯdigno martyris honore mi
raculis clarēs. Elfrida vero regina videns vltionē: quā de⁹
fecerat in clericos ecclesia♃ ꝑsecutores de homicidio cōdi
gne penituit: ꝫ in melius vitam mutauit.

¶ De sancto Theophilo episcopo ꝫ con-
fessore. Cap̄lm .lix.



Theophilus ep̄s apud antiochiā floruit.
Qui sextus a btō petro ap̄lo eiusdem eccle
sie sedem tenuit: ꝫ vir eruditissimus mul-
ta sapiētia claruit: plurimosq̄ libellos cō
pilauit. In testimoniū libros .iij. ad ana-
tholium scripsit. Aduersum hermogenis
heresim alium. Extant eius ꝫ alij elegantes ad edificatio
nem ecclesie ꝑtinentes: ꝯposuit ꝫ contra martionē librum
vnum. Sup euangelio ꝫ ꝓuerbijs salomonis ꝯmētarios
se legisse beatus tradidit hieronymus: q̄ cum superiorum
elegantia non videntur sibi congruere. Qui etiam marci
antonini imperatoris temporibus: in pace quieuit tertio
idus octobris.

¶ De sctō Theophilo confessore. Cap̄lm .lx.



Theophilus ꝯfessor in ciuitate cilicie claruit.
Qui cum esset ecclesie vicedominus ecclesia-
sticas res ꝫ tpe moribus ꝫ scientia precipuus
optime gubernauit: quem clerus ꝫ popul⁹ ni-
mium diligebat vacante vero ep̄atu: ipsuꝫ in
pontificem oīs populus elegit: sed theophilus se indignū
iudicans oīno recusauit. Ad metropolitanum aūt violen
ter a populo ducit: ꝫ in ep̄m sibi dari ab oībus postulat.
Sed ipse penitus renuens: vix ab ipo dimittit ꝫ alius in
ep̄m consecrat. Post dies modicos ad suggestioneꝫ emu
lorum quorūdam theophilus ab ep̄o de officio deponit: ꝫ
in locum eius quidam ex aduersarijs surrogat. Desperās
iste iudeum magum adijt: ꝫ eius auxilium implorauit.
Quem ille nocte extra ciuitatem adduxit: ꝫ diligēter mo
nuit: ne crucem sibi imprimeret aut xp̄m vel vginē noiaret
Uocante aūt mago demones infiniti holes cādidati ei-
dem apparuerunt: q̄ cum cereis ardentibus ad regē ipso♃
dyabolum in throno aureo sedētē: illū adducūt. Pro quo
iudeus genu flexo ipsius auxiliū postulauit. Ille theophi
lum officio restituēdū ꝫ maiorē adhuc faciendū ꝓmittit:
dū tū hic xp̄m ꝫ matrē eius abnegaret dyabolo ꝓfessionē
faceret abnegationis chirographū manu ꝓpria scribe
re. Theophil⁹ ergo abnegationē fecit ꝫ chirographū scri
bens dyabolo tradidit. Reuersus aūt mox die sequenti
ab ep̄o accersit ꝫ expulso emulo in officiū remittit ꝫ vltra
q̄ prius honorat. ¶ Post dies aūt aliquot: theophilus
resipiscere cepit: ꝫ peccatum suum deflens per dies qua
draginta matrē mīe inuocauit. Quib⁹ elapsis gl'iosa re-
gina eidē nocte media apparuit: ꝫ eidem salutem spopon
dit ip̄m tū: vt adhuc in oīone persisteret: admonuit. Qd
cū ille fecisset post triduū iter♃ eidē vgo btā cum splendo
re nimio astitit: ꝫ eius pctm̄ ei dimissum a deo nūciauit.
Cū aūt ip̄e pro chirographo confecto nimium anxiaret:
die sequenti dei genitrix eidem in somnis apparuit: ꝫ chi
rographum supra eius pectus dimisit: qd̄ ille excitat⁹ in
ueniens ad ep̄m celebrantem accessit ꝫ corā oī ꝑplō pctm̄
suum confitens: cuncta vi sibi gesta narrauit: eiusq̄ chiro
graphum cunctis ostendit: qui ex luce a vgine contracta
facie vt sol resplendere visus fuit: ꝫ in eodem loco per tri-
duum in

duum in oratione pseueravit. Tuncq; sequentiā illā ꝯposuit Aue maria gratia plena dñs tecum virgo serena: in q̄ ⁊ de seipso: ⁊ de eius miraculo mentionē facit. Et elapsis tribus diebus ad xp̄m migrauit. In cuius trāsitu audite sunt voces angelice ꝯcinentes. Sepultusq; est in ecclesia cilicie: per quem deus multa miracula ostendit.

¶ De sanctis faustino Januario ⁊ Martiale martyribus. Capitulum.lxi.

Faustinus: ianuarius: martialis: martyres in hyspanys ciuitate corduba passi sunt: q̄ pmo eculei pena cruciati: deinde supcilys excoriatis: auribus quoq; ⁊ naribus precisis: dentibus etiā supioribus euulsis ad vltimum ignis passione gloriosuȝ martyriū consummauerunt tertio idus octobris: vt ait ado in martyrologio suo.

¶ De scō Calixto papa ⁊ martyre. Capitulum.lxij.

Calixtus papa ⁊ martyr: huius nois pmus natione romanus ex patre demetrio de regione vrbis rauennatis zepherino romano pontifici in ep̄atu successit ⁊ sedit annos qnq; mēses duos dies.x. Hic ꝯstituit ieiunium die sabbati ter in anno fieri: frumenti: vini ⁊ olei scdm ꝓphetam Adhuc quoq; iuxta quattuor anni tpa: quattuor indixit ol ecclesie ieiunia: pmum vernale: scdm estiuale: tertiū autūnale: quartum hyemale: in qbus etiam precepit ordinationes fieri: qđ nec ipse: nec alius qlibet romanoꝝ pontificum a btī petri vsq; ad sancti siluestri tpa legal celebrasse ordinationes nisi in mense decēbris. Hic idē ꝓhibuit: vt in accusatione presbyteroꝝ infames ⁊ suspecti ⁊ inimici nō susciperent. Eos vero hereticos noiauit: q̄ dicunt sacerdotes post lapsum si dignā egerint penitentiam: nō posse ad pristinos redire honores. Hic fecit ecclesiam scē marie transtyberim: ⁊ cymiteriuȝ in via appia ꝯstruxit: qđ suo noie vocal cymiteriū calixti ad catacūbas: vbi ꝙplurima multitudo martyꝝ sepulta est. ¶ Huius tpe īperāte alexandro: pars eminentior capitoly diuino incendio cōcremata est: ⁊ sinistra manus aurea ydoli iouis fulmine liq̄facta est. Tunc sacerdotes ad impatorē venerūt: petentes vt dy irati sacrificys placarent. Dū ergo offerrēt celo sereno mane die iouis repente diuino fulmine quattuor sacerdotes ydoloꝝ mortui sunt: ⁊ ara iouis ꝯcremata est: et sol obscuratus est: ita vt ppls fugeret extra muros. Cum aūt palmatius ꝯsul audiret ꝙ calixtus cū suis clericis et multis xp̄ianis trāstyberim latitaret: rogauit impatorē vt xp̄iani ꝑ quos hoc malum ciuitati ꝯtigerat: ad purgationē vrbis penit⁹ delerent. Qui dū de mādato impatoris cum militibus trāstyberim ꝑperasset: vt calepodiū p̄sbyterum cum alys xp̄ianis ꝯpꝛehenderet.x. milites: q̄ domū intrauerāt: excecati sunt. Qđ alexāder ꝯspiciēs: iussit omnem ppl̄m ꝑ liberatione militū deo mercurio imolare. Sȝ cū vna ex vginib⁹ paganoꝝ arrepta a demonio: deum xp̄ianoꝝ verū ⁊ vnicum acclamaret: ꝯuersus est palmatius cōsul: ⁊ cum vxore ⁊ filys ac oī familia numero.xly. baptizati sunt a scō calixto papa. Cōuersus est ⁊ simplici⁹ senator: ⁊ felix cū filia sua bāda: quā p̄fat⁹ palmati⁹ a paralysi liberauit: q̄ oēs ab eodē pōtifice baptizati: d:cēti sunt vna cū calepodio p̄sbytero ⁊ ab īperatore alexādro pariter decollati: vt hec oīa supius dicta sunt in passione calepody ⁊ socioꝝ.vj. idus may. Quoꝝ olim corpa calixtus pontifex in suo cymiterio sepeliuit. ¶ Deinde alexāder impator calixtū papā detētū.v. dieb⁹ sine cibo ⁊ potu manere fecit: deinde fustibus cesum in custodiā artissimā recludi. Cui ꝑ noctē apparēs beatus calepodius martyr cū ingenti lumine: ipsum in timore dñi ꝯfortauit. Qđ cernēs miles qdaȝ noie ꝑuatus: q̄ erat vlceribus plen⁹ ad pedes eius ꝓcidit: ⁊ ꝓ sanitate sua exorauit. Quē cū calixtus sacro fonte perfunderet ab omnibus vulneribus sanauit. Qđ audiens alexander iussit calixtuȝ ꝑ fenestrā domus in qua tenebatur p̄cipitari: corpusq; eius in puteum demergi ⁊ in eo rudera cumulari. Asteri⁹ vero presbyter corpus eius de puteo eleuauit: ⁊ in cymiterio suo sepeliuit ꝓdie idus octobris.

¶ Hic fecit ordinationes qnq; per mensem decembrium p̄sbyteros.xv. dyacones quattuor ep̄os ꝑ diuersa loca numero.xix. Et cessauit ep̄atus dies.vj.

¶ De scō Gaudētio ep̄o ⁊ martyre. Capitulum.lxiij.

Gaudentius ep̄s ariminēsis ⁊ martyr passus est apud eandē ciuitatē tpe ꝯstanty imperatoris. Qui ex ciuitate ephesiorū exortus: fidei documentis eruditus: adhuc cathecuminus: ad vrbē romā veniēs tpe damasi pape: a quodā iustino p̄sbytero sacrum baptisma suscepit: ⁊ apd̄ quādam matronā nobilē nomine eufiticā hospitio se recepit Quam adhuc gentilem: sua p̄dicatione ad fidem xp̄i conuertit: ⁊ ad scēm damasum papā adduxit: q̄ eā sancti fontis vnda ꝑfudit. Damasus aūt pontifex cum de origine ⁊ religione gaudenty ab eo cunctatus audisset: eum secuȝ accersiuit: ⁊ pmoq; clericū fecit: quē ⁊ in sui seruitio detinēs post biennium leuitā ordinauit: deinde post septennium ad sacerdotiuȝ pmouit. Qui sedula exhortatione: populo iugiter vbū dñi p̄dicabat ⁊ miraculoꝝ gloria clarescebat. ¶ Nā qdā miles romanus nomine tersensius a dyabolo obsessus est: clamāte demone per os ei⁹ ꝙ nisi illuc gaudentius presbyter veniret: inde nunqȝ discederet. Gaudētius ergo de mandato pape ꝓ eo missaꝝ solennia celebrauit: deinde sacrā eucharistiā viro offerens: demonē ab eo in fumi specie eiecit. Quo miraculo multi paganoꝝ ꝯuersi sunt. ¶ Cū autē ariminensis ep̄s defunct⁹ esset: ⁊ ppl̄s ipsius vrbis ad papā ꝓ petēdo pontifice accessisset. Damasus gaudentium ep̄m ꝯsecrauit: ⁊ ariminum in pastorem cum ppl̄o destinauit. Qui pmum ad ciuitatē q̄ martiana dicebal adueniēs diebus.x. ibidē morā traxit: ⁊ ppl̄m multum ibidem existentē in fide xp̄i erudiuit: queȝ miles gentilis q̄ diuduȝ egrotus in lecto iacuerat: eius fama cōperta ad se ingredi fecit: ⁊ vt se ab infirmitate illa curaret humiliter supplicauit. Sanctus autē ep̄s orōnē p̄misit: ⁊ militē manu tenēs de cubili sanum erexit ꝯuersumq; ad dñm cum ꝯiuge filys ac suis.xxiy. numero baptizauit. Post hec ex ipa ciuitate discedēs ariminum deuenit. Et dum esset in itinere socys vino carētib⁹ ⁊ nimium sitientibus aquam in vinum conuertit: ⁊ comitibus ꝓpinauit. Ingresso autem ciuitatē occurrit illi oīs ppl̄s cum multitudine languentium diuersis egritudinibus oppressorum: quos oēs ꝯtinuo in xp̄i nomine sanos effecit. ¶ Sȝ ꝙpmum in ipsa vrbe missam celebrauit: mox ydolū martis in medio adhuc foro positum cecidit: ⁊ ꝯfractum est ceteraq; omnia simulacra ī diuersis locis posita sūt corrue-

runt. Quo miraculo multi gentiliũ ad xp̃m cõuersi sunt.
¶ Quedã neptis eufitice patricie: q̃ gaudentiũ hospitio
rome susceperat: a demonio vexata ad btm̃ gaudentiũ ari
minum adducta: et ab eodẽ est cõtinuo liberata. Hic san-
ctus vir sua predicatiõe ariminensem pplm̃ ad fidẽ xp̃i p̄
duxit: multas eccl̃ias cõstruxit et dedicauit: multosq̃ p̄sby-
teros et alioꝝ ordinum clericos ordinauit. Inter quos leo
nem p̄sbyteꝝ et marinum dyaconum viros sanctos: qui de
dalmatia illuc venerant cõsecrauit: vt dictum est supra in
gestis marini cõfessoris p̄die non. septembris. ¶ Post hec
cum de mandato cõstantij imperatoris apud ariminum ci-
uitatem: cõcilium epoꝝ cõgregatum esset: multiq̃ arriani
fulti presidio augusti: pauci vero epi catholici cõuenissent
Gaudentius p̄ defensione catholice fidei: arrianis viriliter
ter restitit: sed q̄ eis oĩno se obuiare nõ posse vidit: eorum
vesanie cessit: et cũ sanctis theophilo populeñ: et mercuriali
liuiensi epis: nocte liuiã clandestine pperauit. Post dis-
cessum vero arrianoꝝ: ad sedem suã rediit: et cõuocata syno
do catholicoꝝ que ab arrianis decreta fuerant reuocauit
quendam quoq̃ martianum presbyteꝝ hereticum: nolen
tem ad ecclesie vnitatem reuerti damnauit et de eccl̃ia eie
cit. Quod audiens martianus pconsul: q̃ dicti martiani p̄s-
byteri ppinquus erat: epm̃ durius increpauit: et multis
conuitijs exprobrans: mortis ei minas intentauit. Que3
mox malignus sp̃us inuasit et durissime vexare cepit. Cu-
ius rei cã milites pconsulis gaudentiũ detestãtes: ip̄3 ma
ne ante solis ortum clanculum orantẽ cõprehenderũt et q̃si
in vltionẽ dñi sui extra portã vinctũ eduxerũt: et tãdiu fusti
bus et lapidibus tutuderunt: donec ipse in dño cõmendãs
et p̄ ipsis etiã persecutoribus exorans sp̃m exhalauit p̄die
idus octobris. Cuius corpus in loco qui dr̃ ad lacu3 in fo
ueam maximã piecerunt terra illud ac lapidibus obruẽ-
tes. ¶ Post annos vero. lx. cum locus sepulture ei9 cun
ctis esset ignotus: mulier queda3 erat ceca in ciuitate ce-
sarea: siue ceruia: nole abortiua. Cui p̄uisum angelus ra-
phael cum papa damaso apparuit: et quis vter eoꝝ esset
nominauit: aceidẽ imposuit: vt si lumen oculoꝝ recipere
vellet: ad ciuitatem ariminensem veniret: et ciuibus nun
ciaret: vt corpus sancti gaudentij in tali loco diu occulta
tum requirerent: et honorabilius tumularent. Signum
quoq̃ ei dederunt: q̄ mox inuento corpore: ipsa lumen re
cuperaret: sicq̃ illi eam vera dixisse comprobarent. Cũ au
tem mulier iam de tali visione cõfidens: sed ductore cogi
tans iter sola arripuisset: leuem arundinem in manu sua
persensit: et ex altera parte ductorem preuium intellexit
summitatem arundinis petentem. Quo duce ad ciuita-
tem ariminum peruenit: et visa ciuibus patefecit: qui vna
nimes ad locum ostẽsum accesserunt: et terrã effodientes
odorem mirificum senserunt: corpusq̃ sancti repertum de
fouea eduxerunt: statimq̃ mulier vt predixerat: lumẽ ocu
lorum recepit. Multi quoq̃ languentes a diuersis infir
mitatibus curati sunt. Corpus autem sancti martyris in
tumulo marmoreo collocatum est: et ecclesia eius nomini
desuper edificata.

¶ De sctõ fortunato epõ. Capitulum. lxiiij.

Fortunatus eps̃ tudertine ciuitatis circa
tp̃a iustini imperatoris claruit. Qui in effu-
gandis spiritibus immense virtutis gratia
pollebat: adeo vt aliq̃n ab obsessis corporib9
legiones demonũ pelleret: et orõne sua eorũ
multitudines superaret. ¶ Iuuenis q̃da3
de tuscie partibus vxorem duxerat: que ad dedicationem
ecclesie beati sebastiani martyris fuerat inuitata: q̃ no-
cte precedente voluptate carnis deuicta: a viro suo se ab
stinere non potuit: et mane hoies plusq̃ deum erubescẽs:
ad cõsecrationem accessit: mox vero vt beati sebastiani re-
liquie in ecclesiam sunt delate: malignus eam sp̃us inua
sit: et coram omni populo vexare cepit. Quam presbyter ip
sius ecclesie altaris sindone cooperuit: sed hunc repente si-
mul dyabolus inuasit: q̄ vltra vires ppias quicq̃ p̄sum
p̄sit. Puella igit domum delata magis quibusda3 tradit
liberanda: a quibus ad fluuium ducit: et in aquam demer
gitur: atq̃ diutius incantat. Sed oĩpotentis dei iudicio:
dum peruersa arte ab ea vnus demon expellit: in eam subi
to legio demonum intrauit: totq̃ motibus cepit agitari
totq̃ vocibus perstrepere: quot spiritibus tenebat. Qua3
parentes eius ad fortunatum epm̃ adducentes: culpam
eius cõfessi sunt. At ille eam secum pluribus diebus deti-
nuit: et orationi instanter incubuit puellamq̃ incolumẽ et
plene liberatam remisit. ¶ Alio quoq̃ tempore ex obses-
so homine sp̃m malignum eiecit: q̃ occumbente sole in for
mam se peregrini transmutauit: et per ciuitatem vadens
clamare cepit q̄ fortunatus eps̃: qui sanctus putabatur
peregrinum de suo hospitio reppulisset. Quem vir quidã
mala intentione: vt epm̃ diffamaret: hospitio suscepit: et
cum vxore et paruulo ad prunas sedens: peregrinum: vt se
calefaceret: iuxta ignem posuit. fortunatoq̃ de eius inhu
manitate et q̄ esset hypocrita detrahere cepit. ¶ Post mo
dicum autem: qui peregrinus videbat: paruulum filiũ ei9
inuasit et inter prunas pijciẽs: ala3 eius excussit: statimq̃
disparuit: et quis fuisset declarauit. ¶ Alio etiam tempo
re quendam cecum signo crucis super oculos eius edito
pristinus illuminauit. ¶ Preterea equus cuiusdam mili-
tis in rabiam versus fuerat: qui a multis detineri neq̃bat:
sed omnes morsibus lacerabat. Sed dum sanctus vir ei9
capiti extensa manu signum crucis edidit cunctam eius
rabiem in mãsuetudinem immutauit. Tunc miles equũ
mansuefactum sancto epo decreuit offerendũ. Ille aute3
dum recipere recusaret: victus precibus dignum preciu3
tribuit: et sic equum oblatum recepit. ¶ Die quadam go
thi ad tudertinam ciuitatem venientes duos pueros ra-
puerunt. Quorum ducem eps̃ ad se vocans p̄ pueris redi
mentis qualecunq̃ vellet precium obtulit et tm̃ vt pueros
redderet: sollicite requisiuit. Et cum p̄ redemptione pue
rorum biduo institisset: gothus eũ oĩno audire recusauit
sanctumq̃ virũ cõtristatum valde dimisit. puerosq̃ equis
suppositos cum suis p̄misit. Statim autem: vt eos secutur9
equum ascendit: equus lapso pede cum eo corruit: et tybiã
illius confregit. Qui ad hospitiũ reductus pueros reuo
cauit et fortunato cõpunctus gratus remisit: ac veniam pe
tens eius gratiam implorauit. Eps̃ autem per dyaconem
suum aquam illi benedictam destinauit: quam mox vt su
per illius corpus aspersit: fractura solidata de lecto sanus
surrexit: et ascenso equo suum iter peregit. ¶ In eadem ci
uitate marcellus quidam eidem sancto deuotus sabba-
to paschali defunctus est. Cuius corpus cũ longius esset
deferendum eo die sepeliri non potuit. Due igitur defun-
cti sorores ad eum flentes venerunt: et vt earum fratre3 re
suscitarent: fidelibus precibus suppplicauerunt. Qui dũ
eas licentiasset: eo q̄ ex humilitate de se tanta non presu
meret. Subsequenti die dominico ante crepusculum cu3
duobus dyaconibus ad domum defuncti perrexit: et iuxta
corpus in orationem se dedit. Deinde ipsum surgens ex
nomine vocauit. Ille autem acsi leuiter dormiens oculos
aperuit: et episcopo respondit: atq̃ de eo quod fecerat: con
queri cepit: dicens q̄ duo hesterno die ad se venerant: q̃
spiritum a corpore eycientes in bonum locum deduxerãt.
Ipsa vero die vnus missus fuerat: qui cum ad corpus re-
duci mandauerat: q̄ fortunatus episcopus sic a deo pete
bat. Quibus expletis verbis: marcellus mox ex infirmi-
tate conualuit: et in hac vita diutius mansit. Quieuit au
tem vir sanctus in domino pridie idus octobris: et sepul-
tus est in ecclesia tudertina. Ad cuius sepulturam crebra
miracula fiunt. Hec gregorius dyalogorum libro primo
capitulo. x.

¶ De sctõ fortunato alio episcopo. Capitulum. lxv.

fortunatus



Fortunatus eps pictauiensis claruit tempore iustini imperatoris iunioris. Qui natione italus primo poeta: deinde in presate vrbis epm sublimatus: vir egregius: igenio clarus: sensu celer: ore suauis: beati martini heroico metro gesta in .iiij. voluminib9 digessit: hymnos etiam festiuitatum singularum eleganter composuit: ꝛ sanctitate plenus in pace quieuit.

¶ De sancto iusto episcopo. Cap.lxvj.



Iustus eps lugdunensis isigni sanctitate refulsit. Qui epatu relicto cum viatore lectore eius ministro ad eremum egypti se contulit: vbi multo tpe angelicam vitã duxit. Ad hunc reuisendũ antiochus eps vir sanctus eiusqꝫ i epatu successor ad eremũ accessit: ꝛ ab eo sanctitatis pspicue exempla reportauit: de quo dicet infra in eius gestis idibus nouẽbris. Sctũs aũt iustus in pace quieuit pridie idus octobris. Quẽ dũ morientem minister eius defleret: eo q se deserceret: ille pphetico spiritu eundẽ hortans predixit q se cito secuturus esset. Qđ rei p effectum pbauit euentus: nã viator post dies .vij. eum ad patriam secutus est: videlicet .xij. calen. nouembris: vt dicitur ibidem.

¶ De sanctis .ccc.lx. martyribus. Cap.lxvij.



Trecenti .lx. martyres apud coloniã agrippinam passi sunt. Qui cũ essent milites mauri ex sacra legione thebeorum: ꝛ illis trucidatis isti ex eorum consortio aufugissent: a militib9 maximiani imperatoris apud ipsam vrbem inuẽti ꝛ ipsi gladijs trucidati sunt idibus octobris. Quorum corpora condita sunt in basilica: que admirabili ope ex mosaico quodammodo deaurata resplendet: vnde etiam ꝛ loci incole sanctos aureos illos vocare consueuerunt. Hec vsuardus. Ado tñ ponit: q fuerunt solũmodo .cccl.

¶ De sancto Antiocho epo. Cap.lxviij.



Antiochus eps lugdunensis fuit: q cũ adhuc ipsius ecclesie presbyter esset: pio incitatus officio aduisendum eius epm qui in egypti eremo morabat nõie ꝛ actione vere iustum: peregre pfectus est: a quo ꝛ sanctitatis insignia exẽpla reportauit: vt dictum est supra in legẽda iusti epi pridie idus octobris. Hic fuit vir discretione precipuus: sanctitate preclarus. Qui ẽt non immerito tpe intercedente ad eiusdem pontificatus culmẽ assumptus est. Quo strẽnue ꝛ feliciter administrato: in pace quiescens: regnum celeste consecutus est idibus octobris. Sepultus apud lugdunũ in ecclesia sanctorum martyrum maccabeorum in qua ꝛ sanctus iustus requiescit.

¶ De sancto Basolo abbate. Cap.lxix.



Basolus abbas apud rhemensẽ ciuitatẽ claruit tpe chilperici regis francorum: vt ait sigibertus. Hic ex territorio lemouicensi natus: dũ adhuc iuuenis eremũ optaret: ãgelo ipsi apparente ipsumqꝫ deducẽte: ad vrbẽ rhemensiũ deuenit: ꝛ a scõ egidio epo rhemensi .iiij. post remigiũ susceptus fuit. A quo ꝛ locũ ad radices mõtis rhemẽsis obtinuit: vbi cõstructo cenobio monasticã vitã duxit: deinde ad nemorosi mõtis cacumẽ ascẽdit: vbi p ãnos .xl. inclusus inanẽs eremi cultor deo fuire studuit. Et dũ aq penuriã sustineret: oratione sua fontem de saxo pduxit: q vsqꝫ in psens de loco illo vsqꝫ ad inferiora defluit. ¶ Attila qdam diues ꝛ potens dũ circa montẽ illũ venaret: ꝛ aprũ cũ canibus sequeret: ap ille cũ esset nimie magnitudinis deposita oĩ feritate ad cellã viri dei veniẽs: ꝛ quasi liberari ab eo se petẽs pedibus illius aduolutus iacebat. Qui dũ canes ꝛ equites sequerent: diuina virtute effecti imobiles vltra viri dei limites nec accedere: nec retrocedere valebant. Qđ cernẽs attila d psumptione penituit: ꝛ se sancti orõnibus cõmendans: aprum dimisit: eidemqꝫ viro dei predia sua ibidem posita gratanter cõcessit. ¶ Quidã pro crimine dãnat9 suspendio: dum iam laqueo astrict9 suffocaret: Sctũ eñ basolum mente inuocans: q: iam voce non poterat: laqueo rupto liberat9 euasit. Quieuit in pace idibus octobris.

¶ De sancta Placidia virgine. Cap.lxx.



Placidia virgo fuit filia valentiniani imperatoris ꝛ eudoxie auguste filie theodosij magni. Que spreto seculo adhesit auie sue galle placide ieiunijs elemosynis ꝛ orõnib9 intenta. De huius sanctitate cuidam seni reuelatũ ẽ q eius meritis soror ipsius placidie honoria nõie a grauissima infirmitate liberata fuisset. Qui et visa eudoxie ipsius matri retulit. Et extunc mater filiam in deuotiõe habere cepit. Cum aũt placidia cum vtroqꝫ parente: et auia galla rauennam nauigio veniret: grauissima i mari tempestas exorta est. Qui oẽs btõ ioanni euangeliste pro eorum liberatõe vouerãt basilicã cõstruendã. Statimqꝫ beat9 apostolus eisdẽ apparuit: ꝛ tẽpestate sedata incolumes ad portũ pduxit. Regina ergo galla ei apud rauennam ecclesiam fabricauit: in qua sanct9 ioannes eidem auguste: ꝛ barbaciano pſbytero apparuit: ꝛ sandaliũ suum pro reliquijs illis dimisit: vt supra actum in gestis barbaciani pridie cal. ianuarij. ¶ Post aliqđ aũt tps: placidia hierosolymam perrexit: vbi lustrans loca sancta biennium exegit. Et deinde per venetiam, veronã venit: ibiqꝫ cuidam dotate filie orabilis nobilis matrone surde ꝛ mute aurium ꝛ lingue facultatem cõcessit: vbi ꝛ in xpo dormiuit: sepulta in ecclesia sancti stephani, via tridentina idibus octobris signis choruscans

¶ De apparitiõe scti michaelis archangeli. Cap.lxxj.



Apparitio scti michaelis archãgeli noua anno dñi .dccccvij. facta est, vt ait sigibertus. Tpe eñ childeberti regis francorum et iustiniani augusti apparuit archangelus michael autberto abrincẽ. epo sup mare oceanum cõmorãti: ipsumqꝫ scdo monuit: vt in loco maris oceani insula: que ppter eius eminẽtiã tumba dicit: nomini suo fundaret ecclesiam: volẽs sibi talem venerationẽ exhiberi in pelago: qualis exhibebatur in monte gargano. Interea taurus in eadem insula a latrone furtim captus ligat in loco illo. Unde eps tertio admonitus iubet: vt in illo loco fundamẽtũ iaceret quo taurum ligatum inueniret. Et sicut eum terram pedib9 protriuisse videret: sic ecclesie ambitũ duceret. Que dum eps ppl̃o retulisset: ad locum nauigio accesserũt: ꝛ taurum inuenientes: vt archangelus pdixerat: ecclesiam cõstruere ceperunt. ¶ Due aũt rupes ibidem erant que humanitus inde moueri non poterant: que ꝛ officiũ impediebãt. Sed michael cuidam vir apparuit: pcipiens vt ipsas rupes inde amoueret: qui tã facile eas mouit: vt nihil habere ponderis viderent. Sicqꝫ ecclesia in honorem archangeli michaelis cõstituit: ꝛ ex eo tpe sicut in monte gargano: ita ꝛ in ipso loco qui modo dicit i periculo maris: veneratio eius frequentari cepit. In qua ecclesia partẽ pallij qđ in monte gargano angelus posuit: ꝛ partẽ marmoris supra qđ stetit: detulerunt. Cum vero aque ibidem penuriã incole paterent: monitu angeli foramen in saxo fecerũt: ꝛ inde aquarum copia vsqꝫ in presens largius emanauit. Hec aũt apparitio in dicto loco celebrat .xvij. cal. nouẽbris. Ille eñ mons oceano cingit: sed bis in die festo scti michaelis pdicto iter prebens ppl̃o aperit. ¶ Cum aũt quodam anno copiosa turba ad ecclesiam pergeret: contigit mulierẽ pregnantem vicinãqꝫ partui ex deuotiõe archãgeli secum ire. Et ecce magno impetu vnda redijt: et oĩs turba timore cõcussa ad littus fugit. Sola autem mulier grauida fugere non valuit: sed a marinis fluctib9 capta

est. Ac michael eidem inter vndas astitit: qui mulierē illesam seruauit: que et in medio pelagi filiū parturiuit: que et in vlnis suscipiēs lactauit: et āgelo duce cū puero ad littus illesa puenit. ¶ Tēporibus caroli regis dux quidā senogallie noīe sergius habēs vxorem grecam noīe margaritā: dum ꝓle careret: bonis elemosynarum operibus sollicite insudās subito leprosus effectus ē: qui plurima expendens in medicis: nulla medicamina percipere poterat. Dum autem pro sua salute deum iugiter exoraret. Nocte quadam michael archangelus eidē in somnis apparuit: eūq admonuit: vt ad ecclesiā monasterij ab angelo electam: que brentalis dr: visitandam accederet: inde q salutem ptinus reportaret. Qui expergefactus mane coniugi et militibus visa narrauit. Sequenti quoq nocte eidem dormienti: iterum angelus astitit: et iussa predicta replicauit. Qui dum locum sibi non esse respondisset notum: angelus addidit: vt nauem cum vxore et militib⁹ suis ascenderet: eamq ad locū deducendā angelice sollicitudini cōmitteret. Qui iussa perficiens nauem conscendit: flātibusq ventis ꝓsperis vnius noctis et diei spacio ad locum sancti michaelis: q brentalis dr super mare adriaticū habens monasterium situm: qd brentale dr fine de brundulo angelo duce peruenit. Et dum se mane ad portam applicuisse mirarent: et locum ignorantes vbi nam essent ab incolis sciscitarent: ab eisdē se ad ecclesiaz prefatā archāgeli appulisse didicerunt: qui deo gratias agentes nauē exierunt: cunctiq nudis pedibus ad ecclesiam ꝓcesserūt. Sed dei villa anteq̄ dux ecclesie ingrederet hostia confestim ab omni lepre mundatus est macula. Tunc dux sanus ad domum rediit et omnibus venditis medietatē pauperibus tribuit: aliam medietatez ecclesie sancti michaelis obtulit: et ibidem cum coniuge perpetuis temporibus deo seruiuit.

¶ De sctō Gallo abbate. Capitulum. lxij.



Gallus abbas ex hybernia claris parentib⁹ natus et sancto colūbano in discipulū traditus: ab eodem sacris est litteris erudit⁹ et monachus ipsius effectus ad sacerdotiū ꝓmotus est. Columbanus autem in galliam nauigans cum apud luxouium cenobium cōstruxisset: sigiberto rege annuēte: ibiq cū gallo et aliis discipulis deo seruire curaret ꝑsecutione regis theodorici et brunichildis regine inde expellit eo q a sctō colūbano arguebat q relicta ꝯiuge ꝯcubine amplexib⁹ fruebat: vt dicet infra in vita colūbani abbatis. xj. cal. decembris. Inde igit colūbanus ad theodobertū austrasioꝝ regē ꝑueniēs infra ptes allemanie iuxta fluuiū lidmacum habitādū cū discipulis: ab eo locū obtinuit: q tuconia dicebat: cuius loci incole adhuc ydolis suiebāt vbi gall⁹ fidē trinitatis predicare et phana ydoloꝝ cepit exurere. Sz dū habitatores loci seruus dei ex hoc ꝑsecutiōez excitarēt relicta tuconia colūban⁹ cū discipulis ad castrū arbonaz accessit et a presbytero vulmaro gratāter except⁹. Qui eos locum edificādi monasterij antique structure docuit: et illucusq ꝑduxit: vbi ecclesiam in honorē sctē aurelie et cellulas ꝯstruxerūt: et ibidē ꝓpsim docere in xpi fide ceperūt ydolisq in lacū demersis ecclīam dedicarūt. Ibiq colūbanus cū gallo et aliis discipulis triēnio resederūt. ¶ Cū aūt nocte quadā gallus piscationi insisteret audiuit de montis v. trice demonē: quendā alium existētē in pelago vocātem ipsumq ei rñdentē: et vtrūq ipsoꝝ se de hospite gallo conquerentē q eos de sede ꝓpria eiecissent. Qui signo crucis edito demones in fugā vertit: et veniens abbatē sibi audita retulit. Illeq dū fratribus aduocatis deo laudes exolueret: audite sunt voces demonū ꝯstrepentium: et sceles ꝑsecutionē illaturos se acriter ꝯminantiū. Dum aūt regionis noīe gunzonus: audiēs q sctī dei cultuz deoꝝ suoꝝ euacuarent: missis famulis suis iussit illos inde discedere. Qui vaccā monachoꝝ abstulerunt: et duos ex fratrib⁹ occiderūt illos quoq ab eoꝝ finib⁹ discedere preceperunt. Sz dū columbanus ad galolfum regē italie ꝑperare disponeret gallus egritudine pressus ibidē remāsit et a presbytero vulmaro deuote hospitio susceptus fuit. ¶ Postq̄ aūt gall⁹ de lāguore cōualuit presbyterū vt sibi locū aliquē grate solitudinis ostenderet sollicite reqsiuit. Cuius iussione dyaconus eius noīe hildeboldus ad locum optimum illum adduxit. Qui cū die integro ieiuni ꝑgrassent gallus ad fluminē veniens et misso ibi rete pisciculos cepit et ipsis assatis pariter cū dyacono cibūz sumpsit. Ibiq vterq ipsoꝝ illa nocte quieuit. Gallus vero crucē ligneā in terrā fixit et ad eā capsellā reliquiaꝝ: quā secum tulerat appendit: et ante illas ꝓstratus in oratione ꝑnoctauit. Cūq iuuenis ingens ad coauisus descenderet et micas q̄ ab eis remāserāt lingeret: precepit ei gallus vt ligna in ignē mitteret: vrsusq ꝓtinus obediuit. Cui vir dei quasi ꝓ mercede panem porrexit. Mane vero dyaconus iubēte gallo ad fluminē accessit vt pisces iterū aliquot caperet. Duo aūt demones in specie mulieꝝ nudarū eidē apparuerunt: sed ad oronē viri dei cōtinuo euanuerunt. Cūq ad locū preuilum deuenissent: et serpentū ibidē multitudinē repperissent: oratiōe galli serpentes omnes inde fugati sunt vsq in ꝑsens. In ipso igit loco cū triduo ꝑmansissent: et ibi gallus locum sibi solitudinis elegisset: ad reuisendum suum hospitē presbyterūz redierunt. ¶ Cum igit ibidē ꝑ dies. vij. resedisset. gunzonus dux misit ad ꝑsbyteꝝ: orās vt gallum ad se adduceret eo q filiā eius immūdus spūs inuasisset. Qui ꝑ os puelle clamabat q ideo filiam ducis oppꝛesserat: q pater ei⁹ gallum abbatē vna cū magistro columbano de possessiōe sua eiecerat. Hec igit puella sigiberto regi fuerat desponsata. Qd cū rex sigibert⁹ audisset: duos epōs ad puellā misit vt suis eā orōnibus liberarent: Sed demon ex ore puelle eorum occulta eis obiiciens illos deridebat: et q nisi a solo gallo inde posset eiici affirmabat: pater igit puelle afflict⁹ iterum legatos ad presbyteꝝ vulmarum destinauit: vt sine mora gallum sibi adduceret: vt eius filia liberationem consequi posset. Promittens illi q virum dei in constātiē sem epm ꝓmoueret: si demonez ab eius nata expellere posset. Jam autem gallus ad locum electe solitudinis reuersus erat: et quietez mentis eligens duos discipulos in ministros assumpserat. et ad ducem venire recusans se ad italiam columbanū reuisurum pretendebat. eo q miraculi gloriam formidabat. Tandem victus precibus legatoruz et vulmari presbyteri: ioannem dyaconum et socium secuz assumpsit: et nauigio ad ducem in castro burningio peruenit. Inuenitq puellam iacentem vinctaz: et a demonio triduano ieiunio labefactam. Qui orationem ad dominum fudit: et in christi nomine demoni imperauit: qui mox ex ore eius in speciem nigri corui discessit: et fetorem sulphureuz in loco dimisit. Dux vero multa ei dona obtulit: que vir dei accipiens ea postmodum omnia in pauperū vsus expendit.

expendit. Cum aūt illum in epm vellet pficere oīno renuit: sed ioannem dyaconum discipulum suū obtulit. Ad cuius nutum in eum oīs populus epm constantiensem elegit. Rex autem sigibertus audito q̄ puella liberata fuisset: misit ad patrem vt eam sibi desponsatā transmitteret. Que cum ad eum venisset: ꝛ modum liberatiōis ei9 sigibertus audisset. Gallo abbati pecuniā copiosā misit de qua sanctus cellam ꝛ ecclesiam edificauit. Quam rex ꝛ dux prediis: ꝛ possessionibus dotauerunt. Cum autē sigibertus sponsam suam sibi vellet cōiugio sociare: audiuit ab ea q̄ p eius liberatione votum pudicitie emisisset. Et de consilio galli abbatis ne eius ꝓpositū auerteret: ipsā in cenobio matrem virginū multaꝝ esse ɔstituit. ❡ Deinde vir dñi a gunzono duce ad vrbem constantiam aduocatus: vt consecrationi ioannis epi presens esset: verbū dñi in populo mirifice predicauit: ꝛ multos ab errore gentilitatis ad xp̄m conuertit. Epo quoq̄ formam gubernande sibi cōmisse ecclesie prebuit. Atq̄ postmodum ad cellam suam in heremo redyt: vbi plures discipulos cōgregauit. Deinde rogatus a vulmaro presbytero: relicto monasterio ad domum eius per dies aliquot diuertit vt ei monita salutaria preberet: et cum omni populo in ipso castro verbum dñi pdicasset post dies duos febre correptus diebus xiiij. languore pressus iacuit: ꝛ cum esset annoꝝ xc. ad extrema deductus in dño quieuit. xvij. calen. nouembris. Cuius corpus in castro burnigio sepultum est vbi ꝛ miraculis viuit.

❡ De sanctis ducentis ꝛ septuaginta martyribus. Capitm. lxxiij.

DUcenti et septuaginta martyres xp̄i apud aphricā coronati sūt: ꝛ scti martyres martianus ꝛ satyrianus cum duob9 fratribus: ꝛ maxima v̄go egregia ancilla xp̄i sub psecutione vandalica gerrico rege arriano. Qui primo nodosis fustibus cesi: ꝛ vsq̄ ad ossa laniati: cū multo tpe talia paterent: sequēti die incolumes reddebant. Postmodum aūt dura custodia mancipati ꝛ artati in neruo dei v̄tute soluto cippo liberati sunt. Ob qd miraculum. Maxima libertati sue reddita: materq̄ multarū v̄ginū effecta in cōfessione xp̄i consenuit. Sācti aūt inter mauros ferocissimos relegati: cum predicatione sua multos ad xp̄m cōuertissent iussu gergerici ligatis pedibus post terga currentium quadrigaꝝ: inter spinosa loca siluaꝝ tracti: ꝛ discerpti spūs emiserunt. xvij. cal. nouembris: vt ait ado in martyrologio suo.

❡ De scto Magnobono epo. Capitm. lxxiiij.

MAgnobonis eps andegauensis claruit tempore dagoberti regis: quē rex fama ipsius comperta ad se accersiri fecit. Cum ergo ciuitatem ingressus esset: cōpediti q̄ erāt in ergastulis eius patrociniū iplorabāt. Ille vero iudicē adyt: ꝛ vt reos amore xp̄i solueret: exorauit q̄ ab eo repulsus dū ecclesiam intrans orasset subito cōpedibus fractis ꝛ carceribus reseratis inclusi absoluti sunt. ❡ Cū in predio qrtanaco eius diocesis puer a demone raptus esset: inter vepres ꝛ rupes colliderē: ꝛ semiuiuus sancto epo a parētibus offerē: q̄ demonē christi nomine inuocato a puero eiecit: ꝛ ipsum sanum parentibus restituit. ❡ Quadā vice dū flumen cū socys vellet trāsire nauē cōspexit ab alia pte fluminis ductore carētē. Sz dū orasset: nauis sine remige cis flumen ad eū venit: ꝛ ipsum cū socys sine vllo gubernāte trāsuexit. ❡ Alio tpe famis ingruentis dispensatori suo certā nummoꝝ summā pauperibus distribuendā dedit: quam ille in dispēsando duplicatā inuenit. ❡ Abbas quidam eius emulus ad eū veneno pocnlandum quosdā miserat. Sed sanctus vir hoc per spm̄ cognoscens nuncios abbatis benigne suscepit: ꝛ eorum intentionem eisdem aperuit: atq̄ sic eos ad penitentiam puocauit: quieuit autem in pace vir dei. xvij. calen. nouembris. Sepultus in ecclesia sua.

❡ De scto Ambrosio epo. Capitm. lxxv.

AMbrosius eps bituricēs. apd eandem ciuitatem claruit tpe pipini regis francoꝝ: qui vita ꝛ sctitate eximius: ꝛ doctrina prefulgidus gregem dñi sibi cōmissum verbo ꝛ exēplo fideliter enutriuit: ꝛ virtutibus plenus in pace quieuit. xvij. cal. nouembris: vt ait ado in martyrologio ex dictis hieronymi sumpto.

❡ De scto Ambrosio confessore. Capitm. lxxvj.

AMbrosius alexandrinus cōfessor didymi auditor apud alexandriā floruit. Qui multa sapientia pollens volumen de dogmatibus multorum versuum aduersus apollonium scripsit. Commētarios quoq̄ in iob elegantes composuit. Et tempore theodosy iunioris apud prefatam vrbem in domino quieuit. Hec hieronymus libro de viris illustribus.

❡ De scto Herone epo ꝛ martyre. Capitm. lxxvij.

HEro eps ꝛ martyr post btm̄ ignatium antiochenam rexit ecclesiam: sicut eidem ignatio ad passionem pergenti fuerat diuinit9 reuelatum: qui eps factus: vt magistri viā pius imitator sequeret: pro commendato sibi grege amator christi occubuit. xvj. calen. nouembris.

❡ De scto Priuato martyre. Capitm. lxxviij.

PRiuatus martyr sub alexandro impatore rome passus est: qui cum esset miles plen9 vlceribus videns qualiter sanctus calepodius presbyter ꝛ martyr beato calixto pape in custodia detento: nocte cum immēso lumine apparuit: ipsumq̄ blandis exhortationibus confortauit: ad pedes calixti pcidit: ꝛ p sanitate sua instantius exorauit. Quem dum calixtus sacro fonte perfunderet: ab omnibus vulneribus curauit: vt supra dictum est in passione beati calixti pape pridie idus octobris. Qd audiens alexander imperator ꝛ post passionē calixti priuatum teneri fecit: ꝛ in christi confessione manentem: tādiu plumbatis cedi donec deficeret: cuius corpus asterius presbyter iuxta corpus beati calixti sepeliuit. xvj calen. nouembris.

❡ De scto Luca euangelista. Capitm. lxxix.



LUcas euāgelista natione syrus ex antiochia ciuitate: vnus fuit ex septuagintaduobus christi discipulis vt abbas dorotheus scribit vel vt dicit hieronymus discipulus fuit aploꝝ: postea paulum secutus est vsq̄ ad passionē seruiens dño sine crimine. Hic sapiētia eruditissimus grecis sermonibus nō ignarus arte medicus extitit: pus

corpibus deinde et ebus prestās medelā. Nā vba eius lā
guentis ale sunt medicina. ¶ Hic euāgeliū sicut audie-
rat scripsit in grecia in partibus videlicet achaie. theo-
philo epo discipulo suo: cū iam scripta essent euāgelia p
mattheū in iudea litteris hebraicis: ⁊ per marcū i italia
latinis. Hic terti⁹ scripsit in grecia litteris grecis. Qui
etiam eodē greco sermōe actus apostolorū sicut viderat
ipse composuit: quem plurimi tradūt fuisse proselyton: ⁊
hebreas litteras ignorasse: eo ꝙ quicquid scripsit greco
sermone cōposuit. Euangelium aūt suum ipse didicit ab
apostolis: sicut ipse in ꝓlogo suo eidem testaẜ theophilo.
Cum enim nō fuerit cū christo in omnibus actibus ⁊ mi-
raculis christi: ideo suum euangeliū scripsit secundū qḋ
apostoli: qui presentes fuerant: ipsi intimauerūt ⁊ retule
rūt. Crediẜ quoqꝫ ꝙ ea q̄ de incarnatione dn̄i ⁊ natiuitate
⁊ infantia meminit: a btā vgine didicerit. Ideoqꝫ p̄dicta
sup alios euāgelistas plenius ⁊ copiosius explicauit. Nā
⁊ eidē dei genitrici familiarissim⁹ extitit. Cui⁹ euāgelium
a paulo mirabiliẜ approbatū est qn̄ ad ꝯfirmationē dicto
rum suoꝝ luce euāgelium adducebat: vnde quidā suspica
ti sunt: ꝙ quādocunqꝫ paulus in epistolis suis dicit: secū
dum euāgeliū meū: de luce significare volumine. ¶ Acti
bus vero apostolorū ipse beatus euāgelista presens fuit:
⁊ ea cuncta oculis suis prospexit. Nam ⁊ tempore passio
nis domini iā xpi discipul⁹ esse ceperat: quod patet ex eo
vt quidā tradunt: qui a ipse alius discipulus cū cleopha
nominatim expsso fuerit: quibus dominus euntibus in
emaus die resurrectiōis apparuit: qui ex humilitate no-
men suū cōticuit. Ipsoꝝ igitur actuū volumē vsqꝫ ad quar
tum imperij neronis annū texens historiā in vrbe cōpila
uit: vt eius tn̄ scripta indicāt pauli apl̄i sectator fuit ⁊ om
nis eius pegrinationis comes indiuiduus. Nā ⁊ gesta so
lius pauli in actib⁹ aplicis ꝓsequēs: cū eisdē volumini finē
facit. ¶ Hic ab ineūte pueritia castissimus fuit ⁊ sine cri
mine vginitatē mētis ⁊ corpis semp huauit. Nā neqꝫ vxo
rem neqꝫ filios habuit: ⁊ in opus euāgelice p̄dicatiōis in
gīter laborauit. Crucis quoqꝫ mortificationem vt tradit
ecclesia in suo corpore p nobis xpi honore portauit: qꝫ ⁊ car
nē suā mira penitentia afflixit. ¶ Ferẜ quoqꝫ ꝙ lucas euā
gelista artē pictoriam habuit ⁊ in ipa solēnis opꝫrari⁹ fuit
Nam ⁊ rome due extant ymagines: vna xpi in sancta sanc
ctorum: ⁊ alia dei genitricis in ecclesia scte marie maioꝶ
p quas deus miracula retroactis tpibus ostendit: q̄s lu-
cas dr̄ depinxisse: formam vultus saluatoris ⁊ matris na-
turalē assimilantes: ac ea veraciter repn̄tantes: constā-
tinopoli etiā alia pictura bte vginis habeẜ que forme ma
tris dn̄i dr̄ esse simillima: q̄ ab eodē euangelista traditur
fuisse figurata. ¶ Deniqꝫ beatus lucas sctītate plenus ⁊
mundicia obijt in bithynia plenus spūsancto: etatis sue
anno. lxxiiij. Ibiqꝫ sepultus est. xv. calē. nouembris. Cui⁹
ossa regnāte ꝯstantino impatore anno. xx. imperij eius: cum
reliquijs andree apostoli constantinopolim trāslata sunt
Ꝫ ciues paduc vrbis: ipm corpus p̄sentialiẜ habuisse se ha-
bere in ecclesia: videlꝫ sancte vginis iustine.

¶ De sctō Iusto puero ⁊ martyre. Capitlm. lxx.

IUstus martyr puerulus ānoꝝ. ix. apd̄ am-
bianēse oppidū passus est sub rictiouaro
p̄side. Qui natus antisiodori clara ꝓsapia
patre iustino matrē felicia: in tenera eta-
te deo deditus spiū ꝓphetie meruit obtine
re. Cū eñ pater iusti fratri quendam iusti
nianum noīe habuisset: q̄ de ciuitate illa duꝫ esset adhuc
puer dudū furto sublatus fuerat ⁊ ambianū ductus nego
ciatori cuidā noīe lupo xpiano vēditus: adhuc in huiuīe
manebat. Iustus p annos. ix. ꝓphetico spū hec oīa patri
nūciauit: ⁊ ad reqrendū patruum omnino se velle accede
re dixit. Qui tamen nūꝗ patruū viderat nec nomen au
dierat: eo ꝙ anteꝗ iustus genitus esset: p annos multos
ille raptus extiterat. Dū aūt pater puerum reuocare nō
posset: eiusqꝫ vba quasi puerilia sperneret ab eo tamē mul
ta victus instantia: puerum assumpsit: ⁊ ambianum secū
perrexit. Qui dum venissent ad castrum militonē paupe-
res xpianos esca refocillerunt. Iustus vero pauperi nudo
reperto tunicam suam tribuit. Sed dum ambianum ve-
nissent: a p̄dicto lupo negociatore occulte quidem xpia-
no ꝓpter metū rictiouari p̄sidis hospitati sunt. Cui cau-
sam eoꝝ aduentus exposuerunt: ⁊ seruum quem habe-
bat se redimere p̄cio obtulerunt. Lupus vero oībus famu
lis suis conuocatis vt suum recognoscerēt: iustus patruū
quem nunꝗ viderat p spm̄ recognouit: queꝫ tn̄ pater ei⁹
iustinianus germanus: iam grandeuum effectum vix reco
gnoscere valuit. ¶ Cum autē p̄sidi nunciatum fuisset: ꝙ
xpiani peg. ini in domo lupi laterent. Ille iustinianū hūi
absqꝫ vllo p̄cio libertati donauit: ⁊ ipm̄ cum iustino ⁊ pue
ro iusto nocte de ciuitate dimisit: mane autem custodes
rictiouari ad domum eius venientes oīa pscrutanẜ: ⁊ non
inuētis illis: iussu p̄sidis eos in equis cursoribus insequū
tur. Cūqꝫ sancti iuxta fontem pranderent: ⁊ milites a lon
ge conspexissent: puer quidē patrē ⁊ patruum inter frōdes
abscondit: ipse vero in arborem speculator ascēdit. Ad quē
puenientes satellites: dum parētes nō inuenerunt puerū
se ꝓfessum xpianum decollauerunt: ⁊ continuo abierunt.
Corpus autem truncū p seipm se leuauit ⁊ caput manib⁹
sustulit: atqꝫ ad parentes accessit. Quibus ꝓdeuntib⁹ ca
put lingua clare loqui cepit: deum collaudans ⁊ patrem
ac patruuꝫ admonens ꝟ vt corpus suum ad ciuitatē belua
cum delatum sepelirent: caput vero ad matrem p eius con
solatione deferant. Quibus dicens corpus mortuum ceci
dit ⁊ spūs ad celos perrexit: lux quoqꝫ celica desuper lumē sacꝝ horis
sceauit. Illi igiẜ corpus ad territorium beluacense portan-
tes: illud ibidem sepelierunt: ⁊ antisiodorum regressi ca-
put matri obtulerūt: oīaqꝫ gesta narrauerunt: qḋ illa vt
caput martyris suscipiens reuerēter digno loco reposuit:
⁊ ipm̄ p reliquijs deuotionis conseruauit. ¶ Sanct⁹ aūt
amator epūs post decursum tpis caput iusti martyris in illo
loco vbi ipse decreuerat collocauit: vbi puella ceca a natiui
tate ann oꝝ. xvj. lumen oculoꝝ recepit. In loco aūt sepul-
ture eius in territorio beluacensi basilica eius noīe edifica
ta est. Sed in teriecto tpe caput eiusdē beluacū translatū
in sacrario ecclesie sctī petri reconditum est: passus ē san-
ctus martyr. xv. calen. nouembris.

¶ De sctā Tryphonia regina. Cap. lxxi.

TRyphonia regina: vxor quōdā decij cesa
ris fuit. Que post passionē martyrū hyp-
politi ⁊ socioꝝ hoc mō cōuersa est. Cū eñ
decius cesar ⁊ valerianus p̄fectus sctōs
martyres hirenēum ⁊ abundiū necari in
cloacam fecissent: de quibus supra in eo
rum passione dictum est. vij. calen. septē
bris: ⁊ elapsis diebus triginta septē ambo in carruca con
sedētes ad amphitheatrū descēderēt: vt ibi sanctos mar-
tyrizari facerēt vterqꝫ eoꝝ a demonio arreptus clamare ce
pit ꝙ eum sctī martyres laurētius ⁊ hyppolytus cruciarēt
⁊ post diras voces valerianus ibidē expirauit. Decius aūt
ad palatiū reductus: p triduū a dyabolo vexabaẜ. Tunc
eius noīe tryphonia oēs sctōs in carceribus detētos di
misit. Finito vero triduo decius clamās se a laurentio tor
queri miserabiliẜ vitā finiuit. Quod videns tryphonia cuꝫ
filia eius cyrilla puella vgine cōuersa est: ⁊ ad iustinū pre
sbyterum venerunt baptismi grām postulātes: q̄ indixit.
eis ieiunium septē dieꝝ: ⁊ eas postmodū sacri fontis vnda
pfudit. Quib⁹ ad domū suā reuersis: tryphonia die seque
ti orās ad dn̄m cum lachrymis emisit spm̄: cuius corpus
iustinus p̄sbyter iuxta corpora hyppoliti ⁊ socioꝝ sepeliuit
xv. cal.

xv.calen.nouembris.

¶ De sctō Asclepiade epō et martyre. Cap. lxxxij.

Asclepiades epūs antiochenus et martyr apud eandem ciuitatem passus est: qui vnus fuit ex preclaro ꝯfessorum numero: qui sub decio cesare passi sunt. Hic enim pro cōfessione nominis christiani capite truncatus martyrio coronatus est. xv. calen. nouembris: vt dicit ado.

¶ De sanctis Ptolemeo et Lucio martyr. Cap. lxxxiij.

Ptolemeus et lucius cū quodam tertio martyres tempore antonini pij augusti passi sunt apud alexandriam ciuitatem. Qui ptolemeus a quodam centurione detent⁹: eo ꝙ se christianum diceret: diuqꝫ carcerali custodia maceratus ab eodem iudici vrbicio traditus est: a quo interrogatus dum se christum colere viua voce profiteretur: capitali sentētie damnatur. Dumqꝫ lucius: qui christianus occultus: iudicem de tanta impietate argueret: eo ꝙ nullius reum criminis innocenter damnasset: interrogatus quoqꝫ ab eodem se christianum fore similiter assereret: simili vltione puniēdus adiudicatur. Sed et quidam tertius pari vsus libertate: pari quoqꝫ damnatione condemnatur. Qui omnes simul decollati martyrio coronati sunt. xiiij. cal. nouembris.

¶ De sancto Ethbino confessore. Cap. lxxxiiij.

Ethbinus in hibernia claruit tempore mauricij imperatoris. Hic in britannia natus: in domo paterna vsqꝫ ad annum. xv. liberalibus disciplinis instructus ē. Mortuo vero eius patre ab ipsius genitrice sancto sampsoni dolensi epō oblatus ab eodē clericus factus est. Materqꝫ ipsius sacro velamine consecrata: qui postꝙ predicto episcopo annis aliquot adhesit: vt artiori se vite traderet: ad sanctum similianum abbatem accessit: a quo in monasterio qđ tauracum dicitur: monasticum habitum suscepit: qui etiam ad diaconatum promotus sancto vignaloco sacerdoti: et eiusdem loci monacho sociatur. ¶ Cum autem cum predicto sancto quadam vice itineraret: et leprosum aspectu horribilem inuenissent: ethbinus iacentem cepit brachijs sustentare: dumqꝫ ille dolore narium torqueri se diceret: et nullum sibi adesse remedium: nisi oris anhelitum exprimeret: vignalocus compatiens nasum horridum et vlcerosum in ore suscepit: quem ethbinus per latera sustinuit: respiciensqꝫ sursum: vidit crucem auream angelosqꝫ pauperi obuiantes. Tunc leprosus viros dn̄i confortans: se christum esse protestans in nube raptus nunquam comparuit. Illi vero dn̄o gratias agentes alter alterius meritis vicissim visionem ascribebant. ¶ Dum igitur franci britanniam deuastassent: ethbinus hiberniam petens in silua nectensi tugurium et ecclesiam paruam fabricauit: in qua deo assidue seruire cepit miraculis etiam clarens claudum vnum erexit. Mulier quedam ad eum veniens pro salute filij sui paralitici longeqꝫ positi supplicauit: dicens ꝙ beata virgo brigida illam ad ethbinum misisset: vt eius filium liberaret. Qui suis orationibus filio mulieris illius salutem impetrauit. In ipso autem loco pane solum et aqua bis in hebdomada se reficit et annorum. lxxiiij. in pace quieuit xiiij. cal. nouembris.

¶ De sancto Maximo martyre et leuita. Cap. lxxxv.

Maximus martyr et leuita et vir sanctus tp̄e decij cesaris apud ambianensem ꝓuinciā passus est. Qui cū esset plebeius patiēdi desiderio inquirentibus se ꝑsecutoribus palam ostendit. Et a preside cōprehensus post dissionum eius ꝯstantiā dū xp̄m cōfiteretur: in eculeo suspensus ac diutius tortus est. Cui dum pses cesariā eius filiā nimis speciosam in vxorē ꝓmitteret si dijs sacrificare ꝯsentiret: et ille se mariā virginē dei genitricē habere sponsam assereret: ac oīno sacrificare rēnueret fustibus diutissime cedit: deinde ad carcerem duci iubet. Qui dū duceretur emisit spm̄. xiij. cal. nouembris.

¶ De sanctis Caprasio primo et feliciano martyribus. Capitulum. lxxxvj.



Caprasius martyr cū primo et feliciano fratribus passus est in gallijs ciuitate agenēsi sub datiano pside. Cū enim caprasius xp̄ianus occultus timore psidis ꝓpter rabiē ꝑsecutiōis declinās iuxta vrbē in rupis spelūca lateret: audiēs qualiter btā virgo fides ꝓ xp̄o agonizasset: de qua supra in eius passione dictū est pridie non. octobris aiatus ad tolerātiā passionis orauit ad dn̄m: vt si eū dignū gloria martyrij iudicaret: ex lapide spelūce aqua limpissima emanaret. Qđ pstāte dn̄o statim obtinuit. Super hec vidit p̄ spm̄ colūbā niueā de celo descēdentē: et coronā auro gēmisqꝫ fulgētē sup caput fidei virginis ponētē q vestibus fulgidis erat ornata: et angelis comitata. Ipsa vero colūba alarū volitatu et rore celesti ignem in quo virgo iniecta erat: extinxit: et ad celos subito aduolauit. Cū aūt hec oīa caprasius cōspexisset: spōte ad certamē cucurrit: et xp̄ianū se corā datiano confessus fuit. Quē ille dētenti vngulis laniari fecit. Ita vt primus et felicianus fratres eius exēplo patiētie cōuerterent: et se xp̄m colere faterent. Quos oēs insil vinctos: pses capite cedi mādauit. Quorum corpa in eodē tumulo in agenensi ciuitate a xp̄ianis sepulta sunt. xiij. calen. nouembris.

¶ De sanctis vndecim milibus virginibus. Capitulum. lxxxvij.



Vndecim milia virgines cū socijs earum apd̄ coloniā passe sūt sub hunorum pncipe iuliano. Quarū olim pncipaliorum auctrix et signifera fuit btā vrsula. Hec filia vnica regis scotie xp̄ianissimi nole mauri sapiētia mirabili et pulchritudine insigni pollebat. Quā rex āglie nimis ꝑcoes missis solennib⁹ nūcijs: filio suo in ꝯiugiū: multis pmissiōib⁹ et blādi-

tēa postulauit: adijciēs minas: si ad eū legati vacui reuer-
terent. Pater aūt virginis cū irā regis anglie formidaret:
q̄d ageret anxiabat: nec eū nolebat deū offendere filiā suā
hol gētili tradēdo: nec virginis sacrū ꝓpositū īpedire: eius
pudicitiā quā deo vouerat ꝑturbādo. ℂ Uirgo aūt diui di
uina reuelatione premonita patri suasit: vt predicto regi
assensum preberet: ea tñ cōditiōe: vt iuuenis baptizaret:
ꝑ triennium in fide instrueret: ꝙ sibi a patre iuuenis ꝑ a
suo .x. virgines electe ꝑ speciose ī socias darentur: ꝑ tam si
bi ꝙ illis: mille virgines subscriberentur: ꝑ naues .xi. inu
niteſad opus earum fabricarētur: quatenus dicto trien-
nio per mare ludendo discurrerent: ꝑ virginitatem suam
domino dedicarent. Hoc autem virgo poposcit: vt inte-
rim coeuas suas christo virgines consecraret: ꝑ sponsum
ac patriam ad fidē adduceret. Quod parentes ꝑ iuuenis
fieri cōsenserunt: ipsoꝙ continuo baptizato naues fabri-
cari preceperunt. Omnia igitur festinantius parantur:
virginesꝙ de diuersis mūdi partibus congregātur: ꝑ om
nes vrsule p̄sentantur: pater autem eis honorabilem co-
mitatū multorū episcoporum ꝑ baronum anglie ꝑ scotie
tradidit: ꝑ necessariorum copiā ministrauit. Multi quo
ꝙ ad tam grande spectaculum de diuersis vrbibus con-
uenerunt. Inter quos fuit panthulus basiliēsis episcopꝰ:
qui eas vsque romam perduxit ꝑ inde reuersus cum eis
martyriū suscepit. Sancta quoque gerasina regina sici-
lie: que virū suum cōuerterat soror macririj episcopi ꝑ ba
rie matris sancte vrsule: cum quattuor filiabus suis scili
cet babilla iulia victoria: ꝑ aurea: ꝑ paruulo suo hadria-
no: cum hoc per litteras patris vrsule cognouisset: relic-
to que regno in manu alterius filij: per mare in angliam
nauigauit. Cuius consilio ꝑ etiam industria tam naues
quam omnes virgines regebantur: ꝑ sic in nouam Chri-
sti militiam ab omnibus coniuratur iuxta condictū igi-
tur triennio per mare discurrunt: ꝑ omni ludorū genere
se exercitantes: modo belli ꝑludia incohant: modo fugā
simulant: modo aliud fingunt: quod animo occurrebat.
ℂ Tandem postꝙ Ursula ad fidem ꝑ pudicitiam omnes
Christi virgines conuertisset: sub vnius diei spatio flan-
te prospero vento ad portum gallie: qui ceila dicitur ap-
plicāres: inde coloniam sunt delate: vbi angelus domini
Ursule apparuit: ꝑ p̄dixit eas illuc integro numero reuer
suras: ꝑ coronas martyrij precepturas. Ad cuius admoni
tionem inde venerunt basileam: vbi relictis nauibus pe
destres venerunt romam. Quas papa Cyriacus gauden
ter suscepit: quia de terra earum erat: ꝑ multas ibi con-
sanguineas habebat: plurimasꝙ ex ipsis nondum bapti
zatas sacro fonte perfudit: qui diuinam reuelationem ī
somnis accepit: vt cū ipsis relicto pontificatu discederet
ꝑ coronā martyrij cū eis acciperet. Et cū anno vno ꝑ mēsibꝰ
duobus ꝑ diebus viginti ecclesiā rexisset: inuitis cardinali
bus ꝑ clero romano papatui resignauit ꝑ cū vincētio p̄sby
tero cardinale ꝑ multis alijs virginū se collegio sociauit.
Et qm inuitis oībꝰ pōtificatū reliquit nomē eiꝰ de catalo-
go pōtificū clerꝰ abrasit. ℂ Uidētes aūt duo iniqui p̄nci
pes romane militie: scꝫ maximianꝰ ꝑ aphricanꝰ ꝙ p sacras
virgines multi ad eas vndiꝙ ꝯcurrētes ad xp̄m ꝯuertebā
tur: explorata earꝫ via: miserūt p lrās ad iulianū cognatū
suū ducē gētis hunorꝫ vt apd coloniā ꝯtra eas exercitū du
ceret: vbi virgines cū socijs trucidaret. Secuti sūt aūt eas
vna cū summo pōtifice p̄dicto iacobꝰ ep̄s antiochenꝰ qui
de britānia patria sua veniēs septē annis ibidē sedē tenue
rat ꝑ romanā curiā visitare venerat. Macririꝰ quoꝙ leui
canꝰ ep̄s anūculꝰ babile ꝑ iulian ꝑ follariꝰ ep̄s lucēsis cū
alijs p̄sbyterī ꝑ clericī multī. Ibi etiā occurrit spōsus btē
Ursule ethereus noīe patre suo iā xp̄iano defuncto ꝑ ma-
tre cū sororibꝰ baptizatī: qui diuinā iā reuelationē habue
rat: vt spōse sue occurreret: ꝑ cū ea palmā susciperet: qui se
cū de britānia socrū dariā adduxit cū puula sorore noīe flo
rentina: ꝑ quendā clementē ep̄m. His etiā se rome ꝯiun-
xerat marculus ep̄s grecie cū sorore sua ꝯstātia filia doro
thei impatoris ꝯstātinopolitani: qui cuiusdam regis filio
nupserat: sed eo ante traductionē morte p̄uēto virginitatē
suam xp̄o deuouerat. Omnes igit̄ virgines cū p̄dictis ep̄is
ꝑ multis alijs coloniā redierūt: ꝑ ipsam iā ab hunis obses-
sam inuenerūt. In quas irruētes barbari velut in oues lu
pi: totā illā gl'iosam multitudinē gladijs peremerūt. Sicꝙ
coronā martyrij ꝑceperūt. Cū aūt vidissent vrsule pulchri-
tudinē: manū retraxerūt. Sꝫ cū impio iuliano hunorꝫ du
ce nollet nubere: nec ydolis imolare: ille cōtēptū se vidēs
directa sagitta eā in corde trāsfixit: ꝑ sic illa ad dn̄z migra
uit. ℂ Quedā aūt virgo noīe cordula timore ꝑterrita ī na-
ui nocte illa se abscōdit: sꝫ ī crastinū morti se offerēs mar
tyrij coronā suscepit. Quarꝫ corpa a fidelibꝰ collecta: apd
coloniā honore cōdigno tumulata sunt: ꝑ honorabilis ec
clesia cum notabili monasterio virginū ad memoriā earū
fabricata sunt. Passe sunt autem virgines vndecim milia
cum socijs earum duodecimo calendas nouembris. Cir-
ca annum domini .cccci.

ℂ De scō Hilarione abbate. Capitulum .lxxxviij.



Hilarion abbas: cuius vitā hieronymus scri
psit apud egyptū clarauit. Qui ortus vico
tabatha: qd̄ quinꝙ milibus a gaza vrbe pa-
lestine distat: parentibus gentilibus xp̄ia
nus ipse vt rosa de spinis floruit: sed alexan
driam a patre missus in breui grāmaticā
didicit: ꝑ in xp̄m credens: ecclesiam frequētare cepit. Au-
diens autē celebre nomen antonij: qd̄ p oēs egypti popu
los ferebat: videndi eū studio perrexit ad heremū: ꝑ statim
mutato habitu duobus mensibus secum mansit: contem-
plans ordinem vite eius: morisꝙ grauitatem. Reuersus
aūt cū quibusdā monachis ad patriā: parentibusꝙ defun
ctis oīa pauperibus largitus est: nihil sibi oīno reseruās.
Sicꝙ annorꝫ quindecim nudus ꝑ armatus in xp̄o solitu-
dinem ingressus est: sacco tñ membra coopertus quinde
cim caricas post solis occasum comedebat. Igitur a deci-
mo sexto etatis sue anno vsꝙ ad vigesimū estus ꝑ pluuias
breui tugurio declinauit qd̄ iunco texerat. ℂ Structa de
inceps breui cellula longitudine pedum quinꝙ latitu-
dine paulo ampliore ꝙ eius corpusculum patiebat: vt se-
pulchrum potius ꝙ domum crederes. Capillos in anno
die pasche semel totondit: sup nudā humū vsꝙ ad mortē
cubauit. Saccū quo semel indutus fuerat nunꝙ muta-
uit: nunꝙ lauit: orationi ꝑ psalmodie iugiter instabat ab
anno .xxi. incipiens tribus annis ꝑ dimidio lentem aqua
frigida madefactum comedit: deinde triennio panem ari
dum cū sale ꝑ aqua: deinde per annos nouē scx vncias hor-
deacei panis ꝑ coctum modicū olus in cibo habuit: sꝫ las-
sus egritudine oculorꝫ oleum adiecit. Et in tali ieiunio
vsꝙ ad .lxiij. etatis sue annum perseuerauit. Abinde vero
vsꝙ ad annū .lxxx. pane abstinuit incredibili feruore mē
tis accēsus. Fiebat aūt ei sorbitiuncula de farina ꝑ minu
to olere in cibo ꝑ potu vix .v. vncias appēdentibus. Nunꝙ
ante solis occasum gustauit: neꝙ vlla solennitate ieiuniū
soluit. ℂ Igit̄ potentissimus miraculis ꝑ sanctitate incō
parabilis octogesimo etatis sue anno cum esset absens
hesychius: qui eum familiarissime colebat: in testamen-
ti vicem breuem scripsit epistolam: omnes diuitias suas
ei derelinquens. Euangelium videlꝫ tunicam saccinā: cu
cullam ꝑ palliolum. Et postꝙ annis .lxv. deo seruierat ad
extrema deueniens spm̄ emisit .xij. calen. nouembris. Sta
tim corpus eius humo obrutum est: qr sic ipse omnes q̄
ad egrotantes venerat adiurauit. Quod postꝙ hesychius
palestine audiuit perrexit cyprum: ꝑ corpus eius furatus
post menses .x. in palestinam nauigio detulit ꝑ in antiquo
monasterio condidit: illesis tunica ꝑ cuculla. corporeꝙ in
mensis

mensis odoribus refragrante.

¶ De sctō Asterio martyre. Capitulum.lxxxix.

Asterius martyr rome passus est: sub alexā
dro imperatore: qui a btō Calixto papa presby
ter ordinatus fuit. Et post eius passionem
corpus eiusdem pontificis cuz clericis suis
rapiens sepeliuit: vt dictum est supra in pas
sione calixti pape pridie idus octobris. Post
dies autem quinque alexāder imperator hoc audiens tenuit
asterium presbyterum: quem precepit per pontem in tybe
rim precipitari. Cuius corpus apud hostiam repertum ⁊ in
eadem ciuitate a quibusdam christianis sepultuz est. xij.
calen. nouembris.

¶ De sctō Viatore confessore. Capitulum.xc.

Viator confessor ordinem lectoris tenuit: et
sctī iusti lugdun. epi comes fuit. Qui cuz
eodem episcopatum deserente naues conscendit
⁊ ad egyptum nauigauit: atque ei in here
mo sedule ministrauit: vt supra dictū est
in eius legenda pridie idus octobris.
Quo decedente ⁊ ipse post dies. vij. prout
ipsi sanctus iustus predixerat: eum ad celos secutus ē. Nā
⁊ quieuit in pace. xij. cal. nouembris. Quorum amborum
corpora a ciuibus lugdunensibus exinde sublata ad eorū
ciuitatem relata: ⁊ in ecclesia sanctorum. vij. Machabeo
rum condigno cultu posita sunt. iiij. non. septembris.

¶ De sctā Salome discipula. Capitulum.xcj.

Salome discipula xpi fuit. Que tpe dñi
ce passionis cum reliquis sctis feminis
ad crucem astitit circa eius sepulturaz
sollicita fuit. De qua theophil⁹ ⁊ Chry
sostomus dicunt: q hec fuit mater filio
rum zebedei: qd origenes sic opinat: vn
de scdm istos cum dr in euāgelio marci
Maria iacobi minoris ⁊ ioseph mater ⁊ salome: ⁊ iterum
maria magdalene ⁊ maria iacobi subaudi minoris: ⁊ salo
me: tunc istud nomen est nolatiui casus ⁊ est nomen mu
lieris. Alij dicunt q est casus genitiui: ⁊ est nomen viri q
scz fuit vna alia vxor salome. Hieronymus tamen in suo
martyrologio tradit eam mulierem fuisse ⁊ in pace apd hie
rosolymā quieuisse. xj. cal. nouembris: vt ado dicit.

¶ De sctō Marco epō ⁊ martyre. Capitulum.xcij.

Marcus eps ⁊ martyr apd hierosolymam
passus est. Hic clarissimus ⁊ doctissim⁹
vir: primus fuit ex gentibus qui post epos
ex circuncisione ecclesiam hierosolymo
rum regendā suscepit: de quibus supra ē
habitum in legenda zachei epi. x. cal. se
ptembris. Sacerdotium igit illius ciui
tatis sancte suscipiens: non multo post p confessione christi
martyrio consummatus: victorie palmam promeruit. xj. cal.
nouembris. Hec ado.

¶ De sctō Melanio epō. Capitulum.xciij.

Melanius eps tpe valeriani ⁊ galieni impera
torum claruit: apd ciuitatez rothomagen.
Qui de maiori britannia exortus cum esset
gentilis romā venit vt patrie tributuz sol
ueret: ⁊ imperatori deseruiret. Cum aūt venis
set ad templum martis vt ibidem cum so
cijs sacrificaret conuersus est a sancto stephano papa ⁊ mar
tyre ibidē predicante; ⁊ ab eodē baptizatus ipsi adhesit:
quem ille p oēs gradus ecclesie ad sacerdotiū vsque promo
uit. Qui ⁊ fideliter in omnibus ordinibus domino deser
uiuit. Cūque die quadam pontifex celebraret: ⁊ ei melani⁹
ministraret: angelus domini a dextris altaris extitit: quē
vterque illorum vidit. Qui ⁊ finita missa baculum melanio
dedit: ⁊ eum vrbi rothomagensi a deo electum epm nun
ciauit: ⁊ vt illuc ad predicādum accederet mādauit xpmque
ipsi ductorem futurū promisit: statimque disparuit. Me
lanius ergo continuo accepta benedictione a papa discessit
⁊ xpm itineris ducem habuit: veniens autem antisiodo
rum inuenit hominez qui casu bipenni sibi pedē in duas
partes diuiserat. Quem baculo quem ab angelo accepe
rat tetigit: ⁊ ipsum sine mora sanauit: veniens autem ro
thomagum predicationis officio fideliter institit: ⁊ mira
culis clarens fere totum populum ad xpm conuertit: ⁊ mi
nisterium suum implens in domino quieuit vndecimo
calendas nouembris. Sepultusque est in ecclesia rothoma
gensi.

¶ De sancta Melania maiore. Capitulum.xciiij.

Melania maior apud hierosolymam cla
ruit tempore valentis imperatoris vt di
cit heraclides. Hec nobilissima ciuis
romana filia quondam marcelli consu
lis vrbano eius filio vnico pretore in vr
be relicto hierosolymam nauigauit:
ibique tantis virtutibus ⁊ humilitate re
fulsit vt thecle nomen acciperet. Fuit enim vxor venerabilis
viri: que annorum. xxij. existens vidua: relicta patrio ⁊ fi
lio: vt dictum est: cum certis pueris ⁊ puellis: omnibus
suis in naui positis: primo alexandriam nauigauit: ibique
omnibus distractis sanctos patres in heremo reuisit: sci
licet pambonem: serapionem: pannutium: isidorum ⁊ dio
scorum: apud quos sex mensibus mansit: ⁊ eis necessaria
ministrauit. Cum autem prefectus alexandrie predictos
viros domini cum quibusdam epis palestinam in exiliuz
mitteret. Melania in habitu viri eos secuta est. Quod
audiens consularis palestine: vt eam terreret: in carcerē
misit: sed eius nobilitatem comperiens: eam protinus re
laxauit: deditque ei licentiam: vt quocūque vellet ad sanctos
pgeret visitandos. Illis vero ab exilio reuocatis melania
hierosolyme remāsit: habens secum rufinum aquileie pre
sbyterum: per cuius manus ipsa epis ⁊ clericis ac peregri
nis de suis facultatibus ministrabat: ⁊ in talibus operi
bus per annos. xxvij. perseuerauit. Cuius sanctis oratio
nibus filius eius vrbanus in sanctitate creuit: ⁊ nobiles
nuptias contrahens: duos filios catholicos ⁊ deuotos p
creauit: qui etiā matri sue plura dona mittebāt vt sanctis
elemosynis vberius insisteret. Hec apud hierusalem mo
nasterium construxit: in quo virgines. L. deo seruientes po
suit: in quo ⁊ ipsa etatis sue anno. lix. in pace quieuit.

¶ De sancta Melania iuniore. Capitulum.xcv.

Melania iunior cuius predicta melania fuit
auia ⁊ cesarij vrbani pretoris extitit filia: in
vrbe roma procreata. Que cuz inuita a pa
rentibus nuptui tradita fuisset: ⁊ duos fi
lios quos genuerat: nece amisisset cepit pul
sare virum de castitate seruāda: aut de licen
tia peregrinandi sibi concedenda. Qui licet diutius re
cusasset: licentiam tandem deo inspirante concessit ⁊ om
nes vestes sericas in pallia altarium: dedit: reliquas per
ecclesiarum ornamenta distribuit: aurum omne suum ⁊
argentum p manus pauli presbyteri discurrentis cōtinue
p egyptū thebaidē antiochiā palestinā: hierosolymam ⁊
alia loca sancta: destinauit: seruos ⁊ ancillas manumisit:
possessionib⁹ pluribus venditis precia pauperibus diuisit: ce
teras in subsidium monasteriorum retinuit. Sicque p vxo
rem cōuersus in virum alterum mutatus: mira penitētia
se affligebat: ⁊ post alterum die semper cibum sumebat.
¶ Melania vero in possessionibus suis cenobium cōstru
xit: vbi cum. xv. eunuchis. ⁊. xl. virginibus ⁊ alijs ancillis
suis libertati traditis deo seruiuit. Parē quoque vir suus
cum. xxx. monachis vitam duxit: vterque ipsorum ieiunijs:
lectionibus ⁊ orationibus vacans. Sicque sancta dei mela
nia bone cause vnitatrix effecta: plena virtutibus in pa
ce quieuit.

¶ De sanctis Munilione ⁊ Eledia virginibus ⁊ martyribus. Capitulum .xcvi.



Unilio ⁊ eledia virgines ⁊ martyres apud civitatem ostiam passe sunt: que pro confessione christi diuturna custodia macerate: atque deinde capitali sententia punite: preciosum martyrium celebrarunt .xi. calen. novembris ut dicit ado.

¶ De sanctis servando ⁊ germano mar. Capitulum .xcvii.



Ervandus ⁊ german⁹ martyres apud hyspaniam passi sunt sub preside viatore: qui post dira verbera ⁊ squalorem carcerum: ⁊ sitis ac famis iniuriam: ⁊ longissimi itineris labores quem onusti ferro iubente eodem preside pertulerunt. Novissime martyrii sui cursum gladio cesis cervicibus impleuerunt: ex quibus german⁹ apud emeritam civitatem iuxta beatam eulaliam sepultus est. Servandus vero apud hyspalense oppidum iuxta sanctas iustam ⁊ rufinam conditus est. Passi sunt autem sancti martyres .x. calen. novembris.

¶ De sancto severino episcopo ⁊ confessore. Cap. .xcviii.



Everinus episcopus coloniensis. apud ipsam civitatem claruit. Qui effrate cuidam heretico successit. Nam ut scribit in gestis sancti servatii. de quo supra actum est .iii. idus maii: dum ei revelata fuisset destructio urbis treugrensis ⁊ prelati; ac principes ipsum romam pro legatione destinaret. Respondit servatius: iter non esse tutum: nisi effrata hereticus ab episcopatu deponeret. Illico congregata synodo episcoporum apud coloniam aggrippinam. Effrata hereticus iudicio synodi condemnatus deponit: ⁊ severinus ordinat. Dum autem servatius rediret ab urbe apud coloniam a severino susceptus est: qui dum nocte oraret: severinus columnam ignis super caput eius aspexit: que paulatim usque ad devenit: in quo loco severinus ecclesiam edificavit: quam ⁊ portam celi appellavit. Quievit autem sanctus severinus in domino .x. calen. novembris.

¶ De sancto Severino boetio martyre. Capitulum .xcix.




Everinus martyr qui ⁊ boetius pro veritate interfectus sub isto nomine in catalogo martyrum scribit: dictus severinus a severitate iudiciorum. Hic ut dicit sigibertus gener fuit symmachi patricii urbis romanus vir consularis conspicuus: mira lingue eruditione politus: ⁊ liberalium artium: quas pene omnes a greco in latinum transtulit plenius eruditus: cui⁹ uxor helphes nomine rhetorica scientia insignis: hymnos apostolorum per omnes ⁊ aurea luce composuit. Hic tempore theodorici regis longobardorum: qui fuit imperante zenone circa annum domini .cccclxxvi. dum dicto regi rempublicam invadenti boeti⁹ restitisset: apud eum dolo accusatus cum plurib⁹ aliis proscript⁹ ⁊ in exilium missus est. Inde reductus papie incarceratus est: ubi librum de philosophica consolatione compilavit. Tandem ab eodem theodorico rege in carcere interfectus est: anno domini .ccccc xxi. x. cal. novembris. Sepultusque in ipsa papiensi civitate in ecclesia sancti petri ad celum aureum ut martyr ab ecclesia digna veneratione celebrat. ¶ Hic philosophus eximi⁹ divina ⁊ humana sapientia pollens: multa nobis ingenii sui documenta dereliquit. Scripsit enim libros de trinitate. De unitate ⁊ uno. De ente ⁊ essentia. De duab⁹ naturis ⁊ una substantia christi. De hebdomatib⁹. De consolatione philosophica libro .v. de scholastica disciplina. Topicorum libros Aristotelis libros quos hz bibliotheca latina: omnes fere de greco in latinum convertit sermonem. Scripsit ⁊ volumen de musica. De arithmetica. Categoricorum. Syllogismorum ⁊ hypotheticorum. De deitate ad ioannem romane ecclesie dyaconum. De electione primi parentis ⁊ restauratione humani generis per incarnationem ⁊ passionem christi. Adversus eutychianos ⁊ nestorianos atque azephalos de incarnatione domini. Item contra arrianos: eunomianos ⁊ apollinaristas libros fortes: ⁊ eorum heresim confutantes.

¶ De sancto Theodorico presbytero ⁊ martyre. Capitulum .c.




Heodoricus presbyter ⁊ martyr apud antiochiam passus est tempore iuliani apostate imperatoris: sub prefecto ⁊ avunculo suo iuliano. Cum enim a predicto prefecto ecclesia antiochenorum spoliata esset ⁊ christiani ubique dispersi fuissent. Hic in ecclesia permansit intrepidus. Qui ab eo teneri iussus post eculeum ⁊ multos ac durissimos cruciatus: etiam lampadib⁹ circa latera inflammatus est. Sed faculis divina virtute extinctis milites qui eas tenebant: angelorum aspectu territi in faciem corruerunt. Cumque prefectus quosdam christianos occultos illorum ministerium supplere iuberet: ⁊ illi hoc facere recusarent: prefectusque ipsos examinans christianos reperisset: iussit eos in pelagus demergi. Quos sanctus martyr hortabatur ut ipsum ad gloriam precederent. Novissime autem dum iuliani apostate: quem apud persidem divina ultio punivit interitum predicceret: occasione gladii martyrium consummavit .x. calen. novembris.

¶ De sancto Felice episcopo ⁊ sociis mar. Capitulum .ci.



Elix episcopus civitatis tubaboceñ. audax ⁊ ianuarius presbyteri. fortunatus ⁊ septimus lectores temporibus diocletiani imperatoris in venusia civitate apulie passi sunt. Qui a quodam magnoliano curatore detenti multis diebus vinculis ⁊ carceribus in aphrica ⁊ in sicilia macerati: tandem occasione gladii martyrio coronati sunt .ix. calen. novembris. Ex quibus felix episcopus annorum quinquaginta sex virgo ⁊ martyr ad christum duplici cum palma migravit. Quorum corpora intra carthaginensem civitatem ⁊ uticeñ. sepulta sunt.

¶ De sancto Martino abbate. Capitulum .cii.



Artinus abbas apud campaniam claruit tempore iustini iunioris augusti. Qui in monte massico solitariam vitam duxit multisque annis in specu angustissimo inclusus fuit. Mox autem ut se in predicti montis foramine contulit: ex eadem petra aqua stille prorupit: que sibi ⁊ in usu quotidiano sufficeret: ⁊ nec plus adesset: nec necessitati deesset. Mox antiquus hostis ut eum ex antro illo depelleret amica ei bestia serpens ingressus cepit in spelunca inveniri solus cum solo eoque orante se ante illum sternere: ⁊ cum cubante pariter cubare. Sed vir dei omnino imperterritus ei⁹ ori manum vel pedem extendebat: sed ipsum tamen serpens percutere non audebat. Et cum hoc quotidie per triennium ageret: die quadam inimic⁹ eius fortitudine victus se per deuctum montis latus in precipitium dedit omniaque loci arbusta flamma ex se prodeunte concremavit: ut per hoc constaret quis fuerat qui ab eo vict⁹ abscedebat. ¶ Hic sanctus vir primo inclusionis sue tempore decrevit: ut ultra mulierem non videret: ne ex contemplata specie tentationem incurreret. Quod quedam mulier audiens audacter ad specum eius ascendit: ut eius propositum frangeret. At ille paulo longius intuens: ⁊ muliebria vestimenta conspiciens: in terram faciem depressit: ⁊ eo usque in orationem prostratus iacuit: quousque impudens mulier inde fatigata discessit. Que die eodem mox ut de monte descendit vitam finivit: eo quod virum dei ausu improbo contristavit. ¶ Cum autem ad eum multi ex devotione concurrerent ⁊ semita que ad eius ducebat cellulam artissima foret: puer parvul⁹ incaute gradiens ex monte cecidit ⁊ usque ad vallem in profundissimo sitam ruit. Perturbati omnes querere ceperunt sicubi corpus lapsi pueri potuisset invenire.

niti. Qui tandē in valle inuētus est non solū viuus: ſʒ etiā membris oībus illesus. Sicqʒ oībus innotuit ꝙ hunc in casu suo martini oratio portauit. ¶ In specu vero illi⁹ magna desuper rupes eminebat: q̄ martini celle ꝓminēs: casu suo imminēte: illius interitū minabat. Ad hunc mascator nepos illustris viri armentarꝫ veniens cum multis rusticis orabat: vt vir dei de specu exiret: donec ipse ruituram rupem de monte euelleret. Quod vir dei facere non acquieuit sed illi qđ possetvt faceret: precepit: itaqʒ dum illoꝝ multitudo conaret̄ sine periculo scī viri illud ingens saxum leuare: repente cunctis videntibus moles ipsa e laborantibus euulsa: ne specu martini tangeret saltum dedit: ⁊ q̄si serui dei lesionem fugiens longius cecidit. Qđ angelico ministerio actuʒ fuisse vnusquisqʒ cognouit. Hic dū ꝑus in eodē monte se contulit: catena ferrea sibi pedeʒ ligauit eāqʒ saxo ex altera parte affixit: ne vltra ei ꝓgredi liceret. ꝙ catene longitudo tēdebat. Qđ beatus benedictus audiens eidē dicendo misit: vt si seruus esset dei: nō eū teneret catena ferri: sed catena xpi. Ad quam vocē martinus cōpedem soluit: sed tñ nunꝙ vltra ꝙ catena extēdebat pedem mouit. Qui postmodum ibidem inclusus discipulos congregauit: qui ab eius specu seorsum habitantes, aquā ex puteo hauriebant: sed funis in quo situla pendebat sepius frangebat: vnde factū est: vt catenam quam ex pede suo vir dei soluerat: funi situle alligarēt: ex quo iā tpe contigit: vt funis quotidie tingeret: ⁊ nullatenus ex tactu catene illius decetero rumperet. Quieuit aūt in pace vir dñi nono calen. nouembris. Hec gregorius tertio dyalogorū capit. xvj.

¶ De sancto Maioro epō. Capitulum. ciij.



Aiorus epūs apud insulam sargiam britanniae claruit. Hic ex eadem ꝓuincia ortus genere nobilis: soci⁹ scī sampsonis: eidē in dolensi archiepātu successit in quo duʒ verbis ⁊ exemplis pplm dñi laudabiliter pasceret: ab angelo in somnis monitus: epatum cessit: ⁊ buducum sibi substituens heremum petijt: ⁊ solitariā vitam annis pluribus duxit: deinde plurimum monachoꝝ pater effect⁹ est. ¶ Qui comitē quendā ditissimū: q̄ septennio leprosus fuerat contactu suo a lepra mundauit. Comes autēʒ ꝓ gratiarumactione medietatem vnius sue possessionis vici dei monasterio cōcessit. Sed cum dicta possessio auibus ⁊ piscibus abundaret: moꝝ aues oēs ⁊ pisces dimissa medietate quam sibi comes retinuerat: ad aliam viri dei medietatem transierunt. Quod cernens comes ad suas sanivroris medietatem cenobio concessam cum sua sibi retenta commutauit. Iterūqʒ pisces ⁊ volucres ad medietatem sancti commutatam se transtulerūt. Quapropter comes possessionem integram monasterio largitus est. ¶ famulum quendam suum: qui dum piscaret̄: in mare cadens necatus fuerat: oratione sua a mortuis suscitauit ⁊ ab vndis ad littus incolumeʒ electum reduxit. ¶ Cum fames valida omnem britanniam occuparet: ⁊ ipse ex pietate omnem populum ad se venientem reficeret. Iamqʒ ex tali largitione victualia monasterio deficerent: pueri q̄dam ex monachis meridie ad littus maris accedentes lectiones suas repetituri: nauem antiquam in littore ex vetustate derelictam: pueriliter intrauerunt: quam subito mare concrescens rapuit: ⁊ sine remo vel remige aliqʒ adminiculo quo ꝗ vna cum pueris saluis ad oppositam insule ripam subito deuexit. Maioro pueris apparente: ⁊ nauem tenui baculo gubernante. Ad qđ spectaculum rex ꝓuincie cum omni populo occurrens: ⁊ a pueris qui essent aut quomodo aduenissent audiens: nauem victualibus ⁊ diuitijs refertā remisit: quam similiter virtus diuina: vt prius ad ꝓprium locum reduxit. ¶ Cum normanni totam insulam deuastarent: ⁊ populus inermis ad sanctum confugisset: ille baculo rupem percussit: ⁊ in manuales lapillos diuisit: quibus populus hostes in se irruentes oppressit: eosqʒ in mari fugatos se precipites dare cōpulit. Hic virgo perpetuo permanens: pane hordeacco solo contētus feria quarta ⁊ sexta nullum capiebat cibuʒ ⁊ semꝑ ferebat cilicium. Cui in vigilia pasche oranti: ter angelus apparuit: eiqʒ obitus sui diem prenunciauit: de cuius manib⁹ sanctus vir eucharistiam tertia vice visibiliter sumpsit: et ix. calen. nouembris: vt audierat: ad xp̄m migrauit.

¶ De scō Maioro martyre. Capitulum. ciiij.



Aiorus martyr seruus generosi ⁊ nobilis viri tyburtine ciuitatis passus est ꝑsecutione vandalica sub hunerico rege: q̄ primo fustibus quasi innumerabilibus cesus: trocheis frequentibus eleuatus aliq̄ñ ictu celeri dimissus super lapides ⁊ silices corruebat: sed ⁊ plurea plagas lapidibus confricatus: dum iam viscera pelle nudata essent ⁊ ipse ad singula constantior appareret: nouissime gladio cesus est: ⁊ apud eandem vrbem sepultus.

¶ De sanctis Chrysantho ⁊ Daria martyribus. Capitulum. cv.



Hrysanthus ⁊ daria vxor martyres ambo rome passi sūt sub imperatore numeriano: q̄ chrysanthus alexādria ortus: cū patre polemio illustrissimo romā veniēs ab eodē liberalibus studijs traditus: cū esset acūtissimi ingenij oībus scientijs mundanis erudit⁹ ē. Et dū vniuersa libroꝝ volumina ex curiositate discuteret: ⁊ ad libros xp̄iane fidei ꝑuenisset: cepit q̄rere: q̄s ei diuinas lr̄as exponere posset. Tandē a quodā xp̄iano secretissime ad carpophoꝝ ꝑsbyterū adductus est: q̄ ꝑsecutionis atrocitate seuiēte in specu mōtis occultat⁹ vix poterat a paucis fidelibus visitari. A quo chrysanth⁹ diuinis lr̄is ībuit̄: ⁊ ꝯuersum ad xp̄ʒ: sacro fonte ꝑfundit̄: ⁊ catholica fide diligēter instruct⁹ post. vij. dies baptismatis sui xp̄m dñm voce publica cōfitet̄ ⁊ deos deasqʒ romani ppl̄i demones eē ptestat̄. Qđ audiēs pater eius nūciātib⁹ ꝓpinq̄s: cū ab imperatore plurimū honoratus esset: ⁊ dignitatem amittere formidaret: fecit filiuʒ in tenebroso carcere recludi: ⁊ cibo paruissimo sustentari. Quod vir dei ad exercitium potiusꝙ ad suppliciuʒ sibi dicebat inferri. Sed quidam ex attinentibus patri consuluit vt si filium ab hac superstitione volebat eripere: elegantissime puelle coniugio traderet: vt dū disceret eē marit⁹ obliuisceret̄ esse xp̄ianus: eo ꝙ afflictiones illatas: xp̄iani sibi ad gloriam reputabant. ¶ Tunc polemius triclinium sericis vestibus stratum preparauit: et Chrysanthum preciosis vestibus induit: et. v. puellas speciosas et ornatas ex ancillis suis eidem associauit. Iubens quotidiana conuiuia affluentibus dapibus exhiberi: filiumqʒ suum blanditijs et amplexibus puellarum se-

duci. Qui dum orasset ad dn̄m: ne a fera scȝ carnali cōcu-
piscentia superaret: ꝓtinuo predicte puelle somno oppres-
se: nec cibū nec potum sumere poterāt: sed educte exterius
statim euigilabāt. Jterūq; in triclinium introducte gra-
ui sopore dormitabant. Cum autē polemius ex hoc ad inor-
tem doleret: ⁊ amici eius hec oīa magie imputarent: ei-
dēq; cōsulerent: vt eruditā aliquā iuuēculā speciosam ad
eū introduceret: quā ille incātationibus xp̄ianorum mi-
nime superare posset. Daria virgo prudentissima ⁊ eloquē-
tissima: ac super omnes speciosa: de veste dicata eligit ⁊ or-
natissimis vestibus induta a patre rogat: vt ad iuuenem
ingrediens: eum dijs ⁊ patri restituat sibiq; maritū acq̄-
rat. Que geminis ⁊ auro radians ad chrysanthum ingre-
dit: tantaq; eum elegantia sermonis alloquit: vt si esset
ferro durior: plumbo mollior redderet. Dum autem eam
chrysanthus de pompa vestium argueret respondit: se non
propter pompam: sed vt eum dijs ⁊ patri lucrifaceret: sic
indutam. Cum iterum chrysanthus eam reprehende-
ret: quomodo pro dijs ydola coleret: que nec se nec alios
custodire possent: ⁊ que vinculis ferreis ⁊ plumbo coarta-
ta essent. respondit Daria ꝙ he ymagines propter vulg⁹
ignobile formabantur: marmore ⁊ metallo vt quos cultor
mente ⁊ sacrificijs colit: effigiata ymagine oculis perspi-
cere possit. Tūc chrysanthus cepit perscrutari: qui essent
dij quorum ymagines colebant. Et cum saturnum com-
probasset filiorum interfectorem. Jouem adulterum ⁊ in-
cestuosum ⁊ homicidiorum patratorem. Mercurium in-
cantatorem. Herculē sui ipsius occisorem: ceterosq; deos
flagitiosos ⁊ eorum quēlibet malorum omnium incesto-
rem: ⁊ per consequens tales deos miserrimos: nec coli de-
berent: nec deos dici: credidit daria ab eodē cōuersa am-
boq; sancti spūs copulā vniti carnale matrimoniū simu-
labant. fecitq; chrysanthus occulte in domo sua dariam
baptizari. Que intra paucos dies sacris imbuta litteris
vna cum viro virginitatis perpetue votum emisit. Et tam
per chrysanthum multitudo virorū: quam per dariā mul-
titudo conuertebat feminarum. ¶ Quapropter excitata
in vrbe seditione: chrysanthus a prefecto celerino compre-
hendit: ⁊ sacrificare iubet. Sed cum hoc recusaret: tribu-
no claudio a prefato tradit: vt diuersis supplicijs immo-
lare cogat. Quem claudius dedit in custodiam militibus
septuaginta. Qui neruis crudis eum constringunt vt sen-
sim se siccantibus neruis ac ossa eius vix pertingerent li-
gamenta. Sed statim resolutis neruis: iterum fortiorib⁹
nodis vincitur: sed vincula continuo dirumpuntur. De-
inde ab eisdem pedibus in cippo mittitur: sed repente li-
gno putrefacto cippus in puluerē vertitur. Que cum mi-
lites magicis artibus ascriberent: lotio chrysanthum per-
fundere ceperunt: vt ab eo incantationes diluerent: sȝ aq̄
mox putentissima in roseum odorem conuersa est. Dein-
de vitulum excoriauerunt: ⁊ corio illum nudum cinxerūt:
⁊ in sole per horas plurimas posuerunt: sed corium nullā
calefactionem sentiens: in eadem viriditate permansit.
Jterum catenis ferreis vincitur: ⁊ in carcerem obscurissi-
mum mittitur. Sed lux ei nimia diuinitus est infusa: et
vincula sunt resoluta. Que cum milites claudio nunciasē-
sent: iussit sanctum ad se adduci ⁊ nodosis fustibus cedi:
sed fustes in manibus tenentium solidi quasi ferrei erant
cum vero percuterent: quasi plume molles fiebant. Quod
videns claudius cum vxore hylaria ⁊ filijs iasone ⁊ mauro
ac prefatis septuaginta militibus crediderunt: ⁊ baptiza-
ti omnes coronam martyrij perceperunt. De quibus su-
pra in eorum passione dictum est calen. decembris. ¶ Au-
diens hec imperator numerianus chrysanthum in carce-
re tulliano obscurissimo ⁊ fetidissimo iussit recludi. Da-
riam vero ad publicum meretricum locum adduci. Sed
cōtinuo diuina misericordia chrysantho lux diuina ⁊ odo-

ramenta sancta prestantur. Darie vero leo de cauea am-
phitheatri fugiens custos eius virginitatis dirigitur.
Qui ingressus cellam: vbi virgo orans prostrata iacebat:
iuxta eam se posuit: vt quasi secum videretur orare. Mitti-
tur quidam nefandus vt virginem corrumpat: sed a leone
captus in terram dejcitur: qui sine lesione eum tenens:
ad sanctam vultu conuertitur: ⁊ quasi innuēs: quid de ca-
ptiuo fieri iubeat: sciscitat. Que precepit ne ipsum in nul-
lo lederet: sed ad se audiendam venire permitteret. Leo
igitur eum relinquens in hostio cellule se posuit: vt nec il-
le posset exire: nec alius introire. Uir autem ille viso diui-
no miraculo: ⁊ auditis sermonibus virginis: cōuersus est
ad christum: ⁊ per vrbem discurrens: deum christianorum
verum omnium creatorem proclamabat. Mittuntur ve-
natores: vt leonem capiant: sed omnes a leone capiūtur.
⁊ sine lesione ante pedes darie deponuntur: ⁊ ab ea cōuer-
tuntur. Tunc prefectus in celle introitu copiosum ignē
iussit accendi vt leo cū daria combureret. Quod leo timēs: ru-
gire cepit: sed eū virgo dn̄i confortauit: q; nec incēdio cre-
maret neq; ab alio caperet neq; occideretur sed morte sua
moreretur: iubens vt securus per ignem egrederetur: q;
ille eum liberaret: quem leo in se honorasset. Tunc leo in-
clinato capite per medium ignis illesus egreditur: ⁊ per
turbas discurrens neminem lesit: nec vllus eum exinde
vnꝙ cepit. ¶ Que omnia dum imperator audisset: iussit
celerino prefecto: vt aut chrysanthum ⁊ dariam sacrifica-
re compelleret: aut diuersis penis afficeret: qui sacrifica-
re nolentem chrysanthum iussit eculeo suspendi: ⁊ arden-
tes ei lampades applicari. Sed continuo ligna omnia
eculei comminuuntur: vincula rupta dissoluuntur: ⁊ lā-
pades extinguuntur. Quicunq; vero manum ad dariam
mittebant: eorum nerui brachiorum stupebant: quod dum
imperator a prefecto didicisset: ⁊ hec omnia magicis arti-
bus ascriberet: iussit eos in viam salariam deduci: ⁊ in ha-
renario vtrosq; deponi: ⁊ viuos terrā lapidibus obrui.
Sicq; inuiolati coniuges in fouea quasi in vno lecto de-
ponuntur: ⁊ magis sepulturam ꝙ penam excipientes in
christi laudibus persistentes: terra ac lapidibus obruun-
tur. Sicq; christo martyres consecrantur: ⁊ in eodem loco
vsq; in presens digna celebratione venerant: passi sunt au-
tem. viij. calen. nouembris.

¶ De sanctis Crispino ⁊ Crispiniano mar-
tyribus. Capitulum. cvj.



Rispinus ⁊ crispinian⁹ martyres fratres
passi sunt in ciuitate suessionensi sub ma-
ximiano imperatore agente rictiouaro ꝑ-
side. Ibi cū beato quintino martyre ⁊ alijs
pluribus ex vrbe roma egressi: suessionum
venerunt: ⁊ ibidem peregrini habitare ce-
perunt: ibiq; artem consutoriam calceorum adiscentes:
de labore manuum victum sibi querebant. Ad quos pro-
pter eorū artem multi gentiliū venientes: ab eis cōuerte-
bant. Deniq; a rictiouaro preside detenti inuēti sunt cal-
ciamenta pauperū resarcientes: ꝙ dum christū confiterent:
iussit eos preses extendi ⁊ fustibus cedi: deinde sudes in eo-
rum vngulis mitti ⁊ corrigias singulas de dorsis eorū tolli.
Sed orantibus sanctis: sudes de manibus eorū exilierunt
⁊ ministros percutientes: quosdam eorū occiderunt: quos-
dam vero excecauerunt. ¶ Jnde mandauit preses vt liga-
tis molis ad colla eorum tempore hyemis in flumine axo-
na velut sub glacie mergerentur: sed eos nec aqua merge-
re: nec petra deprimere nec frigus constringere potuerūt
quin protecto onere ad ripam aliam fluminis deuenerūt
Postmodum in plumbo liquefacto deiecti: illesi permā-
serunt. Uerum cum gutta plumbi in oculos presidis insi-
liens ipsum excecasset. Sanctos martyres in picem et
oleum et adipem simul bullientia iactari fecit. Quos
orantes

orantes Angelus dñi nostri ab igne illesos eduxit. Unde Rictiouarus iratus se in igne precipitauit: ⁊ iusto dei iudicio se cremauit. Maximianus aūt audita morte presidis: die sequenti sanctos gladio puniri mandauit: qui decollati sunt octauo calē. nouembris: quoꝝ corpora bestijs ⁊ auibus deuoranda relicta: diuina ꝓuidentia permanserunt intacta. Senex aūt quidam cum germana sua vetula ab angelo monitus: corpora inde tulerunt. Uenientesq; ad fluuium aponā in nauicula diuinitus ibidem ꝑparata ea posuerunt: ⁊ cōtra ictum fluminis sine remo vel remige deo duce ad locum sibi ostensum peruenerunt: ⁊ sanctorum corpora sine vllo pondere portantes: ita vt magis ipsi a corporibus portare videren̄ in quodam coꝝ tugurio secreto sepelierunt: vbi persecutione cessante honor eis a xp̄ianis condebitus impensus est: ⁊ Basilica eorum nominibus fabricata.

De sctis quadragintasex martyribus. Cap. cvij.



Quadragintasex milites rome passi sūt sub claudio imperatore: qui audientes q tryphonia regina quondā vxor decij ad xp̄m cum filia cyrilla cōuersa esset: vt dictū est supra in legenda sancte tryphonie decimo quinto calen. nouembris. Uenerūt ad iustinum presbyterum ⁊ ab eo baptismi gratiam petierunt: qui clerū romanum congregauit: vt ordinarent ep̄m in vrbis rome in locū sancti sixti pontificis martyrizati: qui oēs dyonysium papam elegerūt: ipmq; ꝑ manus maximi ep̄i ostiensis consecrari fecerunt. Consecratus autem dionysius baptizauit predictos milites quadragintasex a iustino p̄sbytero sibi oblatos. Audiens hoc claudius: iussit teneri milites ⁊ ꝟginem cyrillam olim decij filiam. Et congregato exercitu armato in palatio. Salustij mandauit. xlvj. milites sibi presentari. Quos xp̄m confitentes precepit foras muros porte Salarie duci: ⁊ in ciuitate figlina omnes capite cedi. Quoꝝ corpa iustinus ⁊ ioannes presbyteri noctu rapuerunt: ⁊ in via salaria iuxta cliuum cucumeris cum alijs. cxxj. martyribus sepelierunt. viij. calen. nouembris. Inter hos autem fuerunt qtuor milites christi precipui scilz theodosius: lucius: marcus: ⁊ petrus.

De sctō Minyate martyre. Cap. cviij.




Minyas martyr ⁊ passus est sub persecutione decij cesaris apud florentinam ciuitatem Ad quam dum decius peruenisset: minyatem tentum: ⁊ sibi presentatū: ac sacrificare nolentem: leopardo ferocissimo subijci fecit: sed orante sancto fera extincta est. Deinde ipm nudum oleoq; perunctum in fornacem ardentem mitti iussit. Angelus aūt dñi vt olim cum trib⁹ pueris cum eo descendit: ⁊ flammā extinxit: ⁊ sanctus illesus olno permansit. Tunc decius leonem ei adhiberi precepit sed signo crucis edito leo interijt. Deinde mandauit euz in eculeo leuari: ⁊ diutius torqueri: ⁊ postmodum inde deponi: sudesq; ligneas acutas sub vngulis manuū ipi⁹ affigi. Qui ab angelo cōfortatus: oīa supplicia patientissime tolerauit. Post hec iussit decius plumbū liquefactuz ei⁹ auribus instillari. Cui tn̄ ipe xp̄s in iuuenis specie candida veste: vt sol facie fulgens apparuit: eūq; consolatus ad tolerantiā ꝯstantius animauit. Inde mandauit cesar aures illius ferro ꝑforari: sed apparente iterū ei āgelo qdā ex ministris eum videns conuersus est. Demum decius minyatem ad templū martis adduci fecit: ⁊ eidem auri ⁊ argenti et gemmarum quantitatem non modicā obtulit: si sacrificare vellet eo q ipsum antiqua amicitia plurimū dilexisset. Dū autem oīno imolare recusaret. Jubēte cesare decollatus est. viij. cal. nouēbris. Et sepultus est a xp̄ianis in ciuitate florentie. ¶ Sanctus phrudianus ep̄s florentinus ecclesiam minyatis martyris trans flumen arni positam sepius visitabat. Cum autem die quadam inundatione nimia flumen naui transiri non posset: ⁊ naute quidam vltra flumen existerent: sanctusq; ep̄s transire curaret: nauteq; illi periculo postposito: beati martyris confisi meritis ad ep̄m transuadandum venire disponerent: subito se citra flumen inuenerunt: ⁊ ep̄m transportantes sine periculo fluuium transierunt. Tunc sanctus ep̄s eisdem ꝑ spm̄ nunciauit: ciuibus illis hoc a deo sanctum minyatē obtinuisse: vt nemo in aqua illius fluminis necari posset. Quod vsq; hodie ita extitisse refert: vbi postmodum ecclesia in honore scti phrudiani ep̄i fabricata est.

De Phrontone ep̄o. Capitulum. cx.



Phronto ep̄s apud petragoricē. ciuitatem claruit. Qui ex eadē vrbe oriūdus a iuuentute deo deuotus. Rome a beato petro baptizatus: ⁊ ep̄s ordinat⁹: ad eandē ciuitatem cum gregorio presbytero ad predicandū missus est: verū post dies tres itineris mortuo gregorio frōto ad petrum redijt: acceptoq; ipsius baculo sup corpus defuncti illum posuit ⁊ socium excitatū de morte recepit. Sicut de hoc supra dictum est in passione petri ap̄li. iij. calen. iulij: veniens aūt phrōto ad ciuitatē petragoricā, ꝟbo ⁊ exemplo multos ad xp̄i fidē conuertit. ⁊. lxx. monachos ibidem ad seruiendū dño congregauit. Sed a prefecto ciuitatis squirio noīe: persecutionē passus est: qr quos iste baptizabat: ille decollabat: vnde ipse sumptis seminibus olerum monachos suos assumpsit: ⁊ heremū desertum lunā petijt: veniens autem ad locum super fluuium dordonem ⁊ draconem ingentem ⁊ serpentum multitudinem ibidē habitantem: xp̄i ꝟtute fugauit. Ibiq; cum fratribus deo seruire cepit ⁊ olerum semina seminauit. Deficientib⁹ vero eis cibis: angelus dñi squirio presidi per noctē apparuit ⁊ ei diuinā vltionem cōminat: nisi sanctis viris subueniat pereuntibus fame. Ille vero territus amicos consuluit: sed quo scti dei abissent: penitus inuenire nō valuit. Post dies tres nocte iterū angelo eidem apparente plagis percussus est. Qui amicis iterū ꝯsultis. lxx. camelos cibis monachorum onerat: ⁊ deo phrontonis eos cōmendat. Qui duce dño ad heremū sancti viri recto itinere ꝑuenerunt. Sanctus autem ep̄s onera medietatem deposuit: ⁊ cum reliquo camelos remisit. Qui eadē via qua venerant reuersi sunt ad dñm suum. Quod cernens preses in xp̄o credidit: ⁊ phrōtonem inuestigatum adijt: atq; gregorius ab eo vocatus sacrum baptisma suscepit: eidēq; in heremo de cetero ministrauit. Sanctus autem vir post multos labores in pace quieuit. viij. calend. nouembris. Sepultus petragorice virtutibus clarens.

De sctō Demetrio martyre. Capitulum. cxi.



Demetrius martyr apud thessalonicā ciuitatem passus sub maximiano imperatore. Hic a sua iuuentute xp̄ianus ⁊ deo seruiens nobilis fuit ciuis ipsius thessalonice ciuitatis ⁊ miles strenuus. Qui tn̄ xp̄m dñm ꝑdicabat: ⁊ multos ad fidem cōuertebat. Ingressus autem imperator thessalonicā: audiens de demetrio ipsum cōprehendi fecit ⁊ in carcerē mitti. Erat autem cum imperatore gigas fortissimus ⁊ aspectu terribilis nole libe⁹ Qui de mādato augusti cū xp̄ianis dimicās eos brachijs ad se cōstringēs ad terrā allidebat: statimq; spm̄ exhalabāt. Multi etiā alij ab imperatore diuersis penis affligebātur. Cū aūt demetrius esset in carcere posit⁹: scorpionem iuxta pedes suos cauda eū ꝑcutere satagentē vidit: quem edito crucis signaculo statim extinxit. Cui orāti cōfestim angelus apparuit: atq; in xp̄o confortatus coronam capiti eius imposuit. Uerū dum imperator cogitaret demetriū cum libeo experiri. Nestor quidam christianus se nocte sancto demetrio obtulit dicens q certamen hoc assume

re deliberasset: rogauit vt sanctus martyr p se dñm exoraret. Qui ab eo confortatus die sequēti imperatori se presentauit: seq; xpianū asseruit: offerens se cū libeo dimicare: t p demetrio certamen assumere. ¶ Dum autem imperator illum precibus retrahere nō posset: victori munera pmisit. Nestor igit duellum ingressus: libeum ad terram prostrauit: t prostratum occidit. Imperator autem hoc videns t gigantem xpianorum victorem amisisse dolens contra eius sponsionem nestorem a militia soluit: t de ciuitate eiecit: demetrium quoq; qui eius interfectionis cā fuerat: iussit in carcere occidi. Milites aūt ad carcerē venerunt t gladium in eius pectore demerserunt. Sicq; orans cum palma migrauit ad dñm. Cuius corpus a xpianis occultatū est pp̄ter timorem paganorū. In quo loco deus mirabilia operabat: vbi cunctorū egritudines sanabant. Sed processu tpis a leontio xpiano de illyrico veniente ad prefecturam thessalonice ciuitatis corpus sctī martyris leuatū est t digno honore conditum: ecclesia eius nomi mire magnitudinis fabricata: vbi t quiescit miraculis pollens. Passus est aūt sm vsuardum .vij. calend. nouembris: sm adonem viij. idus octobris.

¶ De sctō Euaristo papa t martyre. Capitulum .cxi.

Euaristus papa t martyr natione grecus ex patre iudeo noīe iuda de ciuitate bethleem anacleto pontifici in epatu romano successit: t sedit annos .x. menses .vij. dies duos. Hic titulos in vrbe roma presbyteris diuisit. Hic constituit: vt septem dyaconi essent in vrbe: qui custodirēt papam pdicantē pp̄ter stilum erroris q̄ posset imponi epo ab emulis: t sic a maliuolis infamaretur: t vbo diuino ab insidiantibus detraheret: q̄ etiā semper parati essent ad obsequiū prebendum in missarū solēnijs. Constituit etiam: vt coniugiū a parentibus publice fiat: t sponse solenniter a viris sponsentur: t tradantur nuptui: t demum a sacerdotibus benedicantur: qui etiā sub persecutione traiani martyrio coronatus est: t sepultus est iuxta corpus beati petri apostoli in vaticano .vij. calen. nouembris. Hic fecit ordinationes tres per menses decembrium presbyteros .vij. diacones duos: episcopos p diuersa loca numero quinque. Et cessauit episcopatus dies xviij.

¶ De sanctis Rogatiano t Felicissimo martyribus. Capitulum .cxij.

Rogatianus presbyter: t felicissimus martyres apud aphricā sub decij t valeriani persecutione passi sunt: t illustri martyrio coronati. De q̄bus beatus cyprianus in epistola ad confessores rogatiano iuniori mētionem facit: eos magnifice cōmēdans. Passi sunt aūt .vij. cal. nouembris. Hec ado.

¶ De sctō Frumentio epo. Capitulum .cxiij.

Frumētius epūs apd indiā claruit tpe constantij imperatoris. Fuerunt aūt duo pueri romani xpiani .s. frumētius t hedysius tpe constātini magni augusti q̄ dū ab annis puerilib9 eēnt xpiani: cum metropio quodā presbytero eorum magistro: interna indie superioris locorū orbis pscrutādi gratia penetrarūt vbi nūq̄ adhuc xpi fuerat euāgeliū pdicatū: q̄ a dicto presbytero lr̄is ībuebāt. Romanis vo tūc tpis pacis federa india violātib9: cuncti qui de latinorum pplo p totā indiā reptī sunt: capti t trucidati fuerūt. Inter quos prefati pueri sub arbore lectiōes suas repetētes a barbaris cōprehēsi: vita illis remissa q2 pueri t regi indorum sunt pn̄tati. Quorū alter rex .s. hedysium sibi pincernā fecit: frumētio vo rōnes suas t scrinia cōcessit. Cū autē rex ad mortē instaret filio puulo regnū: pueris vo prefatis libertatē reliquit. Quo mortuo ad preces regine cuz filio paruulo: donec adolesceret: pmanserūt. Frumētius igitur noīe puuli regnum gubernabat: vnde occasione accepta: xpianos in vniuerso regno cōuocauit: t ecclesias edificādi libertatē cōcessit: xpūmq; publice annūciās: multos de populo ad fidē xpi cōuertit. ¶ Sāctus vo hedysius ad tyrum ytalie ciuitatē puisendis parētib9 abijt. Frumētius aūt p ptrās alexandriā venit: t athanasium tūc ipsius vrbis epm rogauit: vt nouellis xpianis epm delegaret. Athanasius aūt frumētium eundē epm consecrauit: t cum autoritate plena pontificij ad indos remisit. Qui pdicatiōis officiū in ipsa puincia fideliter administrans: t multis signorū t miraculorū vtutib9 choruscās pene oēs supioris indie gētes ad xpm adduxit: plenusq; sctitate in pace quieuit .vj. calen. nouembris. Gloriose sepultus in regia ciuitate.

¶ De sanctis Vincentio sabina t Christina virginibus t martyribus. Capitulum .cxiiij.

Vincētius martyr sabina t christina vgines passi sunt in hyspania ciuitate abella sub preside datiano. Qui pmo in eculeo adeo sunt extēti q̄ omnes compages membrorū eorum soluerent. Deinde capita eorum lapidibus supposita vsq; ad excussionem cerebri validissimis vectibus sunt contusa: atq; ita eorū martyrium compleuerunt .vj. cal. nouembris vt dicit ado.

¶ De sctis Symone t Juda apostolis. Capitulum .cxv.



Simō chananeus t iudas qui t tade9 apostoli: fratres germani fuerūt iacobi minoris t ioseph iusti: filij marie cleophe: q̄ alpheo nupta fuit. De quo supra dictum est in legenda sancte anne .vij. calē. augusti. Judas autē ad abagarū regē edesse missus fuit post dñi ascēsionez. Cū em dict9 rex infirmitate nimia esset oppressus: audiēs de miraculis xpi tūc in iudea pdicātis: misit ei eplam rogās vt ad se venire dignaret eū ab īfirmitate curare asserēs eū dei filiū: cū tn̄ adhuc esset gētilis. Cui iesus p eplaz rn̄dit q̄ oporteret ipsuz oīa cōplere ppt q̄ missus fuerat t post ea ab eo qui miserat illū in celū recipi. Promittēs q̄ vnū ex ei9 discipulis post ei9 ascēsionē ad eū mitteret qui eū ab oī egritudine liberaret. Postea vo q̄ dñs assumpt9 ē vt in hystoria ecclastica legit: misit thomas apls tadeū qui t iudas dict9 ē ad abagarū regē iuxta dñi pmissiōez: viditq; rex in vultu tadei mirū diuinū splēdorē: cōtinuo in xpz credidit: eiusq; discipulū adorauit. Et cū leprosus esset: vt in quibusdā libris legit: tadeus eū tetigit: t mox plenā mundationē accepit: t baptismum suscepit. ¶ Scripsit aūt iudas aplūs vltimā de .vij. q̄ canonice dicunt eplam: q̄ q2 in libro enoch apocripho testimonium sumpsit a pluribus repudiatur: vsu tamen t autoritate maiorum inter sanctas meruit computari scripturas: vt dicit hieronymus libro de viris illustribus. ¶ Judas autem primo in mesopotamia et ponto predicauit. Symon vero in egypto: deinde ambo in persidem venerunt: et ibidem duos magos zaroen

gos zaroen et arphaxat quos mattheus de ethiopia fugaverat invenerunt: vt supra dictũ est in eius passione .xj. cal. octobris. Qui p magicas incantationes multa signa faciebãt: et ppłm in multis ludificabant. Tunc baradach dux persis regis babylonie ad preliũ ↄtra indos pfecturꝰ nullũ a dijs suis potuit habere responsum. Pergentes aũt ad phanum prime ciuitatis: a dijs illoꝝ audierũt q̄ propter aplos qui illuc venerant dy sui rńdere non poterant. Quos dux requisitos et inventos interrogauit: q̄ essent vel vnde venissent. Qui se genere hebreos ↄditione xp̄i seruos et aplos esse rńderunt: cã vero salutis illoꝝ illuc venisse dixerunt. Cũ aũt dux diceret q̄ dijs suis potentiores illos fore cognosceret ideoq̄ eos de fine belli interrogasset: apłi rńderũt: q̄ ad hoc vt deos illos mendaces fore cõprobarent pmittebant eis dare responsa: vt ex euentu facti mentitos eos fuisse appareret. Tunc phanatici bellũ dixerunt futurum: et multum hincinde populum moriturũ. Apostoli autem risu illorum deridentes ducem hortati sunt: dicentes pacem secum adduxisse: et die sequenti hora tertia legatos indorum ad eum venturos esse: suieq̄ se potestati cũ pace velle subijcere. Pontifices vero contradicentes aplos deceptores asserebant: q̄ ideo ducẽ securum reddere vellent: vt ipm incautum hostes facilius occuparent. Dux vero vtrosq̄ vsq̄ in crastinum custodiri fecit: vt ex rei euentu veraces honorarent: et mendaces punirent. Cũ aũt die sequenti qđ apłi pdixerãt euenisset: et dux pontifices incendere vellet: phibuerunt apłi ne hoc fieret: q̄ missi erant non viuentes occidere: sꝫ mortuos viuificare. Et cũ oĩa bona illoꝝ dux aplis vel saltem partẽ vellet donare: apłi nihil omnio assenserunt recipe. Dux vero miratꝰ illos ad regẽ persem duxit: et deos in effigie hoim latentes esse asseruit: atq̄ cuncta q̄ p eos sibi ↄtigerant narrauit. Magi vero econtra ibidẽ existentes illis detrahebãt: eos vanos et mendacissimos asserentes. Qđ vt ↄprobarent aduocatos quosdã coram se positos suis artibus ita mutos fecerunt: vt nec nutibus loq̄ possent. Deinde illos loq̄ permiserunt: sꝫ imobiles esse fecerunt. Deinde eis gressum reddiderunt: sꝫ apertis eos oculis excecauerũt. Dux vero aduocatos illos ↄfusos ad aplos duxit: vt eoꝝ interuẽtu a magorum incantationibus liberarent. Sꝫ cum illi apostolos pannosos despexissent: symon eos in fide xp̄i docuit et ne de cetero magos illos timerẽt ↄfortauit. Et cũ in eoꝝ frontibus ↄsignati essent: et in xp̄m crederent ad regẽ coram magis ingressi ab illis supari nõ potuerũt. Irati magi multitudinẽ serpentũ venire fecerunt. Sꝫ apłi venientes pallia sua de serpentibus ipleuerunt: et in magos pieceruntmandantes ne illos occiderent: sꝫ solũ morsibꝰ cruciarent. Qđ cũ serpentes facerent apłi iterũ eis iposuerunt vt oẽ venenum: qđ infuderant reuocarẽt: et sic ad sua loca redirent. Maiores aũt cruciatus magi senserunt: cũ serpentes venenũ retrahebant: q̄ cũ ipsꝫ pimitus infundebãt. Apostoli aũt triduo doloribus cruciari pmiserũt: vt vł sic ab eorum malitia ↄuerterent. Cum ergo tribus diebꝰ sine cibo et potu et somno mãsissent: et nec sic resipiscere vellẽt apostoli eos sanos fecerunt: et libere quo vellent abire pmiserunt. Qui in eorum malicia perdurantes ab eis fugerunt: et pene ↄtra eos totam prefidẽ ↄmouerunt. Post hec filia cuiusdam pncipis ex fornicatione ↄcepit: et filium pariens quendam sanctum dyaconem apostolorum discipulum nomine euphrosinum infamauit: q̄ ipse eam virginem violauerat: et ex ipso puella ↄceperat: Cũq̄ parentes puelle dyaconum occidere vellent: apostoli aduenuint: et quando puer natus fuerit requirunt. Qui responderunt q̄ illa die pma hora diei. Apostoli vero puerum ad se portari iusserunt: et coram dyacono statuerunt. Adiurantq̄ puerum in xp̄i nomine: vt si dyaconus ille eum genuisset coram cũctis debeat propalare. Infans vero diserte respõdit: et dyaconum iustum et sanctum asseruit: q̄ nunq̄ carnem suam coinquinauit. Cum autẽ parentes instarent: vt apostoli quererent: quis autor sceleris fuisset dixerunt se innocentes absoluere debere: non autem nocentes prodere. ¶ Contigit etiam eo tempore: vt due tigrides ferocissime: que in singulis caueis erant clause prodeũtes fugarent: et omnes sibi occurrentes deuorarent. Ad quas apostoli venerunt: et eas in nomine domini velut oues mãsuetas reddiderunt: ita vt inter homines de die pacifice habitarent: et vespere ad speluncas suas redirent. Apostoli autem per annum vnum et menses tres in babylonia permanserunt: et plusq̄ septuaginta milia hominũ exceptis paruulis et mulieribus ↄuerterunt: quos omnes cũ rege persei regina gumor et filio eutropio baptizauerunt ecclesias ↄstruentes: et presbyteros ac clericos ordinantes.

¶ Predicti autem magi ad ciuitatem Sanir venientes septuaginta ydolorum pontifices ibidẽ existentes seduxerunt: vt cum illuc apostoli venirent: aut eos sacrificare compellerent: aut penitus perimerẽt. Perlustrata igitur circunquaq̄ omni puincia cum apostoli ad dictam vrbẽ deuenissent: predicti pontifices cum omni populo eos capiunt: et ad templum solis et lune deducunt. Demones autem per energuminos clamabant q̄ eos apostoli incendebant. Angelus autem domini eis apparuit: et vt alterum ex duobus eligerent: illos monuit: aut omnium in templo existentium repentinum interitum: aut suum martyrium. Qui cum martyrium elegissent: vt populum ad penitentiam reducere possent. facto in eis silentio demonijs cunctis audientibus imperarunt: vt de illorum simulachris exirent: et illa ↄfringerent. Statimq̄ duo ethyopes nigri et nudi de ydolis exierunt: et fractis illis cum diris vocibus abscesserunt. Qđ videntes pontifices in apostolos irruerunt: et eos ptinus trucidarunt. Tunc erumpentibꝰ fulguribus et tonitruis templum trifarie scindit: et magi ictu fulminis in carbones vertunt. Rex autẽ babylonie perses apostolorum corpora ad ciuitatem suam trãstulit: et in eorum honorem ecclesiam mire magnitudinis fabricauit. Passi sunt autem sancti apostoli domini symon et iudas .v. calen. nouembris.

¶ De scđo Abdia epõ et confessore. Capłm .ccvj.

Abdias epũs babylonie fuit: qui a sanctis apostolis symone et iuda in fide xp̄i doctus eorumq̄ discipulus et ab eisdem ↄsecratus est epũs. Qui post martyrium apostolorũ eorum passionem hebraica lingua cõscripsit quã eutropius epũs filius persis regis: de quo dictum est supra pridie calen. maij: in grecum trãstulit: eãq̄ postmodum aphricanus in latinum vertit. Hic in ciuitate babylonie persarum predicationis officio fideliter institit: eoq̄ sollicite administrato in pace quieuit: sepultꝰ babylonie iuxta corpora apostolorum.

¶ De scđo Pharone epõ. Capłm .ccvij.

Pharo epũs meldeñ. claruit apud ipsam ciuitatem. Hic fuit frater sancte phare virginis: de qua supra dictũ est .vj. idus decembris. Qui et prepositus palatio clothary et theodeberti: et theodorici regum francorum strenue regalia administrabat. Dum autem ad pharam sororem suam visitandam vocatus accessisset: ab eodẽ suasus seculum reliquit. Et cõmuni voto ipsius et cõiugis blidechildis ipse clericatũ assumpsit: vxoreq̄ sacro velamine cõsecrari fecit. Ipse aũt inde operibus sollicite intentus domino deuote seruiuit: ecclesiam sancti stephani ciuitatis meldensis pauperrimam copiose ditauit: et in ea in domini obsequio resedit. ¶ Hic etiam chilenum fratrem suum ad prouinciam Attrebatensem ad predicandum misit: qui ibidem miraculis claruit. ¶ Die quodam

cum eodem chileno pharo ad mensam sedebat: et vas vitreũ vino plenum cadens in terrã cõfractum est: qđ sanctus chilenus reintegrauit: vinũq; effusum adeo in vase recuperauit: q neq; terra madefacta videret: recuperatũq; vinũ chilenus pharoni pñtauit: et pharo deo gratias egit. Mortuo vero valperto epo: pharo ab oĩ pplo in successorẽ eligit et a rege clothario approbat. Qui cũ die pasche pueros cõfirmaret: infantẽ a natiuitate cecũ chrismate perungens illuminauit. ℭ Trãsiens per ciuitatẽ ante carceres vinctos a vinculis absolutos de custodia solo vbo eduxit. Verũ cũ aliqñ allectus de memoria pulchritudinis eius vxoris: ad eã misit: vt se visitaret. Illa aũt cũ bis recusasset tandẽ tertio vocata cilicio induta et vultu abiecta ad eum venit: et sctĩ viri imundã cogitationẽ extinxit. ℭ Dũ aũt nauis qdã cum multis in flumine fuisset submersa: pharo ad ripã amnis accedens: tã diu terre pstrat⁹ orauit: donec nauis cũ oĩbus: qui submersi fuerãt: viuentib⁹ emersit: et ad fluminis ripã peruenit. ℭ Cuz ad preces andeni epi ecclesiam in solo rothomagensi cum sanctis ainandoet eligio dedicaret: et tabula marmorea altari cõsecrato superponi deberet: casu de manibus ministrorũ collapsa per mediũ scissa est. Quã sanctus pharo cum ceteris epis suis orõnibus reintegrauit. Qui epatum suum feliciter per annos lxvj. gubernauit: et clarus sanctitate ad christum migrauit. v. calen. nouembris.

ℭ De sctã Cyrilla vgine et martyre. Capl̃m. cxviij.




yrilla vgo et martyr rome passa est sub claudio iperatore. Hec oliz filia decij cesaris vna cum matre tryphonia regina ad xp̃m conuersa et a sctõ presbytero iustino baptizata est: vt dictum est supra in legenda tryphonie regine. xv. cal. nouembris. Mortuo vero tryphonia claudius cyrillã teneri fecit cũ militib⁹ xlvj. de quibus supra in eorũ passione actum est. viij. cal. nouẽbris. Quibus oĩb⁹ martyrisatis imperator cyrillã sacrificare nolente: gladio necari precepit. Cuius corpus iustin⁹ presbyter iuxta corpora hyppoliti martyris et sociorum sepeliuit quinto calendas nouembris: vbi et tryphoniam reginam ipse recondiderat.

ℭ De sctõ Joanne epo augustudun̄. Capl̃m. cxix.



Oannes ep̃s augustudun̄. vt scribit beda libro. v. ca. ij. de gestis anglorũ: mira sctitate claruit. Hic lõge a ciuitate sua fere miliario cũ dimidio mansionẽ secretiorẽ nemore circundatã habebat: in q per totã quadragesimã manere cõsueuerat: habẽs secuz paucos viros spirituales: cum quib⁹ deo vacaret: et pauperem quẽpiã in quo xp̃m refoueret. Cum aũt semel incipiẽte. xl. illuc venisset: et adolescentẽ mutum a natiuitate totũq; scabiosum et in capite furfureũ secũ assumpsisset: eidẽ quotidianũ victum prestãs finita pma quadragesime septimana dum linguã eius breuissimã tetigit signo crucis edito loquendi ei facultatẽ et vsum cõcessit. Scabredinẽ autẽ eius adhibito medico curari fecit. Ita vt capillis pulcherrimis et crispis: limpido vultu et noua loqla decoratus: quodãmodo reinuenisse videret. ℭ Quadam die ad monasteriũ virginũ: qđ uetadũ dr̃ deuenit: vbi erat virgo qdã abbatisse carnalis filia: quam in seculo ex marito genuerat: q ex phlebotomia in. iiij. luna facta brachiũ adeo tumefactum habebat q ipsius oĩno vsu carebat. Quã dũ sanctus vir: ad preces abbatisse tetigit: pfestim brachium eius sanum fecit. ℭ In villa duum militum cum ecclesiaz cõsecrasset: et missam celebrasset: vxori comitis buci q die bus. xl. ipsius corporis graui dolore detẽta iacuerat: de aq cõsecrationis benedicta misit. vt ipsa exinde biberet et corpus ablueret. Qđ dum illa fecisset ab oĩ mox egritudine sanata surrexit: et cõtinuo discumbentibus in mensa ministrauit. ℭ Alio quoq; tẽpe vocatus ad dedicandum aliã ecclesiam: comitis addi: officio peracto ad vnum ex pueris eo initis graui languore detentam vsq; in extremis laborantem intrauit: et eum benedicens ad mensam cum comite discubuit. Cum autẽ puer post modicum bibere petijsset et ioannes vinum sibi a se benedictum ei misisset puer potãs illud statim valens de lecto surrexit et cum ceteris ad mẽsam comedit. ℭ Cum ad quoddam monasterium pgeret et iuuenes exitantes equos ad cursum certatim cõpellerẽt vnus illorũ a sctõ viro currere phibitus dum cursuz cepit lapsus in lapide caput collisit: et cerebrum pene excutiens: die illo et nocte qsi mortuus iacuit. Pro quo vir dñi i orõne pernoctans mane caput eius tetigit: et ab omni ptin⁹ dolore et lesione curauit. Primo tñ ipm cõfitentẽ q a quodam presbytero heretico fuerat baptizatus catholice baptizauit. Mãsit autẽ in epatu annis. xxxiij. Et pre nimia senectute administrare non valens successorẽ sibi vifridus ordinauit: et epatui resignans in monasterio pdicto habitauit: vbi et in pace qeuit. iiij. cal. nouẽbris. Sepultusq; est in porticu sctĩ petri in monasterio qđ de silua clericorum anno domini. dccccccxxj.

ℭ De sctõ Narcisso epo. Capl̃m. cxx.



Arcissus ep̃s hierosolymorũ tpe aurelij antonini imperatoris claruit. Qui multis miraculis choruscauit. Die quadã in vigilia pasche dũ oleum luminaribus deesset: nec vnde infunderet haberet aquã bñdixit et lãpadibus infundi fecit et plusq; esset oleum lumen fouit: et clarã lucẽ reddidit. Quodã vero tpe: dum a quibusdam emulis de facinoribus certis criminat⁹ esset tres testes sub iuramẽto cõtra eũ deposuerunt. Quorũ prim⁹ sibi imprecatus est q nisi verũ diceret igne cõsumeret: scđs q a morbo regio cruciaret: tertius q oculorũ lumine priuaret. Et. Quibus his nõ obstãtibus: a pplo innocẽs iudicat⁹ esset furori emulorũ sanctus vir cedere voluit: et desertũ petẽs diu dum solitariã vitã duxit. Testis autẽ primus q in euz mẽtitus fuerat: cũ oĩ domo sua fulmine arsit: scđs morbo regio a planta vsq; ad vticẽ percussus interijt. Terti⁹ vero hec videns ad penitentiã redijt: et veritatẽ corã oĩ pplo exposita diu pctm suum defleuit donec lachrymarum inundantia lumen oculorum amisit: populus autem hierusalem narcissum diu requirens et nusq̃ inueniens: dionysiũ sanctum virum sibi substituit. Cui post modicum decedenti germanius: et germanio vigordius successit. Cuius tempore narcissus repertus cum iam senex esset: quasi ducũ renitens ad sedem suam cum gloria reductus est: et vigordius sponte epatui resignauit. Cũ vero ex nimio senio iam epatum administrare non posset: diuina reuelatione alexandrum virum sanctum: qui de cappadocia hierosolymam causa peregrinationis venerat: loco sui ordinandũ constituit: vt in ipsius sancta legenda dictum est supra xv. calen. aprilis. Ipse vero reliquum sue senectutis etatis orationibus

tionibus exegit: ⁊.iiii.cal.nouembris ad xp̄m migrauit.

¶ De scō zenobio presbytero ⁊ martyre. Cap.cxxi.

Zenobius presbyter ⁊ martyr apud sidonem
vrbem palestinorum passus est. Qui sub dio
cletiani ⁊ maximiani augustoꝝ persecutione
pro nominis xp̄i inuicta confessione gladio
capite cesus: glorioso martyrio coronatus ē.
iiii.calen.nouembris: vt ait ado.

¶ De sancto Serapione epō. Cap.cxxii.

Serapion episcopus apud aphricam vir eru
ditissimus fuit: ⁊ fide clarissimus atq̧ virtu
te mirabilis: qui vt scribit hieronymus libro
de viris illustribus.xi.cōmodi imperatoris an
no antiochie epūs ordinatus est. Hic fidei cō
fessione insignis scripsit ep̄lam ad caricum ⁊ ponticum de
heresi montani eam valenter impugnās. Aduersus ma
nicheum etiam volumen scripsit egregium. De titulis
psalmoꝝ aliud. Epistolas insuper ad diuersos vtiles val
de. Et sub ꝯstantio p̄ncipe sanctitate notabilis humani
tatis debitū soluit. Sepult⁹ antiochie.iii.cal. nouēbris.

¶ De sancto Leontio confessore. Cap.cxxiii.

Leontius ꝯfessor apud taracinā ciuitatez
campanie tp̄e claudii imperatoris a sancto
cesario martyre ꝯuersus est: vt dicet infra
in eius passione cal.nouēbris: qui ab eo
dē sacri fontis vnda ꝑfusus: mox vt a sctō
iuliano presbytero diuinam cōionem ac
cepit: spiritum emisit. Sepultusq̧ est in eodem oppido
ab vxore ⁊ filiis.iii.cal.nouembris.

¶ De sancto Marcello martyre. Cap.cxxiiii.

Marcellus martyr apud ciuitatem tingitanā
passus est. Qui cum esset centurio sub agri
colao agente vices prefectoruz pretorio ⁊ de
christianitate abiectus militibus accusatus
fuisset: ⁊ christum dn̄m ꝯfiteri nullaten⁹ du
bitasset. Iubēte nequissimo agricolao: capitis abscisio
ne martyrium ꝯsummauit: sepultusq̧ est in eadem ciui
tate a fidelibus.iii.cal.nouembris. Hec ado.

¶ De sancto Germano epō capuano. Cap.cxxv

Germanus epūs capuan⁹ sanctitate vite
mirifica claruit: de quo refert gregorius
ii.dialog.cap.xxxv.ꝙ dū seruandus qui
dam diaconus abbas monasterii qđ in
campanie partibus a liberio quondaz
patricio vrbis rome ꝯstructum fuerat:
ad beatum benedictū ad monasterium
cassinense visitationis gratia venisset. Horaq̧ iam quie
tis existeret in cuiusdam turris superioribus benedict⁹
in inferioribus vero seruandus se collocauit diaconus.
Quo videlicet in loco inferiora superioribus paruus cō
tinuabat ascensus. Dum vir dn̄i benedict⁹ adhuc quie
scentibus fratribus instans vigiliis ad fenestrā dn̄m de
precaretur: subito intempesta noctis hora respiciens: vidit
fusam lucem desuper noctis tenebras effugasse: tantoq̧
VItalis et agricola martyres passi sunt in provincia italie in civitate bononiensi temporibus diocletiani et maximiani imperatorum: quorum passionem sanctus scripsit Ambrosius. Fuit autem vitalis servus agricole: nunc vero consors et collega martyrij: precessitque servus ut previderet locum: secutus est dominus secure: quo datam fidem servi iam inveniret paratam non alienam. Cum ergo sanctus vitalis cogeretur a persequentibus ut christum negaret: et amplius domini fidem profiteretur: omnia tormentorum genera in eum exercentes: ut non esset in corpore eius sine vulnere locus: oratione fusa ad dominum emisit spiritum. Sanct⁹ vero agricola mitior habebat moribus. ut ab ipsis etiam inimicis diligeretur. Ideo que differebant eius passionem. Denique ubi non acquievit persecutoribus: sanctus agricola crucifixus est. Quorum corpora in iudeorum solo sepulta sunt. ¶ Post multos autem annos idem locus sancto Ambrosio episcopo Mediolanensi revelatus est. Qui veniens bononiam convocatis clero et populo ad locum accessit: et effosso solo martyrum reliquias invenit. Easque devote levata in eadem civitate sepelivit. Passi sunt autem pridie non. novembris.

¶ De sancto Amantio presbytero. Cap. xxij.

AMantius presbyter apud tyfernam tyberianam civitatem claruit tempore beati gregorij pape. Qui hoc speciale in se virtutis habebat: ut apostolorum more manus super egros imponeret et saluti restitueret: et quelibet vehemens egritudo ad tactum illius abscederet. Hic insuper hoc in se habebat miraculi: quia in quolibet loco quamvis immanissime asperitatis serpentem inveniret: mox ut eum signo crucis signaret extinguebat: ita ut diruptis visceribus moreret. Quem si quando serpens in foramine fugeret: signo crucis os foraminis benedicebat: statimque ex foramine serpens iam mortuus trahebat. Hic tempore quodam ad beatum est adductus gregorium quem in domo infirmorum beatus pontifex diebus aliquibus ad manendum posuit: ubi quidam inter egros alios mentecaptus et phreneticus iacebat. Qui nocte quadam cum magnas voces s. ut insanus ederet: cunctos egros immensis clamoribus perturbabat ita ut nulli illic somnum capere liceret. Tunc sanctus presbyter de stratu suo surgens ad locum phrenetici accessit: et super eum positis manib⁹ oravit: moxque illum melius habitem tulit: atque in superiora domus secum ad oratorium duxit ubi pro eo liberius orationi incubuit: et statim eum sanum ad lectum proprium reduxit: ita ut nullas ulterius voces ederet: neque egrotorum quemque aliquo clamore turbaret: qui

et apud

⁊ apud predictam ciuitatem in pace quieuit pridie non.
nouembris. Hec gregorius.iij.dialog.cap.xx.

¶ De sancto Herio presbytero. Cap.xxiij.

Herius presbyter apud alexandriã claruit
Hic vir acerrimi ingenij in diuinis scri-
pturis notabiliter eruditꝰ fuit: vitaq pu
rissimus ad diuinamq ꝓphiam penitus ex
peditus: doctor ecclie incõparabilis maria
sapientia refulsit. Qui tractatũ longissi-
mum sup isaiam ꝓpham edidit. Et tpe philippi impe-
ratoris apud eandẽ ciuitatẽ in pace quieuit pridie non.
nouembris: vt ait hieronymus libro de viris illustribus.

¶ De sancto zacharia sacerdote. Cap.xxiiij.

Zacharias sacerdos ⁊ ꝓpha pater ioãnis ba-
ptiste in diebus herodis regis iudee claruit:
de cuius sanctitate in ꝑncipio euangelij luce
plurima ꝓclara testimonia describunt. Fuit
enĩ de vice abie ex filijs aaron de tribu leui: si-
cut dictum est supra de eo in natiuitate sancti ioannis
baptiste.viij.cal.iulij.⁊ in eius ꝯceptione.viij.cal.octo-
bris: vbi etiam de ortu filij: ⁊ de miraculis que in eius na
tiuitate apparuerunt: ⁊ de ꝓphetia ipsius zacharie tra-
ctatum est. ¶ Cum igit xps puer ab herode quereretur
occidendus: ⁊ ex hoc ipse herodes innocentes ꝑimeret.
Helisabet audito ꝙ ioannes eius filius simr quereretur
qui xpm etate sex mensibus ꝓcedebat: accepit paruuluz
⁊ cum eo aufugit. Ascenso aũt excelso monte iude: circũ-
spiciens vbi eum absconderet: visis interfectoribꝰ se in-
sequentibus timuit: ⁊ orõnem ad deũ ꝓ filij salute fudit
Statimq mons se aperuit: ⁊ helisabet cũ filio intra sui
abdita suscepit: atq ꝑsecutores exclusit. Quibus intra
montis tenebras lux diuinitus apparẽs eos ꝯfortabat:
⁊ angelus dñi illis necessaria ministrabat. ¶ Cum aũt
missis satellitibus ab herode: zacharias vbi filius esset
interrogatus esset: ⁊ ille se eum vbi foret: ignorare dice-
ret: atq impietatẽ herodis redargueret: christumq na-
tũ ex virgine ꝓdicaret: qui regnũ israel accepturus eẽt.
Herodes iratus misit nocte carnifices: qui zachariam
inter templũ ⁊ altare: vbi virgo beata educata fuerat: iu
gularunt. Mane aũt facto dum ceteri sacerdotes tem-
plum adeuntes zachariã: vt ad eos exiret: more solito ex
pectarẽt: ⁊ iã hora tardior eẽt: vnus illoꝝ intrãs sanctua
rium: reppererit sanguinẽ zacharie vt lapidẽ coagulatum
Auditaq est vox de celo ꝙ zacharias occisus eẽt: ⁊ ꝙ san
guis eius ex israel nõ esset delendus donec exurgeret qui
eum vindicaret: qui foras egressus hec oĩa ceteris nun-
ciauit. Illi ṽo timentes quasi fragorẽ lapidũ audierũt:
⁊ corpus scti nõ inuenerũt. Passus est aũt sanctꝰ martyr
non. nouẽbris. Corpus aũt eius post longa tpa apd hie-
rosolymoꝝ templũ inuentũ: ibidẽq diuduz tumulatum
iacuit. Nunc ṽo quiescere dicitur venetijs in monaste-
rio dominarum eius nomini fundato.

¶ De sancta Helisabet vxore zacharie. Cap.xxv.

Helisabet vxor zacharie sacerdotis ꝓdicti
⁊ mat ioãnis baptiste fuit: de filiabꝰ aaron
cuius sanctitas ĩ euãgelio luce cõmendat
Hec aũt cũ ioanne nato paruulo ĩ latibu
lo spelunce: de ꝗ sup ꝓxime dictũ est: latuit
donec inmanitatis herodis ꝑsecutio facta ĩ
nece paruuloꝝ cessauit. Et tũc filiũ vsq ad ãnos.vij.enu
triuit: ꝗ eadẽ etate antra deserti petijt. Mater ṽo modi
co post tpe supuixit: ⁊ sanctitate et gr̃a plena ad xpm in
pace migrauit. Sepulta ĩ domo ꝓpa in montana iuda.
Dicit aũt helisabet cognata virginis marie: qꝛ ꝯsobrina
eiꝰ fuit. Anna enĩ ⁊ esmeria fuerũt sorores filie agarin: de
anna nata est virgo maria: de esmeria nata est helisabet
⁊ eliud: de eliud natꝰ ẽ emineu: de emineu natꝰ ẽ sctũs ser
uatius epũs traiectensis: de quo sup dictũ ẽ.iij.idus maij.

¶ De sancto zacharia papa. Cap.xxvj.

Zacharias papa natiõe grecus ex prẽ pollo
chronio: gregorio.iij.romano pontifici in
epatu successit: ⁊ sedit ãnos.x.mẽses.iij.di-
es.xv. vir mitissimꝰ atq suauissimꝰ: oĩniq
bonitate ornatus: amator cleri: ⁊ ppli totiꝰ
tardus ad irascẽdũ: ⁊ velox ad miserendũ:
nulli⁹ malũ ꝓ malo reddidit: suis etiã ꝑsecutoribꝰ bona
pro malis restituit. Hic inuenit oẽm italiã turbatã simĩ
⁊ ducatũ romanũ: ꝑsequẽte liudprãdo longobardoꝝ re-
ge ac romane ecclie iura auferente. Tantaz ṽo deꝰ huic
papę grãm ꝯtulit: vt etiã ꝓ salute ppli aĩam ponere non
dubitaret. Qui ꝑus missa legatõe ad eundẽ regẽ. Post
ipse ꝑsonalr veniens salutaria illa ṽba ꝓdicauit. Cuiꝰ
ammonitiõe inclinatꝰ rex: ciuitates romane ecclie pti-
nentes: ꝗ ꝑ annos.xxx. ablate fuerãt: reddidit: ⁊ pacẽ cuz
pontifice fecit: captiuosq plurimos romanoꝝ quos tene
bat dimisit. Ipsa quoq pax ꝑ annos.xx.ꝑdurauit. Hic
aũt pontifex magni meriti ⁊ sanctitatis clerũ suũ valde
dilexit: vtpote pr ⁊ bonus pastor oẽs amplectens ⁊ vtilĩ
fouens ⁊ neminẽ eoꝝ tribulari vel egere ꝑmittẽs. Cuius
tpibus in magna securitate ⁊ leticia ppls a deo ei cõmis
sus degens vixit. ¶ Hic ꝯstituit vt filij cõpatrũ se in ma
trimonio nullatenꝰ iungerẽt. Hic dialogoꝝ libros de la
tino in grecuz transtulit: qꝛ vtriusq lingue peritus fuit.
Hic etiã in lateranẽn. ecclia corpus btĩ georgij marty-
ris cũ epitaphio grecis lr̃is exarato reppererit ⁊ cũ magna
solẽnitate ad velũ aureuz ecclĩam sui noĩs ꝯdidit. Ibiq
ipm reposuit. Et oĩbꝰ plene ⁊ ꝑfecte dispositis in summa
pace moriꝰ: ⁊ apud sanctum petrum sepelitur. Ibiq vir-
tutibus pollet.

¶ De sancto Malachia episcopo. Cap.xxvij.

Malachia epũs in hibernia claruit tpe eugenij
papę.iij. Cuius vitã beatꝰ bernardus scripsit
Hic ex parentibꝰ xpianis in hibernia natus
sacrisq lr̃is a pueritia eruditus in ciuitate
armachia.xxv.annoꝝ ꝓsbyter factꝰ ṽbuz dñi
instantius predicare cepit. Deinde marcũ senẽ epm le-
siuor adiẽs: vt ab eo diuinis plenius informaret: ꝗ etiaz
epũs miraculoꝝ signis clarebat: cũ eodẽ ꝑ aliquot mãsit
annos. ¶ Dũ aũt ꝓ sorore sua defuncta quotidie celebra
ret: ⁊ occupatus alijs per dies.xxx. missam intermisisset:
nocte sequẽti vidit ꝑ spiñ sororẽ se diebꝰ totidẽ nihil gu-
stasse cõquerentẽ. Et cũ ꝓ eius expiatione celebratiões
missaꝝ resumpsisset: visa est sibi vsq ad limẽ ecclie perue
nisse. Iterũq in eodẽ ꝑseuerans: vidit illã ecclĩam ĩtroi-
se: sed altare ꝯtingere nõ posse. Et rursum missas ꝓsecu
tus vidit eam inter candidatoꝝ numeꝝ aggregari: et sic
eaz intellexit ad celos euolasse. ¶ Postmodũ aũt ĩ loco
bencor sibi a diuite quodã oblato mõasteriũ reparauit:
qd dudũ antea fuerat deuastatũ: de quo olim sanctus co
lumbanus ascenderat. Ibi ꝫ cũ.x.monachis abbas ipse
deo seruire cepit: vbi dũ vnus ex eis operarijs ligna cede
ret: ⁊ securis ferrũ de manubrio exiluisset: inuocato mala-
chia ferrũ vestes illius solũmodo ꝯcidit: ꝫ carnem oĩno
nõ tetigit. Ibi etiã oppressuz quẽdã cui insaniẽti demon
suadebat: vt abbatẽ cultello ꝑcuteret ab infestatiõe ma
ligni spũs liberauit. Et michaelẽ clericũ a graui dysen
teria sanauit. ¶ Cũq eẽt annoꝝ.xxx. ꝗuis inuitus ele-
ctus est epũs cõnectoth. Et cũ electioni renunciare vellet
tandẽ mãdato sui magistri epi lesiuor acqeuit: ⁊ epatus
curam suscepit: vbi populũ valde rebellem deo ⁊ clero ac
ecclesijs infestũ: ad ꝑnlam summa sapientia ⁊ mira di
fficultate reduxit: ⁊ ad bene viuẽdũ informauit. ¶ Post
hec dũ celsus armachanus archiepũs infirmatꝰ eẽt: seq
mori ꝯspiceret: suis clericis ꝑsuasit: nullũ nisi malachiã
epm elegendum: ad extirpandam potissime quorũdam
prauorũ potentũ consuetudinem: qui neminez nisi de

eorum parentela archiepm eligi permittebant. Jamq3 per.xv.episcoporum successiones talis corruptela inoleuerat. Mortuo igit archiepo celso malachias ab eis electus est. Qui licet dudum renitens tandem vt ecclesias eorum a seruitute eriperet acquieuit: pmissione tñ ab illis presuscepta: vt deleto pessimo more: liceret sibi aliu3 in ecclesia armachañ. substituere: ⁊ ad suam conneroth ẽseni ecclesiam redire. Hoc autem malachias magis ad consentiendum mouit: quia paucis antea diebus viderat speciosam mulierem se sponsa3 celsi archiepi asserẽtem: sibiq3 celsi baculum cõmendantẽ. Interea vo mauritius quidam de iniqua pgenie in archiepatum intrusus est. Sanctus aũt vir scandalum euitare cupiẽs illo presidente furori cessit. Sed mauritius diuino iudicio post annos.v.decessit. Dum aũt nigellus quidã de eadẽ progenie succedere niteret: malachias in brachio populi ab ipso rege in archiepatum deducit: ⁊ oẽs emuli repellunt. Cum aũt nigellus cum fautoribus ⁊ armatis viris resistere presumeret: ⁊ tam ipm q̃ regem interficere vellent: subito nimia tẽpestas exorit: autoresq3 litis ⁊ seditionis cũ trib9 cõsortib9 a fulminib9 occidunt: ceteri quoq3 hincinde dispgunt. Sanct9 vo malachias ãnor.xxxviij. in ciuitatẽ ⁊ eccliaz introducit: ⁊ in archiepatu sublimatur. Multas aũt postmodũ psecutiones ab emulis passus: oẽs tandem deo largiente deuicit: ⁊ nigellum ad penitentiam ⁊ obedientiam reduxit: qui etiam sacra q̃das que de eccia asportauerat rettulit. ¶ Mulier quedam de attinentib9 aduersarior que archiepo pdicanti conuitia multa intulit: subito cunctis videntib9 in amentia3 conuersa: post dies paucos infeliciter expirauit. Sicq3 armachanam ecclsiam vir dni a pestifera psuetudine purificauit. Dum aũt ad ecclsiam pmam redire vellet: ⁊ populus oĩno reclamaret: gelasium quẽdam presbyterum pro se in eccia pma substituit. Multis quoq3 in vita sua miraculis claruit. ¶ In eboracensi ciuitate equũ quem dure portantem a nobili quodã oblatum: dũ aliquãtulũ equitasset: cõmodus subito ⁊ sufficiens fact9 est: ac de nigro pilo in album puersus. ¶ Deinde clarauallense monasterium accedens sctm bernardũ visitauit: qui ab eo mire edificatũ se dicit. In hyporegia ciuitate filiũ hospitis sui in extremis laborantẽ ptinuo sanũ effecit. Et dũ papam innocentiũ sc̃m romã veniens visitasset quattuor ex eius socijs claraualle dimissuros pdixit: ⁊ vt predixerat: sic euenit. Nam duo ex ipsis ibidem decedẽtes sepulti: alij vo duo effecti sunt monachi. ¶ Repatriãs aũt cum scotiam peruenisset: filium dauid regis scotorũ ad mortem decumbentẽ: aqua aspersum benedicta illico sanauit: ⁊ in villa que dicit crudelto: puelle mute loquelam restituit: atq3 aliam phreneticam liberauit. ¶ Dũ infirmus quidam in hibernia qui multo iacuerat tempore: lectum malachie solummodo ascendisset: ptinuo ab oĩ laguore sanatus surrexit. In languina puerũ a demonio liberauit. Et phreneticam mulierẽ cõpotẽ mẽtis effecit. ¶ Aliam quoq3 matronam ad se accedentẽ: que mensibus.xv. ⁊ dieb9 xx. pregnans fuerat: ⁊ adhuc fetu3 in vtero gestabat: sua orone ad puerperium in momẽto adduxit. ¶ Cortagia ciuitate epo vacante: dum de eligẽdo presule discordes eẽnt: ⁊ in archiepm armacha. vt eligeret: oẽs puenissent: pauperem quendam presbyterum alienigenam elegit: q̃ vitam eius p spm agnouit. Qui dum sibi egrotare nunciatus esset: mãdauit ei: vt illico surgeret: qui statim ab infirmitate sanat: ⁊ in epm cõsecratur. ¶ Dum cuiusdam nobilis cõiugem in extremis positam inungere vellet: ⁊ illi expectandum in crastinu3 eum rogarent: assensit: ⁊ mulier post horam modicã expirauit. Ipse aũt se reum criminis accusans cũ lachrymis iuxta corpus in orone se posuit: ⁊ ibidẽ orans pnoctauit. Mane aũt facto mulier resurrexit: quã sanct9 vir iniunctam ad quietem ire pcepit: morq3 illa iter3 obdormiuit. ¶ Secularis cuiusdam conquerẽtis: q̃ lachrymari nõ poterat: maxillam tetigit: ⁊ ad tantam illũ deinceps lachrymar effusionẽ puocauit: q̃ vix fletum ptinere valebat. Spm quoq3 pphẽticum habuit: ⁊ cordium secreta cognouit: ⁊ diem ⁊ locũ sui obit9 predixit. Sepius quoq3 eo celebrante columba de celo circũuolans cruci sup altare posite insidebat: quã diaconus eius ⁊ q̃plures q̃nq3 videbãt. ¶ Cũ aũt papa eugenius in galliam venisset: ⁊ malachias ad eũ visitãdũ accederet: ⁊ nauẽ itrare disponeret: quidã epilenticus nõie catholicus: eius recessum deplorabat: eo q̃ in eius p̃sentia nunq̃ a morbo cadebat. Quẽ dum ille signasset: ⁊ eidem pmisisset: q̃ donec ipm reuideret: nunq̃ de cetero caderet: sic vt pdixerat euenit: nã sanctus vir ante regressu3 obijt: ⁊ ille de cetero a morbo nunq̃ cecidit. ¶ Sed eodẽ tpe dum cuidã clerico promisisset: vt quicquid ab eo peteret obtineret: ⁊ ille sancti archiepi reuersionẽ petijsset. Sanct9 de hoc plurimũ tristatus est: eo q̃ nunq̃ se rediturum presciuerat: ⁊ ad deũ ire cupiebat. Nauẽ tñ ascendens vt clerico pmissa redderent: orta tempestate redire pulsus est. Facta vo trãquillitate iter3 nauem pscendit: ⁊ de cetero nõ rediturus transfretauit. Venit aũt clarauallẽ ⁊ a sctõ bernardo deuote susceptus est. Cũq3 in festo btĩ luce euangeliste celebrasset: febre correptus decubuit: ⁊ in ipso loco plenus sanctitate die qua pdixerat: ad xpm e carne migrauit. s. nonã. nouembris. Sepultusq3 in monasterio clarauallẽsi miraculis ⁊ signis refulgens.

¶ De sctis Felice ⁊ Eusebio martyribus. Cap.xxviij.

Felix presbyter ⁊ eusebius monachus apud taracinam campanie ciuitatẽ passi sunt tpe claudij impatoris sub leontio filio leontij psidis. Cũ em p̃fati scti viri corpora sctõr martyrum cesarij ⁊ iuliani sepelissent: de quib9 supra dictu3 est cal. nouembris. ⁊ multos gentiles ad xpm conuersos baptizarent. Leontius filius quondã leontij presidis: qui ad xpm etiã puersus: statim vt baptismũ pcepat: ad xpm migrauerat. de quo etiã dictu3 est sup. ij. cal. nouẽbris. pdictos sctõs martyres detinuit: ⁊ timens ppli tumultũ: misso spiculatore nocte eos in carcere decollari fecit. Quoru3 corpora ad littus piecta. Quartus presbyter iuxta corpora sanctorum cesarij ⁊ iuliani sepeliuit nonã. nouembris.

¶ De sancto Leonardo confessore. Cap.xxix.



Leonardus confessor apud aquitanie prouinciam ciuitatem lenioucensem claruit tempore anastasij imperatoris: qui in prouincia galliarum claris parentib9 ortus collateralib9 videlicet clodouei regis frãcor: ab eodẽ rege de sacro extitit fõte leuatus: ob nobilium parentum amorem charissimum: quẽ sanctus remigius rhemensis archieps baptizauit: ⁊ in discipulum

discipulum susceptum salutaribus disciplinis instruxit. Cum autem idem archiepiscopus a regibus francorum obtinuisset: vt quandocunq; ipsi reges ad ciuitatem rhemensem venirent: oēs inclusi in carceribus libere dimissi abire possent. Ad imitationem boni magistri iuuenis leonardus hoc ipsum a rege impetrauit: vt quicūq; in carceribus detinerent: si eos ipse visitare vellet: continuo soluerentur. Et vbicunq; carceratos esse audiebat: ad eorum liberationez festinus properabat. Cunctos ēt egros ad se venientes: quacunq; detentos infirmitate sanabat. Rex igit ad se accersiuit eum: quem secum in palatio aliquo tpe manere coegit: rogãs vt inde nusq̃ discederet: donec tpe congruo ipsi epatum aliquem donaret. Erat enim iam clericus humilis ⁊ mansuetus. Leonardus vero pontificatum rēnuit: ⁊ solitudinez potius affectans: palatiuz regis reliquit: ⁊ cum fratre suo liphardo verbum dei annuncians aurelianum deuenit: atq; apud quēdam cenobium noīe maximinum aliquo tempore mãsit. ¶ Cuz autem liphardus super ripam ligeris mansionem solitariam elegisset: de quo supra in eius legenda dictuz est iij. non. iunij. Leonardus vero per admonitionē spiritussancti in aquitania predicare disponeret: osculantes se ab inuicem discesserunt. Leonardus igitur per bituricā ciuitatem transiens nouelle fidei christianos sanctis predicationibus ꝯfirmabat: ⁊ multa operãdo miracula plurimos adhuc incredulos ꝯuertebat. ¶ Demum in quadam silua nomine pauum habitare cepit que a ciuitate lemouicensi p. x. miliaria distabat: ⁊ quo rex sepius causa venationis accedebat: ⁊ in aulam regiam i media silua ꝯstructam diuertebat. accidit autem vt die quadam rex ibidem cuz regina ⁊ familia venaret: ⁊ regina pregnãs illuc causa delectationis egressa partu periclitaret. Cū autem rex ⁊ familia reginam iam pene defunctam lugerent: nec ei per medicos qui cū rege erant subueniri posset: ⁊ vir dei per nemus transiens lugentium voces audisset: pietate commotus illuc accessit: ⁊ a rege vocatus introiuit. Interrogatus autem quis esset cum se remigij discipulum respondisset: rex ex bono magistro bonam de discipulo spem assumpsit: ⁊ ipsum ad reginam introduxit rogans vt suis precibus de recuperata cōiuge ⁊ edita prole duplex gaudium obtineret. Tunc sanctus orationem fudit: ⁊ qd rex petebat protinus impetrauit. Cui rex multa in auro ⁊ argento obtulit: sed ille omnia recusauit: dicens se nullis indigere nisi vt tm̄ in aliqua siluarū soli christo famulari posset. Cum autem rex totum illud nemus ipsi tradere vellet: noluit nisi tantum accipere quantum vna nocte posset cum suo asello circuire. Qđ rex libentissime adimpleuit: vbi cum duobus sibi adiunctis socijs monasterium ꝯstruxit: ⁊ in multa ibidem abstinentia degens deo seruiuit. Ecclesiam etiam in honorem dei genitricis fabricauit: ⁊ altare sancti remigij i ea posuit. Cum autem aqua sibi per vnum miliare distaret puteum siccum ibidem fodi fecit: quem suis orationib9 aqua vsq; in presens scaturiente repleuit locum autem ipsum a nobili rege ipsi concessum nobiliacum appellauit. Ibi ergo tãtis miraculis chorruscauit. vt quicūq; ei9 nomen in carceribus inuocassent: mox ruptis vinculis nullo contradicente liberi abirent: ⁊ suas eidē catenas aut compedes presentarent. Quorum plures secum manebant: ⁊ eius exemplo sanctitatis ibidem domino seruiebant. familie quoq; .vij. ex eius stirpe venditis omnibus ⁊ pauperibus distributis ad eum venerunt: ⁊ distributo eisdem nemore ibi cum ipso in dei seruitio permanserunt: exēplo quoq; suo plurimos ad simile attraxerūt. Denique vir domini leonardus multis clarus virtutib9 ad dominū feliciter migrauit. viij. idus nouembris. circa annum domini quingentesimum. Sepultusq; est in ecclesia dei genitricis quã ipse construxerat. ¶ Cū autē ibidem infinita miracula fierent: clericis illius ecclesie reuelatum est: vt q2 locus ille propter multitudinis frequentiam concurrentem nimium artus erat: alibi ecclesiam fabricarent: ⁊ eodem sancti leonardi corpus transferrent. At illi vna cum populo: triduano ieiunio et orationibus institerunt: quibus elapsis totam prouinciam niue nimia que ceciderat opertam viderunt: locum aūt in quo sanctum corpus quiescere volebat omnino vacuū conspiciunt: vbi ecclesia de nouo fabricatur: ⁊ corpus eodem transportatur. Quanta vero miracula per eum dñs faciat potissime circa incarceratos: immensa ferri varietas ante tumulum eius dependens: testis existit.

¶ De sancto Felice martyre. Cap. xxx.

Felix martyr apud tunissam ciuitatem aphrice passus est. Qui a persecutoribus pro christi nominis confessione detent9: ⁊ carceri durissimo mancipatus. dum eum ad tormenta differrent: orans ad dominum emisit spiritū. viij. idus nouembris. Cuius corpus sequenti die exanime repertum est ⁊ a christianis condigno reconditum honore. In huius solēnitate sanctus Augustinus episcopus psalmum quēdam ad populūm exponit: quem et in eius ecclesia publice predicauit.

¶ De sancto Felice monacho. Cap. xxxj.

Felix monachus in monasterio fundensi claruit. Qui magne sanctitatis vir erat: ⁊ eiusdem cenobij hortum colebat: fur vero quidam venire consueuerat: ⁊ ad ipsum hortū p sepez ascendere et occulte olera auferre. Cūq; ille multa plantaret: que minus inueniret: ⁊ alia pedib9 cōculcata: alia direpta conspiceret: totum hortū circuiēs inuenit iter vnde fur venire consueuerat. Qui eundem hortum deambulans repperit etiam serpentem: cui precepit vt se sequi deberet. Ad aditum autem furis perueniens in nomine domini serpenti precepit: vt aditum illum custodiret: ac furem ingredi non permitteret. Protinus serpens se in itinere transuersum tetendit: et felix ad suam cellam redijt. Meridie ergo cunctis quiescentibus more solito fur aduenit: ⁊ sepem ascendit. Et dum in horto pedem poneret: vidit quia serpens extensus viā clausisset. Et tremens post semetipsum concidit: eiusq; pes per calciamentum in sude sepis inhesit. Sicq; donec hortulanus rediret: deorsuz capite pependit. Qui veniēs furem in sepe pendentem repperit: ⁊ deo grãs agens: serpentē licentiauit: ad furē quoq; veniens: ipm de dudum olerib9 exportatis redarguit: pedē quoq; illius a sepe dissoluit: eūq; sine lesione deposuit. Olera etiã q̃ furto auferre conabat cū nimia dulcedine prebuit: eūq; ne amplius furaret admonuit: sed cū necesse hēret: ad eū veniret: q2 ipsi deuotus daret: que cum peccō tollere laborabat. ¶ Hic em̄ sanctus monachus clarus multis virtutib9 migrauit ad christum. Hec gregorius primo dialog. cap iij.

¶ De sanctis decem martyribus. Cap. xxxij.

Decem martyres in oriente apud ciuitatez rhizopolim passi sunt. Qui a saracenis cōprehensi: christumq; dominum confitentes crucibus appensi: coronas martyrij a domino percipere meruerunt. viij. idus nouembris. Hec ado in martyrologio suo.

¶ De sancto Prosdocimo epo. Cap. xxxiij.

Prosdocimus eps apud ciuitatem patauinam claruit tpe neronis imperatoris. Hic natione grecus nobilibus parentibus ortus: litterarum studijs eruditus: cum adhuc esset iuuenis cum marco euãgelista ⁊ apollinare antiochiam adijt: ⁊ beato petro apostolo in discipulum se tradidit: atq; cuz ⁊ prefatis

duobus condiscipulis vna secum tpe claudij imperatoris romam accessit. Cum aũt apostolorum princeps beatus marcum misisset aquileiam et apolinarem rauennam ad predicandũ. Beatum quoqz prosdocimum annorum.xx. in epm pseeratum: lz satis ex humilitate recusantẽ: misit ad patauinã ciuitatem. Et perueniens ad ipsam vrbem multitudinem languentium diuersarum egritudinum ante portam inuenit: quibus pacem annunciauit: et oratione ad deum fusa: omnes ab eorum infirmitatib9 liberauit: eosqz omnes ad christum puertit. Quo viso miraculo centum et sexaginta gentilium puersi ad dominum: ab eodem beato viro baptizati sunt. Sicqz sanctus episcopus prosdocimus ciuitatem ingressus: cepit verbum domini predicare: et multos paganorum ad fidẽ xpi pducere: ¶ Cum autem de virtutib9 eius fama ad regem vitalianum peruenisset: qui graui infirmitate pressus dudum lectulo decubuerat: prosdocimũ ad se accersiuit: et an ipsum sanare posset interrogauit. Qui eidem respondit: qz si in xpm crederet et idolis renunciare paratus esset: cõtinuo sanitatem reciperet. Cũqz rex se velle i xpm credere respondisset: baptizauit eum prosdocimus cum vxore eius prepedigna et vniuersa eius familia: et sic rex statim ab omni languore curatus est. Qui ptinuo per vniuersuz vrbis et vicinarum villarum populum edictum misit: vt omnes in xpm crederent: et ad beatum prosdocimum baptizandi cõcurrerent. Talíqz modo vniuersus populus ciuitatis et oppidorum circhadiacentiũ puersus est ad dominum. Rex vero ecclesiam in honore sancte sophie: hoc est alme sapientie fabricauit: in qua eps presbyteros ac diacones et clericos plurimos ordinauit. ¶ Post hec cũ rex vitalianus prole careret: oratione viri sancti regina concepit: et filiam peperit quam beatus prosdocimus baptizauit: et iustinam vocauit: eamqz sacris litteris erudiuit: et in virginitatis pposito permanere docuit. ¶ Deinde sanctus eps ad ciuitatẽ estensem adyt ibiqz xpm euãgelizans: multos puertit. Inde ad ciuitatem vicentiam ad predicandum perrexit: et exinde ad castellum nomine asylum pperauit: vbi similiter populum docens in fide: ecclesiã in honorem dei genitricis edificauit: atqz dedicauit. Inde egressus ciuitatem feltrensem intrauit: vbi populi maximam multitudinem baptismo sacro renouauit. Et post hec per altinam ciuitatem et per alia oppida et castella peragrans: fidelibus monitis populum imbuit et relictis idolis verum deum colere fecit. In quib9 omnibus basilicas pstruxit: et presbyteros ac inferiorum ordinum clericos psecrauit. Ac demum ad taruisium ciuitatem deuenit: et susceptus in domum cuiusdam militis nomine euphrosyni: filiam eius cecam signo crucis edito illuminauit: eamqz cum parentib9 et alijs plurimis in silere fluuio baptizauit. Cum autem comes ciuitatis qui vxorem habebat theodoram per annos plurimos graui infirmitate detentam: nũciante ei milite euphrosyno de miraculis sancti pontificis audisset: eũ ad se vocauit: et vt eius sanaret coniugem: humiliter exorauit. Cui9 manum apprehendens vir domini eam ptinuo de lectulo in christi nomine sanam erexit: et ipsam vna cum comite et filijs ac omni familia numero.cxy. credentes in christuz baptizauit. ¶ In ipsa quoqz ciuitate multum populum ad fidem christi reduxit: et multorum nobilium filios sacris litteris erudiuit. Ecclesiam quoqz in honorem beati petri apostoli iam p christo passi ipse fundauit: i qua et presbyteros et diacones et alios clericos ordinauit. Deinde ad sedem suam patauij rediyt. Et post modicum tempus rex vitalianus xpianissimus et vxor eius regina prepedigna ad dominum migrauerunt. Quos sanctus prosdocimus sepeliuit. Filiam quoqz illorum eius discipulaz iustinam virginem sacram sibi a parentibus commendatam optima cura gubernauit. Eam quoqz per martyrium assumptam cum suis clericis honorifice sepulture tradidit. De qua supra in eius passione actum est non. octobris. Ad suasionem autem beati episcopi: patricius quidam nomine opilius christianus ecclesiam in honore sancte iustine virginis supra corp9 illi9 erexit: et iuxta eam oratorium beate virginis composuit quam ecclesiã simul cum oratorio prosdocimus episcopus consecrauit. Qui postqz a multis obsessis demonia eiecit: et plurimos infirmos a diuersis languoribus eripuit: cum in sede patauine vrbis sedisset annis.xciij. mense vno diebus.xv. etatis sue anno.cxiiij. ad dominũ migrauit.vij. idus nouembris. Et in oratorio prefato dei genitricis clarẽs miraculis sepultus quieuit.

¶ De sancto Achilla episcopo. Cap.xxxiiij




Chillas episcopus alexandrinus: alexandro in episcopatu successit. Qui ambo beati petri eiusdẽ ciuitatis episcopi et martyris discipuli: et ab eodem fuerunt presbyteri ordinati. Et cum idem beatus petrus pro fidei catholice defensione in carcere detentus esset: diuina reuelatione eosdem presbyteros sibi in episcopatu successuros pnouit et eisdez qd preleuerat reuelauit: vt dicetur infra in eius passiõe.vj. cal. decembris. Et sicut ipse predixerat sic euenit. Nã prim9 achillas: secundus alexander eidem in pontificatu successit. Et primus quidem annis.ix. secundus vero annis.vij. sedem ipsam tenuit. Quorum vterqz eruditione fide et cõuersatione ac morib9 insignis extitit. Et de secundo quidem sancto in eius festo actum est.iiij. calẽ. martij. Primus vero videlicet achillas in pace quieuit.vij. idus nouembris. Quorum corpora in eodem tumulo alexandrie requiescunt.

¶ De sancto Amarantho martyre. Cap.xxxv.



Marantbus martyr apud albigen. ciuitatez passus est tempore decij imperatoris. Qui exacto agonis fidelis cursu capitis obtruncatione cesus coronatus est triũphali corona. et sic ibidem sepultus viuit i gl'ia Passus.vij. idus nouembris. hec ado.

¶ De sctis Claudio Nicostrato et socijs mar. Ca.xxxvj



Laudius: nicostratus: symphorian9: castorius atqz simplicius martyrica passi sũt apd pannoniã sub diocletiano imperatore: agẽte lampadio tribuno. Nam cum idem imperator pannoniam perrexit: vt diuersa metalla ad edificia in sui presentia de montibus abscidi faceret: omnesqz artifices artis qdratarie cõgregasset. Inuenit inter eos peritissimos.v. operarios pdictos. Quorũ qtuor primi scilicet: claudius: nicostratus: castorius: et symphorianus occulte xpiani erant. Simplicius vero adhuc idola adorabat: prefati autem quattuor quicqd artis operabantur: in noie dñi iesu xpi sculpebant oiaqz sibi in arte succedebant. Cum aũt die quadã oẽs artifices numero ccccccxxij. cum.v. phis ad venas lapidis excidendas in vnum puenissent: et mira inter illos ptentio esset: nec venas excidẽdas reperire possent. Symphorianus qui predictorum quattuor aliorum magister erat: inuocato christi noie secretius textum lapidis reperit: et sm augusti preceptum sculpturam perfecit. Colũnas quoqz plurimas et capitella ex porphyretico lapide imperatori exciderunt et concas cum sigillis et diuersis marmorib9 eleganti9 fabricarunt. Sed cum ferramenta simplicij adhuc gentilis sepius frangerentur. Interrogauit symphorianuz quare ceterorum quattuor lapicidarum ferramẽtis pmanẽtibus solidis ipsius solũmodo excisoria et lapidum fortitudine durare non possent. Symphorianus vero dixit ei: qualiter omne opus suum in noie xpi incohabant: et ad votũ eis omnia succedebãt. Predicãte itaqz symphoriano cum

riano cum socijs: simplicius in xpm credidit: et baptismi gratiam postulauit. Qui duxerunt illu ad quenda cyrillum epm qui pro xpi noie in carcere dudu detentus erat. Eps vero simpliciu in fide docuit et sacri baptismatis vnda pfudit. Reuersi igitur ad opa concas ex porphyretico cauabant et colunas mirabiles faciebant. ¶ Post dies aliquot iussit diocletianus: vt simulacru asclepy exciderent: et in ui tor aialium imagines sculpendo formarent. Ipsi vero oia cetera pfecerut: asclepy aut idolu minime sculpserut. Imperator vero ab eis quesiuit cur oibus alijs opibus ad eius voluntate expletis: so. q imagine magni dei no pfecissent. Tunc quida ex phis et alijs lapidum cesoribus eor peritie inuidetes accusauerunt illos imperatori: q xpiani eent et q signo crucis pmisso ac xpi noie inuocato oia pficeret et idcirco simulacrum asclepy excidere noluissent. Diocletianus aute qui pter eor magisterium ipsos accetos et charos habebat: dissimulauit verba delator vt ii los sibi saluare posset: et ad idolu asclepy sculpendu induceret. Et cu eis rursum madaret vt pdictu simulacrum exciderent. Illiqz imagine miserrimi hois nunq se facturos rndissent. Interrogauit augustus phos: si alij tam periti hoies eiusde artis inueniri possent. Tuc phi alios artifices qdratarios elegerut q simulacru asclepy ex proconesio lapide infra mēses fabricauerut: et pfectu diocletiano obtulerut. Quo vides imparator sctos martyres. v. pdictos accersiuit et an xpiani eent interrogauit. At illi publice pfessi sunt: q serui iesu xpi dni erat: in cuius noie inuocatoe oia sibi i arte sua fm eor voluntate succedebat. Tunc impator tradidit eos lampadio tribuno vt mode ratis verbis eos induceret: qtenus deo soli sacrificarēt. Et cu a phis et opatijs multa instatis accusarent: reclusit eos lampadius vt custodia publica. ¶ Die vero sequēti iussit eos ante se adduci: et accusatores eor aduocari. Auditisqz ptibus nunciauit diocletiano q xpiani eent et deos adorare recusaret. Qui madauit lampadio vt si deo soli sacrificare nollet: scorpionibus eos cedi faceret. Post dies vero qnqz lampadius pro tribunali sedit: et eos sibi exhiberi pcepit: olaqz tormetor gnā illis ondit. Sz cu eos nulla rone posset ad imoladu inducere iussit illos grauiter scorpionibus flagellari. Statimqz tribunus arreptus a demonio expirauit. Quo audiēs vxor eius et familia cum mugitu ad phos recurrerut: ita vt diuulgaret diocletiano q ira tus vehemēter iussit loculos plūbeos fieri: et eos viuos i tus recludi: et in flumine iactari. Nicetus vero qda ex assessoribus lapady: ipatoris madatu exeques: loculos fieri fecit: et sctos martyres claudiu: nicostratu castoriu: symphorianu: simpliciu intus reclusos i flumē pcipitauit. Quo audiens cyrillus eps q erat i carcere ex nimia afflictōe expirauit. Post dies vero. xlij. qda nicodemus xpianus loculos cum corporibus occulte leuauit: et sctor reliquias honorabiliter sepeliuit: qui passi sunt. vj. idus nouembris.

¶ De sctis qttuor coronatis martyribus. Cap. xxxvij





Quattuor coronati videlicet seuerus: seuerianus: carpophorus: et victorinus rome passi sunt sub diocletiano impatore: qui cum essent cornicularij: et ad sacrificia vna cum alijs impratorum officialibus copellerent cum oino pensum ipys pbere nollent: nunciatu est diocletiano. Quos illico iussit vt ante ipm plumbatarum ictibus tam diu cederentur donec spm emitterent. Quor corpora iussit i platea canibus iactari: que etia qnqz diebus ibide iacuerut illesa. Sed a melchiade papa et a bto sebastiano martyre collecta: sepulta sunt i via lauicana miliario ab vrbe tertio cum alijs sanctis in harenario. Passi sunt aute post duos anos a passione dictor qnqz martyr supra prime positor eode. s. die: hoc est. vj. idus nouembris. ¶ Horu3 noia cu3 minime possent inueniri: quattuor coronati vocati sunt. Statutu est aut a melchiade papa: vt memoria eor sub nominibus alior qunqz martyr predictor et dies anniuersaria recolat. Et lz pcessu tpis eorum noia repta fuissent: vsus tame obtinuit: vt quattuor coronati deinceps vocarentur.

¶ De dedicatiōe basilice saluatoris. Cap. xxxviij



Dedicatio basilice saluatoris hoc est scte ecclesie lateranensis rome a bto papa siluestro facta est. v. idus nouembris. Qui sanctus eps consecrationes altarium et eccliar fm ritum quem nunc romana tenet eccla primus fieri instituit. Fuisse tn ab ipsis apostolor tpibus loca deo dicata: que a quibusda oratoria: a quibusda eccle appellabant: vbi collecte fierent p vnaz sabbati: et in quibus pplus christianus ad audiendu verbu dei: et ad pcipiendu dominici corporis sacramentum pueniret: et apostolor edocemur epistolis: et sctor patrum instruimur gestis. Que lz sale et aqua benedicta exorcizabant: non tn chrismate vngebant: nec altare lapideum adhuc stabat erectum: chrismate delibutum in figura dni nostri iesu xpi qui est altare nostrum et sacerdos et hostia. ¶ Postq vero constantinus imperator a lepra mundatus a bto siluestro papa baptismi meruit sacramento purificari: vt supra dictu3 est in legenda siluestri pape pridie cal. ianuarij: et constantini imperatoris. xij. cal. iunij. tunc primum lege ab ipso promulgata pcessum est oibus sub romano imperio degentibus licite eccias fabricare. Et ad id faciendu3 suo vt alios hortaret exemplo in pprio lateranensi palatio eccliam in honorem saluator s mundi fabricauit. Basilicam quoqz appendiciam iuxta palatium fecit in honorem sancti ioanis baptiste: in loco videlicet in quo baptizatus meruit a lepra mundari. Quam quidem ecclesiam mirificis donis et ornamentis in auro et argento et lapidibus preciosis infiniti precij magnifice ditauit: qua beatus siluester die predicto publice consecrauit. Tunc quoqz imago saluatoris diuinitus depicta in tribuna ecclesie primum visibilis omni populo romano apparuit. Que quidem imago deuotissima in ipso loco vsqz hodie perseuerat. Et licet ecclesie eiusdem parietes vsqz ad fundamenta plerumqz dissoluti fuerint: et iterum reparati. Ipsa tamen tribuna cu3 imagine sacratissima nulla vnq potuit vetustate deleri: nullaqz nouitate dissolui. Cu3 tamen aliquando ecclesia ipsa incendio totaliter sit iudicio diuino consumpta. Hec igitur est illa festiuitas: in qua primum rome ecclesia publice consecrata est: qua etiam ecclesiam idem pontifex ad instantiam constantini augusti: omnium ecclesiarum totius orbis caput esse constituit: eademqz tam larga benedictione dotauit: vt si quis hominum quocunqz anni tempore vere confessus et penitens eam intrauerit: omnium peccatorum suoru generalem remissionem et indulgentiam consequi mereatur.

¶ De sancto Theodoro martyre. Cap. xxxix.



Theodorus martyr passus est apud amasiaȝ ciuitatem marinnaritanoꝝ sub diocletiano ⁊ maximiano imꝑatoribus. Qui cum: eēt miles ex ciuitate hellesponti ꝺphēsus eēt: ꝙ christianus esset: ⁊ adductus est ad brycham prepositum legionis. Cui cū ꝑpositus diceret, vt sacrificaret ⁊ militiā pristinā reciperet: illeqꝫ se deo patri oīpotenti ⁊ iesu xp̄o filio eius militare respondisset: ad suggestionem posidonij vicarij prepositus ei inducias ꝯcessit diebus paucis vt semetipsum admoneret ⁊ dijs immolare ꝯsentiret. Interea theodorus plures xp̄ianoꝝ in carcere detentos visitabat: eosqꝫ in fide xp̄i ꝯfortās eisdē necessaria ministrabat. Nocte igit̄ quadā templum martis introiuit: ⁊ igne supposito totū illud succendit. Qui a quodam gordiano tabulario visus ⁊ detentus: ac ꝑsidi ꝑsentatus est. Quē ꝑses fecit cedi ⁊ cesum in carcerem mitti pedibusqꝫ in cippo recludi: ac hostiū carceris cōsignari: vt ibi fame deficeret. Cui dn̄s iesus xp̄s nocte cū lumine apparuit: ⁊ ipm̄ in eius amore confortauit. Tunc multa turba viroꝝ dealbatoꝝ ad euȝ venit ⁊ secū psallere cepit. Qd̄ custodes audientes ⁊ hostiū signatū aspicientes iudici nunciare festinauerunt. Ille ḋo ad carcerē cucurrit ⁊ hostium carceris signatum inuenit: voces ḋo psallentium cum theodoro audiuit. Et circūpositis militibus carcerē aperiri fecit: ac introgressus solū sctm̄ martyrem in ligno detrusum aspexit. Rursumqꝫ eidē recluso vnciā panis ⁊ modicum aque ꝑ dies singulos ei ministrari ꝑcepit: ſꝫ ipm̄ celesti cibo dn̄s enutriuit. ¶ Post dies ḋo xv. theodoꝝ adductum ⁊ dijs sacrificare nolentē: iussit preses in ligno suspēdi: ⁊ latera eius vnguib⁹ crudeliter radi donec coste illius nudarent̄. Et cum hec oīa ꝓ xp̄i nōie superasset dedit ꝑses in eum sniam vt ignibus traderet̄. Accenso igit̄ igne ꝑ semetipsum vestimenta deposuit: ⁊ vinctis post tergum manib⁹ in flāmas sponte ꝓsiliuit. Et circunspiciēs in turba quēdā cōmilitonē; nōie cleoni cum lachrymantē vidit: quē ꝯfortās seipsum secuturum ꝑdixit. Cum autē orōnem fudisset ad dn̄m flāma in specie camere facta est tanꝙ velum nauis a vento repletum: ⁊ circūuallauit euȝ vt esset nō ꝗ̄si corpus quod exurit̄: ſꝫ ꝗ̄si panis qui coquit̄. Sicqꝫ celesti voce ad gaudia eterna vocatus emisit sp̄m. Corpus ḋo exanime omnino ꝑmāsit incōbustum. Qd̄ matrona quedaȝ eusebia nōie tulit: ⁊ in possessionē suā que distat ab vrbe amasia vnius diei via portauit: vbi eum cuȝ aromatib⁹ sepeliuit in loco qui dicitur euchaita. Passus est autem .v. idus nouembris.

¶ De sctō Theodoro alio martyre. Cap. xl.




Theodorus miles ⁊ martyr apud heracleam ciuitatē macedonie passus est sub licinio imperatore: qui et occidit .xl. martyres ⁊ .cccl.x. centuriones. Eodeȝ tp̄e apud achaiam erat draco pessimus oēs interficiens et deuorans transeuntes. Cum autem theodorus miles xp̄ianus ibi iuxta supra fenum dormitasset ⁊ draconē ibidē ignoraret excitatus est a muliere eusebia christiana: que ei draconem ibi iuxta eē nunciauit: ⁊ vt fugeret ex charitate monuit. Quā sanctus hortatus est vt ꝓ se oraret: ⁊ a longe ꝯspiceret. Factoqꝫ sibi crucis signo ad os spelunce ꝓcessit: ⁊ draconi vt exiret xp̄i virtute mandauit: ac deinde equum ascendit. Quē exeuntē aggredit̄ equoqꝫ ipm̄ supprimente quattuor pedibus draco ꝓstrat̄: ⁊ lancea cordi eius infixa a sctō milite xp̄i occidit̄. Quo miraculo viso multi gentilium ad xp̄m ꝯuersi sunt. ¶ Licinius igitur rex cum audisset ꝙ theodorus xp̄m ꝑdicaret: misit deinicomedia in heracleam ciuitatem in qua miles xp̄i degebat: vt cuȝ honore militaturus ad eū accederet. Ille ḋo nuncios grate recipiens remisit imperatori ꝑ epistolam vt ꝑsonaliter veniret heracleam vbi nimis affectōe ipm̄ populus videre cupiebat: ꝙ si illuc veniret ipse cuȝ eo ⁊ omni populo sacrificare paratus esset. Quo audito licinius heracleam venit: cui sanctus miles ī equo quo draconem occiderat obuiauit: quē imperator corā oīm̄ pp̄lo plurimū honorauit. Rogauit aūt eum ad grata libamina. Ille aūt deos regis sibi dari petijt quasi in domo sua vellet eos thuribus placare. Quib⁹ eidē ab imperatore traditis oīa idola aurea ⁊ argētea ꝯfregit ⁊ frustra pauperibus distribuit. Hoc audiens licinius irat⁹ eū teneri fecit: ⁊ sacrificare nolentē: precepit eum spoliatum ⁊ in quattuor lignis extensuȝ virgis cedi: deinde plumbatis ꝯtundi durissime. Postmodū etiā carnes illi⁹ vngulis ferreis radi: ⁊ faculas igneas vulneribus superponi atqꝫ testis acutissimis ꝯfricari. Et sic in carcerem vinculatū recludi. Iterū aūt post dies .v. eductum mandauit crucifigi ⁊ crucifixum a pueris sagittari: eius quoqꝫ genitalia precidi. Quē licinius existimans interfectum: dimisit ī cruce in crastinum deponendum. Eucharius ḋo quidaȝ christianus occultus scribebat passionē eius. Angelus autē dn̄i theodoro pendenti ꝑ noctem apparuit: ⁊ vulneribus eius sanatis illesum deposuit. Cum aūt iussu reg̃ duo centuriones cum pluribus ad eum deponēdū mane venissent: eumqꝫ viuentem ac oīno sanatuȝ vidissent cū militibus .lxxxj. ad xp̄m ꝯuersi sunt. Qd̄ audiēs licini⁹ misit antipatrem ducem cum .cccc. viris ad eos occidendos. Tūc inter xp̄ianos ⁊ paganos seditio orta est: ſꝫ martyr xp̄i tumultum sedauit: ⁊ xp̄ianos ad patientiā informauit: deinde ad custodiam accedens: fideles omnes in xp̄i nōie apertis hostijs ⁊ dirutis vinculis absoluit: ⁊ pluribus ad se venientibus egris sanitatē restituit. Qd̄ rex intelligens ipm̄ decollari mandauit. Sꝫ cum ad passionem duceret̄: eucharium rogauit: vt corp⁹ ei⁹ in achaiā deferret: ⁊ in paterna hereditate sepeliret. Qd̄ quidē ille summa diligentia adimplere curauit. Passus est autē sanctus martyr .v. idus nouembris. ¶ Temporis ḋo ꝓcessu corpus eius de partibus illis a venetis raptum venetiasqꝫ delatum: atqꝫ in eccl̄ia saluatoris que est canonicorum regularium sepultum est.

¶ De sancto Ursino episcopo. Cap. xli.



Ursinus ep̄s apud bituricen̄. ciuitatē claruit. Qui rome a successoribus apostoloꝝ pontifex ordinatus: primus eidem vrbi destinatus est ep̄s. Ipse nāqꝫ predicationis officio diligenter intentus maximā ꝑteȝ ciuitatis illius populi ꝯuertit ad dn̄m: et fide ⁊ sapientia atqꝫ vite sanctitate probatus migrauit ad christum .v. idus nouembris vt dicit ado.

¶ De sanctis Tryphone ⁊ Respicio martyribus ⁊ nympha virgine. Capl̄m. xlij.



Tryphon ⁊ respicius martyres ⁊ nympha virgo apud vicum absadum saxonie passi sunt. Qui triphon ex eodem ortus oppido: pastor anserū fuit. Tp̄e igit̄ gordiani imꝑatoris filia eutychetis nobilis romanoꝝ obsessa a demone clamabat: tryphonē pastorē anserū ei⁹ liberatorē futurū. Cū aūt de mādato imꝑatoris eutychetē plurimū diligentis: talis hō ꝑ vniuersum mūdū quereret̄: tandē in prefata ciuitate inuent⁹ est: ⁊ ad vrbē romā adductus qui statim vt limen dom⁹ eutychetis attigit: puella liberata fuit: sanct⁹ aūt orās imꝑatori ⁊ eutycheti demonē q̄ puellā infestabat: in specie canis ostēdit: ⁊ eū eis humana voce loqui fecit: ⁊ demū in abyssum misit: et ab imꝑatore honorat⁹ ad ꝓp̄a cū honore regressus ē. ¶ Tp̄e ḋo decij cesaris imminente ꝑsecutōe tryphon a ꝑfecto occidentis tent⁹ est vt sacrificaret q̄ dū xp̄m ꝯfiteret̄: ꝑmo q̄dē appēsus ē: ⁊ vngulis ꝯfossus: deinde ꝑ pedes ligat⁹ ꝑ maxīas niues ⁊ glacies tract⁹ ē ita vt pedes frigore scinderēt. postmodū aūt acutis ignitis pedibus ꝯfixus ⁊ fustibus cesus atqꝫ

atq3 lampadibus ad latera appositꝭ exustus: lumine tñ ingenti de celo superinfuso confortatus est. Quod vidēs respi cius quidam tribunus credidit: et xp̄m confiteri cepit: quē preses detentum vna cum tryphone fortius exungulari mandauit: dehinc ambos ad templū fecit adduci vt cesaris aut iouis statuam adorarent. Sed orāte tryphone idolū corruit: et mox nympha quedā: que virgo vestalis erat ibidem assistens fidē xp̄i percepit: et xp̄m deum veruz voce publica proclamauit. Tunc prefectus sanctos martyres vna cum nympha virgine plumbatis diutius cedi eosq3 oēs nouissime mandauit pariter decollari. Quorū corpora a christianis iuxta ipsam vrbez sepulta sunt .iiij. idus nouembris.

¶ De sancto Theodoro martyre. Cap.xlij.

Theodorus martyr apud ciuitatem antiochiam passus est sub iuliano imperatore apostata. De quo .x. libro ecclesiastice historie.cap.xxiij. habet. Cū em̄ iulianus christianus permisisset vt corpus babile martyris auferrēt: de quo supra in eius passiōe actum est .ix. cal. februarij. Ibiq3 exultantes corpus per sex miliaria detulissent: cantantes psalmū Confundantur oēs qui adorant sculptilia ꝛc. et imperator hoc audissꝫ: iratus die altero iussit oēs christianos teneri et torqueri. Quod salustius eius prefectus licꝫ paganus tñ inuitus exequitur. Et primū sibi theodorū occurrentē a prima luce vsq3 ad vndecimam horam tanta crudelitate: et tot mutatis carnificibus torsit: vt nulla etas simile forefactum meminerit. Ipsum tandem per oīa constantem et letum in carcere teneri fecit: et imperatori que fecerat recitauit: taliaq3 omnino fieri dissuasit. alioquin christianis gl'iam et cesaris ignominiam quereret: cuius suasione imperator theodorum liberū dimisit: qui referebat in tormentis se modicam penā sensisse: assistente sibi celesti iuuene: et ipsum confortante: necnō linteo candido sudorē suū exiccante ac sepius sibi aquā frigidā instar nectaris ꝑ ppl'm porrigēte. Hic aūt sanctus martyr post aliquot menses migrauit ad dominum .iiij. idus nouembris. Hec eusebius libro quo supra.

¶ De sancto Theodoro episcopo. Cap.xliij.

Theodorus ep̄s siccensis fuit. Hic dū eēt annorū .xij. et facta eēt epidimia valida ex bubone in ipsa ciuitate: theodorus vsq3 ad mortez infirmatus est: qui delatus in oratorio scti ioannis baptiste qđ est iuxta villaz et strat' ad altaris introitum cum ad crucifixum desup stātez in tabula pictum orasset: de imagine xp̄i tres gutte roris ceciderūt: statiq3 bubonē soluerunt. Et ꝓtinuo extincta febre conualuit: et domum proprijs pedibus repedauit. Cepit autem psalterium mente discere velle. Cūq3 vsq3 ad psalmum .xvj. didicisset: et vltra memorie cōmendare nō posset: in eccl'ia scti christophori ante crucifixum orans: obtinuit et celeritatē in addiscēdo: et firmā memoriā in retinēdo. Sicq3 in breui diuina gr'a psalterium totum memorie cōmendauit: ipsumq3 quotidie legere cepit. Factusq3 est clericus et pcessu tp'is siccensis ep̄s ꝙ ppl'm dei v'bo et exemplo instruxit: ꝛ foues clarus sanctitate migrauit ad christum.

¶ De sancto Probo episcopo. Cap.xlv.

Probus ep̄s rauennatē .vij. apud eandē ciuitatem claruit. Hic em̄ mitis et pius fide religiosissimus clarus in specie: fulgidus ꝑ ope: sapiēs eloquio: plenus gr'a spiritussancti: oēs languidos ad se venientes quacūq3 detentos valitudine curabat: spiritusq3 immundos de obsessis corporib' expellebat. Qui postq3 sue ad occasum vite instante tp'e: angelica cōspexit agmina: statim elapsa est de corpore eius scta āia .iiij. idus nouembris. Sepultusq3 est a filijs suis in eccl'ia suo nomini dedicata: vbi in miraculis et virtutib' viuit.

¶ De sctis Tiberio Modesto et florētia mar. Ca.xlvj

Tiberius modestus et florentia martyres passi sunt apud agathensem ciuitatez: sub diocletiano imperatore. Fuit em̄ tiberius eiusdem vrbis helei nobilis sed pagani filius qui valeriano imperatori plurimū erat dilectus. Anno igit' .viij. eius imperij: valerianus heleo suasit vt filiū quē christianum nouerat ad sacrificia prouocaret. Quod dū ille per dies plurimos facere studeret: et tiberius puer in fide christi immobilis perseueraret: cum imperator hec audisset fecit ipsum teneri et in catomo fustibus diutius cedi. Cū autem cedentium brachia aruissent: et ipse imperator in manu tortionē maximā sensisset: cepit exclamare et tiberiū magum appellare. Pro quo tiberius orauit: et continuo sanitatem recepit: quē valerianus emendandū patri tradidit. Pater v'o iuuenē in triclinio delicijs et musicis ac ioculatoribus et puellis pleno: diuersisq3 gēmis ornato posuit vt animū eius alliceret: et a christianitate reuocaret. Orante v'o sctō claritas ei de celo refulsit: odorq3 maximus refragauit. Quod dum pater ad videndū iussisset putans q' dij eius filium consolaturi visitassent: continuo excecatur: et ab imperatore pro lumine recuperando ad tēpla deorum adducit': sed sine vlla gr'e impetratione reuertit': oratione autē filij illuminat'. Cuz autē heleus filium tanq3 magum perdere vellet: ab angelo cum modesto quodam christiano rapit': et ipso duce vltra flumē euchar transuadant: atq3 sub quercus arbore collocant': vbi ambo degētes vsq3 ad diocletiani tp'a predicabant: et miraculis clarentes multos conuertebāt. ¶ Eodē autem tp'e cum fili' maximiani imperatoris a diabolo oppressus esset: et a nemine nisi a tiberio se eijciendū clamaret: requisitus sanctus et romā cum modesto pductus imperatoris filiū a demonio liberauit. Sed diocletianus collega maximiani eos detinuit: et predicta magicis artib' attribuens: dū sacrificare recusarent: ipsos onustos ferro per dies plures ī carcere artauit: et fame nimia afflixit. Quos āgelus dñi celesti de celo fuso lumine confortauit. Sed cum iussu imperatoris bestijs expositi essent: et ī nullo ab eis lesi fuissent in clibanum ignis mittunt': in quo psallētes dño inusti penitus conseruant'. Inde leoni ferocissimo subijciunt': sed ab eo intacti per oīa custodiunt'. Quos videns florentia quedā matrona in xp̄m credidit: et statim cū predictꝭ martyribus detenta fuit. Quos oēs diocletianus mādauit ī catasta leuari: et durissime cedi. Orantib' v'o sctis: terre motus factus est nimi' et tēplo deorū corruente plurimi gentilium oppressi sunt. Imperator v'o cum paucis euasit. Sancti v'o martyres ab angelo de catasta erepti: et ad locum iuxta pristinum fluuium euchar territorij agathensis in momento sunt reducti: vbi oratione fusa ad dñm migrauerunt .iiij. idus nouembris.

¶ De sctō Martino ep̄o et confessore. Cap.xlvij.





Artinus sabarie pannonioꝝ oppido: nobilibus parentibus et gentilibus oriundus: sed intra italiam papie alitus: cum patre suo tribuno militū sub constantio ꝛ iuliano impatoribus militauit. Nō tñ sponte qui ab infantia diuinitus inspirat⁹ annoꝝ .x. inuitis parentibus ad ecclesiam ꝯfugit: seq; cathecuminū fieri postulauit. Et tunc etiā eremum intrasset: nisi etatis infirmitas obstitisset. Sed cū cesares filios militum veteranoꝝ ad militādū scriberēt: martin⁹ annoꝝ xv. ad militiā cogit: vno tm̄ seruo cōtentus: cui tñ versa vice dñs seruiebat: sepiusq; ministrabat: ꝛ calciamenta detrahebat. ¶ Quodā hyemali tpe i porta ciuitatis ambianensium obuium habuit paupere nudū. Qui cum a nullo elemosynā accepisset: ꝛ martinus iam oīa in pauperes ꝯsumpsisset: chlamydem que sibi sola restabat diuisit: ꝛ dimidiā nudo tribuit: reliqua vt poterat se vestiuit. Sequēti nocte christū chalmydis sue parte qua pauperem texerat indutū vidit: ipsumq; ad angelos circūstantes loquentē audiuit: martinū adhuc catecuminū ipsa se veste texisse. vñ ex hoc vir dei diuinā grāz recognoscēs cum esset annoꝝ .xviij. baptizari se fecit: ꝛ postmodū duobus annis ad pces sui tribuni. qui expleto sui tribunat⁹ tpe renunciare seculo pmittebat: solo nole militauit.

¶ Interea barbaris intra galliam irruentibus: iulius cesar ꝯtra eos pugnaturus stipendiū militib⁹ erogabat At martinus nolens de cetero seculo militare: stipendiū recusauit recipe: sed impator ipsm putabat renūciare militie: non religione fidei: sed metu iminētis belli. Martinus vero se ante acies inermem signo crucis solo munitum in crastino se staturū spopondit ppter qd a cesare custodiri iussus fuit. Sz die sequēti hostes se ꝛ sua oīa sponte imperio subdiderūt. ¶ Deinde relicta militia ad sanctum hilarium pictauensem epm peruenit: a quo acolythus ordinatus: monitus a deo p soporē: parentes suos adhuc gētiles visitare decreuit. Multaq; se aduersa passuꝝ predixit. Nam inter alpes incidit in latrones: ꝛ cum vnus in capite eius securim vibrasset: alter ferientis ictū sustinuit: vinctis tñ post tergum manibus vni coꝝ custodiendus tradit. Cui vir dñi xpm pdicauit: ꝛ eum ad fidē conuertit. ipseq; martinū dimisit: ꝛ laudabilem vitam duxit. ¶ Veniens aūt ad parentes matrē ꝯuertit: pr̄ez vero in malis pseuerantē reliquit. Sz cū heresis arriana p totum orbē pullularet. Martinus dum obsisteret publice cesus: ꝛ de ciuitate eiectus: mediolanū rediit: ꝛ ibi monasterium sibi statuit. Sed inde ab arrianis eiectus ad insulam gallinariā cum vno solo presbytero abiit vbi hellebori venenati gramen in cibū ex ignorantia sūpsit: qd virtute orōnis nil ei nocuit. ¶ Audito vero q beatus hilarius pictauensis de exilio rediret: obuiam ei pfect⁹ est: ꝛ iuxta pictauiaz monasteriū ordinauit: vbi dū parū per a monasterio discessisset: reuersus quēdam sine baptismo defunctum inuenit: cuius corpus in cellam suaz duxit: ipsumq; sua oratione suscitauit: qui annis pluribus postea superuixit. ¶ Alium etiā seruum cuiusdā lupicini nobilis viri q se laqueo suspenderat: vite restituit. ¶ Cū aūt plebs turonica epo careret: ipm sctm̄ virū ꝯuis plurimum renitentē sibi ordinari petiit. Quidā aūt ex epis nole defensor plurimū resistebat: eo q martinus vultu nimiū despectus apparebat: qui tñ a ppl̄o est ꝯfutatus: ꝛ martinus in epm sublimatus. Vez cū ppli ꝯcursum nō ferret p duo miliaria extra vrbem monasteriū cōstituit: vbi cū monachis .lxxx. i multa abstinentia vixit. ¶ Dū quidam sub nole martyris coleret: ꝛ martino nihil de ei⁹ vita vel martyrio ꝯstare posset: orauit ad dñm: vt cui⁹ eēt meriti: sibi indicaret: ꝯuersusq; ad leuam vidit vmbram que martino dixit: se esse latronis alam que in altari colebat: quia sceleratis pcussus fuerat: ꝛ in inferno dānatus: ꝛ ꝯtinuo eps altare destruxit. ¶ Tertiū quoq; mortuum suscitauit iuuenez videlicet quēdam qui ad sepulturam ferebat: ꝛ in medio campi a matre ꝛ multitudine populi plangebat. Quē quidē adolescentē matri compatiens a mortuis excitauit: ꝛ multitudinē paganoꝝ astātem ꝯuertit. ¶ Cum quedā nauis periclitaret: negociator quidā lz gentilis martinū vocauit: ꝛ statim tranquillitas magna successit. ¶ Dum in quodā loco templum idoloꝝ diruisset: ꝛ arborem pini demonibus dedicatā excidere vellet: ꝛ rustici gentiles obsisterent: tandē in hoc conuenerunt vt arborem inciderent: ꝛ sup martinum ligatum cadere dimitterent: quā si ille signo crucis cadētez in partem aliā ꝯuersam ꝯcidere faceret: ipsi oēs in xpm crederent: qd dum factum esset: oēs ad fidez ꝯuersi sunt. ¶ Cum in alio phano ignē misisset: ꝛ ventus irruēs flāmas in domum vicinam mitteret: signū crucis opposuit ꝛ ꝯtra vim venti ignem in oppositā ptem excussit. ¶ In vico leprosoꝝ aliud idoloꝝ templū destruere volebat: sed ei pagani resistebant. Cūq; diebus orasset: angeli eidem armati astiterunt: ꝛ in gentiles impetū facientes eos in fugam verterunt. Sicq; martinus pr̄fatū adimpleuit. ¶ Cum in pago educensi aliud phanū dissiparet: ꝛ gentiles in eum irruerent: vnusq; ipsm gladio aggressus eēt nudum verticem exposuit: illeq; ꝯtinuo supinus corruit ꝛ veniam postulauit. ¶ Alibi etiā cum idem opus perficeret: ꝛ quidā nudato ense in eū irrueret: in ipso ictu ferrū de manu excussum nusq̄ cōparuit. ¶ Apud treuerim puellam quādam paralyticā que annis plurimis iacuerat: ꝛ ad extrema iam deducta fuerat: sua orōne cōtinuo sanauit. ¶ Seruum etiā cuiusdam tetradij maligno obsessum spiritu: imposita ei manu ab infestatione liberauit: ꝛ ipsm tetradium gentilem ad xpi fidē reduxit. ¶ In eadem etiam ciuitate ingressus domum cuiusdā diabolum vidit: ꝛ se illum videre dixit. Morꝫ demon quēdaz de familia arripuit: quē sanctus vir stridentem ꝛ strepentem immisso in ore eius digito illico liberauit. ¶ Apud parisius leprosum quēdam horribilez aspectu deosculās ꝯtinuo a lepra mundauit. Fimbrie quoq; vestimentoꝝ eius excise: ꝛ egris alligate: oēm infirmitatē expellebant. ¶ Cum filia cuiusdam arborij quartana laboraret: epistola quedam viri sancti manu ꝯscripta casu ad arboriū delata esset: pater illam supra pectus filie posuit: ꝛ ptin⁹ sanitatem recepit. ¶ Paulinum etiam quēdā nobilem qui vnius oculi lumen amiserat: panniculo suo pupillā oculi tangens: ꝯtinuo a cecitate eripuit. ¶ Eidē quoq; viro qui alias per gradus scale corruēs pene iacebat exanimis: martinum inuocanti: angelus per noctem apparuit: ꝛ illesum mane de lecto leuauit. ¶ Quadā die cidē diabolus astitit: ꝛ cornu bouis cruentū in manu tenēs: vnum de suis peremisse asseruit. Qui concitus mittens vnum ex eius rusticis pene extinctum reperit: quē bos in guine dum pungeret cornu vulnerauit: quē ad se latū sanctus martinus mox sanatum eleuauit. ¶ Animalia etiam irrationabilia ipsi obediebant. Nam canes leporem insequentes subsistere fecit: ꝛ serpentem flumen natantem retrocedere cōpulit: cāis etiam latrans sola ei⁹ iussione obmutuit. ¶ Ab angelis ꝛ apostolis sepius visitabat ꝛ in eoꝝ colloquio ꝯsolabat. ¶ Quodā tpe p necessitate quadam valentinianum impat. iem adiit: sed ille sciens ipsum velle petere qd nolebat concedere: fores palatij ei claudi fecit. Sed cum talem repulsam tertio passus esset: orōnem pmisit: ꝛ vsq; ad augustum veniēs nemo ianuas ipsi claudere valuit. Impator vero turbat⁹ ei assurgere noluit donec igne sellam regiam arripiente ꝛ ipsum iam in posterioribus inflāmante: assurgere compulsus fuit: eiq; postulata oīa ac munera ꝯcessit. Cuz ab eodem impatore inuitatus esset: ꝛ epo pmo potus oblatus esset: martinus post q̄ bibit: presbytero suo calicem

dedit: dicens nullum digniorem post se debere bibere: et indignum esse: vt imperator presbytero preferat. ¶ Quadam vice dum in veste hispida asello latus incederet: et equites econtra venirent: pauefactis equis propter eius deformitatem: a militantibus grauiter verberat. Sed cum illi viam suam prosequi vellent: equi nulla ratione moueri potuerunt: quousque illi culpam suam recognoscentes: a martino veniam petierunt: et ab eodem vt abire possent obtinuerunt. ¶ Dum in quodam loco clerici lectum tenuem sibi strauissent: et ipse molliciem declinans super nudam humum iuxta morem dormiret: nocte media cameram accendit: et dum surgere non posset vestimenta eius comburuntur: sed ipse in igne illesus conseruatur. Monachi igitur concurrunt et ipsum intactum omnino de medio ignis educunt. ¶ In quadam solennitate celebraturus ad ecclesiam pergens: pauperi nudo vestem secreto tribuit: et cappa se vtcunque potuit contexit. Et cum se preparandum spoliare cappa non auderet: eo quod nudus esset: archidiaconus quasi indignatus vestem ei breuem et strictam attulit: quam martinus humiliter induit: et missam celebraturus accessit. Et dum celebraret et sacramenta offerret: globus igneus apparuit super caput eius. Et cum manus in missa vt moris est: eleuaret: et manicis lineis labentibus ex breuitate tunice: brachia nuda apparerent: miraculose torques aurei et gemmati ab angelis deferuntur: et brachia eius operiuntur. ¶ Multe autem subtilitatis fuit erga demones cognoscendos. Adeo enim ei conspicabiles reddebantur vt aperte sub quacunque imagine ab eo cognoscerentur. Cum autem eidem diabolus in forma regia purpuratus et diadematus apparuisset: et christum se esse diceret: martinus eidem dubitans respondit quod christus se nec purpuratum nec diademate renitentem venturum predixit: et quod nisi christum in ea forma qua passus est cerneret: ipsum christum minime crederet. Quo dicto diabolus disparuit: et cellam fetore repleuit. ¶ Ipse autem vir dei obitum suum longe ante presciuit atque predixit. ¶ Interea dum condatensem diocesim causa sedande alicuius discordie visitasset: aliquamdiu ibidem commoratus: viribus corporis cepit repente destitui: et discipulis indicauit se iam resolui. Illis autem gregem domini desolandum flentibus orauit ad dominum vt si adhuc populo suo necessarius esset ipsum laborem non recusantem: adhuc in vita presenti dimitteret. Et molestia febrium detentus in cilicio et cinere decumbebat: dicens in nullo alio decere christianum decedere. Oculis quoque ac manibus in celum semper intentus inuictum ab oratione spiritum non relaxabat. Et cum esset migraturus vidit ante se diabolum assistere: eumque mox licentiauit: eo quod secum nihil haberet: sed ipsum abrahe sinus reciperet. Sicque anno domini .cccclxxxvj. vite eius anno .lxxxj. episcopatus autem sui .xxxvj. a seculo feliciter transmigrauit .iij. idus nouembris. Archadio et honorio imperantibus: vultus quoque eius quasi iam glorificatus resplenduit: ac chorus angelorum ibidem concinnens auditus fuit. Ad cuius transitum pictauiensis sicut et turonici conuenerunt: vtrique pro corpore habendo piam contentionem fecerunt. Nocte autem media pictauiensis omnes circa corpus sopiuntur corpusque a turonicis per fenestram eijcitur: et per ligerim fluuium nauigio ad vrbem turonis cum gaudio deducitur: et ibidem honorifice tumulatur. ¶ Hora vero eius transitus cum sanctus seuerus episcopus coloniensis post matutinas loca sancta circuiret: et voces in celo cantantes audiret: vocato diacone interrogauit si quid soni vel cantus perciperet. Qui cum auribus erectis: voces in celo audire se diceret: episcopus ei dixit: quod eadem hora martinus turoni pontifex e mundo migrasset: quem continentes angeli tunc eum ad celum adducerent. Qui diem et horam notauit: et tunc martinum transmigrasse cognouit. ¶ Seuerus etiam monachus qui eius vitam conscripsit: eadem hora in somnis vidit martinum albis indutum vultu igneo: scintillantibus oculis: librum tenentem: celos velociter ascendentem. Qui euigilans a nuncijs venientibus audiuit: martinum eadem nocte a corpore migrasse. ¶ Die autem depositionis ipsius: dum beatus Ambrosius Mediolani celebrans inter prophetiam et epistolam obdormisset: et diu expectatus post duas horas subdiaconus lecturus epistolam eum excitasset: euigilans dixit populo. Martinum turoni episcopum quieuisse: et se funeris eius obsequium fecisse: sed vltimam orationem excitatus complere non potuisse. Illi vero diem notantes et horam: postmodum compererunt illum expirasse: et ambrosium episcopum ibidem cognitum eius exequias celebrasse. ¶ Scripsit autem hic beatus pontifex librum de trinitate fidem catholicam continentem.

¶ De sancto Mena martyre. Cap. xlviij.



Enas martyr in scythia metropoli phrygie salutaris passus est: tempore diocletiani et maximiani imperatorum. Qui ex nobili egyptiorum prouincia ortus: sub duce agricolao terreno regi militans: deinde militie temporali renuncians: secreta conuersatione in eremo militauit. ¶ Cum autem imperatorum natalitia celebrarentur: et dijs ab omni populo immolaretur: ad vrbem venit: et ingressus theatrum dum idola execraretur et se christianum libere profiteretur: tentus est a preside: et pyrrho duci torquendus traditus est: qui primo eum in custodiam vsque mane reclusit. Celebratis vero festis gentilium Menam eductum et sacrificare nolentem extendi fecit: et neruis taurinis ac bubalinis atque virgis diutissime cedi mandauit: deinde ipsum in eculeo leuari: et vngulis laniari: ac lampadibus ad latera appositis inflammari: nec non cilicio madidato plagis eius confricari. Et demum carbones ignitos vulneribus superponi. Et cum hec omnia patientissime tolerasset: ligatis manibus ac pedibus fecit illum per tribulos trahi: donec membra eius dissiparentur: deinde plumbatis illum cedi mandauit: et maxillas grauiter contundi. Et dum in omnibus in confessione domini permaneret imobilis nouissime ipsum gladio animaduerti precepit: corpus quoque eius igne consumi. Quod tamen furtiue a christianis de igne sublatum: et camelo impositum angelo duce ad montem quendam delatum et ibidem quo deus per suum animal ostenderet sepultum est: basilica desuper edificata. Processu autem temporis ipsum sanctum corpus constantinopolim translatum: ibique honorifice conditum est. Passus est autem sanctus martyr. iij. idus nouembris.

¶ De sancto Mena confessore. Cap. xlix.



Enas confessor in samnij prouincia claruit tempore beati gregorij pape. Qui solitariam vitam ducens: nihil ad vsum suum nisi pauca apium vascula possidebat. Huic cum longobardus quidam in eisdem apibus rapinam voluisset ingerere: prius ab eodem viro verbo correptus est: et mox per malignum spiritum ante eius vestigia vexatus. Sepe vero ex vicina silua venientes vrsi: fanum eius comedere conabantur. Quos ille deprehensos ferula quam portare manu consueuerat cedebat. Ante cuius verbera immanissime bestie rugiebant et fugiebant. Et que gladios formidare vix poterant: ex eius manu ictus ferule pertimescebant. Omnes vero qui ad se charitatis gratia veniebant: ad eterne vite desideria accendebat. Et si quorum culpas per spiritum agnosceret: nunquam ab increpatione cessabat. Consuetudinem vero eiusdem loci incole fecerant: vt diebus singulis per hebdomadam vnusquisque oblationes suas transmitteret: vt esset: quod ipse ad se venientibus offerre potuisset. Quidam autem diues nomine chartherius quandam sanctimonialem rapuit: sibique illicito matrimonio coniun

rit. Quod moret vir dei cognouit: eum p nuncios acrius increpauit. Cūq3 ille sceleris ɔscius ad eum accedere non auderet: ne forte ipsum durius reprehenderet: oblationes suas inter aliorum munera ei misit: vt eius dona nesciēs saltem susciperet. Sed vir dn̄i tacitus sedit: oblationes cōsiderare studuit: quas charthberius miserat p spm̄ cognouit: spreuit: z abiecit: dicens q oblationes illius recipere nolebat: qui suam deo omnipotenti acceperat. Qua ex re actum est: vt psentes quoq3 timor inuaderet: cum vir domini tam sciēter de absentibus iudicaret. Hic sanctus vir post plurima pfectionis opera ad xp̄m migrauit. Hec gregorius.iij.dialogorum.capi.xxvj.

¶ De sancto Verano epo. Capl̄m.l.




Eranus eps apd ciuitatē gaualitanā galliarum claruit tempore imperatoris valentis. Hic ex ipsiusvrbis territorio nobilib9 parentibus ortus a pueritia deo dedit9: diuinis litteris imbutus: adhuc iuuenis seculum dereliqt: z in ecclesia migmatēsi in initis parētibus clericus factus est. Et in ꝟtutibus proficiens ad sacerdotalē ordinē ascendit. Signisq3 ingētib9 z multis pollere cepit. Sed pp̄ter multos ad se confluentes: fugiēs mundi gloriam vno tm̄ assumpto comite ad ciuitatē gaualitanam deuenit: vbi dum esset draco immanissimus: q boles z alalia deuorabat: veranus orans ip̄m de specu in quo latebat exire: seq3 seq compulit: eumq3 se vt catulū mansuetū sectātē vsq3 debrosonē deduxit: atq3 ibi dē terre visceribus itroclusit. Deinde in antro draconis ecclesiam dei genitricis edificauit: ibiq3 deo seruire cepit. Verum cum nec ibi etiam latere posset: nec ɔtēplatiōi vacare cum quibusdā pegrinis romam pgentibus inde discessit. Viennēsq3 ebredunum multos egros sanauit z obsessos a demonijs liberauit. ¶ Profectus inde cū3 iuxta pedē montis eum latrones cum socijs spoliassent: z occidere vellent: z vnusq3 illorum in capite viri sancti ensem vibraret: ipseq3 ictum constanter expectaret: brachium illius sic extensum immobile factum est: nec se aliqualiter amouere potuit: donec viso miraculo pdones penitentiam egerunt: z ablata cuncta restituerunt. Tunc quoq3 sanctus vir p illo orauit: z sic brachiū deposuit. Abeuntes quoq3 inde latrones strepitus maximus quasi arborum decidentiū exterruit: z oēs in fugam ɔuertit. ¶ Cum autem romā peruenisset: z clauarius ecclesiaʒ bti petri nocte ei aperire nollet: subito repulsis repagulis hostia diuinitus cū magno impetu sancto viro apta sunt: z eidē aditū pstiterunt pp̄ter qd miraculū a papa z pplo ho norifice susceptus est. ¶ Inde recedēs z rauēnā veniēs: energuminos multos clamātes se a verano torqri ab obsessione demonū liberauit: egrisq3 plurimis sanitatē restituit. In mediolano quoq3.xij. arreptitios sanauit: z cecū quendā illuminauit: atq3 mortuū vnū suscitauit. ¶ Inde albigā pgēs pluuiā aride terre atq3 fertilitatē a deo obtinuit in

agris dūtaxat xp̄ianoꝝ: fundis cūctoꝝ gētiliū in pristina sterilitate relictis. cū aūt illi se ydola deserturos pmitterent: si similē grām pcipe possent: orone sc̄i eoꝝ agri imbre pfunduntur: z statim tēpla deoꝝ suoꝝ ab eis euertunt. Sed cū draconē quēdā: quē ipsi adorabant: veran9 de antro pduxisset: z in flumine submersisset. oēm pp̄lm ciuitatis ad xp̄m ɔuertit: z in fide doctum baptizauit. ¶ Transiens aūt alpes puellā a mortuis reuocauit: cecū quendā a natiuitate illuminauit: z multos lāguidos diuersaruʒ egritudinum curauit. ¶ Demū ad ciuitatē gaualitanā applicans in ecclesia btē marie: quaʒ ɔstruxerat manere cepit. Ad cuius pcesvalēs detētos quosq3 in carcerib9 relaxauit. Post hec defuncto antistite veranus a rege z clero ac pplo in ep̄m electus est. Qui officio suo strēnue administrato oi sctitate pfect9 clarusq3 ꝟtutib9 in pace quieuit.iij.idus nouēbris. cuius pheretrū oēs egri tangentes sanati sunt. ¶ Veꝝ dū esset qstio inter ciues vbi nā corp9 eius ponerēt: an in cathedrali basilica an in ea quam fecerat ecclesia extra vrbē. Leuato pheretro subito palliū quo corpus erat optū in aere se tollēs funusq3 pcedens vsq3 ad flumen duretie cūctos deduxit: vbi dū pp̄ls vado sil ac naui carerēt: siccato repente fluuio: cunctisq3 p siccū alueuʒ trāseuntib9: palliū iterū p area populū precessit: vsq3 ad ecclesiam beate virginis: quā sanct9 edificauit: vbi dum substitisset corpus eius condigno tumulatum ē honore.

¶ De sancto achia propheta. Capl̄m.lj.

Achias pp̄heta de silo claruit i regno israel tēpore hieroboā regis.x.tribuū israel. Cum enim hieroboam seruus salomonis contra eum rebellasset: z de hierusalem egressus esset: inuenit eū achias prophetes in agro: indutus pallio nouo: qui scidit pallium in.xij. scissuras dedit q3.x. partes hieroboam dicens: q ita domin9 deus traderet ipsi.x. tribus israel possidēdas: eo q salomon reliquisset dominum. z idola adorasset: duas autē tribus tātum dimitteret roboā filio salomonis: ne regnū ex toto de domo dauid tolleret: iuxta promissionem ei factam a deo. ¶ Post mortē aūt salomonis oīa q achias pdixerat euenerunt. Nā.x. tribus israel hieroboā in regē assumpserūt qd dictum est regnum isrl̄: due vero tribus. sc3 iuda z beniamin roboā filio salomonis adheserunt: qd dictū est regnum iuda. ¶ Cum aūt hieroboā rex israel duos vitulos aureos fabricasset z oēm pp̄lm ad ipsos adorādos ɔpulisset: filius quoq3 eius abia grauiter egrotasset: misit hieroboam vxorem suam alieno habitu ne cognosceret indutā ad achiam pp̄hetā in silo vt indicaret sibi qd futurū esset de puero. cuius aduentum pp̄heta dn̄o indicante cognouit: cum oculi eius ex nimia senectute caligassent. Et statim mulierē limen hostij ingressam vocauit ex nomie: eiq3 mortem filij prenunciauit: atq3 oēm domum hieroboam pp̄ter ydolatrie crimen exterminandā pdixit. Et sic omnia vt ipse predixerat ad litteram contigerunt. Hic vt dicit comestor vidit in spiritu populum conculcantem iuga boum: z pdixit sacerdotes conculcandos a populo. Hic etiam salomoni predixit q euertendus esset a mulierib9 Quieuit autem sanctus pp̄heta in pace: z sepultus est in silo iuxta ilicem pridie idus nouēbris: vt iosephus z hieronymus tradunt. Hec ex.iij. libro regum. capi.xj. z. xiiij.

¶ De sctō martino papa z martyre. Capl̄m.lij.

Martinus papa z martyr huius nominis primus de ciuitate tudertina prouincie tuscie: theodoro papa primo in episcopatu romano successit. Seditq3 annos sex mensem vnum dies.xxvj. Hui9 tempore paulus constantinopolitanus episcopus constātini īpatoris.iij. brachio fult9 aduersus eccl̄ie rectū dogma surrexit duas volūtates aut opationes diuersas in xp̄o diffiniens confiteri. Qua de re

de re martinus papa eidem legatos destinauit: cōmonēs eum vt ab heresi sua discederet: alioquin ꝯtra ipsꝫ ꝓcedere. Qui ab imperatore ad suasionē pauli episcopi diuersis ꝑsecutionibus afflicti sunt: ⁊ quidā eoꝝ in custodiā detrusi: alij in exiliuꝫ missi: alij verberibus afflicti: Quapropter martinus ep̄s rome concilium centūqnqꝫ ep̄oꝝ celebrauit: in quo paulū patriarcham tanꝙ̄ hereticum dānauit: ⁊ ab ep̄atu deposuit. ¶ Tunc imꝑator constantinus misit olympium ducem ⁊ exarchūꝫ cubicularium ad regendam italiam: ⁊ predictam heresim ꝯfirmandā. Qui olympius vt ab imperatore sibi iussuꝫ fuerat: misit spatharium suū ad papam occidendū. Spatharius aūt inuenit eum in ecclia sancte marie maioris celebrantē in altare qḋ dicit̄ ad presepe: quē dum gladio extinguere niteret: diuina benignitate cecitate ꝑcussus: eum videre non potuit. Hoc audiēs imꝑator martinum papā a theodoro ⁊ pellurio ab eo missis: detentum ꝯstātinopolim adduci fecit: quē in exilium chersonā misit: vbi martyrio vitam finiuit ꝑdie idus nouembris. Corpus aūt eius romā translatum: ⁊ in ecclia eius nomini ꝯstructa que dicit̄ sancti martini in montibus sepultum eē. Et cessauit ep̄atus dies .xxviij.

¶ De sancto Emilisio episcopo. Cap̄. liij.



Æmilianus ep̄s apud scotiam claruit. Qui ex eadem insula oriundus: dn̄o a puerilib⁹ annis militauit. Et dum esset omniuꝫ ore laudabilis ad sacros ordines ꝓmotus. operante dei gratia pontificatus suscepit officium: qui per annos plures ep̄atu optime ⁊ deuote administrato: apostolorum limina mare transfretato ꝑegrinus visitauit: ⁊ rediens ad patriā suā: ⁊ dū eēt in itinere apud fauentiā graui lāguore decubuit. Et post dies modicos feliciter a seculo migrauit ꝑdie idus nouembris. Cuius corpus ciues fauentini iuxta ecclesiam sancti clementis extra muros vrbis sepelierunt. ¶ Tp̄e ꝓcedente dum ciuitas ipsa a liprādo rege longobardoꝝ depopulata ⁊ destructa fuisset: corpus sancti ep̄i diudū incognitū mansit. Uerum tp̄e comitis bernardini ⁊ theodolende eius vxoris reparata ciuitate cumuluū feni supra sepulturā sancti corporis: qḋ erat oīno incognituꝫ ꝯstitutum est. Ubi die quadā duobus inuicē cōfabulantibus vnus eoꝝ magnū collaphum se accepisse cōquestus: se illud a socio recepisse putabat: dūqꝫ ille negaret: maius subito collaphum recepit. Hoc idē refundens in sociū alio vindicādi. Qḋ dū iteꝝ ille fecisse negasset: nec ꝑcussor inueniri potuisset: cognito miraculo: relatio comiti facta ē q̄ diuinum q̄cꝙ̄ ibidē latere arbitrās: sublato feno locuꝫ effodi mādauit: vbi sacrum corpus cum epitaphio: i quo ꝑdicta continebant̄: inuenit: ⁊ de cadauere sancto mira fragrantia erupit: qḋ inde leuatum ad ecclesiam sancte marie intra menia ciuitatis delatuꝫ: ibiqꝫ condigno honore conditum est: vbi miraculis coruscat.

¶ De sancto Hor abbate. Cap̄. liiij.



Hor abbas fuit habitator montis nitri deserti egypti. De quo fert̄: ꝙ nunꝙ̄ mentitus sit nunꝙ̄ iurauerit: nulli maledixerit: nec sine aliqua necessitate locutus fuit: vt dicit heraclides. Et hieronym⁹ dicit de eo: ꝙ fuit apud thebaidem nonagenarius venerabilis senex q̄ ignorans litteras oblato ei codice orōnem premisit: ⁊ statim infusa ipsi gratia subito legere cepit: ac deīde litteras nouit: Hic ēt pane angeloꝝ triennio vixit: quem ei post biduuꝫ continue angelus ministrabat. Fratres quoqꝫ secū morātes sepe noctu vigiles angeloꝝ cantus ⁊ hymnos audiebāt. Qui ēt multa milia hōium ad xp̄m ꝯuertit. ¶ Quodā tp̄e demones ad eū in sp̄ē militie celestis aduenerunt ⁊ regē excelsum secum duxerunt: quē christum esse asserentes ipsum adorarunt: ⁊ tam rex ꝙ̄ circunstantes illū adorandū abbati hor suaserūt. Cū aūt ille dyaboli figmēta dubitaret: ⁊ se quotidie regē suum adorare diceret: nec esse opus: vt ad hoc ipsi xp̄s corporalr appareret: ꝓtinus illusio euanuit. Sanctus autem hor in pace quieuit pridie idus nouembris.

¶ De sancto Briccio ep̄o. Capl̄m. lv.



Briccius ep̄s turonensis successor fuit sancti martini ep̄i: qui p̄mo iuuentutis tp̄e eius fuit dyaconus: plurimūqꝫ eius emulus eo ꝙ a tātō viro aliqñ redarguebat̄: cū iuuenilia sequebatur. ¶ Cū eni quidā infirmus sc̄tm̄ martinuꝫ quereret: vt medelā ab eo expeteret: briccius illū ei ostendit: eūqꝫ amentē delirū appellauit. Cū aūt eger a martino postulata obtinuisset: ep̄s bricciuꝫ aduocās redarguit qꝛ eū delirū dixisset: qui pre verecundia se hoc dixisse negabat: s̄ martinus ꝙ aures suas ad os eius: cū hoc dixisset habuisset: affirmabat. Predixit aūt illi adeo obtinuisse briccius sibi in ep̄atu successurum: sed multa cum aduersa passurum: qḋ magis adhuc briccius irridebat. ¶ Post mortē igit̄ sc̄ti martini bricci⁹ in ep̄ꝫ elect⁹: orationi vacabat ⁊ lꝫ adhuc superb⁹ tn̄ erat corpe cast⁹. Anno aūt ep̄at⁹ sui .xxxiij. mulier q̄dā religiose vestita: q̄ eius vestimēta lauabat: ꝯcepit: ⁊ filiū peperit. Tunc oīs ppl̄s cum lapidib⁹ ad ianuā ꝯgregatus contra ep̄m exclamabāt. ⁊ crimen ei obijciebāt. Ille aūt viriliter negans iussit sibi infantē adduci .xxx. ab ortu dies habentem. Quē per filium dei adiurauit: vt si fili⁹ eius esset corā cūctis ediceret. Infans vero diserta lingua r̄ndit ꝙ nō erat briccius pater suus. Populus aūt instabat: vt q̄reret: quis pater eius esset. At ille dixit hoc ad se nō ꝑtinere: satisqꝫ fecisse qḋ suum erat. Populus aūt hoc totum magicis artibus attribuebat ⁊ cōtra ep̄m furibundi clamabāt. Tunc ille ad sui purgationē prunas ardentes in byrrho suo vsqꝫ ad sepulturam sancti martini deportauit: q̄bus abiectis byrrhū inustum apparuit. Dixitqꝫ ꝙ sicut vestimentū illud ab igne ꝑmāserat illesum: sic corpus suum a cōtactu mulieris erat mūdum. Adhuc aūt ppl̄s non credens ep̄m cōtumelijs ⁊ iniurijs afficiunt: ⁊ a sede sua eijciunt: vt v̄bum qḋ sanctus martinus dixerat impleret̄. Tunc briccius flens papam adijt: ⁊ septem annis in vrbe permanens: quicquid in sanctum martinum deliquerat: penitendo deleuit. Turonici aūt iustinianū in ep̄m preficiunt: ⁊ romā ꝯtra bricciū mittunt: vt ep̄atum sibi contra bricciuꝫ defensaret. Quo cum tenderet iudicio dei in ciuitate v̄cellensi obijt ꝑegrinus. Populus aūt armentium in loco illius substituit. Anno aūt .vij. sue peregrinatiōis briccius cū autoritate pape ad sedem suā reuersus est. Et dum .vj. ab vrbe miliario hospitaret̄: armentius eadē nocte subito expirauit. Quod briccius ꝑ reuelationē cognouit: suisqꝫ p̄cepit vt surgerēt ⁊ ad tumulandū turonēsem pōtificē ꝑpararent. Et cū ꝑ vnam portā ciuitatis ingrederet̄: ecce ille ꝑ aliam defunct⁹ efferebat̄. Quo sepulto briccius sedē ecclesie sue reassumpsit: ⁊ vij. postea viuens annis laudabilem vitam duxit. Et sic .xlvij. episcopatus sui anno in pace quieuit idibus nouembris. Sepultus turoni.

¶ De sc̄tō Homobono ꝯfessore. Capl̄m. lvj.



Homobonus confessor apud ciuitatem cremonensem claruit. Qui mediocribus parentibus ex ipsa ciuitate ꝓgenitus: ab incunte etate negociator factus: lucris tp̄alibus insudabat. Sed omp̄s deus ipsum satis adhuc iuuenem a contubernio peruerse misereqꝫ negociationis: vocauit ad officium beate contemplationis. Qui commertia deserens temporaliuꝫ mercator effectus est regni celorum. Quod ipse furatus est ꝑ fidem: rapuit per penitentiam: mercatus est per elemosynam: vocatus per gratiam: secutus est per obedientiam ⁊ operationem sanctam. Fuit autem adeo misericors pater

pauperum: et intantū circa eos sollicitus: q subtracta sibi suisq necessaria ea famulis saluatoris erogabat. Fuit enim catholicus in fide: patiens in tribulatiōe: assiduus in orationes sobrie in semetipsum: iuste ad proximū pp̄ter deum. Cū autē venisset hora eius vt de via festinaret ad patriā: dū ipse in oratione vsq ad horā diei primā scdm consuetudinē in ecclesia pnoctasset: ab introitu misse manibus iūctis: genibus terre p̄fixis: prostrauit se ante crucis vexillū: et dū gloria in excelsis deo cantaret: ad instar viuētis in oratione prostratus emisit spm. Et cū se ad euāgeliū nullatenus eleuaret: obisse a circūstātibus deprehēdit anno dn̄i. M.cxcvij. idibus nouembris sepulture deuotius cōmēdat. Ad cuius tumulū demonia ab obsessis corporibus eijciunt et oēs lāguidi a diuersis infirmitatibus liberant. ¶ Cū aūt homobonus adhuc in carne viueret: quedā mulier bergomēsis ab immūdo spū vexabat: p cuius os demō clamabat: a nemine se inde eijciēdum nisi ab homobono cremonēsi. Sz nullus eū intelligere poterat: q adhuc de scto viro nulla opinio discurrebat: Sz post eius obitū miraculis ipsius a parētibus demoniace intellectis: mulier ad tumulū viri dei ducit: et protinus liberat.

¶ De sctis quinq̄ginta sapiētibus mar. Capl̄m.lvij.

Quinquaginta sapiētes martyres apud alexandriā passi sunt sub maxētio imperatore. Qui cū ex diuersis ptibus ab eodē cesare cōgregati fuissent: vt cum btā catherina virgine cōcionatrice disputarēt: sicut dicet infra in eius passione vij. cal. decēbris: et sctā virgo a sctō repleta spū: sua illos facundia supasset. Protinus ad xpm cōuersi sunt: et se catherine orationibus cōmendarunt. Quos maxētius iratus iussit in medio ciuitatis igne cremari. Cū aūt illi iā ex his q̄ virgo perorauerat: in fide xpi edocti essent: et baptismū sollicite expeterēt admonuit illos virgo dn̄i nihil hesitare: cū in suo forēt sanguine baptizādi. qui bndictiōe sctē virginis accepta: signātes se signaculo sctē crucis: et in eadē fidei cōstantia vnanimes pseuerātes sm cesaris decretū in ignē missi ita dn̄o alas reddiderūt vt nec corpa illorū nec capilli nec vestimenta aliqualr adusta fuissent. Quo miraculo plurimi paganorū cōuersi sunt: et corpa martyrū rapientes in eadem ciuitate sepelierunt idibus nouembris.

¶ De sanctis Archadio paschasio et socijs martyribus. Capl̄m.lviij.

Archadius. paschasius: probus: et eutychianus apud aphricā passi sunt sub gensērico rege arriano. Qui ex hispanis oriundi apud eundem regē chari clarique habebant. Et cum ex eius suasione arriane pfidie cōsentire nollent: primo quidem ab eo pscripti: deinde in exilium acti postmodum autem atrocissimis supplicijs cruciati: nouissime diuersis mortibus interempti illustri martyrio occubuerunt. Cū his quoq erat et puer paulinus nole frater eutychiani et paschasij: qui cum firmus a pfessiōe catholice fidei perturbari nō posset: diu fustibus cesus et ad infimā seruitutem dānatus: p xpi nole martyrio coronatus est. Quorum omniū passio recolit idibus nouembris. Hec ado in martylogio ex dictis hieronymi sumpto.

¶ De sctō Serapione martyre. Capl̄m.lix.

Serapion martyr apud alexādriā passus ē sub decio cesare. Quem psecutores domi eius repertum: crudelissimis affecerunt supplicijs. Ita vt ei oēs iuncturas membrorum prius soluerent. Deinde ipsum de superioribus precipitauerunt. Sicq collisio capite et excusso cerebro xpi martyr efficitur. xviij. calen. decembris.

¶ De sancto Venerando martyre. Capl̄m.lx.

Venerādus martyr apud trecbasinā ciuitatem passus est sub aureliano imperatore. Qui cum esset filius fabiani nobilissimi eiusdem ciuitatis gentilis: ex curiositate psalterium xpianorum legebat. Cum autē versum illum. Asperges me dn̄e ysopo et mundabor etc. nulla rōne intelligere posset et ex hoc plurimum anxiatus esset: angelus dn̄i eidem apparuit: et versum illum de baptismo xpianorū exposuit: ac in fide xpi iuuenem instruxit. Sed cū exinde ydola amplius adorare nollet: a patre nō modicum obiurgabat. Exiens autem ciuitatem die quadā et veniens ad fluuium sequanam: eidem xpus apparuit et perfecte credentem in fluuio baptizauit. Deditq illi baculum aridum: mandās vt ipsum in terrā figeret: et signum videret. Discedente vero dn̄o venerādus baculū fixit: moxq flores et frōdes pduxit. Quo viso miraculo. ccccccccx. hoīes pagani cōuersi sunt. ¶ Audiēs hec imperator aurelianus ad ipsam ciuitatē accessit et venerādum teneri fecit: ac sacrificare nolentē iussit eū super scānum ferreum catenis ligari: ignemq subterponi oleumq desuper iaciari. Et dum intactus ab exustiōe permansisset: fecit eum in carcerem recludi: vbi xpo ei apparente cōfortat. Mane autem imperator eum ligatum ad stipitem sagittari fecit: sed sagitte in aere pendentes: in nullo ipsm ledere poterant: vna vero ex sagittis cōuersa retrorsum imperatorem vno oculo excecauit. Quem aurelianus die sequenti decollari mandauit. Verū anteq̄ milites ad carcerē in quo detinebat venissent: ruptis vinculis et apto hostio xpi martyr p medios milites fugiebat. Illi vero martyrem xpi vsq ad flumen sequanā insecuti sunt. Qui sup aquā siccis pedibus ambulauit vsq ad locū vbi eū xpus baptizauit. Sicq flumen ex alia pte trāsiuit. Milites vero transuadātes illū percutere nō audebant. At ille eos hortabat: vt sibi iussa cōplerēt: mandans vt de sanguine suo imperatori deferrent: de quo excecatum oculū liniret: et sic lumen reciperet. Post hec aūt sctūs martyr suū dn̄o spm cōmendauit et p se in quacūq necessitate inuocātibus exorauit. Factaq voce ad eū de celo q ipsm dn̄s exaudisset: decollatus est. Cuius corpus trūcatū se leuauit et caput tollēs manibus p passus. xlix. portauit: ibiq cecidit vbi a xpianis sepultū est. xviij. cal. decembris. Imperator vero de eius sanguine oculum liniens lumen recuperauit.

¶ De sctā Venerāda virgine et martyre. Capl̄m.lxi.

Veneranda virgo apud galliam passa est sub asclepio pside. Hec fuit filia agathonis et poli te eius vxoris xpianorū de ptibus galliarū. Qui. xxxv. annis in cōiugio sine ple manserūt. Orone tādē ad deū fusa filiā obtinuerunt: quā pater venerādā vocauit: eāq sacris litteris erudiri fecit: et ieiunijs assuefecit. Puella vero in sanctitate creuit effecies annorū. xxx. cepit verbum dn̄i pdicare p ānos. ix. iugiter xpianos in fide dn̄ica cōfortare. Anno autem etatis sue. xl. romā venit: et xpm annūciare cepit tpe imperatoris

imperatoris antonini. Prefectus aũt antoninus audiẽs
q̄ plures ꝓpter eius exhortationem ↄuersos: ipsius al-
lectus pulchritudine vt occasionẽ cã cognoscendi capta
ret: cepit puellam ad deoꝝ sacrificia inuitare. Quã sacri
ficare ↄtẽnentẽ: iussit eã in terram extẽdi: ⁊ palmas ac
pedes lignis affigi atq̄ neruis crudis ventrem eius cedi
lapidem quoq̄ magnum vix a quattuor viris delatũ ei⁹
ventri supponi. Orante vero sancta lapis diuina virtute
longius abijcit: ⁊ claui de ipsius manib⁹ ⁊ pedib⁹ ab an-
gelo euelluntur. Quo viso miraculo multi gentilium con-
uertuntur. Et dũ baptismum expeterẽt: nube celesti obũ-
brantur: ac voce de celo lapsa: imbre superno ↄfusi baptizantur.
Quos oẽs prefect⁹ in xp̄i ↄfessione iussit decollari. San-
ctam aũt virginem in lebetem eneum aqua oleo pice ac
sulphure bullientibus plenum imitti: ⁊ dieb⁹. vij. desub
ter ignem iugiter ministrari: quibus elapsis virgo diui
na grã ꝑmãsit illesa. ¶ Qd̄ dum ꝑfectus ad videndum
accederet: aqua ebulliens eum excecauit. Illa vero lutum
ex sputo fecit: ⁊ oculos eius liniuit: eiq̄ visum restituit:
⁊ ad xp̄m ↄuertit. ¶ Inde accedens ad aliam ciuitatem
xp̄m annunciabat: ibiq̄ a quodam alio imperatore noĩe
themio cõprehenditur: ⁊ ingenti draconi: qui oẽs deuora-
bat: exponitur que signo crucis edito draconem discerpsit:
demone ꝑ aera horribiliter ↄstrepente. Sicq̄ rex ille cũ
omni populo ad xp̄m ↄuersus est. ¶ Deinde veniẽs ad
tertiam ciuitatem a ꝑfecto asclepio detinetur a quo in le-
betem eneum pice ⁊ oleo liquentibus plenum mittitur: sz
oratione inde illesa educitur: fracto quoq̄ mox lebete per
frusta plures de astantibus paganis letaliter cõburun
tur. Hoc videns asclepius venerandam decollari prece
pit: que ad passionem ducta: dum ꝓ cunctis se inuocan
tibus exorasset: audiuit vocem de celo se fuisse in oĩbus
exauditam. Sicq̄ ↄuersis ad xp̄m .cccccccccc. viris ca-
pite cesa est: cuius corpus xp̄ianus quidã noĩe antim⁹
rapuit: ⁊ ip̄m venerabiliter sepeliuit. xviij. cal. decẽbris.

¶ De scõ Eugenio epõ ⁊ martyre. Cap. lxij.



Ugenius ep̄s ⁊ martyr apud ciuitatẽ pa-
risius passus est. Qui cum eẽt discipulus
beati dionysij ep̄i parisiensis ab eodẽ to-
letanus pontifex ordinatus ⁊ ad ipsam vr
bem ꝑdicationis grã missus est. Et postq̄
ibidem multitudinem ppl̄i ↄuertisset: de-
siderio videndi magistrum vehementer accensus pari-
sius redijt. Cum aũt ꝑuenisset ad locum quẽdã noĩe dio
lum: qui a ciuitate parisiensi quattuor milibus distat:
a paganis ientus: ⁊ ab eisdem in ↄfessione noĩs xp̄i de-
collatus est. Corpus quoq̄ eius in flumine beraslj proie-
ctum est ne a christianis inueniretur. Qd̄ lz diebus pluri-
bus elapsis delituisset: nulla corruptione violatum est.
Postq̄ aũt gentiliũ ꝑsecutio cessauit: sanct⁹ martyr cui
dam hercoldo ipsius ville languẽti in somnis apparuit
⁊ ip̄m ab infirmitate liberauit: atq̄ vt ip̄m sepeliret cõ-
monuit. Ille vero ad corpus accedens: illud ac si ea die fu
isset decollatum inuenit: quod plaustro impositũ ad mo
nasterium sancti dionysij deferre curabat. Sed diuino
nutu bobus vltra viri predium ꝓcedere nõ valentibus:
ip̄m ibidẽ sepeliuit: ecclesiã desuꝑ edificauit vbi ⁊ ad p̄ns
quiescit: miraculis e lucescẽs q̄ passus ẽ. vij. cal. nouẽbr.

¶ De sancto Eugenio epõ. Cap. lxiij.



Ugenius ep̄s cesariẽsi. apud candem ci
uitatem vita ⁊ sapientia luculenta flo-
ruit: qui origenis auditor fuit: ⁊ eiusdẽ
eius magistri atq̄ pamphili martyris
bibliothecam corruptã labore multo
in membrania restaurare conatus est.
Feruntur etiam varij multiplicesq̄ tra
ctatus: quos nosse non est facile oĩbus qui ⁊ apud ipsã
cesaree ciuitatem in pace quieuit. Hec hieronymus li-
bro de viris illustribus.

¶ De scõ Machuto epõ. Capłm. lxiiij.



Achutus ep̄us: vt ait sigebert⁹ tpe iusti
niani impatoris in britãnia claruit qui
parentib⁹ generosis ortus est matre iã
pl⁹ q̄ sexagenaria: q̄ soror fuit aymonis
fratris scĩ ep̄i sampsonis. Hec eĩ ad mo
nasterium: qd̄ dr̄ caruamina ex deuotio
ne cum esset ꝑgnãs deueniens: filiũ ma-
chutum siue madoniũ futuꝝ monachũ enixa est: quẽ san
ctus brãdanus ipsius loci abbas baptizauit: ⁊ educauit:
sibiq̄ a parentibus ↄmẽdatũ sacris lr̄is erudiuit: ac mo-
nachum suũ fecit. ¶ Hic dũ esset adhuc puer die quodã
cũ ceteris pueris i littore ludebat ⁊ ab alijs secedẽs dormi
tauit: crescenteq̄ mari cuncti pueri recesserũt: ⁊ machu
tum dormientẽ dimiserunt. Fluctus itaq̄ locum vbi puer
dormiebat circundãtes q̄si insulã dimiserunt: litt⁹ quoq̄
diuinitus adeo creuit q̄ in insula modica q̄si mõticulus ef
fectus: ne maris elationes suꝑ soporatũ pueꝝ ⁊ circa ip̄m
possent ascendere difensauit. Qui q̄dẽ mõticulus a mari
circũdatus in testimoniũ miraculi ibidẽ manet vsq̄ i diẽ
hodiernũ. Excitatus aũt puer ⁊ se abvndis circundatum
videns: ac timẽs valde: orõni se ↄtulit. Cũ aũt a ↄdiscipu
lis brãdanus audisset q̄ pueꝝ soporatũ dimisissent ꝓ pue
ro hesitãs orare cepit: cui angel⁹ quõ deus illoꝝ suauerat
reuelauit. Illeq̄ ad littus veniens pueꝝ in insula vidit: et
cũ nauicula illũ ad se deferri mãdasset: puer vsq̄ in crasti-
num se ibi dimittendũ rogauit: psalterium tñ suum ad
legendũ sibi mittendũ postulauit: qd̄ dũ illuc detulissent
iubente puero suꝑ fascẽ alice illud posuerunt: ip̄mq̄ alica
suꝑ vndas ad machutũ detulit incorruptũ. Sequenti vero
die puer nauicula ad monasterium delatus est. ¶ Quo-
dam mane dũ brãdanus ad matutinum surrexisset: lumi
ne carens puero iussisset: vt carbones ad laternã accẽdẽ-
dã sibi ex coq̄na deferret. Machutus ad coq̄nã descendit
⁊ cum nõ haberet quicq̄ paratum in quo carbones tolle
ret: in sinu prunas detulit: ⁊ vestis eius oĩno inusta ꝑmã-
sit. ¶ Tpis ꝓcessu ipse in ep̄m sublimatus est: qui mira-
culis clarebat. Qui etiã cum btõ brãdano pluribus ãnis
ꝑ mare nauigauit: insulã imã: q̄ paradisus dr̄ exq̄rentes.
Sed eã minime inuenire valentes incolumes ad ꝓpria re
dierunt: vt dictũ est supra in legenda scĩ brãdani. xvij. ca
len. iulij. Eodẽ itaq̄ tpe dum in maris oceani insula qua
dã: sepulchrũ mire magnitudinis reperissent: ⁊ mirãtes
illud an alicuius hoĩs esse potuisset: machutus orõnẽ ad
deum fudit: ⁊ gigantẽ nimie ꝓceritatis iacentẽ in tumulo
suscitauit. Qui gentilẽ se esse dixit: ⁊ ad inferna dãnatuꝫ.
Sed baptizatus a machuto pedibus ꝑ mare vadãdo nauẽ
fune trahere cepit: ⁊ optatã insulã inuenirent: vexatẽpesta
te maris redire coacti: dũ ad gigãtis insulã reuersi essent
Ille iteꝝ obdormiuit in pace. ¶ Hic etiã die scõ pasche
celebrata missa mortuũ alteꝝ suscitauit: q̄ mox excitatus
vinũ in potũ a scõ postulauit. Cũ aũt paropside marmorea
aq̄ scõ epõ oblata esset: ipse signo crucis aquã ↄuertit in
vinũ: ⁊ marmorẽ mutauit in vitrũ. ¶ Rusticus q̄dã lapi
dem iaciẽs: suem casu oppresserat: timensq̄ ne a dño suo ex
hoc vapularet: nimiũ deplorabat. Sz vir dñi superueniens
suẽ illico suscitauit. ¶ Deniq̄ ꝓpter ciuiũ suoꝝ iprobita
tẽ britãniã deseruit: ⁊ in aq̄tanie plaga cũ cenobitis ꝑmã
sit: vbi dũ asinũ monasterij ligna deferentẽ lupus deuoras
set: ad nemus accedens lupũ inuenit: ⁊ in ↄuectu diuinit⁹
adeo mãsuefecit: vt cum monachis domestice habitaret ⁊
aselli onera cuncta decetero baiularet: eiusq̄ opa ꝑficeret
Qui ⁊ in pace quieuit. xvij. cal. decembris.



¶ De sctĩs felice epõ ⁊ socijs mar. Ca. lxv.
Elix ep̄s cum socijs. xxx. martyres apud nolã
campanie ciuitatẽ passi sunt. Hic eñ a. xv.
etatis sue ãno miraculoꝝ i signis glorie fuit.

Et ad dicte ciuitatis pontificium peruenire meruit. Qui ⁊ sub p̄side martiano cum prefatis socijs .xxx. capitis abscisione p̄ xp̄i nois ꝯfessione martyrium ꝯsummauit .xvij. cal. decembris: vt ait ado.

¶ De sctō Fidentio ep̄o ⁊ mar. Cap̄lm. lxvj.



Idētius ep̄s armenius ⁊ martyr passus est apud ciuitatē altinū sub t̄pe maximiani imperatoris. Qui cum plerisq; xp̄ianis detentus ⁊ p̄fecto p̄sitat⁹ dū oīa idola diceret esse demonia: p̄mo diebus pluribus in carcerē reclusus est. Deinde eductus ⁊ in ligno suspensus vngulis ferreis in laterib⁹ laniatus vsq; ad ossiū nudationem: cum hec oīa cōstantius tolerasset: iterum in ergastulo vinculat⁹ est. Et apparente sibi xp̄o ipsumq; confortante ab omnibus plagis sanatus est. Custodes vero carceris: dum nocte illa voces cantantium audissent: per foramē aspiciunt: ⁊ multos cum eo in albis psallētes viderunt. Quod dum prefecto nunciassent: illeq; ad foramen carceris veniens hoc idem vidisset: ⁊ christianos magicis artibus illuc introisse putasset locum armatis circundedit: vt nullus euaderet: apertoq; carcere solum fidentium inuenerunt: quem fame afflictum iterum eduxerunt: ⁊ mandato prefecti cum sacrificare nollet: in ignē copiosum vinctum miserunt: vbi orans emisit sp̄m. Corpus vero omnino ab igne permansit intactum: qui passus est .xvj. calen. decembris. ¶ Tempore p̄cedēte in villa pulverarie duobus bubulcis laborantibus: ⁊ ad prandium vicissim se velle ire dicentibus. Audita est vox dicens: non dum esse horam prandendi: qui neminem videntes stupefacti: dum eandem vocem iterato audissent ⁊ tertio quasi pauefacti abirent: audierunt eandem vocem dicentem vt irent: q2 iam hora esset: ⁊ ꝙ hec ep̄o significarent. Illi vero paduam accedentes ep̄o paduano predicta significare curarunt. Qui orationem premisit: ⁊ per senem quendam ei apparentem admonitus fuit: vt ad locum accederet: ⁊ corpus martyris inueniret. Venientes igitur episcopus clerus ⁊ populus: ⁊ terram sex passibus effodientes inuenerunt arcam marmoream cum corpore sancto. ⁊ tabulā scriptam continentem. Hic est corpus sancti fidentij ep̄i ⁊ martyris: quod naui imponentes vt paduam deferrent cum sero factum esset: et naute quiescere aliquantulum decreuissent: excitati diluculo: vt abirent inuenerunt se iuxta portam estensem: volentes autem arcā de naui educere: nequibant. Tunc apparuit pauper cum curru hortans illos: vt arcam secure plaustro imponerent: ⁊ vaccis dimitterent portandam vbi deo placitum esset. Quod illi facientes: ⁊ currum sequentes circa padue confinium iuxta ecclesiam sancti thome positum in villa campanie meladini vacce substiterunt: ibiq; arcam deposuerunt. Et statim pauper cum curru ⁊ vaccis disparuerūt ibi ergo sepulto corpore ecclesia desuper edificata est. Sed ramus querci quem bubulcus ille in curru posuerat: vt vaccis vmbrā faceret: ab eo ibidem plantatus in quercum maximā illico excreuit: ibiq; manet vsq; in presentem diem.

¶ De sctō Eucherio episcopo. Cap̄lm. lxvij.



Ucherius ep̄s apud lugdunum ciuitatem claruit tempore valentiniani secundi imperatoris: hic nobili senatorum genere ortus habitu religiōis assumpto seculoq; relicto ductum in agro suo super flumen durentiā in spelunca reclusus xp̄o domino seruiebat. Defuncto vero lugdunensi episcopo: dum clerus ⁊ populus p̄ diuina voluntate requirēda triduo ex more ieiunijs ⁊ orationibus instarent: reuelat̄ eis per puerum eucheriū senatorem eligendū: qui in tali degebat spelunca. Ad quē illi archidyaconum, ⁊ clericos miserunt: vt eum adducerent. Qui causa eorum aduentus cognita: iurauit se sponte inde non egressurum. vnde effracta clausura antri: ipsum inuitum ⁊ renitentem eduxerunt ⁊ ductum lugdunū in episcopum ordinauerunt. Cuius vxor galla cum duab⁹ filiabus suis: scil3 constantia ⁊ iulia: ad speluncam sancti eucherij accesserunt: ⁊ ibidem incluse de cetero deo seruierunt. Ipse autem vir domini postq̄ impleuit ministerium christi feliciter ad christum migrauit .xvj. calen. decembris. Hic ad quendam varianum suum propinquum de contēptu mundi ⁊ secularis philosophie epistolam scholastico sermone conscripsit. Sanctarum etiā scripturarum obscura queq; capitula disseruit: vt dicit gennadius.

¶ De sctō Eadmundo ep̄o. Cap̄lm. lxviij.



Leonardus ꝯfessor apō corbiacensem ciuitatem claruit. Hic eiusdē ꝓfessionis ꝛ ꝟtutis extitit cuius ꝛ alius sanctus leonard⁹: de quo supra dictū est in eius legenda. viij. idus noučbris: eidēqꝫ sancto q̄si ꝑ oīa silis in miraculis fuit. Cum em̄ in monasterio prelatus esset: tanta se humilitate deijciebat: vt oīb⁹ inferior videret. Sꝫ cum oīs pene populus ex eius fama ad illum ꝯflueret. Quidā emuli regi clothario suaserūt q̄ nisi ei prouideret: regnum francie detrimentū non modicū sustineret. Nā leonardus multos sub obtētu religionis colligebat: ꝛ sic in dolo regi insidias parabat. Quib⁹ rex credulus eum expelli iussit. Venientes aūt milites ad eū verbis eius ꝯpuncti sunt q̄ se suos futuros discipulos obtulerunt. Rex quoqꝫ penitens veniā petijt: ꝛ detractores rebus ꝛ honoribus priuauit ꝛ leonardū valde dilexit: ad cuius etiā preces emulos eius dignitatibus coꝝ restituit. Qui a deo sibi īpetrauit: vt q̄cunqꝫ in carcere tenerentur mox inuocato suo noīe soluerent͛. ¶ Cū aūt die quadam orationi incūberet: serpens maximus a pte pedum vsqꝫ in ei⁹ sinū intrauit. Qui ppt͛ hoc nullaten⁹ ab orone surrexit. Cōpleta ꝟo orone dixit ei: vt si in se data sibi fuisset vlla ptestas: in eo faceret q̄cq̄d meruisset. Post hec autē cū duos ep̄os discordātes sedasset: in crastinum se finiēdum predixit. Qui ꝛ apō vendoperā monasterium in pace feliciter obdormiuit. vi. cal. decembris.

¶ De scō Jacobo intercisio marty. Caplm. cxij.



Jacobus martyr cognomēto intercisus apud persidā passus est. Qui nobilis gn̄e sꝫ fide nobilior ex regiōe persaꝝ ꝛ ciuitate elape oriundus: xp̄ianis parētib⁹ ꝓgenitus xp̄ianus ꝛ ipse vxore habuit xp̄ianā. Erat qꝫ notissimus regi persaꝝ: ꝛ inter optimates primus. Accidit autē vt a principe nimio amore seduct⁹ ad colēda ydola flecteret͛. Quō mr̄ ꝛ vxor audiētes amaras lr̄as ei scripserunt: in q̄bus eū de ydolatria acrius redarguebāt ꝛ eidem de cetero adherere repudiabāt. Cum autem iacobus lr̄as legisset: amare fleuit ꝛ ꝓ errore suo pniām agēs se durius afflixit. Quō dum per nunciū quendā principi nunciatū esset: ille iacobum aduocās: interrogauit eū an nazarenus: ꝛ per ꝯsequens magus effectus fuisset. Qui r̄ndit se christianum esse magum aūt minime. Et cū eidem multa supplicia minaret͛ ꝛ ille se nulla tormenta formidare protestaret͛. Princeps de cōsilio

cōsilio amicoꝝ hanc sniam sup iacobū tulit: vt ad alioꝝ terrorem membratim puniret. Et cū quidā ex cōpassione sup eū flerent: ille dicebat: ne plorarent: qꝛ ipse ad vitā: ipsi vero ad interitū festinarent. ¶ Tunc carnifices a manu dextra incohantes p̄mū pollicē: deinde quattuor alios digitos eidem successiue presciderunt: deinde ad leuam accedentes: oēs silr eidē q̄nq; digitos sigillatim abstulerunt. Et deinde ad pedē dextrū se curuantes oēs digitos ipsius pedis successiue absciderunt. Qđ postmodum silr ⁊ sinistro pedi fecerunt. Ad quoꝝ singuloꝝ olm digitoꝝ precisione sanctus martyr deo grās agebat: ⁊ semꝑ aliq̄ noua ⁊ vtilia ꝓferebat: tormētaq; cuncta quasi ꝓ nihilo ducebat. Tunc accedentes ministri pedē dextrū absciderunt ⁊ deinde sinistrum. Absciderunt ⁊ dexterā manum ⁊ deinde sinistrā. Absciderūt etiā brachiū dextrum vsq; ad humeꝝ ⁊ sic postmodū ⁊ sinistrū. Jamq; carnifices defecerant: eo q a p̄ma hora diei vsq; ad nonā in ei9 cesione sudassent. Tunc accedentes sciderunt surā dextri cruris scindentes vsq; ad femur. Deinde ꝯuersi sinistri cruris suram ꝑscidendo vsq; ad femur sciderunt. Beatus vero iacobus ineffabili dolore pregrauatus ad dn̄m exclamabat: ⁊ grās agēs xp̄o finē suo martyrio imponi exorabat. Eratq; sicut truncū nullum hn̄s sustentaculū nihilq; in eo hoīs apparebat nisi sola lingua qua dn̄m collaudabat. Multi quoq; de astantibus eius tormentis compatientes deflebant: ⁊ non audentes illū aspicere faciez suam operiebant. Tunc mandante rege vnus ex carnificibus accessit: et caput eius amputauit. Cuius corpus xp̄iani in eius ciuitate elape sepelierunt. v. cal. decēbris.

¶ De sancto Clemente flauio ep̄o. Cap. cxiij.



Clemens ep̄s cognomento flauius apud metensem ciuitatē claruit. Hic ꝯsult romanoꝝ ⁊ patruus clementis pape fuit: q̄ a btō petro apostolo baptizatus ⁊ discipulus effectus: ⁊ ab eodē ep̄s ordinatus: ad galliam belgicam euangelizandi grā missus est: cuz pluribus alijs ep̄is. Et dū ad metensem ciuitatem ꝑuenisset: a quodā viro hospitio officiose suscept9 fuit. Cui ⁊ xp̄m ei incognitū ⁊ inauditū ꝑdicauit: in quo oīa signa se factuꝝ ꝓmisit: a quo ⁊ didicit in harenario olim ab octauiano in ipsa vrbe ꝯstructo: draconē ingentem degere: qui alios dracunculos ex se generaret: quoꝝ flatu mortifero aer adeo pestilens ⁊ infect9 erat: vt multis iam extinctis: ciuitas plēna in hoībus ⁊ aīalibus morbida foret: multiq; languore depressi decūberent. Cū aūt sanctus clemens liberationē ciuitatis ꝓmisisset hospes p̄mos vrbis ipsius aduocat: ⁊ audita narrat. Et cōcurrente oī ppl̄o. sanctus ep̄s p̄mo quidē egris orōne sua sanitatem restituit. Deinde ad amphitheatrum accessit: vbi inuocato xp̄i noīe: draconē alijs maiorē stola sua circa collum cinxit: eūq; vti māsuetū catulū post se trahere cepit. Oībus aūt vt a sctō docti fuerant: kirieleison clamantibus: ⁊ clementē sequentibus: ipse vsq; ad flumen vrbi ꝯtiguum: qđ salia dicit̄ draconem traxit ⁊ in eodem fluuio demersit. Ois vero alia draconū ⁊ serpentū multitudo maiorē beluā secuta: ⁊ in eodē amne a sctō submersa fuit. Sicq; sanctus omnem populū ad xp̄m ꝯuertit et baptizauit. Ibiq; pluribus annis sedē ep̄alez tenuit. Et post felix pastoris regimen in pace quieuit. v. cal. decembris. Et in eodē oppido tumulatus iacet.

¶ De sctis Barlaam ⁊ iosaphat ꝯfes. Cap. cxiiij.



Barlaam ⁊ iosaphat eremite quoꝝ vitā ioānes damascenus cōpilauit apud indiā claruerūt Cum enī vniuersa illa patria xp̄ianis ⁊ monachis impleta eēt. Rex quidā auenir christianos oēs ⁊ ꝑcipue monachos ꝑsequebat̄. Interea regi puer pulcherrimus nascit̄: ⁊ iosaphat appellat̄: ꝓ cuius natiuitate rex cū oī ppl̄o dijs īmolauit: ⁊ quinquagintaquinq; astrologos quid futuꝝ essz de puero interrogauit. Qui oēs ipsum magnū in potentia ⁊ diuitijs futuꝝ predixerūt ⁊ ꝑ xp̄ianā ex religionē: quā pr̄ oderat colituꝝ prenosticati sunt. Qđ rex plurimū expauescēs: in ciuitate seorsum palatium speciosissimuz ꝯstrui fecit. ⁊ ibi pueꝝ ad habitādū posuit. Ibi secū iuuenes pulcherrimos collocauit: mandās illis: vt nec mortē: nec infirmitatem: nec senectutē: nec pauꝑtatē: vel aliq̄d qđ posset afferre tristitiā notarent ei: sz oīa iocunda illi ꝓponerent: q̄tenus nihil de futuris cogitare posset. Et siq̄s ex ministris īfirmabat̄: cōtinuo ipso amoto ali9 surrogabat̄: nec ꝑ̄us ab aliquo notari ꝑsumebat̄. Cū aūt iuuenis adoleuissz in oī sapientia edoctus admirans cur pater eum talr reclusisset quendā de cōseruis suis familiorē de hoc interrogauit. dicens se in multa tristitia positū eo q sibi foras egredi nō liceret. Qđ pater audiēs ⁊ dolens equos parari fecit ⁊ choros plaudētes ante eū mittere: ⁊ ne q̄d ei fedū occurreret diligēter ꝓhibuit. Ipso ergo aliq̄n ꝓcedente: vnum leprosum ⁊ vnum cecū obuios habuit. Qđ videns ⁊ stupens q̄d hoc esset inq̄siuit. Et a ministris didicit q passiōes sunt q̄ hoībus accidunt. De quo ille ꝓpter insuetudinē talia videndi vel audiendi anxius esse cepit. Alio die senē rugosum ⁊ incuruatum ⁊ balbutiēdo loquentē inuenit: ⁊ admirans de hoc etiā req̄siuit. Audiuitq; q ꝓpter annoꝝ multitudinem ad talem statū deuenit: cui9 finis est mors quā oēs vel in ipsa etate vel in minori experiri oporteret. Que oīa iuuenis notās in multa erat tristitia: sz corā patre pretendebat leticiā desiderās in via salutis edoceri. ¶ Cū autem hec oīa monachus q̄dā noīe barlaā habitās in deserto terre sennaar: ꝑ spm̄ cognouisset: admonitione diuina mercatoris habitū assumpsit: ⁊ ad ciuitatē illā deuenit. Locutusq; est pedagogo iosaphat: dicēs se lapidē ꝑciosum venalem habere: q̄ sua ꝟtute q̄scunq; infirmitates curabat: quē regi iosaphat vendere volebat. Ille aūt cū sibi primo lapidē ostendi petiuisset. Barlaā r̄ndit q lapis ipse talem ꝟtutem hr̄et: vt siq̄s q̄ corpe nō esset integer ipz aspiceret: cōtinuo lumen oculoꝝ amitteret: ⁊ qꝛ filius regis virgo erat: put ipse audierat: iō ipsi soli lapidē ostēdere intēdebat. Igit̄ pedagogus hoc iosaphat nuncians: ipsum ad eū in cōclaui ꝙ̄ ocius introduxit: quē rex humanissime ⁊ reuerenter suscepit. De quo barlaā ipsum plurimū ꝯmēdauit: ⁊ incipiēs eū alloq̄ a q̄busdā ꝑsuasiōib9 ⁊ exemplis predicauit ei de mundi creatiōe ⁊ hoīs preuaricatiōe ac filij dei incarnatione passiōe ⁊ resurrectiōe. necnō de die iudicij: ⁊ bonoꝝ ⁊ maloꝝ retributiōe longū ꝯmonē cōtexuit seruiētesq; ydolis plurimū exprobrauit: ⁊ de illoꝝ fatuitate exēpla ꝓposuit. Cepit etiā cōtra vanāt falsam mūdi delectationē multa disputare: ⁊ finē oīm mortē cōprobare: ⁊ plura ad hoc in modū fabulaꝝ exempla inducere. Cū aūt eū rex interrogasset: quot annoꝝ esset: ⁊ vbi habitaret. Ille r̄ndit se esse annoꝝ. xlv. ⁊ in deserto sannaar degere. Econtra aūt iosaphat illum plusq̄. lxx. annoꝝ ex apparētia iudicabat. Cui barlaā ait q si a natiuitate sua oēs ei9 annos querebat: recte extimabat. Si vero tpe quo relicto seculo xp̄o viuere ceperat nō plus q̄. xlv. annos habebat: quos in heremo exegerat. Cū aūt eū iosaphat ad heremū sequi vellet: noluit barlaam: eo q ex hoc rex īdignat9 mortem omnibus xp̄ianis inferret: sz tempore oportuno ad ipsum in posterum veniret. Barlaam igit̄ regis filiuz baptizans: ⁊ in fide optime instruens: eum osculatus est: et ad locum suum reuersus est. Postq̄ autem rex auenir filiū suum christianum factum audiuit: in dolore nimio positus est. Quem quidam amicus eius nomine arachis consolans dixit: quendam senem paganum nachor nomine: barlaam per omnia similem esse: quem suasit: vt rex aduocaret: ⁊ ipse christianum ⁊ barlaaz se simulans cū philosophis disputans: primo christianorum fidez defenderet: deinde se superari permitteret: ⁊ omnia que docue-

rat retractaret: ⁊ sic iosaphat ad deorum cultum rediret. Igitur dictus princeps cum exercitu ad querendum barlaam iuit: ⁊ nachor capto se barlaam cepisse dixit. Quod filius regis audiens magistrum suum captum amare fleuit: sed deo reuelante postmodum ipm non esse cognouit. Cum aut rex filium pmissis ⁊ blandicijs per dies plurimos ppulsaret: vt ipm ad suam voluntatem inflecteret: ⁊ ille nec minis terreri: nec adulationibus seduci posset. Tandem rex dixit ei q ad hoc ipm declinare volebat: vt barlaam: qui eum seduxerat: ⁊ qui in carcere erat cum gentilibus ad disputandum conueniret: ⁊ siquidem ille obtineret: rex ei cederet. Sin autem: ipse cum ceteris xpianis ipsi consentiret. Quod cum regis filio placuisset: illi cum nachor ordinant: vt se barlaam simulans: prius fidem xpianorum defendat: ⁊ tandem se superari permittat. Cum ergo oes in vnum conuenissent. Iosaphat simulans se credere q nachor barlaam esset: ei dixit q si doctrinam suam: quam eum docuerat: defenderet: in ipsa perpetuo permaneret. Sin aut superatus esset: ipm mala morte puniret: ne vnq alios filios regum decipere presumeret. Quod audiens nachor vehementer expauit: videns se in foueam incidisse: quam fecit: ⁊ deliberauit melius filio regis adherere: ⁊ sic periculum mortis euadere. Rex aut iam palam ei dixerat: vt fidem suam sine timore defenderet. Incepta igitur disputatione cepit nachor fidem xpi euidenter defendere: ⁊ rationibus communire: ita vt philosophi muti effecti: nihil omnino respondere scirent. Iosaphat aut exultabat eo q preceptor veritatis hostem dñs veritatem defendebat. Rex igitur furens iussit conciliu dissolui: quasi de his sequenti die denuo tractaturus. Iosaphat autem a patre magistrum suum sibi dari petijt: vt de responsionibus adinuicem ea nocte conferrent ⁊ ipse secum suos conuerso assumeret. Quod ei rex concessit: spem habens q eum seduceret. Cum ergo regis filius nachor in domum duxisset: ei manifestius ait q eum quis esset: non ignoraret: quia videlicet non barlaam sed nachor astrologus foret. Cui fidem xpi predicauit: ⁊ conuersum mane ad heremum misit: vbi baptismum suscipiens heremiticam vitam duxit. ¶ Hec audiens quidam magus theodas nomine regi promisit q filium suum ad patrias leges seduceret. Consuluit ergo regi: vt a filio cunctos remoueret ⁊ ornatas ac decoras mulieres ad eum intromitteret: vt cum eis continue conuersari posset. Ipse vero spiritus libidinis ad eum mitteret: qui cum ad concupiscentiam inflamarent eo q nihil facilius hominem q mulier seducere posset. Quod cum rex perfecisset. Puelle quidem iuueni semper assistentes blandis colloquijs demulcebant. Maligni vero spiritus a mago missi caminum ignis in eius animum accendebant. Iuuenis vero se totum deo commendans oes tentationes superabat. Deinde quandam puellam pulcherrimam vnius regis filiam a patre orbatam: rex ad eum misit. Cui dum iosaphat predicare vellet. Illa ei respondit: vt si eam ad xpm vellet adducere: ipsam in coniugem deberet assumere: sic eam a damnatione perpetua liberare. Nam ⁊ xpiani matrimonia contrahebant ⁊ in eo statu se saluari dicebant. Hec dicens puella turrim animi illius fortiter concussit: ignisque concupiscentie a demonibus accensus intus ardere cepit. Iosaphat autem in angustia positus cum lachrymis in orone se dedit ⁊ orans aliquantulum obdormiuit: viditque se duci ad pratum amenissimum floribus ⁊ cunctis delectationibus exornatum. Deinde in ciuitatem auro ⁊ gemmis rutilantem se intromitti conspexit: in qua tot diuitie ⁊ delitie relucebant q ibi perpetuo se dimitti postulabat. Dictumque est ei q ille locus esset beatorum: ad quem cum maximo labore ipsum deuenire oportebat. Deinde ad loca aspera teterrima adductus: audiuit ea loca esse impiorum ⁊ damnatorum. Euigilans autem ⁊ horum memorans pulchritudinem puellarum velut stercora contemnebat. Maligni autem spiritus ad theodam reuersi retulerunt: q signo crucis ab eo ⁊ oratione fuerant effugati. Ad quem dum magus vna cum rege introisset vt ei persuaderet: ipse ab eo conuersus baptisma suscepit: ⁊ laudabilem vitam duxit. Rex igitur desperans de consilio amicorum dimisit ei dimidium regni sui. Ille aut quamuis desertum affectaret: tn propter fidei dilatationem ad tps regnum suscepit: ⁊ in suis ciuitatibus ecclesias fecit: ⁊ cruces erexit: ⁊ oes ad xpm conuertit. Pater etiam tandem predicationibus filij fidem suscepit: ⁊ baptizatus regnum totum filio dimisit: ac penitentie operibus vacans laudabilem vitam finiuit. Iosaphat aut barachiam regem pronuncians pluries fugere ad heremum voluit: sed a populo coactus remansit: vix tandem ab eis dimissus desertum petijt: ⁊ regalem habitum pauperi tradens ipse in pauperrima veste remansit. Cui dyabolus multa impedimenta opposuit: aliqn in eum euaginato gladio irruens: aliqn in forma diuersarum ferarum in eum frendens. Que oia ipse inuocato xpi nomine superauit. Biennio igitur iosaphat p heremum vagatus est: nec barlaam inuenire potuit. Tandem ad eius speluncam veniens: stansque ab extra se ab eo benedici postulauit. Cuius vocem barlaam cognoscens ⁊ foras exiliens osculantes se inuicem cum lachrymis ⁊ amplexibus constringebant. Iosaphat aut que acciderant oia referebat. Ille vero immensas deo gratias agebat. ¶ Mansit aut iosaphat ibidem annis multis in abstinentia mirabili ⁊ sctitate. Completis vero diebus vite sue barlaam in pace quieuit. Iosaphat aut in anno .xxv. regnum deserens .xxxv. annis heremiticum laborem sustulit ⁊ sic multis clarus virtutibus in pace quieuit: ⁊ cum corpore barlaam sepultus fuit. Quorum amborum corpora barachias rex reuerenter inde assumpsit: ⁊ in eius ciuitatem transferens honorifice collocauit .v. cal. decembris ad quorum tumulum miracula fiunt.

¶ De sanctis fausto Dino ⁊ Amonio martyribus. Cap. cxv.

Faustus presbyter: diuus ⁊ amonius cum alijs pluribus epis ex egypto: ⁊ clericis ⁊ laycis sexcentis ⁊ .lx. apud alexandriam ciuitatem passi sunt. Qui cum beato petro eiusdem vrbis epo comprehensi: ⁊ in carcerem trusi iubente maximiano imperatore post ipsius beati martyris passionem oes gladio trucidati sunt .v. calen. decembris. Quorum olim corpora apud alexandriam tumulata seruantur: vt dicit ado.

¶ De scto Sosthene discipulo. Cap. cxvj.

Sosthenes discipulus aplorum fuit: de quo beatus paulus prima ad corin. j. cap. mentionem facit: vbi dicit rabanus in glosa q iste sosthenes corinthius doctor erat multisque p fratribus sollicitus: iō specialiter ab aplo est assumptus .s. propter suam humanitatem ⁊ propter firmiorem narrationis confirmationem vt in ore duorum vel trium testium staret oē verbum. Hic fuit vnus ex .lxxij. xpi discipulis: vt abbas dorotheus tradit: qui ⁊ colophonie eps fuit ⁊ apud corinthum ciuitatem suam sancto fine quieuit .iiij. calen. decembris.

¶ De scto gregorio papa scdo. Cap. cxvij.

Gregorius papa huius nois scds natione syrus ex patre ioanne: constantino pape primo in epatu romano successit: ⁊ sedit annos .xvj. menses .viij. dies .ix. Hic fuit vir castissimus diuine scripture eruditus. loquela facundus: alo constans: ecclesiasticorum errorum destructor ⁊ contrarijs fidei fortissimus impugnator. Hic bonifacium monachum a britannia venientem epm consecrauit ⁊ p eum gentem germanorum sedentem in tenebris ⁊ vmbra mortis: doctrina lucis ad xpm conuertit. ¶ Hic etiam p petronium ciuem brixiensem cenobium beati benedicti apud castrum cassinum reedificauit: qd plus q centum annis a tpe longobardorum fuerat desolatum. Hic etiam cum leo imperator ymagines xpi ⁊ beate virginis ⁊ aliorum sanctorum in ciuitate constantinopolitana igne cremari iussisset: idem ipsi facere precipiens: non solum facere renuit: sed etiam imperatorem pro ipso facto anathematizauit.

zauit. Deinde distributis oibus ecclesijs et monasterijs
atq3 omni clero in pace quieuit. Sepultus est ad sanctū
petrum. et cessauit episcopatus dies tres.

¶ De sancto Gregorio papa tertio. Cap.cxviij.

Gregorius papa huius nois tertius natio
ne romanus ex patre marcello gregorio pa
pe scdo in pontificatu romano successit: et
sedit ānos.x.mēses.viij.dies.xxx. Hic erat
vir mitissimus et valde sapiens: in diuinis
scripturis sufficienter instructus: greca la
tinaq3 lingua eruditus: atq3 exercitatus in sensibus di
uinarum scripturarum subtilissima exhortatione elimatus ex
hortator oium bonorum: plebisq3 florentissima catholice fi
dei ac salutaria predicans: corda fidelium dicto factoque
corroborās: orthodoxe fidei emulator atq3 defensor fortis
simus: christianam religionē diligenter complectēs: pau
pertatis amator: erga inopū pulsionem non solum mentis
pietate: sed et studij labore sollicitus. Captiuorum redē
ptor et debitorum: orphanis quoq3 et viduis cum oi dilige
tia largiter necessaria tribuens. Quamobrem deo fauē
te non solum ad sacrum presbyteratus ordinem peruenit: sz
et dum in exequijs sui decessoris ante pheretrum eius fuis
set inuentus: ois romanus ppsus a magno vsq3 ad paruum
diuina inspiratione subito prinoti p vim eum auferētes
in pontificatus ordinē elegerunt tpe leonis et constanti
ni imperatorum. ¶ Hic addidit in canone quorum solennitas
hodie in cōspectu maiestatis tue celebratur: dñe deus no
ster in toto orbe terrarum: intra quorum nos consortiū etc. ¶ Hic
et dum leonē imperatorē ob depositionem imaginum xpi et
sanctorum incorrigibilē vidisset: q ab eius predecessore anathe
matis pena fuerat inuolutus: romā et italiam et hesperiam
totā ab eius iugo discedere fecit: et vectigalia interdixit. Sy
nodūq3 fere mille epōrū rome celebrās: venerationē scōrum
imaginum conformauit: atq3 violatores generali snia ana
thematizauit. Hic et cū roma a rege liudprādo lōgobar
dorum obsideretur: misit nauigio ad carolum pipini patrem
regem francorum: claues confessionis sancti petri: rogans vt
romanā ecclesiā a longobardis liberaret. Nolens ab im
peratore constantinopolitano heretico quemadmodū hacte
nus fuerat cōsuetudo: auxiliū postulare. Et extunc constan
tinopolitani imperatores romane ecclesie patrociniū ami
serunt. Et postq ola feliciter pfecisset ipse sanctus vir in
pace quieuit quarto calen. decēbris. Et sepultus est ad
sanctum petrum. et cessauit episcopatus dies.ix.

¶ De sanctis Papyrio et Mansueto episcopis et marty
ribus. Cap.cxix.

Papyrius et mānsuetus epi et martyres tpe van
dalice psecutionis sub genserico rege arriāo
passi sunt. Qui p catholice fidei defensione
candentibus laminis ferreis toto corpe adu
sti: gloriosum agonē cōsumauerūt.iiij.cal.de
cēbris. Quo videlz tpe et alij sancti epi.s.eugenius cartha
ginēsis: valerianus: vrbanus: crescēs: eustachius: crescē
tianus: cresconius: felix hortolanus: et florentianus: pro
veritatis eandē predicationē dānati exilio in confessione
pietatis cursum vite sue cōsūmauerunt: de quibus supra
dictum est tertio idus iulij. Hec victor aphricanus.

¶ De sanctis Rufo et socijs martyribus. Cap.cxx.

Rufus martyr cū alijs pluribus de domo sua
rome passi sunt: sub psecutōe diocletiani im
peratoris. Hic nobilitate generosa insignis
cum esset patricius vrbis pdicatione et exem
plo beati sebastiani martyris ad fidem xpi
conuersus: et cū omni domo sua a sancto policarpo presby
tero baptizatus est. Quem cum oibus alijs diocletianus
detentum: et capitali snia punitum: christi martyres con
fecit.iiij.cal.decembris. Hec ado.

¶ De dedicatione ecclesie materialis. Cap.cxxj.



Dedicatio ecclesie solēniter inter alias fe
stiuitates sctōrum celebratur: q iō vltimo po
nitur: qm certū diē nō habēs: ānuersaria
dies consecrationis cuiuslibet ecclie suo tpe
recolitur. Et qm duplex est ecclia siue tē
plū.s.materiale et spūale. Ideo primo agē
dū est de dedicatiōe tēpli materialis: de
inde de dedicatiōe tēpli spūalis. ¶ Circa dedicationē aūt
ecclie siue tēpli materialis tria videnda sunt. Primo q
re dedicatur. Scdo qliter consecratur. Tertio per quos pphanatur
¶ Et qr in tēplo duo sunt q consecrantur scz altare et ipz tēplū.
Ideo primo videndū est qre consecretur altare. Scdo qre tēplū.
¶ Altare autem consecratur ad tria. Primo ad sacrim dñi of
ferendū.gen.viij. Edificauit noe altare dño et tollēs de cū
ctis pecoribus et volucribus mūdis obtulit sup altare. Hoc au
tem sacrm est corpus et sanguis xpi: qd i memoriā passiōis
dñice imolamus. Habemus eīn triplex memoriale dñice
passionis.s. Passionis xpi imaginibus depicte: quātum ad
visum: qr picture sunt qsi libri laicorum. Passiōis xpi smo
nibus pdicate: qntum ad auditum. Et passiōis xpi in sacris
repntate: qntum ad gustum odoratum: et tactum: vt p oēs
corpis sensus passionis xpi memoria mētibus fidelium im
primatur. Scdo ad nomē dñi inuocādum.gen.xij. Edificauit
abrahā altare dño: q apparuit ei et inuocauit ibi nomen dñi
Hec autem inuocatio scdm apostolum hz fieri p obsecratiōes
q fiunt p malis remouēdis. Per orones q fiunt p bonis
impetrādis. Per postulatiōes q fiunt p bonis cumulādis
Et p grarumactiōes q fiunt p bonis conseruādis. ¶ Inuo
catio autē q fit super altare dr missa: ex eo q celestis mis
sus.s.xps a pre mittitur: q ipsam hostiā consecrat et idez p nos
ad patrē mittitur vt p nobis intercedat. Que qdē missa tri
bus liguis canitur.s.hebraica: greca et latina. Hebraica sūt
alleluya: amen: sabaoth: osanna. Greca kyrieleyson. Lati
na reliq oia. Et hoc ad repntādum titulum dñice passio
nis: dictis tribus linguis descriptum: vel qr ois ligua dz xps
cōfiteri: quorum oiz he tres sunt pncipaliores. ¶ Tertio ad
cātādum ecclastici.xlvij. Stare fecit cātores contra altare
etc. Tres autem sunt species soni q faciunt tres modos: vt
dicit hugo de sctōvictore: fit eīn sonus pulsu flatu et cātu. Ad
cytharā ptinet pulsus: ad organum flatus: ad vocē cātus:
vt huic consonātie sonorum referatur concordia morum. Si referatur ad
pulsum cithare manuū opatio: ad flatum organi mentis
deuotio: ad cātum vocis smonum exhortatio. Hoc autem
triplex genus musicorum refertur ad triplicē differentiā officij
ecclie: vt dr in mitrali. Nā offiū ecclie consistit in ps.in cā
tu: et lectiōibus. ¶ Ad primum genus qd fit pulsu: vt i psalterio
et similibus refertur psalmodia. Ad scdm qd fit voce referuntur le
ctiones. Ad tertium qd fit flatu sicut in tuba refertur cātus.
¶ Templum autem siue ecclia consecratur pp̄ter.v.rōnes.
¶ Primo vt inde dyabolus et eius ptās expellatur sicut refert
gregorius in libro dialogorum: de qdā ecclia arrianorum in noie
beati sebastiani consecrata: de qua visibiliter demones in forma

porcorum inde exisse pluribus apparuerunt. ¶ Scđo vt
ad eã cõfugientes saluent: vñ dicit canon. Reos sanguis
defendit eccĩa: ne vitã pdant τ mẽbra. Tali em̃ puilegio
ecclesie dedicate de iure cõi potiunt. Et ob hoc ioab fugit
in tabernaculũ dñi: τ apprehẽdit cornu altaris. iij. regũ.
ij. ¶ Tertio vt ibidem orationes exaudiant. iij. reg. viij.
Quicũq3 orauerit in loco isto: tu exaudies eos in loco ha-
bitaculi tui in celo: τ cũ exaudieris ppicius eris. vñ in ora
tione dicit ecclesia. Quisquis hoc templũ bñfi. peti. gre.
cuncta se impetrasse letet. Adoramus aũt in ipsis ecclesijs
ad orientẽ. ¶ Primo vt patriã nostrã nos reqrere ostẽda
mus. Nã de9 in oriẽte paradysum plãtauit: ibiq3 hoĩe3 posuit
trãsgressu3 vo ad occidentem eiecit. ¶ Scđo vt ad ip3 cru
cifixũ respiciam9. nã dñs crucifix9 ad occidẽtẽ respiciebat
τ ita adoram9 ad ip3 respiciẽtes. ¶ Tertio vt venientẽ iudi
cẽ expectare mõstrem9. Nã assũpt9 ad oriẽtẽ sursu3 ferreba
tur: τ ita veniet ad iudicãdũ: ad occidentẽ aspiciens. Hec
oĩa damascenus: li. iiij. ca. v. ¶ Quarto cõsecrat vt ibide3
deo laudes soluant: hoc autẽ in. vij. horis canonicis inter
alias priuilegiatis. Nã in nocte media qua matutinũ ce
lebrat: xp̃s natus est captus τ illusus a iudeis: in hac hora
infernũ spoliauit. In media etiã nocte τ ad iudiciũ ventu-
rus asserit. Addunt etiã matutinales laudes q: in mane
egyptios submersit in mare mundũ creauit: τ resurrexit.
¶ In hora prima xp̃s ad tẽplũ cõuenie bat: pilato p̃ntat9
fuit: τ surgens mulieribus apparuit. In hora tertia a pi-
lato ad colũnã flagellat: morti adiudicat: τ sp̃ũssanct9 in
ap̃los imittit. ¶ In. vj. clauis in cruce cõfigit: tenebre per
totum mundum fiunt: τ sol obscurat: τ in die ascensionis
cũ discipulis recũbens conuersat. ¶ In nona xp̃us spm̃
emisit: miles latus eius apuit: cetus apostolorum adoran
dum venire consueuit: τ christus in celum ascendit.
¶ In vespera: xp̃s in cena sacr̃m sui corporis instituit: pedes
discipulorum lauit: de cruce depositus fuit: discipulis in ha-
bitu pegrini se ostendit. ¶ In cõpletorio xp̃s sanguineas
guttas sudauit: in monumẽto positus q̃euit: resurgẽs pa
cem discipulis nunciauit. In his ergo horis pdicta bñfi
cia recolimus: τ p ipsis deo gr̃as reddimus. ¶ Quinto cõ
secrat: vt ibidem sacramenta ministrent quorum q̃dã mini
strant intrãtibus vt baptismus: q̃dã exeuntibus vt extre-
ma vnctio: quedã cõ morantibus: τ horum quida3 sunt mini
strãtes his dat ordo: quidã pugnãtes: τ horum quidã succũ
bunt: his dat pnĩa quidã insistunt: τ his confert audacia
animi vt roborent: τ hoc p cõfirmationẽ cibus: vt sustentẽ
tur: τ hoc p eucharistie sumptionẽ: fit remotio impedimẽ
ti ne deficiant: τ p hoc p matrimoniũ coniuncti. nẽ. ¶ Se
cundo videndum est qualiter cõsecret: τ pmo de altare se-
cundo de ipsa ecclesia. ¶ Ad pscrationẽ aũt altaris q̃nq3
concurrunt: pmo quattuor cruces de aqua bñdicta in q̃t-
tuor cornibus cõfigurant: scđo ipsum altare septies cũ aq̃
eadẽ aspergit: tertio incẽsum in ipso cremat: quarto chri-
smate inungit: quinto mundis pãnis operit. Hec aũt rep̃
sentãt ea q̃ debent habere ad altare accedẽtes. Debẽt em
hr̃e charitatẽ q̃druplicẽ. sc3 ad deũ: ad se ipsos ad amicos
τ ad inimicos: τ hec significãt q̃ttuor cruces q̃ttuor cornib9
altaris facte. de his gen. xxviij. Dilataberis ad oriẽtẽ τ occi.
τ septẽ. τ meridiẽ vel p quattuor cruces ostendit q xp̃s per
crucem quattuor mũdi ptes saluauit: vel vt ostẽdat q q̃t
tuor modis debemus crucẽ portare. s. in corde p meditatio
nem: in ore p cõfessionẽ: in corpe p mortificationẽ: in facie
p impressionem. ¶ Septem autem aque aspersiones sunt
vij. sanguinis xp̃i effusiones: quarum prima fuit in circũ
cisione: secunda in oratione: tertia in corporis flagella-
tione: quarta in capitis coronatione: quinta in manuum
perforatione: sexta in pedum cruci affixione: septima in la
teris apertione. Circuitus autem altaris significat vigi-
lantiam τ curam quam debent habere ministri altaris er
ga subditos ne incidant in. vij. vitia capitalia Cant. In-
uenerunt me vigiles qui custo. ciuitatem τc. ¶ Debẽt etiã
habere orationem feruentem τ deuotam: qđ significat p cõ
cremationem thuris. Habet em̃ thus virtutem ascendẽ-
di ex fumi leuitate: consolidandi ex qualitate: constringẽ
di ex glutinitate: confortandi ex aromatitate. Sic oratio
ascendit in dei memoriam: animam consolidat q̃tum ad
culpam preteritam impetrando medelam: constringit q̃
tum ad futuram impetrando cautelam: confortat quan-
tum ad presentẽ impetrando cautelam. ¶ Vel põt dici q
deuota oratio per thus significat: q: h3 ad deum ascendere
ps. Dirigat oratio sicut incẽsu3 τc. apocal. viij. Data sunt
ei incensa multa vt daret de orationibus sanctorum τc. ¶ De
bent insuper habere nitorem conscientie: τ odorem bone
fame: qđ significat p chrismatis vnctione3: qđ conficitur
ex oleo τ balsamo. Oleum em̃ est nitor conscientie quam
debent habere puram. gal. Gloria nostra hec est testimo-
nium conscientie nostre. Balsamum est odor bone fame:
quã debẽt habere claram: prima Timo. iij. Oportet eũ in
testimoniũ habere bonũ: τ ab his qui foris sunt τc. ¶ De-
bent preterea hr̃e mundiciã opationis sancte: qđ significa-
tur p pannos albos τ mũdos: q̃bus altare vestit. Apocal.
iij. Vestimentis albis induaris: vt non appareat cõfusio
nuditatis tue. Bern. Modicum valet accedenti ad alta
re: si habet dignitatem summã τ vitã infimã. ¶ Scđo vi-
dendum est de ecclesia qualiter consecret: ad qđ quattuor
concurrunt. ¶ Primo em̃ ep̃s ecclesiam ter circuit: τ q̃li
bet vice ad ianuã veniens baculo pcutit dicens. Tollite
portas τc. ¶ Scđo interi9 τ exteri9 aq̃ bñdicta ecclesiam
aspgit. ¶ Tertio i pauimẽto cruces de cinere facit ex trãs
uerso angulo oriẽtis vsq3 ad ãgulũ occidẽtis τ e cõuerso τ ibi-
dẽ lr̃is grecis τ latinis alphabetũ describit. ¶ Quarto in
parietibus ecclesie. xij. cruces depingit: ante quas cereos
xij. accendit τ ipsas chrismate inungit. ¶ Primũ ergo sc3
triplex circuitus significat triplicẽ circuitũ quẽ fecit xp̃s
propter ipsius ecclesie sctificationem. ¶ Primum quo
de celo venit in mundum. ¶ Secundum quo de mundo
venit ad limbũ. Tertiũ quo de limbo resurgens ascendit
ad celum. Primũ fuit ad saluationẽ pctõrum. Scđm ad
liberationem dãnatorum. Tertiũ ad glorificationem beato
rum. ¶ Vel triplex circuitus fit ad ostendẽdũ q ecclesia
consecrat ad honorem trinitatis. ¶ Vel significat tripli
cem statũ saluandorum q̃ sunt v̾gines: cõtinentes: τ coniu-
gati: q̃ etiã designant in dispositione materialis ecclesie.
Nam sanctuarium significat v̾gines: chorus continen-
tes: corpus nubentes strictius est sanctuariũ q̃ chorus: τ
chorus q̃ corpus: q: dignior est ordo virginum q̃ continẽ
tium: τ cõtinentiũ q̃ cõiugatorum: vt dicit ricard9. ¶ Scđ3
sc3 trina ad hostiũ pcussio significat triplex ius qđ h3 xp̃s
in ecclesia. Est em̃ sua creatione redemptiõe et glificatiõe
τ hoc triplici iure ei d3 aperiri vt dicit anselm9. ¶ Tertiũ
sc3 exclamatio Tollite portas τc. significat trinã eius potẽ
tiam sc3 in celo: in mundo: τ in inferno. ¶ Scđm sc3 aque
benedicte interius τ exterius aspersio fit triplici de causa.
¶ Primum pp̃ter demonis expulsionem vt dr̃ in exorcis
mo aque. Fias aqua exorcizata ad effugandum inimicu3
τc. Fit autem hec aqua vino: sale: τ cinere: q: quattuor ma
xime expellant dyabolum. sc3 lachrymarum effusio: que p
aquam. Sp̃ũalis exultatio: que per vinum. Matura dis-
cretio: que per salem. Et pfunda humiliatio: que per cine
rem. ¶ Secundo pp̃ter ipsius ecclesie expiationem. Om
nia em̃ terrena pp̃ter pctm̃ sunt corrupta: τ ideo locus as
pergitur: vt ab inmundicia purget vnde in lege oĩa pene
aqua mundabantur. ¶ Tertio pp̃ter remouendam ma
ledictionem. Terra em̃ a principio cum omni fructu suo
maledictione3 accepit: aqua vero nulli maledictioni sub
iacuit. Hinc est q dñs comedit piscem: 3 nunq̃ legitur
comedisse carnem nisi agni paschalis propter preceptum
legis. Tertium sc3 alphabeti descriptio: representat pri-
mo piũctionẽ

mo coniunctionem vtriusq; populi: videlicet gentilis et hebrei per crucem christi factam. Unde ꝛ illa crux ex transuerso ducitur ab angulo orientis vsq; ad angulum occidentis ad significandum ꝙ populus dexter factus est sinister: ꝛ qui erat in capite: factus est in cauda ꝛ econuerso. ¶ Secundo representat paginā vtriusq; testamenti ꝑ crucem christi adimpleti. vnde moriens ait consummatū est. Et crux ex trasuerso ducitur: quia vnum testamentū in alio continetur. quia rota est in rota. ¶ Tertio representat articulos fidei. quibus rudes ꝛ neophyti de vtroq; populo erudiuntur: qui se cinerem ꝛ puluerem reputare debent iuxta illud Gene. xviij. Loquar ad dominum meū cum sim puluis ꝛ cinis. ¶ Quartū. s. in. xij. locis crucis impressio illuminatio ꝛ inunctio fit triplici ratione. Primo propter demonum terrorem: qui inde expulsi sunt: vt videntes signū crucis: illuc ingredi non presumāt. ¶ Secundo propter triumphalem ostensionem. Cruces enim sunt vexilla christi: vt ostendatur enim ꝙ locus ille domino christi est subiugatus cruces depinguntur: sicut quando ciuitas aliqua ab imperatore capitur: imperiale vexillum in ea erigitur. ¶ Tertio propter apostolorum representationem. Nam duodecim luminaria ante cruces posita significant. xij. apostolos. qui per fidem crucifixi mūdum illuminauerunt. Cruces autē chrismate vnguntur quoniam apostoli fidem passionis christi ad cognitionē inflammauerunt: ꝛ ad amorem vnxerunt. videlicet ad cōscientie nitorē quod per oleū ꝛ ad bone fame odorē. quod per balsamum. Tertio videndum est qualiter ꝛ per quos ecclesia prophanetur. Sciendum ꝙ domum dei per tres legimus prophanari. s. per hieroboam: per nabuzardan ꝛ per antiochum. Hieroboam sicut legitur. iij. Reg. xij. duos vitulos fecit: ponens vnum in dan: ꝛ alterū in bethel que dicitur domus dei. ꝛ hoc propter auaritiam fecit. ne s. regnum ad roboam rediret. Nabuzardan sicut legitur iiij. reg. xxv. domum dei cōbussit. Nabuzardan princeps coquorum significat gulam ꝛ lasciuiam. Rex antiochus qui fuit superbissimus ꝛ ambitiosus domum dei polluit. ꝛ contaminauit sicut habetur primo Machabeorum. j. ꝛ significat ipsam superbiam. Ad denotandumq; per hec tria vitia clericorum domus dei. idest ecclesia prophanatur. s. per auaritiam gulam ꝛ superbiam. primū communiter viget in religiosis. secundum in clericis. tertium in prelatis. ¶ Et sicut per istres ecclesias fuit prophanata. Ita ꝛ per tres alios extitit dedicata. s. per moysen. Salomonem ꝛ iudam machabeum. per quod insinuatur ꝙ dedicantes domum dei debent habere humilitatē que in moyse. Sapientiam ꝛ discretionem que in salomone. vere fidei confessionē que in iuda machabeo denotatur.

¶ De dedicatione ecclesie spiritualis. Ca. cxxij.



Edicatio ecclesie: siue templi spiritualis quod sumus nos iuxta illud apostoli templū enim domini sanctū est. quod estis vos. Et iterum. Nescitis ꝙ corpora vestra templum sunt spiritussancti. sub solennitate dedicatiōis materialis templi ab ecclesia celebratur. Nam sicut ait Augustinus. Quotienscunq; altaris vel templi festiuitatem colimus. si fideliter ꝛ diligenter attendimus: et sancte ac iuste viuimus. quicquid in templis manufactis agit. totū in nobis spūali edificatione ꝯpletur. Ipsa enī spiritualis ecclesia construitur ex lapidibus viuis. primo petri secundo. Tanꝙ lapides viui superedificamini ꝛc. Ex lapidibus quadris. Nam quattuor latera lapidis spiritualis sunt fides spes charitas ꝛ operatio. que equalis sunt quia vt dicit Greg. Quantū credis tantū speras. quātum credis ꝛ speras tantum diligis. ꝛ quantū credis speras ꝛ diligis tantum operaris. ¶ In hoc quidē templo altare est cor nostrum. supra quod tria debent deo offerri. primum ignis dilectionis perpetue. leui. vj. Ignis nunꝙ deficiet in altari. secundum incensum orationis odorifere. primo parali. vj. Aaron ꝛ filij eius adolebant incensū super altare ꝛc. Tertium sacrificium iustitie. quod sacrificium consistit in oblationibus penitentie: in holocaustis dilectionis ꝑfecte: ꝛ in vitulis carnis mortificate psalmista. Acceptabis sacrificium iustitie oblationes ꝛ holocausta: tunc imponēt sup altare tuum vitulos. ¶ Tēplū aūt spūale: qd̄ sumus nos ad instar templi materialis cōsecrat. ¶ Primo enī summus pōtifex xp̄us hostium cordis clausum inueniens circuit: dū pctā oīs cordis ꝛ opis ad memoriā eius reducit. De hoc triplici circuitu dr̄ esaye. xxiij. Sume cytharā: quo ad primū circuit ciuitatē scȝ cordis: quo ad scd̄ȝ meretrix obliuioni tradita: quo ad tertium. ¶ Scd̄o ipsum hostium cordis clausum ter percutit vt sibi aperiat. Percutit enī ipsum cor ictu beneficij consilij ꝛ flagelli: de qua triplici ꝑcussiōe dr̄ puer. j. Extendi manū meā: quo ad primū: despexistis loquit ad malos oē cōsiliū meū: quo ad scd̄m ꝛ increpatiōes meas neglexistis: quo ad tertiū. ¶ Uel ter ꝑcutit dū rōnalē mouet ad peccati cognitionem cōcupiscibilē ad dolorē. Irascibilē ad vindictā ꝛ detestationem. ¶ Tertio ipsum templū spūaliter aqua intus ꝛ extra dȝ irrigari. Hec aūt trina irrigatio trina est lachrymarū effusio: mens enī viri sancti vt dicit gregorius: dolore afficit cōsiderando vbi fuit: vbi erit: vbi est: ꝛ vbi nō est: vbi fuit inquit in pctō: vbi erit in iudicio vbi est in miseria: ꝛ vbi non est in gloria: huic aūt aque admiscent sal vinū ꝛ cineres q2 cum his lachrymis dȝ admisceri vinū spūalis exultationis: sal mature discretiōis ꝛ cinis ꝑfunde humiliationis. Uel ꝑ vinum lymphatum intelligit verbum incarnatum: per salem sanctitas eius vite: que est omnibus condimentum: per cinerem passionis eius supplicium. His igit debemus cor nostrum aspergere scȝ beneficio incarnationis: per qd̄ ꝑuocemur ad humilitatem: exemplo eius conuersatiōis per qd̄ informemur ad sanctitatem: ꝛ memoria eius passionis per quam incitemur ad charitatem. ¶ Quarto in hoc tēplo cordis scribit spūale alphabetum siue spūalis scriptura. Que quidem triplex est scȝ dictamina faciendorum testimonia diuinorum beneficiorum. ꝛ accusatio ꝓpriorum delictorum ro. ij. Cum enī gentes que legem non habent naturaliter ea que legis sunt faciunt huius legem non habentes: ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Ecce primū testimonium reddente conscientia ipsorum. Ecce scd̄m ꝛ inter se cogitationum accusantiū Ecce tertium. ¶ Quinto debent pingi cruces. i. assumi penitentie asperitates: que debent inungi ꝛ illuminari: q2 non solum ferende sunt patienter sed etiam libenter qd̄ per vnctionem ꝛ ardenter qd̄ per ignem. Unde Bernar. Qui minat timore crucem xp̄i portat: qui amore portat patienter: qui ꝑficit in spe portat libenter: sed qui consummat in carne amplectit iam ardēter. ¶ Qui igit hec omnia habebit: vere templum ad honorem dei dedicatū erit dignus plane in quo xp̄s in via habitet ꝑ gratiam vt tandem in eo in patria habitare dignetur ꝑ gloriam. Quod ipse prestare nobis dignetur: qui viuit ꝛ regnat deus per omnia secula seculorum Amen.

¶ Explicit liber Decimus.

¶ Prologus libri vndecimi.



Ndecimus huius voluminis liber continet gestorum ꝛ passionum sanctorum differentias quattuor. ¶ Primo illorum sanctorum quorum dies festiui nobis fuerunt penitus ignoti: sed neq; eorum legende potuerunt in aliqua superiorum librorum pte cōmode collocari. Scripsimus enī fauēte dn̄o gesta scōꝝ: quoꝝ festa ꝑ anni circulū occurrunt. Quibus etiam addidimus quedā alia

anctorum quorũdã:qui vel ex nois equocationevl ex alia
circa materiã dependentia vel ex alia rõnabili cã potuerũt
ceteris sanctoꝝ legendis ↄiungi sicut p̃sentẽ legentib⁹ca
talogum patere põt.' Restabant aũt aliq̃ legẽde q̃ nulla
occasiõe poterant certis diebus anni locari:q̃s in hoc vn
decimo libro reseruauimus describendas. ¶ Scd̃o illoꝝ
sanctoꝝ gesta:q̃ ꝑ obliuionem aliquam suis inserenda lo
cis fuerunt omissa:qd̃ diffiteri non p̃sumo. Cui em̃ adeo
p̃stãtis memorie occurrat:cuncta q̃ legeritvel audierit ꝑ
singula cordi recõdere suoq̃ꝫ recolenda tp̃e:facile in prom
ptu advotum habere. Neminẽ certe arbitror tali potiri p̃
uilegio nisi sp̃ũ prius fuerit afflatus diuino. ¶ Tertio il
lorum sanctoꝝ quoꝝ gesta ꝛ passiones post ceptum opus:
mihi de nouo apparuisse contigisset:aut in posteꝝ mihi vl
posteris appareret:qd̃ ꝓpter sanctoꝝ infinitatẽ librorum
numerositatẽ accidere:de facili satis eẽꝫ. ¶ Quarto etiã
illoꝝ sanctoꝝ q̃ ꝑ futuroꝝ tempoꝝ successiones ab ecclesia
militante canonizandi:ꝛ in sanctoꝝ numero ↄscribẽdi fo
rent:qd̃ vsq̃ꝫ ad p̃sentis seculi finem credimus affuturum
Cum nõ sit abbreuiata manus dñi:q̃ ꝛ in terris hoies de
nouo sanctificare ꝛ in celis multiplicare põt. Hoꝝ igitur
etiam gesta p̃sti ↄserenda voluminí:nõ tã nobis q̃ poste
ris reseruamus. Qua de re nec ipsum opus nostrum: cer
to fine ↄcludimus:eo q̃ sanctoꝝ infinitas vsq̃ꝫ ad seculi fi
nem augenda:nec finẽꝫ hꝫ:nec numeꝝ. ¶ Ad festa igitur
que presentialr̃ habemus exponenda veniendum est. Et p̃
mo quidem librum ecclesiastice hystorie transcurrentes:
quedam q̃ ex ipso circa sctõs aliquos omissa fuerunt reco
lamus.

¶ Incipit liber Undecimus.

¶ De sanctis duobus nepotibus xp̃i scd̃m
carnem confessoribus. Cap̃lm.j.



Uo nepotes dñi saluatoris scd̃m carnem:
ex linea collaterali videlꝫ ex ei⁹ carnali ge
nere nepotes inde: q̃ dicebãtur frater dñi:
quorum noĩa eusebius silentio tegit:tp̃e do
mitiani Iperatoris sub scd̃a xp̃ianorũ ꝑsecu
tione apud iudeã florebant. Cũ autẽ domi
tianus iussisset perimi omnes de gñe dauid ꝛ stirpe regia
descendentes hi duo delati sunt duplici inuidia: videlꝫ q̃
ex dauid genere:ꝛ ipsius xp̃i ꝓpinquitate nati essent.
Quos reuocatus quidam:qui in hoc missus fuerat: ꝑdu
xit ad domitianum. Nam ꝛ ipse de aduẽtu xp̃i sicut ꝛ alias
herodes formidabat. Interrogati aũt a cesare si essent ex
familia dauid cõfitenẽ. Interrogati quantis essent facul
tatibus vel possessionib⁹ p̃diti. Rñdent q̃ vtriq̃ꝫ non am
plius esset in bonis noue milibus denarijs. Ex quib⁹ sin
gulis pars media ꝓ portione debeẽ:nec hec sibi in pecunia
sed in estimatione terre subsisterent: quam habebant in
trigintanouẽ iugeribus cõstitutã:quam q̃ suis manibus
excolebant ad victum ↄsequendum ꝛ tributum persoluen
dum. In cuius testimonium manus labore rigidas:ꝛ cal
lis obduratas p̃ferebant. Interrogati de xp̃o quale est re
gnum eius vel quis ipse:aut vnde:vel q̃n̄ venturus. Rñdit:
q̃ neq̃ꝫ huius mundi regnum:neq̃ꝫ huius terre ei designe
tur I perniũ:sꝫ celeste ei regnum ꝑ angeloꝝ ministeria in cõ
summatione seculi p̃pareẽ:q̃n̄ sc̃s venturus in glia deuiuis
ac mortuis iudicabit. Domitianus aũt eũ neq̃ꝫ i eis quic
q̃ criminis inueniret:ꝛ vtilitatẽ eoꝝ ac v̾ba maxime con
temneret:abire eos libere iubet. Illi vero dimissi vel mar
tyrij merito vel tãte ꝓpinquitatꝭ p̃rogatiua:pacis tp̃e du
ces ecclesie effecti vsq̃ꝫ ad traiani tempora permanserunt.

¶ De sanctis romanis pontificibus ꝛ eorũ
successione. Cap̃lm.ij.





Omani põtifices ꝛ eoꝝ successiões:ideo
hic ponunẽ vt q̃ ecclastice hystorie libro
restabãt:hic recolligãẽ:ꝛ ipsius ordo li
bri ꝑ singula summarie trãscurraẽ: q̃te
nus ad quosdã sctõs ep̃os romanos põ
tifices:q̃ in catalogo sanctoꝝ cõserti sũt
ꝛ hactenus omissi fuerunt: ꝑueniaẽ.
Liber itaq̃ꝫ hystorie ecclesiastice romanos põtifices enu
merat a btõ petro ap̃lo vsq̃ꝫ ad syricium papã:q̃ successit da
maso ꝑ successiones sanctoꝝ ep̃oꝝ numero.xl. Sub quo
syricio liber p̃fatus finẽ facit. Oẽs aũt pape:qui in dicto li
bro describunẽ sanctificati habenẽ:aut in ordine martyrũ
aut ↄfessoꝝ excepto liberio qui heresis arriane labe macu
latus sanctoꝝ põtificum cetum fedauit:sicut alter iudas
ap̃loꝝ collegium:ꝛ nicolaus sacrũ numeꝝ leuitaꝝ. ¶ Pri
mus igiẽ in sede romana beatus petrus ap̃s põtificatum
tenuit:ꝛ primo quidẽ sedit antiochie annis septẽ: deinde
cathedrã ep̃alẽꝫ in vrbe roma tenuit annis vigintiquinq̃ꝫ
mensibus quinq̃ꝫ ꝛ diebus tredecim:de quo supra actũ est
in festo cathedre sc̃ti petri.viij.cal.martij. ꝛ in festo passio
nis ipsius.iij.cal.iulij. ¶ Scd̃s ep̃s fuit linus de quo su
pra dictum est in eius passione.ix.cal.octobris. ¶ Terti⁹
fuit cletus:de quo supra in eius passione.vj.calen.martij.
¶ Quartus fuit clemens:de quo supra in eius passione.
ix.calen.decembris. ¶ Quintus fuit anacletus: de quo su
pra.iij.idus iulij. ¶ Sextus fuit euaristus:de quo supra se
ptimo calen.nouembris. ¶ Septimus fuit alexander:de
quo supra.v.nonas maij. ¶ Octauus sixtus primus:de
quo supra.viij.idus aprilis. ¶ Nonus telesforus:de quo
supra non.ianuarij. ¶ Decim⁹ iginius:de quo supra. iij.
idus ianuarij. ¶ Undecimus fuit pius:de quo supra. v.
idus iulij. ¶ Duodecimus anicetus:de quo supra.xv.ca
len.maij. ¶ Tertiusdecimus sother : de quo supra.x.calẽ.
maij. ¶ Quartusdecimus eleutherius : de quo supra.vij.
cal.iunij. ¶ Quintusdecimus victor:de quo supra.v. calẽ.
augusti. ¶ Sextusdecimus zepherinus:de quo supra. vij.
calen.septembris. ¶ Decimusseptimus calixtus:de quo
supra pridie idus octobris. ¶ Decimusoctauus vrbanus
de quo supra.viij.calen.iunij. ¶ Decimusnonus pontia
nus:de quo supra.xij.calen.decembris. ¶ Uigesim⁹ an
therius fuit:de quo supra actum est non.ianuarij. ¶ Ui
gesimusprimus fabianus:de quo supra.xiij.cal.februarij.
¶ Uigesimussecundus fuit cornelius:de quo supra.xviij
calen.octobris. ¶ Uigesimustertius lucius:de quo supra
iiij.non.martij. ¶ Uigesimusquartus stephanus:de quo
supra.iiij.non.augusti. ¶ Uigesimusquintus sixtus secũ
dus:de quo supra.viij.idus augusti. ¶ Uigesimussextus
dionysius:de quo supra.vij.calen.ianuarij. ¶ Uigesimus
septimus felix primus:de quo supra.iij.cal.iunij. ¶ Uige
simusoctauus fuit marc⁹ prim⁹:de quo supra nonis octo
bris. Et hic solus de numero tantoꝝ põtificũ:videlꝫ tam
supra positorum q̃ infra ponendorum vsq̃ꝫ ad siluestrum
papam

papā martyrium euasit. ¶ Uigesimusnonus eutychian⁹ de quo supra.vj.idus decēbris. ¶ Trigesimus: de quo supra.x.cal.maij. ¶ Trigesimusprim⁹ marcellinus: de quo supra.vj.cal.maij. ¶ Trigesimus scōs marcell⁹: de quo supra.xvij.cal.februarij. ¶ Trigesimustertius eusebius: de quo supra.vj.cal.octobris. ¶ Trigesimusqrtus melchiades: de quo supra.iiij.idus decembris. Oēs pfati pontifices excepto marco p martyriū assumpti fuerūt. ¶ Trigesimusquintus fuit siluester pmus inter epos cōfessores de quo supra actū est pridie cal.ianuarij. ¶ Trigesimussext⁹ fuit marcus scōs: de quo supra noñ.octobris. ¶ Trigesimusseptimus iulius: de quo supra idib⁹ aprilis. ¶ Trigesimusoctauus fuit liberi⁹ hereticus tpe cōstātij imperatoris q primo quidē cū nollet arriane heresi cōsentire ab eodez augusto in exiliū missus est vbi stetit p annos.iij. Sed demum cōsentiens heresi pdicte ab eodē cōstātio reuocat̄ z in epm cōfirmat̄: z felix q in eius locū a clero z pplō romano cōstitutus fuerat papa martyrio coronat̄. ¶ Sicq̄ xxxix.eps fuit felix scōs martyr: de quo actū est.iiij.cal. augusti. ¶ Quadragesimus fuit damasus papa z confessor: de quo supra actū est.iij.idus decēbris. ¶ Quadragesimusprimus syricius sub quo liber ecclesiastice hystorie finē facit Et hunc omissum immediate infra supponemus.

¶ De scō Syricio papa. Capitulum.iij.

Syricius papa natione romanus ex patre tyburtio damaso pape in epatu romano successit: z sedit ānos.xv.menses.xj.dies.xxv. Hic cōstituit vt monachi fierēt clerici vtilitatis cā vel summe necessitatis. Et vt nullus pßbyter missas celebraret: nisi in sacratis ab epō locis. Hic manicheos in vrbe inuenit quos exilio dānauit. Et cōstituit vt nō participarent cū fidelib⁹ cōmunioni. Sz precepit vt siqs ex eadē secta rediret ad ecclesiam cōuersus: nullaten⁹ cōicaret: nisi tm̄ religioni monasterij oīb⁹ dieb⁹ vite sue obnoxius teneret̄ ieiunijs z orōnib⁹ macerat⁹: z pbat⁹ sub omni examine vsq̄ ad vltimū diē trāsit⁹ sui: z sic viaticum reciperet. Hic quoq̄ synodū celebrauit apō cōstātinopoliz.cccl. epoz. Et postq̄ sedez apl̄icā feliciter gubernasset dormiuit cum patribus suis. Et sepultus est ad scm̄ petrum plen⁹ sanctitate. Et cessauit epatus dies.xx.

¶ De scō zozimo papa. Capitulum.iiij.

Zozimus papa natione grecus ex pre abramio innocētio pape pmo in pōtificatu romano successit. Seditq̄ annos.ij. menses.viij.dies.xxv. Hic multa scitate polluit: z paupez larg⁹ bñficus extitit. Hic cōstituit vt seruus nullo mō cleric⁹ fieret. Et in sabbato sancto cereū in oīb⁹ titulis vrbis bñdici pcepit. Et oēs clericos vinū in publico vēdere phibuit. Et hic plen⁹ scitate in pace quieuit. Et sepult⁹ est in via tyburtina iuxta corpus bti laurētij martyris. Et cessauit epatus dies.xj.

¶ De scō Simplicio papa. Capitulum.v.

Simplicius papa natiōe tyburtinus ex pre castino hylario pontifici in epatu romano successit z sedit annos.xv. mēsez.j.dies.vij. Hic in vrbe beatissimus dedicauit ecclīaz scti stephani iuxta basilicā scti laurētij z basilicā scte sabine martyris: vbi corp⁹ eius requiescit cū qttuor.M.cclxij.sctōz corpib⁹. Hic.xxviij.pßbyteros p titulos in vrbe roma cōstituit ppt penitētes z baptisma Et vt.vij.epi p hebdomadas ad ecclesias patriarchales siue ad eaz regiones manerēt. Et fecit.v.regiones pßbyteris vrbis diuidēdas. Primā regionē ad scm̄ ioannē lateranēsem. Scdam ad scm̄ petrū. Tertiā ad scm̄ paulum. Quartā ad scm̄ laurētium extra muros. Quintā ad sanctā mariā maiorē. Cōstituit quoq̄ vt nullus clericus inuestiturā a layco reciperet. ¶ Sub hui⁹ epatu venit relatio de grecia p eplas ab acatio cōstātinopolitano epō: siliq̄ z a timotheo catholico z affirmauit petrum alexādrie vrbis epz esse euticianum hereticuz: plurima de eo crimia affirmās Quo audito simplicius dānauit petruz: ita tn̄ vt pnīe seruaret tps. Et post hec sanctus eps quieuit in dño z sepultus est iuxta corpus bti petri apli in vaticano. Et cessauit episcopatus dies septem.

¶ De sanctis Alexandrinis epis z eorum successione. Capitulum.vj.

Alexādrini epi quoz successores in ecclīastice hystorie libro describunt̄: z q in sctōz catalogo cōnumerant̄: fuerunt numero.xxiij.videlz a btō marco euāgelista vsq̄ ad theophilum: videlz a pma ipsius ecclīe fundatione vsq̄ ad tpa archadij z honorij augustorum.

Geremarus abbas ortus villa guatādra ex confinio beluacensi sup flumē: patre rigoberto ꝛ genitrice aga ex nobili francoꝝ progenie orta vnicis parentib⁹ post eoꝝ obitum oībus p xp̄o paupib⁹ erogatis: monachalem habitum a sctō andoeno epo suscepit: ꝛ in monasterio pentuli multoꝝ monachoꝝ abbas cōstitutus est. Cuius dum monachi duras correctiōes nō ferrent: cultellum sub lectulo ponentes: manubriū solo defixerunt: acumen ꝟo nudū erecta cuspide supra lectum in aerem dimiserunt: vt rediēs a matutino: se sup telū cum impetu sternēs semetipsuꝫ transfoderet. Ille aūt rediēs ab eccl'ia finitis matutinis: dum lectū vellet ascendere: diuino instinctu pter morē manū circunducēs ferrū repperit: ꝛ ad ecclesiam reuersus in oroñe pnoctauit. Mane aūt facto nemini aliq̄d indicās: in capl'o coraꝫ fratribus abbatie renunciauit: ꝛ ad sctm̄ andoenū pergēs locū solitarium sibi ab eo cōsignandū poposcit. Quib⁹ ambobus p visum nocte angelus locū ostendit. Qui mane ad locū pergentes: dum nebula totū circuitum: vbi erat cōstruendum cenobiū operuisset. Uox de celo sonuit: q̄ ante ānos quadraginta deus locū illum fideli suo geremaro puidit. Nebulaq̄ sublata: locus tot⁹ rore pfusus quasi si virga per circuituꝫ fuisset designatus apparuit. Ubi edificato monasterio sanctus geremarus cuꝫ quibusdam electis discipulis vsq̄ ad obitum suum deo feliciter deseruiuit: ibiq̄ sepultus in pace requiescit.

¶ De sancto Rhemachlo epo. Cap. lxij.

Rhemachlus eps traiectensis claruit tpe imperatoris constantini iunioris: vt dicit sigibertus. Qui postq̄ cōmissam sibi eccl'iaꝫ aliquo tpe verbis atq̄ exēplis feliciter gubernasset: tandē pertesus secularium tumultuū: epatum resignauit: ꝛ mōachalis vite habitū assumēs: xp̄o deinceps iugit̄ militauit. Et sub monachali obediētia de magro effect⁹ discipul⁹ ī pace q̄euit.


¶ De sancto Landelmo confessore. Cap. lxiij.

Landelmus cōfessor q̄ ꝛ morosus a sctō aubertо epo cameracensi ex predone ad xp̄m cōuersus ꝛ monachus effectus a btō martino epo turonensi ad predicandū destinatus: fundator fuit duoꝝ cenobioꝝ: videlicet lolobiensis

aluei


aluei vaslaris atq; crispinensis in quo secundo corpore quiescit. In ipso igit monasterio crispinensi cum duob⁹ discipulis suis aldelcno et domitiano claruit: ibiq; xpo seruiens in pace quieuit. Quo tpe claruit gislenus cellensis abbas: maldegarius dux: qui et vicentius altimontensis et secꝫensis eiusq; coniunx valdetrudis castrilotensis sororq; valdetrudis aldegundis melbodiensis. Trudo etiaꝫ albaniensis: et alij multi anglia et scotia: q̄ vbiq; verbū dn̄i seminabāt. Tunc tpis cenobium floriacense a leodoboldo abbate fundat: vbi et post annoꝝ decursum corpus sancti benedicti translatum est vt dictum est supra in eius translatione. v. idus iulij.

De sancto Bernone abbate. Cap. lxiiij.




Berno p̄mus abbas monasterij cluniacensis et fundator ipsius ordinis claruit tpe conradi p̄mi imperatoris. Cuius anno primo ordo incepit predictus: anno videlicet dn̄i. dcccccccxij. Hic aūt multa vite sanctitate polluit: qd̄ ex ipsius ordinis institutione satis patere pōt. Quia sanctus vir nunq̄ potuisset aliter docere q̄ vixerit. Qui dum morti appropinquaret Odonem monachum suum olim musicum sibi ꝯstituit successorem: ea ꝯditione: vt ecclia cluniacensis annuatiꝫ solueret ecclie giguiacensi censum duodecim denarioꝝ: qd̄ vsq; hodie seruat. Tandem berno abbas extiali languore detētus: vicinos ep̄os accersiuit: et se reū tanto ministerio iudicans: et ab ordine seipsum deponens: odoneꝫ ordinat abbatem. Qui dum p viribus reniteret: vi fratrum adductus et ep̄oꝝ mandato sub anathematis pena superatus acquieuit. De quo supra in eius gestis dictuꝫ est. xiij. calen. decembris. Sanctus auteꝫ berno post dies modicos in pace requieuit.

De scto Edgaro rege ꝯfessore. Cap. lxv.



Edgarus rex angloꝝ insignis frater eduini: cepit regnare anno othonis imperatoris vigesimosecundo: dum adhuc esset iuuēculus annoꝝ. xvj. quo nascente dunstanus archiep̄s canturiensis audiuit vocem de celo anglice dicentem. Pax anglie q̄diu puer iste regnabit: et dunstanus noster vixerit. Regnauit aūt ānis. xvj. et quolibet anno nouum monasteriū fundauit: totāq; insulā i summa pace et iusticia gubernauit. Nam regē scotorum cinandū cambroꝝ malcolinū: archipyratam mascosium oēsq; reges vualensium numero. v. ad curiā coactos perpetuo sacramento sibi obligauit. Quos apud legionum sibi occurrētes: et pompam triūphi p fluuiū deduxit vna naui impositos quā illi remigebāt: et ipse i prora sedebat. Cōpatriotas suos a nimia potatione timore et industria refrenauit. Et adeo seuerus fuit: q̄ ibi nullus fuit priuatus latro nullus popularis predo nisi vellet amittere vitam: q̄netiam oīs generis feras sanguinis auidas ex regno exterminauit. Guiduualo regi gualdensium indixit vt sibi omni anno tributū. ccc. lupoꝝ solueret. Qd̄ dū ille pluribus annis fecisset: nullū se amplius inuenire ꝓfessus est. Omni estate post pascha naues per oīa littora adunari p̄cipiebat: et ascendens ipsemet: mare circuibat: vt pyratas arceret: hyeme vo per ꝓuincias equitabat vt ꝓdones deleret: iudicia potentioꝝ exquirens ne ius violarent. Quodā tpe venatū perrexerat: dunstanū q̄ secuꝫ erat rogans missaꝫ differre: qz dies dn̄icus erat. Appropinquāte hora tertia ep̄s sacris indutus sup altare regē expectabat: subitoq; sopore leui depressus: raptus in celuꝫ audiuit cantus angeloꝝ cantantes kirieleison. ix. vicibus. Excitatus post modicū adhuc expectans rapit: et audiuit alta voce dici. Ite missa ē et responderi: deo gratias Tunc accurentes eius clerici regem adesse dixerūt: quibus respondit q̄ missam audiuerat: nec esse opus q̄ ea die amplius celebraret. Interrogatus a rege cur hec diceret: et quare celebrare nollet visionē aperit. Et hec sumpta occasione regi prohibens: ne die dn̄ico vlterius venatum pergeret. Quā correptioneꝫ sanctus rex benigne suscepit et de cetero obseruauit. Qui gubernato regno post ānos. xvj. anno etatis sue. xxxij. in pace quieuit. et miraculis post obitum claruit.

De sancto Deodorico ep̄o. Cap. lxvj.



Deodoricus metensis ep̄s imperatori othoni primo sanguine et dilectione ꝯiunctus fuit. Qui dum in italica expeditione militaret: et sanctus ep̄s cum eo p trienniū in ipsis partibus extitisset: ipse vtī deuotissimus ex diuersis locis et ciuitatibus plurima corpora et reliquias sanctoꝝ collegit: que ipse secum in partibus suis asportauit Primū a marsia corpus elpidij ꝯfessoris sustulit. Cui⁹ socij cadauer videlicet eutihcij iam ipse imperator sustulerat. Ab amiternis euthicem martyrē cum reliquijs maronis et victorini socioꝝ illius. A fulginio felicianū ep̄m et martyrē: a perusio asclepiodoꝝ martyrem: a spoleto serenum martyrem cū gregorio martyre spoletan. a cordinio pignora vincentij martyris olim ab hyspanis per duos monachos capuam: et inde cordiniū delata. A menānia alteꝝ vincentium ep̄m et martyrē: a vincentia leontium ep̄m et martyrem: a florentia minyatem martyrē: ab vrbe tudertina fortunatū ep̄m. A sabinis ptes corpoꝝ proti et hiacynthi martyrem: et alia plurima que in ecclia sancti vincentij martyris a se in santuuallis ꝯstructa locauit: cum parte catene sancti petri apostoli: et capillis eius: et sanguine sancti stephani ꝓtomartyris: et parte craticule sancti laurentij: a ioanne papa sibi donatis. Hec oīa prefatus sanctus ep̄s in dicta ecclia deuote reposuit: vbi postmodū ecclia sua feliciter gubernata in xpo quiescēs tumulatus iacet: et miraculis viuit. Hec sigibertus.

De sctā Eteldrita regina et virgine. Cap. lxvij.




Eteldrita regina et virgo in anglia claruit: vt ait beda. Que duobus nupta viris virgo permansit: virosq; ad castitatis obseruantiā suis exhortationibus inducens: et semetipsam illibatam custodiens. Huius pater fuit anna rex orientaliū angloꝝ qui habuit alias duas filias: etelburgam et sexburgā. Quaꝝ p̄ma in monasterio gallie qd̄ dicit brigis sanctimonialis p̄mū post abbatissa fuit: et sp incorrupta ꝑmāsit. Altera vero coberto regi cumnariorum vxor data est. Ex quo genuit duas filias excorongā de qua beda multa scripsit: et hermenildā: que vulsio regi niercioꝝ data est in coniugē. Ex quo habuit filiaꝫ vemburgam virginē. Mater apud heluium post sexburgam abbatissa fuit: filia vero apud legionū ciuitatem quiescit Que maxie oīones feminaꝝ et pueroꝝ exaudire credit.

De sctis Uuldruta et Uulburga v̄ginib⁹. Cap. lxviij



Uuldruta et vulburga virginis sorores carnales in anglia claruerūt. De quib⁹ beda scribit: q̄ fuerūt filie mēguardi frēs guelferij regis: ex vxore mēburga filia hermerendi fratris hercoberti: quaꝝ p̄ma in cenobio sancti augustini cantuarie: secūda apud vēneloch ambe signis radiantes quiescunt.

De sancta Edburga virgine. Cap. lxix.



Edburga filia eduardi regis senioris i anglia claruit. Hec ex vxore regis edelspita ꝓgenita virgo sanctissima fuit. Que adhuc trima sic a patre ꝓbat. Posuerat ille in triclinio diuersa ornamenta mulieꝝ naturaliter allectiua: et seorsum crucem et euāgelium iussitq; vt qd̄ vellet hoꝝ eligeret toruo aspectu secularia despiciens: manib⁹ iunctis crucem et euangeliuꝫ adorauit: ipsaq; postmodū in manibus sumpsit et osculata est. Qd̄ pater ꝯsiderans et virginis puellule astuciam notans: eam adhuc infan-

tem in monasterio virginum in vrbe vinconia dedicauit vbi ipsa ꝓcedente etate laudabiliter vixit: ⁊ humilitatē numiam in oībꝰ exhibuit. Nam saccos puellaꝝ sociarū furtim nocte surripiens: ⁊ diligenter lauans lectis eaꝝ rursus apponebat: in ipsoqꝫ cenobio in pace dormiuit: et signis effulgens ibidem corpore quiescit.

¶ De sancta Eggytha virgine. Cap. lxx.

Eggytha filia regis edgari angloꝝ virgo sancta in viltunensi cenobio iacet: ⁊ mira cula ostēdit. Dum sanctus dūstanus cōsecraret ecclesiam dionysij quā edificauerat rex vidit hanc puellā pollice dextro frequēter signū crucis fronti imprimere: et ait. Nunꝗ putrescat ille digitus ⁊ ꝯtinuo flens floridā illā rosaꝫ cito marcentē futurā ꝑdixit: aueꝙ deo dilectā euolaturā. Qḋ post modicū ꝯtigit: puella de seculo isto subtracta. De q̄ sanctꝰ dūstanꝰ ꝑ visionē vidit ꝙ sctūs dionysius illā ꝑ manū tenebat: ⁊ dūstanū amonebat: vt ipsa virgo a famulis xp̄i sic honoraret ī terris sicut a spōso honorabat ī celis. Hec ī ꝓfessiōe sctī monialis aureis vestibꝰ vtebat. Cuiꝰ corpꝰ virgineū in terra sepultū: dū post aliquot menses altius leuaret: totū in cinerē solutū inuentū est preter dextrū pollicē de quo dūstanus ꝑdixerat ꝙ nunꝗ marceret: ⁊ alium atqꝫ aluo subiecta: que integra reperta sunt. De quo dum oēs admirarent: virgo sctā cuidā dormienti apparens dixit nō esse mirāda si venter ille nō putruerat: quē vlla libido nō tetigerat. Quiescit in prefata ecclesia sctī dionysij: vbi miraculis fulget.

¶ De sancto Hildeberto episcopo. Cap. lxxi.

Hildebertus cenomanensis ep̄s: postea turonensis archiep̄s fuit. Hic berengarij turonensis discipulus versificatorꝫ dictator egregius librū elegantē de ꝯtēptu huius vite partim metrice: partim prosaice dictatū cōposuit: qui etiā vt ipse de se in quadam sua ep̄la refert multas tribulationes ⁊ vincula pro xp̄o ꝑpessus ē ab emulis: videlꝫ retrocli comitis cenomanensis: qui illum de comitatu eiecerat: ⁊ comitatū eius vsurpauerat. Qui sanctus ep̄s a predictis hostibꝰ detentus est iniuste eo ꝙ comitē existentē in carcere visitasset ⁊ testm̄ ipsius sua manu ꝯscriptū matri detulisset. In ipsa ergo custodia multas passus afflictiōes ep̄las plures scripsit. Tandē eiectus carcere turoni archiep̄s ordinatus: virtutibus ⁊ sanctitate refulsit: ⁊ apud eandē ciuitatem in pace dormiuit. ibiqꝫ iacens in miraculis viuit.

¶ De sancto Didaco episcopo. Cap. lxxii.

Didacus ep̄s oxomensis magister fuit sctī dominici ordinis predicatoꝝ fundatoris: cuius ⁊ ille fuit canonicus regularis ⁊ exinde suppriorꝫ canonice ipsius. Hic cum xij. abbatibus ordinis cistertiensis ⁊ cluniacensis: ⁊ cum quodā apostolice sedis legato ad terram albigensem missus est ad predicandum ꝯtra hereticos albigenses: qui tale ꝯsiliū collegis in officio prebuit: vt q: xp̄m pauperē ibant predicare: eiusdēꝫ se vite ostenderēt operibus ꝯformare: vt ex hoc alās facilꝰ lucrarent ad christū. Et sic ꝯsilio didaci: equitaturas et pomposam supellectilem dimittentes: in habitu humilitatis ⁊ gestu paupertatis incedentes officiū predicatiōis prosecuti sunt: in quo officio predictus pater cuꝫ sancto dominico eius canonice suppriore sibi assistente laudabiliter se gessit: ⁊ multos ad christum ꝯuertit. Post biennium aūt ad ecclesiam suā redire disponēs: loco sui btm̄ dominicū vicariū dereliquit. Dumqꝫ post multos labores oxomam ꝑuenisset: pedes trāsiens per castellam: ad extremum vite sue perductus est. Qui post obitum miraculis claruit.

¶ De sancto Bene abbate. Cap. lxxiii.

Bene abbas fuit in deserto thebaidis: de quo hieronymus dicit ꝙ nunꝗ visus est iurare: neqꝫ mentiri: neqꝫ irasci: neqꝫ ociosum verbū proferre: sed vita eius erat in summo silētio: mores tranquilli vt ꝑ oīa quasi angelici ordinis videret. Humilitas quoqꝫ immēsa: pro nihilo in oībus semetipsum ducens. Hic dum bestia quedam noīe hippotaurus regionē sibi ꝓximā vastaret: ⁊ rogatus ab agricolis venit ad locuꝫ ⁊ bestie in noīe iesu precepit: ne amplius terram illā vastaret. Bestiaqꝫ statim recedēs nusꝗ cōparuit. Simili modo cocodrillum ab eo alio tēpore fugatum perhibebant. Hec in vitis patrum.

¶ De sancto Pitrione abbate. Cap. lxxiiii.

Pitrion abbas fuit in thebaide ī monte quodam prerupto fluuio imminēte in quo erāt per ipsa precipitia ꝑlixe difficiles accessus in his monachoꝝ plurimi cōmanebāt: quoꝝ pater erat pitrion. Hic discipulus sctī antonij fuit: ⁊ post eius obitū cū amore habitauit: ⁊ post huiꝰ abscessum in predicto se monte ꝯstituit. Qui gr̄a sanitatum ⁊ fugandoꝝ spirituū miro modo clarebat: ⁊ ī mūdorum demonū noticiā maximā habebat. Dicebat autem neminē posse demones eycere nisi prius a seipso vitia eiecisset. Et quicūqꝫ superasset vitia ꝓpria: posset de facili demones superare. Hic scdō in septimana reficiebat pulmētula ex farre sumēs nec aliā iam poterat escam recipere neqꝫ etate: neqꝫ mansuetudine ꝑmittente. Hec vbi sup̄.

¶ De sancto Heronio sene. Cap. lxxv.

Heronius senex annorum .cx. discipulus fuit beati antonij. Qui in deserto nitrie in eremo habitauit post mortem magistri summe humilitatis gr̄a refertꝰ. Et in eadē solitudine plenꝰ sctītate quieuit. hec ī vitis patrū.

¶ De sancto Diogene monacho. Cap. lxxvi.

Diogenes anachoreta alius btī antonij discipulus fuit. Hic erat vir summe prudentie in eodē nitrie deserto degens. Cuiꝰ smo ⁊ narratio oēs ad se venientes edificabat potissime cū de magistri sui ꝟtutibꝰ loq̄ret. Et hic etiam in eadem eremo dormiuit in pace. Hec vbi supra.

¶ De sancto Julio aphricano. Cap. lxxvii.

Julius aphricanus inter historiographos ꝓcipuus vt scribit eusebius: Alexandri ⁊ maximini ac gordiani impatoꝝ fulsit temporibus qui sanctitate ⁊ sapientia insignis fuit: scripsit em̄ ad aristidem de euāgelioꝝ que videt dissonantia ⁊ de genealogijs que a mattheo ⁊ luca diuerse referunt cōposuit librū. In quo ceteroꝝ opiniōes a veritate discordes coarguit: ⁊ verissimam vtriusqꝫ consonātiā esse demōstrat. Chronicoꝝ de tp̄ibus edidit libros: in qnqꝫ voluminibꝰ diligenter admodū ⁊ studiose cōpositis. Ad origenē scripsit ep̄lam de eo qḋ in daniele legit de susanna q̄si in hebreis nō habeat codicibꝰ: ad quā origenes elegantissime rn̄dens ait: nequaꝗ iudeoꝝ adherendū fraudibꝰ: sꝫ solū ꝙ septuaginta interpretes scribūt ꝓ veritate tenēdū. Hic sub antonino augusto dormiuit ī dn̄o. Hec hieronymus de viris illustribus.

¶ De sancto Archiloco episcopo. Cap. lxxviii.

Archilocus siue archelaus mesopotamie ep̄s tp̄e probi imperatoris floruit. Qui vita fuit clarus ⁊ doctrina ꝯspicuus. Librum em̄ disputationum aduersus manicheū scripsit: in quo disputatione ad sensum cū quodā ex heresiarcha secum habita syro sermone explicauit. Qui in grecum translatus a multis habet. Hic quoqꝫ in ecclesia sua cōditus in pace requiescit. Hec vbi supra.

¶ De snacto Agrippa confessore. Cap. lxxix.

Agrippa

Agrippa cognomēto castorius ꝯfessor ⁊ sanctus floruit alexandrie tpe hadriani imperatoris. Qui vir doct⁹ ⁊ sapientia insignis aduersus .cccc.xxiiij. basilidis heretici volumina que in euāgelijs cōfecerat: ⁊ fidei nostre veritati repugnabāt: fortissime et eleganti sermone disseruit grandi libro catholicā crudelitatē defendēs. Hic apud alexādriā nō minoris vite scītate ꝙ doctrie veritate radiās diē clausit extremū tpib⁹ hadriani imperatoris. hec hieronymus libro de illustrib⁹.

De sancto Attico episcopo: Cap. lxxx.

Atticus ꝯstātinopolitanus eps tpe archadij imperatoris apud ipsam vrbē regiā clarus verbis ⁊ opibus fulsit. Qui ad eiusdē pncipis filias de fide ⁊ virginitate egregiū scripsit volumē. In quo nestoriana dogmata repugnauit. Et apd eandē ciuitatē in xpo quiescit. hec gēnadius

De sancto Bacchilo epo. Cap. lxxxj.

Bacchilus corinthioꝝ eps: de quo eusebius ecclastice historie libro .v. ca. xxij. mentionem facit apud ipsaȝ corinthioꝝ ciuitatē claruit tpe seueri imperatoris. Qui vir sanctissimus ⁊ sapientia ꝑfulgens insigniter inter cetera doctrine sue opa: librum elegātem de pascha ex ꝑsonis olm epoꝝ: qui in achaia erāt: cōposuit: ⁊ apud ipsum oppidum tumulatus in dño quieuit. Hec hieronymus.

De sancto Pholcate epo. Cap. lxxxij.

Pholcas eps ⁊ martyr apd egyptū passus est sub ꝑsecutiōe maximiani imperatoris. Hic egyptius natiōe de ciuitate tāpnis: vir gñe nobilis ⁊ opū nō modicaꝝ: eiusdē ciuitatis epatuȝ humiliter suscepit. Qui sapientia illustris volumē elegantissimū de martyꝝ laude cōposuit: de semetipso in eoꝝ numero futuro diuinitus vaticinans. Nā cū ebulliente maximiani persecutione ab infidelibus tentus idolis immolare renuisset: pro christi ꝯfessione capite truncat⁹ ⁊ apud eandem vrbem a christianis conditus est.

De sancto Fetitio episcopo. Cap. lxxxiij.

Fetitius eduensis eps apud ipsam floruit ciuitatē. Hic vita purissima et doctrina fulgida: fame in gallia celebris in cantica canticoꝝ cōmētarios edidit insignes: aduersus quoq3 nouatianū grande cōpilauit volumē: ꝯstātiniq3 magni tpib⁹ in ipsa ciuitate fatis terminū ponēs tumulat⁹ iacet. hec vbi sup

De sctō Gennadio episcopo. Cap. lxxxiiij.

Gennadius eps apud ꝯstantinopolim floruit ⁊ ipsi⁹ ciuitatis regie pastor extitit. Qui vir sanctitate ꝯspicuus atq3 sapiētia ⁊ doctrina venerabilis fuit. Acris eñ erat ingenij ⁊ lingua disertus. Hic danielē pphetam ex itegro ad verbū exposuit. Homelias etiā plurimas edidit: leonis imperatoris pnoris tpe vite mortali cedens: eternam adeptus est: ⁊ corpore tumulatus in ipsa vrbe quiescit. Hec genadius vbi supra.

De sancto Gulphila episcopo. Cap. lxxxv.

Ulphilas natiōe gothus gothorum primus episcopus fuit. Qui tpe valentiniani primi ⁊ valentis augustoꝝ vite sanctitate ⁊ sapientia clarens: a papa damaso ad ipsas gentes delegatus: maximā eoꝝ ꝑtem ꝯuertit ad xp̄m miraculoꝝ quoq3 gl̄ia claruit. Nam ⁊ cecos plures illuminauit: et demones ab obsessis non nullis effugauit. Egros quoq3 a diuersis infirmitatib⁹ curauit. Hic ad gentia sue instructionē gothicas lr̄as repperit. Cū ań eū rustico more sine lr̄is: que nouerant memorie cōmendabant. Deinde testamentū vetus ac nouum in linguam transtulit ppriā. Et senio lōgo ꝯfectus in pace quieuit. Sepultus apud gentē suam vbi miraculis pollet.

De sancto Geminio epo. Cap. lxxxvj.

Geminus eps nisibēsis floruit tpe alexādri imperatoris. Hic primū antiochene ecclesie presbyter mox nisibene vrbis sue pontifex effectus vita ⁊ doctrina egregius: qui modico tpe i corpe vixit: ideoq3 pauca igenij sui monimēta dereliqt. Apud nisibense oppidū iacēs virtutibus effulget. Eodē tpe heraclas huius in scholis cōsocius: alexandrine ecclesie ordinatus ē ꝑsul. Hec hieronymus libro de virib⁹ illustrib⁹.

De sancto heraclide confessore. Cap. lxxxvij.

Heraclides confessor claruit in egypto tpe valentiniani augusti: q̇ alexandria ortus dum culturam eremi desideraret: isidoruȝ abbatem apud alexandriam degenteȝ petijt: eiq3 optatum suuȝ exposuit. Isidorus vero illum ad abbatē dorotheuȝ in thebaidis deserto habitantē: ⁊ contemplationi vacantem adduxit. Sub cuius disciplina ⁊ eruditione heraclides annos plures exegit. Die quadam missus ab abbate ad puteum: vt aqua cacubum impleret: dū ille aquam hauriret: hausit simul cum aqua serpentē. Et expauēs ad abbatem accessit: eiq3 factum narrauit: Qui eidem rñdit: ꝗ si qñcunq3 diabolus serpentis formam sibi dilectaȝ assumens lympham intraret: monachi potum recusarent: forsitan vel nunꝗ aquam biberent: sicq3 siti perirent. Et vadens ad cacubum signum crucis edidit: ⁊ continuo colubrum occidit: ipseq3 prior de hausta bibit: ⁊ deinde discipulus securus potauit. Et extunc heraclides: dum serpētem videbat: exēplo magistri crucis signū faciebat: ⁊ serpens ꝓtinus interibat. Uerū d̄functo dorotheo abbate heraclides solus eius antrū hereditario iure possedit ibiq3 multo tpe ꝑseuerauit. Hic cellas ⁊ tuguria monachoꝝ ⁊ anachoritaꝝ oīum ꝑ oēs regiōes d̄serti multo tpe circuiēs: videlȝ desertum scythi: thebaidis: ⁊ nitrie īferioris ac superioris. Uitas ⁊ gesta sanctoꝝ patrū singuloꝝ exquirēs ⁊ mente recondens. Libruȝ postmodū de vita anachoritica compilauit: i quo que viderat: ⁊ audierat acta descripsit quem ⁊ paradisuȝ intitulauit. Et hic sanctitate consummatus in thebaide in pace dormiuit.

De sancto Lucifero epo. Cap. lxxxviij.

Lucifer calaritanus eps apud eandeȝ ciuitatē que in insula sardinie sita est: claruit tpe ꝯstātij imperatoris. Hic cū arriana heresis pullularet: ipseq3 a liberio papa heretico requisitus: cū nollet niceni ꝯcilij dānare fidem: a ꝯstātio prefato imperatore arriano apd palestinā in exiliū ductū act⁹ ē. Ubi ꝯtra fidē eiusdē imperatoris librū elegantē cōpilauit: quē ad eundē misit. Un̄ ⁊ ꝯstantius indignatus acrius eidē mortē cōminatus est. Sed paulo post ꝯstantio defuncto: vir sanctus sub iuliano reuersus calaris reliquuȝ vite cū pace transegit. Et sub valentiniano imperatore fati munus impleuit. Hec hieronymus libro de viris illustribus.

De sancto Latrociniano martyre. Cap. lxxxix

Latrocinianus martyr apud galliā passus est. Hic natiōe hispanus: vir ꝑ ola eruditus: ⁊ in metricis vt fert versibus ꝯparandus opuscula diuersis metris edita fideȝ nostraȝ redolentia scripsisse tradit: q̇ vsq3 ad hieronymi tpa extare adhuc dicebant. Deniq3 sub quodā maximiano tyrāno: q̇ imperante prio theodosio gallias occupauerat: factiōe quorundā ꝓ veritate ⁊ defensiōe catholice fidei apud treuerum cesus est cū priscilliano bapille epo ⁊ amboꝝ corpa apud ecclesiaȝ treuerēsis. ciuitatis condita sunt. Hec hieronymus vbi supra

¶ De sancto Malchione presbytero. Capitulum .xc.



Malchion antiochene ecclesie presbyter disertissimus floruit apud ipsam civitatem temporibus claudii et aureliani imperatorum. Hic vita sanctus et sermone luculentus in eadem urbe rethoricam florentissime docuit. Qui adversus paulum samosatenum presbyter civitatis episcopum pravum ebionis dogma restaurantem fortissime disputavit. Cuius disputationis scribis excipientibus dyalogus extat. Sed et alia opuscula ex persona synodi ab eo sunt edita ad dionysium et maximum romane et alexandrie urbis episcopos directa. Hic apud eandem antiochiam sctitate et doctrina preclarus beato fine quievit. ibidem tumulatus. Hec ubi supra.

¶ De sancto Sophronio confessore. Capitulum .xci.



Sophronius confessor natione grecus claruit tempore leonis sancti imperatoris. Hic vir gloria eruditissimus grece et latine lingue peritus adhuc puer bethleemitice civitatis laudes descripsit: Et postea de eius subversione librum composuit. Ipse librum de virginitate ad eustochium et plationis monachi virgam quem beatus hieronymus romana lingua compilaverat opuscula: ex latino vertit in grecum. Psalterium quoque et prophetas quos hieronymus ex hebreo in latinum transtulerat hic idem convertit in grecum. Et postmodum ad heremum transiens et vitam anachoreticam ducens contemplationi iugiter vacans quievit in domino.

¶ De sanctis Philippo et Philippo imperatoribus mar. Ca. xcii.



Philippus imperator et philippus cesar eius filius ambo martyres domini .ccxxix. ab urbe vero condita anno .dccccxcvii. Gordiano augusto in imperium successerunt. Cum enim gordianus imperator obtenta victoria in bello parthico rediens circa fluvium euphratem fraude illorum fuisset interfectus philippus ibidem imperator a romana militia creatus. Philippum filium suum consortem regni fecit et exercitum ex syria incolumem ad ytaliam reduxit. Imperavitque annos .vii. Hic primus imperator omnium christianus fuit: quem beatus pontius episcopus et martyr: una cum filio ad fidem christi convertit: et in nicea civitate provincie baptizavit: ut dictum est supra in passione pontii episcopi et martyris pridie idus maii. Post tertium vero eius imperii annum millesimus a conditione rome annus expletus est: ut augustissimus omnium preteritorum. Hic natalis annus christo potiusquam ydolis dedicaretur. Qui quidem annus fuit a romanis cum ingenti ludorum et spectaculorum apparatu celebratus. Nec dubium est quin philippus imperator christianus huius tante devotionis gratiam et honorem ad christum et ecclesiam reportaret: quia ipsum vel ascensum in capitolium immolatasque ex more hostias nullus autor ostendit. Eodem autem tempore philippus imperator decium militarem virum et in rebus bellicis strenuum cesarem fecit. Cuius precepto domini corpora apostolorum petri et pauli de catacumbis a cornelio papa transferri deberent totius senatusconsultu: concessum est romano pontifici ceterisque christianis libere ad sepulturas apostolorum fiendas insudare: et ad id faciendum data sunt eis de fisco reipublice adiutoria. Hoc autem decius cum esset paganissimus simulate fecit ut dominis suis christianis complaceret: et sic ab eis magis honoratus occasionem mortis illorum confidentius pertractaret. ¶ Cum autem imperatores decium ad gallias subiugandas: que nuper rebellaverant misissent. Isque prospere cuncta gessisset: et ad libitum potitus victoria romam rediret. Imperator philippus eum honorare cupiens eidem a roma usque veronam obvius ivit. Decius autem iam cum quibusdam ex principalioribus militie sue de morte imperatorum conspiraverat: et ne proditor dominorum suorum notaretur: occasionem christianitatis assumpserat: suadens quod non esset decens super romanam militiam imperare homines qui deorum cultum deseruissent: et a romanis antiquis legibus discedentes: nove ignote et reprobati dei culture adhesissent. Sicque de consensu illorum imperatorem in stratu suo quiescentem et christum confitentem latenter occidit et cum exercitu muneribus et preci bus subducto romam venit: ac senatui cur dominum suum occidisset exposuit. Sed dum necem philippi maioris senatus ratam habuisset: philippus iunior rome degens: hoc audiens timuit: thesaurosque paternos ac suos: beato sixto sancto tunc romane pontifici: ecclesie et pauperibus dispensandum tribuit: et se a facie decii occultavit. Decius autem ad proditionem suam palliandam christianos cepit crudelissime persequi: mandans illos sine ulla mora trucidari. In qua persecutione multa milia martyrum passi sunt. Inter quos et philippus imperator iunior ab eo detectus et in christi confessione iugulatus est. Sicque ambo ipsi pater scilicet et filius martyres christo consecrati sunt. ¶ Iste philippus senior adeo in fide christi profecerat: ut propter peccata sua confitens: in festo pasche a beato sixto papa coram omni multitudine communionem eucharistie sumeret. Philippus vero iunior in tantum severi animi fuit: ut nullius cuiusquam commento ad risum solvi potuerit: patremque ludis secularibus aliquid cachinnantem vultu annotaverit aversato.

¶ De sancto Theodosio magno imperatore. Cap. xciii.



Theodosius imperator senior imperium accepit circa annum domini .ccccxxv. et imperavit annos .x. mensem unum solus. Nam primum cum fratribus se natu maioribus imperaverat per annos .v. Hic in catalogo sanctorum a grecis conscribitur et confessoris sanctissimi nomen venerat. Nam christianissimus et sanctissimus vita fuit. Omnia antiqua phana et templa idolorum destruxit: et per totum orbem romanum destrui mandavit: cultumque christi et fidei mirabiliter auxit hostes autem imperii non tam ferro vel multitudine quam ieiuniis et orationibus confisus prostravit. ¶ Fuit autem reipublice propagator moribus et corpore et animo similis clemens mile operibus iugiter intentus: communis apud cunctos solo habitu se differre a ceteris putans in omnes homines honorificus verum effusus in bonis simplicia ingenia diligere: erudita mirari ostendebat: largiri magno ac diligenti animo magna amare cives etiam privatos contubernio: eosque potissime dignos pecunia beneficiisque ceteris munerari: violentiam et cupiditatem detestatus est. Bella non movit sed invenit quam et prope posse sedavit. Ministeria lasciva saltariasque commessationes lege prohibuit: consobrinarum nuptias tanquam prophanum interdixit litteris mediocriter doctus sagax multum diligens ad noscenda gesta maiorum. Execrabatur cum legisset gesta dominantium superba. Ita rebus indignis: sed subito flecti emolliebatur. Inerat etiam ei cura eximie pietatis. Interdum autem severa precipiens a nature munere: magisquam a deliberante ratione. Hic etiam propter virtutum perfectionem ab ipsis barbaris summe diligebatur: unde multe gentes ad ipsius inductum relictis erroribus et ydolis ad christum conversi sunt. In bellis cunctis que ad fidei christiane augmentum et paganorum exterminium potissime gessit: semper triumphum obtinuit: unde ob eius insignes victorias poeta quidam eximius sed infidelis his versibus in eius laudem cecinit. O nimium dilecte deo tibi militat ether. Et coniurati veniunt ad classica venti. ¶ Huius prima suasione et hortatu papa damasus officium in ecclesia dei per beatum hieronymum mandavit: cum usque ad tempus illud nullum esset in ecclesia officium ordinatum. Quanta autem in eo apud homines mansuetudo: et apud deum extiterit devotio: patet in illo exemplo: de quo dictum est supra in vita ambrosii episcopi et doctoris .vii. idus decembris. Cum enim apud mediolanum missarum interfuturus solenniis voluisset intrare ecclesiam beatum ambrosium pro quodam facinore introitum sibi prohibentem: nisi publice peniteret humiliter tulit: et satisfactionem non erubescens: nec publicam facere penitentiam confusus indictam a sancto episcopo modum devotus excepit: atque pontificem de iusticia et magnanimitate animi commendavit. Hic ex flaccilla coniuge

archadium ⁊ honoriū xp̄ianos ⁊ iustos filios īperio sublimandos genuit. Qua defuncta galliam valentiniani iunioris sororem in matrimonium duxit: que ei placidam procreauit: que postea de martyris noīe galle cognomētū accepit. Hic oriētis ⁊ occidentis partes pacifice possidens: quinquagesimū etatis sue annū agens anno sui imperij .xi. apud Mediolanū in pace quieuit: cuius corpus eodē anno cōstātinopolim translatū est: vbi ⁊ miraculis viuit.

¶ De sancto Carolo magno īperatore. Cap. xciiij.

Carolus magnus īperator huius noīs primus apud frācigenas īter sanctorū numerū scribitur ⁊ colitur: ⁊ ꝓpter eius sanctissima gesta: quod sci noīe venerat ab ecclesia toleratur. Nā ⁊ viuēs miraculis claruit: ⁊ post mortē signis ⁊ virtutū effulsit. Hic primus frācorū rex pipini filius: multa felicia bella gessit. Nā aquitaniā ⁊ vasconiā subegit. Saracenos ī hispania xp̄ianos depopulātes vsqꝫ ad iberū amnē vincēs fugauit. Terras eorū plurimas acquisiuit: ⁊ victorias plures cōtra ipsos obtinuit. De quibus supra actū est ī gestis sanctorū rotblandi ⁊ sociorū .xvj. cal. iulij. Ubi inter aliud memorabile illud de carolo miraculū legitur: quod dum corpora sanctorū militū a saracenis occisorū requireret apud rūciavallē: ⁊ sol ad occasum tēderet: ad eius orationē ⁊ mādatū sol in celo stetit: ⁊ spatio quasi horarū trium in nullo se mouit: donec sanctus rex oēs suos interfectos recollegit. Hic ēt saxones īfideles adhuc ⁊ xp̄ianis infestos prius sepius requisitos: vt ad fidē xp̄i redirēt: aut saltē xp̄ianos īpace dimitterēt: cū in sua pertinacia essent obstinati: triplici bello deuicit: ⁊ regno suo submisit: ⁊ tandē coactos ad fidē xp̄i reduxit. ¶ Tp̄e vero hadriani pape primi requisitus ab eo: vt cōtra desideriū regem lōgobardorū: sibi ⁊ ecclesie dei subueniret: dimisit bellū: quod cōtra saxones iam īceperat: ⁊ cū multo exercitu francorū ⁊ finitimarū nationū veniens in adiutoriū ecclesie dei: superato alpium iugo. Desideriū regē frustra sibi resistere conātem: commisso bello vicit: ⁊ fugauit: ticenoqꝫ inclusum obsedit: dimissoqꝫ ibidē exercitu romā voti grā proficiscitur. Et veniēs ad montē gaudij: vsqꝫ ad sancti petri ecclesiā pedester ꝓperauit. Et eūdo per vrbē oēs ecclesiarū postes humiliter osculatus est: qui ab hadriano papa honorifice susceptus: a populo quoqꝫ ⁊ clero vrbis vltra modū honoratus: ⁊ ab eisdē patriciatus honore sublimatus: ecclesie beati petri ⁊ alijs ī vrbe ecclesijs ⁊ monasterijs multa copiose largiēs tādē ad exercitū reuersus: papiā diu obsessam ad deditionē cōpulit: ceteras deīde lōbardie ciuitates subijciēs Desideriūqꝫ regē captiuū ducēs. ⁊ ecclesie dei cūcta ipsis a longobardis ablata restituēs: in galliā reuersus est. Inde saxonicū bellū ꝓsequēs: eos tādē: vt dictū est: indomitos domuit: ⁊ inuincibiles superauit: atqꝫ ad fidem xp̄i vel coacte reduxit. ¶ Hic terrā sanctā occupatam a saracenis legatis patriarche hierosolymitani ⁊ cōstantini imperatoris cōstantinopolitani receptis audiens: ⁊ terre sancte cōpatiens: cū magno exercitu illuc vsqꝫ peruenit: ⁊ recuperata terra scā cum per cōstantinopolim rediret: aurū ⁊ argentū preciosasqꝫ gēmas a cōstantino imperatore exhibitas: cum nollet recipere: solas xp̄i reliquias ⁊ sctōrū postulauit: premissoqꝫ ieiunio ⁊ orone: recepit de corona domini partē: que ipso vidente floruit: ⁊ clauū vnū passionis dn̄i: ⁊ partem crucis dn̄ice cū alijs sacrosanctis reliquijs: que oīa comitantibus miraculis secū detulit: ⁊ aquisgrani in basilica scē marie quā cōstruxerat: recōdidit: vt dictū est supra in historia trāslationis corone dn̄i .iij. idus augusti. ¶ Ad numerū etiā elementorū .i. lrārū in alphabeto cenobia fundauit. Et in vnoquoqꝫ per ordinē vnā lrām de auro fabricatā plusqꝫ centum libre turonensium valentem reliquit: vt ex ordine lrārū xp̄s fundatores cuiusqꝫ monasterij cognosceretur. Que lre adhuc in plerisqꝫ monasterijs reperiuntur. Hic etiā quattuor archiepātus: videlicet treuerensem: coloniensem: maguntinensem salczburgensem diuitijs ⁊ honoribus ampliauit. ¶ Mortuo vero hadriano papa: ⁊ leone tertio in pontificium suscepto: dū die quodā ad letaniam procedēs de laterano pergeret a romanis captus ⁊ erutis oculis: lingua quoqꝫ amputata: nudus ac semiuiuus in monasteriū missus est. Sed deus oīpotens miraculose ei loquelā ac visum restituit: de quo supra dictum est in eius gestis .iij. cal. iulij. Qui deinde ad regem carolum pergens: ab eodē valde honorifice: vt beati petri vicarius exceptus est. ⁊ cum ei oīa que facta fuerant intimasset. Rex pre nimio dolore fleuit. Et cum papa romā adijt: ⁊ cum honore ipsum in locum suum restituit: vbi ⁊ papa corā rege de quibusdā sibi obiectis criminibus se purgauit. Sed cum die natalis dn̄i ad missarum solēnia in beati petri basilica assisteret. Leo papa carolum in romanorū imperiū coronauit: cuncto pplo romano laudes et imperiales acclamāte. ¶ Postmodum aūt carolus imperator factus: eos qui in summū pontificē manus iniecerant de crimine cōuictos capitali dānauit snīa. Sed leone pontifice pio affectu pro eis intercedēte in exiliū perpetuo sunt dānati: vitaqꝫ eis de mīa concessa. Sicqꝫ oībus recte pacatis carolus in imperiū sublimatus: in galliam reuersus est. Ex quo tp̄e imperium cōstantinopolitanū in galliam trāslatū dinoscitur. ¶ Post hec carolus reuersus cōtra mauros classem in corsicā misit: quā ⁊ ab eis liberauit. Hic edificauit basilicam dei genitricis marie aquisgrani ope mirabili. Apud maguntiam quoqꝫ in rheno flumine pontem ducentorū passuū longitudinis fecit. Nam tāta est ibi fluminis latitudo. Totius quoqꝫ occidentis oēs pene regiones sibi subegit. Auxitqꝫ mirabiliter gloriam regni sui: quibusdā regibus ac gentibus per amicitiam sibi conciliatis. Adeo nāqꝫ alfonsum regem galitie regesqꝫ scotorū sic habuit apud suā voluntatē per munificentiā inclinatos: vt eū nunqꝫ aliter nisi dn̄m: seqꝫ seruos ⁊ subditos eius pronunciarent. Cum aaron rege persarū qui excepta india totum pene tenebat orientē: talem habuit in amicitia concordiā: vt per legatos suos inter vestes ⁊ aromata ⁊ ceteras orientaliū terrarū opes: ingentia illi dona direxerit: ⁊ sacratissimū locū in quo est saluatoris nostri sepulchrū: vt ipsius imperatoris ascriberetur potestati concessit. Nam ipse imperator ad eundem locū per singulos annos plurima donaria mittebat. Imperatores quoqꝫ cōstantinopolitani nicephorus: michael ⁊ leo vltro amicitiam eius expetentes: multotiēs cū muneribus ad eū suos miserūt legatos. Erat enī in amicitijs optime tēperatus: vt eas ⁊ facile admitteret: ⁊ constantissime retineret. Tanto oīm amore ⁊ fauore oī vite sue tp̄e cōuersatus est: vt nunqꝫ ei vel minime seueritatis quicqꝫ fuisset obiectū: religionē christianā quā ab infantia imbuit: sanctissime ⁊ cū summa pietate coluit. Ecclesiam mane ⁊ vespere: itēqꝫ nocturnis ⁊ sacrificij tp̄e: dum eum valitudo permitteret quotidie frequētabat. Curabatqꝫ vt oīa que in ecclīa gerebantur magna fierent honestate. Amabat peregrinos: ⁊ in eis suscipiendis summā curam habebat: vestitu patrio vtebatur: peregrina quoqꝫ indumenta nunqꝫ vestire patiebatur. In festiuitatibus quidē precipuis: vestibus auro gēmisqꝫ cōtextis: diademate quoqꝫ precioso ornatus incedebat. Alijs vero diebus habitus eius parū a cōi ac plebeio distabat. In cibo tēperatus: in potu tēperatior erat. Inter cenandū nunqꝫ histriones sed aut sapientes: aut lectorē audiebat. Legebantur ei historie ⁊ antiquorū res geste: ac libri precipue sancti augustini in quibus maxime delectabatur. Erat enī eloquētia copiosus ⁊ artibus liberalibus solerter imbutus: litteratumqꝫ sapientes veneratus magnis ditabat honoribus. Circa pauperes sustentandos gratuitam liberalitatē habuit: adeo vt nō solum in patria ⁊ in regno suo largifluas elemosynas facere curauerit: verū in transmar in syria

egypto ⁊ aphrica hierosolymis alexandrie atq̧ cartha-
gini: vbicūq̧ christianos in paupertate viuere cōperisset
penurie eoꝝ cōpatiens pecunias trāsmittebat. Sacerdo
tes honorabat: sacra ac venerabilia loca colebat: ⁊ preci
pue romanā ecclīam in cuius donaria magna vis pecu-
nie in auro argento ac gēmis ab illo cōgesta est. Cuius
⁊ pontificibus multa largitus est. In oībus aūt quibus
regnauit annis: quater voti cā tīn romā pfectus est. Fi-
lios suos ꝙ cito etas patiebat: faciebat eqtare: ⁊ armis
intendere: filias vo lanificio coloq̧ ac fuso assuescere ne
ocio torpescerēt. Miraculoꝝ glīa claruit. Nā ⁊ leprosos
tactu ōrone ferūt ab eo fuisse mūdatos: ⁊ cecos duos il
luminatos. Postq̄ aūt regnū francoꝝ atq̧ imperium: qđ
regēdum susceperat feliciter ampliasset: dum ad mortem
langueret vocatis ecclīaꝝ prelatis quos hēe potuit: oēs
thesauros eis tradidit p ecclīas ⁊ paupes distribuēdos
Et sic in oī sanctitate pfect⁹ in pace inigrauit: anno eta
tis sue. lxxij. regni āt. xlvij. Sub acteq̧ italie. xlij. ex quo
vo imperatoꝝ augustus appellatus est anno. xiiij. I cui⁹
transitu audita est concinens angelica melodia. Sepul
tusq̧ est honorifice aquisgrani ī ecclīa sancte marie quā
ipse construxerat. Ad cuius tumulum diuersarum egri
tudinum sanabantur infirmi.

¶ De sancto Libertino abbate. Cap. xcv.



Ibertinus abbas monasterij fundensis:
qđ est in puincia samnij ɔstructum disci
pulus fuit scti honorati abbatis: ⁊ funda
toris ipsius loci: de quo supra dictum est
xvij. cal. februarij. Claruit autem tpe to-
tille regis gothoꝝ: et miraculis effulsit.
Nam cum esset monachus ex abbatis iussu qui honora
to successerat quodā tpe rauennā pergebat. Pro amore
vo honorati olim eius magistri quocūq̧ libertin⁹ ibat
caligulā illius in sinu deferebat. Dum ergo pgeret acci
dit vt mulier extincti filij corpusculum fleret: que seruū
dei intuita: iumentum illius p frenū tenuit: atq̧ iuran
do asseruit ꝙ illum inde abire nō pmitteret nisi filium
eius suscitaret. Ille vo inusitatū miraculū expauit: ⁊ de
clinare mulierē voluit: sꝫ oīno nequiuit. In ei⁹ quoq̧ pe-
ctore pugnabāt inuicē humilitas ɔuersatiōis: et pietas
matris: timor ne inusitata psumeret. dolor ne orbate nō
subueniret. Vicit tī in eius corde pietas: que ꝙ vicit as
fuit ⁊ humilitas descendit: orauit: caligulā de sinu ptu-
lit: eamq̧ supra corpus extincti pueri posuit. Morq̧ de-
functus surrexit: quē flenti matri viuum reddidit: ⁊ iter
inceptum peregit. ¶ Quadā die pfatus eius abbas qui
honorato successerat: ɔtra virū dei in grauē iracundiam
exarsit. Et qr virgam qua eum ferire posset: in promptu
non habuit. Cōprehēso scabello suppedaneo ei caput ac
faciem tutudit: vultūq̧ eius tumentē ac liuidū reddidit
Die vo altera cū libertinus ad cām sibi monasterij con
stitutam ire deberet: expletis matutinis ad lectuꝫ abba
tis venit: ⁊ licentiā ab eo humiliter petijt. Ille vo sciēs
quātum a cunctis dilectus esset: pro iniuria quā in eum
tulerat: recedere eum de monasterio velle putabat: eūq̧
quo vellet ire interrogabat. Ille aūt ei cām cenobij he-
sterno ɔstitutā ait quā dimittere nō valebat: qr se ad eā
profecturū pmiserat. Tunc ille a fundo cordis ɔsiderans
duriciam sui: ⁊ patientiā libertini: ex lecto psilijt: et ad
pedes eius pcidens: de illatis in euꝫ veniam supplicauit
Et ɔtra libertinus se in terrā psternens sue culpe nō il-
lius seuitie fuisse referebat qđ ipse triste ptulerat. Sicq̧
ad māsuetudinē adductus est abbas: humilitasq̧ disci-
puli facta est magistra magistri. Cum autē libertinus
egressus a multis eum venerantibus nobilibus ⁊ notis
interrogat: quidnā hoc esset ꝙ liuidam ⁊ tumentē faciē
sic haberet. Qui hesterno in sero se in scabello suppeda-
neo impegisse peccatis suis exigentibus respondit. Sicq̧
nec abbatis pdidit virtutum: nec falsitatis incurrit pecca
tū. ¶ Postq̄ aūt abbas ille decessit: libertinus eidē in
regimine abbatie successit. Qui dū die quadā p vtilita-
te monasterij iter ageret: eidem quidā darida gothoꝝ
comes obuiauit. At dei seruus ex caballo suo ab hostibus
illius deiectus: iumēti dānum libēter ferēs: et flagellum
qđ tenebat: raptoribus obtulit: ⁊ statim se in orationem
dedit. Cursu aūt rapido pdicti ducis exercitus ad flu
uium vulturnum deuenit: ibiq̧ dum singuli equos suos
hastis tundentes: calcaribus cruentātes nullo modo ob
tinere poterant: vt equi moueri possent: sed aquā flumi
nis tangere quasi mortis precipitium ptimescebant: do-
nec vno ipsoꝝ ceteros informante cognouerunt: qr ex cul
pa: quā dei seruo in via tulerant: talia sui dispendia tole-
rabant. Qui statim reuersi libertinum orantem inuene
runt: eiq̧ equū eius obtulerunt. Ille vero caballo opus
si habere respondebat. At illi descēdētes euꝫ in equo eius q̄si
inuitū reposuerūt: ⁊ dū retrocessissent: eq̄ illoꝝ alueū flu
minis velocissime trāsierunt. ¶ Eodē tpe in ptib⁹ cāpa
nie q̄dā bucylinus cū francis venit. Sed dū rumor de ce
nobio libertini exisset: ꝙ abbas pecunias multas habe-
ret. Ingressi frāci oratoriū seuiētes libertinū q̄rebāt: vbi
ille oranus pstrat⁹ iacebat: ī ipꝫ quoq̧ igredietes īpinge
bāt: eūq̧ pntē videre neqbāt. Sicq̧ sua cecitate frustra
ti a mōasterio vacui sūt reuersi. Sanct⁹ aūt vir post vitā
laudabilē q̄euit in xpo. Hec greg. pmo dial. capit. scdo.

¶ De sancto Equitio abbate. Cap. xcvj.



Equitius abbas ī valerie ciuitatis ptibus
claruit: qui multoꝝ monachoꝝ pater fuit.
Qui etiam dum adhuc iuuenis acri certa-
mine carnis tentaret: ⁊ in hac re ab omni-
potenti deo remedium ɔtinuis pcibus que
reret. Nocte quadā assistēte angelo eunu-
chizari se vidit eiusq̧ visioni apparuit ꝙ oēm motum ex
genitalibus eius absciderct. Atq̧ eo tpe ita alienus exti
tit a tentatiōe: ac si sexum nō haberet ī corpore. Et extūc
sicut antea viris sic cepit ⁊ feminis preesse: nec tī disci-
pulos admonere cessabat: ne se ipsius exemplo in hac re
facile crederent: ⁊ casuri tentarent donum qđ nō accepis-
sent. ¶ Quodā vo tpe quidam basilius magus a roma
fugiens in habitu monachi: valeriam petijt: ⁊ pgens ad
castorium epm amiternine ciuitatis ab eo obtinuit: vt
ipsum equitio abbati cōmitteret: ac sociandū monaste-
rio illius cōmendaret. Equitius aūt epo p hoc instante
respondebat ꝙ illum quē ipse sibi cōmendabat non mo
nachum sed diabolum esse videbat. Cum autem epus di-
ceret ꝙ abbas occasionē quereret ne sibi petita pstaret.
Vir dñi iterꝫ ptestat ꝙ qualem illum dixerat: talē agno
scebat. Sꝫ ne se velle obedire epus exist. maret: iussa ipsi⁹
facere paratus esset. Susceptus itaq̧ ille in monasterio
est. Sed nō post multos dies discedente abbate longius
contigit vt in monasterio virginū: cui equitius preerat:
quedam

quedam illaꝝ speciosissima febribus arrepta clamaret se ꝯtinuo morituram nisi basilius monachus veniret: et ꝑ eius curatiōis remedium salutē sibi redderet. Sꝫ cū in absentia abbatis nullus ad cōgregationē virginū auderet accedere: missum repente est ⁊ dei famulo nunciatū. Quo audito vir dñi indignatus dicebat ꝙ vtiqꝫ illū nō monachum sꝫ diabolum esse predixerat. Mandauitqꝫ ipm̄ de cella fratrū expelli. ¶ De ancilla vero dei predixit nuncijs ꝙ ex illa hora neqꝫ eēt de cetero febribus laboratura: neqꝫ basilium quesitura. Regressi aūt monachi ea deinqꝫ hora salutē virgini restitutā: qua sanctus dixerat cognouerunt: ⁊ basilium de monasterio ꝯtinuo repulerunt. Qui repulsus dixit: frequēter cellulā equitij magicis se artibus in aere suspendisse: nec tñ coꝝ quēpiā ledere potuisse. Qui ⁊ postmodū in vrbe roma zelo fidei a christianis igne crematus est. ¶ Quedā monialis monasterij prefati hortū ingressa lactucam ꝯspiciens cōcupiuit: eamqꝫ signo crucis oblita benedicere auide momordit: sed ꝯtinuo a diabolo arrepta ⁊ vexata cecidit. Qđ dum equitio nūciatū eēt: ille concitus venit: ⁊ vt ab ea demon abscederet cum indignatiōe precepit. Qui ꝯtinuo ab ea exiuit: nec eam vltra ꝯtingere preualuit. ¶ Cum autē die quadā felix abbas cenobij castoꝝ qđ intra menia vrbis situm est familiariter quodāmodo quasi redargueret eo ꝙ sacrum ordinē nō hñs nulla licentia a summo pontifice obtenta: vbiqꝫ predicando discurreret: compulsus vir sanctus qualiter licētiā accepisset eidē indicauit: dicens seipsum etiā secū ꝑdicta aliqñ tractasse. Sꝫ nocte quadā speciosus iuuenis ad eum accesserat: atqꝫ medicinale ferramentū in os eius posuerat: ⁊ vt ad ꝑdicandum egrederet: deinceps ex pte dei mandauerat. Et ex illo die etiā si voluisset tacere non potuisset. Hic in vestibꝰ vilis atqꝫ despectus apparere studebat: ⁊ quotiēs ad alia loca tendebat: iumento viliori oībus: qđ in cella reperiri posset insidebat. In quo etiā capistro ꝓ freno ⁊ veruecū pellibꝰ pro sella vtebat. Sacros codices in sacculis pelliceis dextro leuoqꝫ latere secū portabat: ⁊ quocūqꝫ ꝑuenisset scripturaꝝ fontē aperiebat. ¶ Cum aūt fama ꝑdicatiōis illius vndiqꝫ discurreret: clerici quidā romani sūmo pontifici sunt conquesti: ꝙ quidā vir rusticus autoritatē sibi predicandi arripuisset: ⁊ officium apostolici indoctꝰ sibi vsurpare ꝑsumeret. Ad quoꝝ suggestionē iulianum quēdā defensorē misit: vt equitius ad romanā vrbē duceretur: ⁊ qua rōne premissa attentaret cognosceret: mandauit tñ vt honore ei exhibito nullā prorsus iniuriā pateretur. Qui festine ad monasteriū veniēs eodē absente fratres scribentes reperit: ⁊ vbi abbas esset inquisiuit: illiqꝫ responderunt: ꝙ in valle cenobio subiacente fenū secabat. Misitqꝫ ad eū iulianus pueꝝ suum ꝯtumacem ⁊ supbum: cui vix ipse poterat dominari vt abbatē ad se celeritate ꝑduceret. Perrexit puer ⁊ quis eēt abbas ab alijs quesiuit. Moxqꝫ vt audiuit q̄s esset: adhuc longe positus ad eum vadēs: immenso timore correptus cepit lassescere. Ita vt gressus vix eum possent portare: veniensqꝫ ad virū dei: ad genua illius ꝓcidit: suumqꝫ dñm ipsi occurrisse nūciauit. Abbas vero illū mādauit: vt fenū sectū leuaret: ⁊ pabulū iumētis: in quibus venerāt deferret: ipseqꝫ immediate post eū ope ꝯpleto veniret. Quod dū puer fecisset: ⁊ iulianus pueꝝ cū feno venientē cōspexisset. Iratus eū increpauit: ꝙ miserat illum hominem ducere nō fenū baiulare. Sed dū puer equitiū post se venientē dño suo ostendisset: videns eū iulianus ex habitu despexit: ⁊ qualiter illum ꝓteruis verbis alloqui deberet: cogitare cepit: vt āt seruꝰ dei cominus affuit intolerabilis pauor iuliani animū inuasit: ⁊ humiliatꝰ ad pedes eius ꝓcidit: ⁊ qui apostolicus ipsū videre vellet: vix māsueta lingua exposuit. Quod audiens equitius gr̄as deo egit: ꝙ se ꝑ summū pontificē superna gr̄a visitasset: statimqꝫ mādauit iumēnta ad iter arripiendum parari. Cūqꝫ iulianus se illo die nō posse exire ex lassitudine diceret. Abbas se in hoc contristari rñdit: ꝑdicens qꝛ si die ipsa nō exirēt: nec in crastinū ire possent. Sicqꝫ eadē nocte iulianus ex lassitudine in monasterio ꝗeuit. Factoqꝫ lucis crepusculo equo l cursu admodū fatigato puer ad iulianū cū epistola venit: in qua papa sibi mandauit: ne seruum dei de monasterio mouere vel exire vllatenus faceret. Cum autem ille requireret: cur sententia esset mutata: cognouit qꝛ nocte eadē qua ipse illuc missus fuerat ꝑ visū pontifex extitit vehementer exteritus: cur ad exhibendū virū dei mittere ꝓsumpsisset. Tunc iulianus surrexit: ⁊ se abbatis orōnibꝰ cōmendauit: atqꝫ ne de cetero fatigaret ex parte papꝫ precepit. Quod audiens ille contristatus est: ⁊ que predixerat vera nunc contigisse probauit: quia si die precedente non statim pergerent iam pergere minime liceret. Et executorem suum cum summa charitate aliquantulum secum detinuit: ipsumqꝫ plurimum honoratū ad summū pontificem remisit. Qui ⁊ plenus sanctitate in pace quieuit. ¶ Rusticus quidā super sepulchrum eius arcā cum frumento posuerat: nec qualis vir ibidē iaceret perpendere curauit. Sed repente turbo celitus factus: rebus illic oībus in sua stabilitate manētibus: arcam suppositam cum grano extulit longeqꝫ ꝓiecit. ¶ Eandem ꝓuinciā valerie longobardis intrantibus monachi ex cenobio illo ad sepulchrum viri sancti in oratorio positum confugerunt. Longobardi vero seuientes oratorium ingressi: ceperunt monachos foras trahere: vt eos aut tormentis afficerent: aut gladijs necarent. Quorum dum vnus ingemuisset: ⁊ sanctum equitiū ad sui defensionē aduocasset: ꝯtinus lōgobardos spūs immūdus inuasit: q̄ corruētes ad terrā tā diu vexati sūt: donec ceteri foras existētes cognoscerent: quatenus locum sacrum temerare vlterius non auderēt. Hec greg. primo dialogorum capit. quarto.

¶ De sancto Nonoso abbate. Cap. xcvij.



Nonosus ꝑpositus siue prior fuit cuiusdā monasterij: quod in soractis monte situm est: qui sub asperrimo eiusdem cenobij abbate degebat: sed eius mores mira semper equanimitate tolerabat: sicqꝫ fratribus in mansuetudine preerat: vt patris sepius iracundiam ex humilitate mitigaret. Quia vero monasterium in summo montis cacumine situm est: ad quem libet paruum hortum fratribus colendum: nulla planicies patebat. Sed vnus locus breuis in latere montis erat: quem ingentis saxi moles egrediens ab vna parte occupabat. Cum aūt die quadam nonosus cogitaret: ꝙ saltē ad olera nutrienda locus idem aptus esset: si ipsū moles illa non teneret: q̄ ⁊ quinquaginta boum paria mouere nō potuissent: nocturno scilicet silentio in oratione dedit. Cum mane facto ad eundem locum fratres venerunt: ⁊ inuenerunt molem tante magnitudinis inde longius recessisse suoqꝫ discessu largum fratribus spatium dimisisse. ¶ Alio quoqꝫ tempore dum nonosus lampades vitreas in oratorio lauaret: vna ex eius manibus cecidit: ⁊ ꝑ partes innumeras confracta dissiluit. Qui furorem abbatis nimium timens lampadis fragmentaqꝫ colligens: corā altari prostratus orauit. Et exurgens sanam lampadem reperit: quam antea tinens ꝑ fragmenta collegit. ¶ Cū in cenobio oleum vetus defecisset ⁊ colligende oliue tp̄s incumberet: sed fructus in oliuis nullus appareret: mandauit abbas fratribus vt in colligendis oliuis ad exhibenda extraneis opera pergerent: vt vel saltem de mercede opis aliq̄ntulū olei deportarent. Qđ vir dñi fieri cum magna humilitate ꝓhibuit: ne ex hoc fres exeuntes: dum olei lucra querunt: damnū aīarum paterentur. Oliuasqꝫ paucas: que in monasterij arboribus apparebant: colligi precepit: ⁊ in pilo missas

contundi: atque inde quātūlibet parum olei exiens sibi de
ferri. Quod in paruo vasculo sibi delatum ante altare posuit
cunctisque egressis orauit: atque postmodū adscitis fratrib9
oleū illud modicū per cuncta monasterij vasa exigue infun
di iussit. Que prin9: vt erant vacua: claudi fecit. Die vero
altera apta oīa vasa plena oleo repta sunt. Sctūs aūt vir
post laudabilia multa virtutū opa dormiuit in dño. Hec
gregorius vbi supra capi. vij.

¶ De sctō Martyrio confessore. Capl'm. xcviij.

Martyrius ꝯfessor in valerie prouincia scitate & miraculis claruit. Qui tale de vtutis
sue testimonio signū dedit. Dū quadā die
fratres eius subcinericium panē fecissent
eique signū crucis imprimere obliti essent:
sicut in ipsa prouincia crudi panes signo si
gnari solent: vt per quadras quattuor quodāmodo partiti
videant. Idē dei famulus affuit. eisque referentib9 nō fuisse
signatū agnouit. Cūque iā prunis et cineribus opertus esset
signū crucis digito ꝯtra prunas edidit. Quo signante pro
tinus panis immensum crepitum dedit: ac si in ignib9 ol
la crepuisset. Qui postmodū coctus: & ab igne subtractus
ea cruce signatus inuentus est: quā nō tactus sed fides fece
rat. Hec gregorius vbi supra capi. xj.

¶ De sancto Dacio epo. Capl'm. xcix.



Dacius epūs mediolanensis apud ipsam ciuitatē
claruit tpe iustiniani imperatoris. Qui dū cā fi
dei exactus ad ꝯstātinopolitanā vrbē pgeret:
corinthū quenīens largā domum per se eius co
mitiua ad hospitandū qreret: & vix inuenire
visam eminus domū ꝯgruentis magnitudinis sibi ad ho
spitiū pparari iussit. Cū vo incole loci ei dicerent in ea hūc
manere nō posse: qz multis iā annis eā dyabolus inhabi
tauit: atque ideo vacua remāsit. Uir sanctus ideo magis in
ea debere velle hospitari respōdit: vt ad sui aduētū malign9
effugatus spūs domū hoīb9 iterū habitādā dimittat. In
ea igit sibi parari fecit: securusque hostis antiq certamina
toleraturus intrauit. Noctis aūt silētio dū vir dei quie
sceret: antiquus hostis imensis vocib9 cepit imitari rugi
tus leonū: balatus pecorū: mugitus boum: ruditus asino
rum: sibila serpentū porcorū stridores et soricū. Cū repente
dacius tot bestiarū vocib9 excitatus: surrexit iratus: & con
tra demonē magnis vocib9 cepit clamare: eidēque exprobra
re quod bñ ei ꝯtigisset: vt qui dixerat. Ponā sedē meā ab aqlo
ne: & ero similis altissimo: per supbiā eius similis porcis & asinis
factus esset. Et qui deū indigne imitari voluerat: vt dign9
erat: bestias imitabat. Ad quā vocem ac derisionē spūs
malignus adeo erubuit: quod protin9 ꝯticuit: atque eādē domū
ad exhibenda mōstra ꝯsueta vlterius non intrauit. Sicque
postmodum fidelium habitaculum facta est. Hec grego
rius. iij. dyalogo capi. iiij.

¶ De sctō Argentario monacho. Capl'm. c.

Argentarius monachus apud ciuitatem aure
liā claruit. Qui vir sctissim9 vita & miraculis
effulsit habituque quem pretendebat specie mo
rib9 explebat. Hic ab argētario mōte a quo
nomē sortit9 ē ad aplorū limina rome reuisen
da annis singulis venire ꝯsueuerat: & veniens ad quendā
subdyaconū quadragesimū noīe: qui in montibus oues
pascebat: sepius hospitalitatis grā declinabat. Cū autē
semel hospitiū huius quod non longe erat ab ecclīa intrasset:
cuiusdā paupcule mulieris maritus iuxta defunctus
est. Quem in cilicio ex more indutū superueniente sero sepeli
re nequiuerunt. Cū ergo vidua mulier iuxta defuncti cor
pus nocte sederet: & magnis fletibus & lamentis dolori sa
tisfaceret: nec a lamentis cessaret vir dei argentari9 dolo
ri illius cōpassus: assumpto qdragesimo ad ecclesiā pre
xit: seque in oīones dedit. Deinde ab altaris crepidine pul
uerem collegit: & cum socio ad defuncti corpus accessit.
Et cum ibi ambo diutius orassent ipse surrexit: bñdictio
nem dedit: & reuelatā defuncti faciem: quam sudario opta fue
rat: aspiciente vxore ac mirante: puluere quem detulerat
fricauit. Qui dū fricaret: aiam recepit: oscitauit: oculos
apuit: seque eleuās resedit: ac si de graui somno excitatus
fuisset. Quod mulier cernens cepit ex gaudio magis flere:
sed vir dñi eā vt taceret cōpescuit. mandans vt si quis eā quere
reret: qualiter hoc factum fuisset: diceret: qz dñs iesus xpus
hoc fecisset. Et cōtinuo ab hospitio exijt: qdragesimū re
liquit: & tpalem honorem fugiens: in loco illo vltra nō cō
paruit. Hec gregorius. iij. dyal. capi. xvij.

¶ De sctō Ualentio pbytero. Capl'm. cj.

Ualentius pbyter apud prouinciā valerie flo
ruit. Qui cū clericis suis dei laudib9 bo
nisque opibus intentus: sancte ꝯuersatio
nis vitā duxit. Superueniente aūt vocatōis
eius die defunctus est: atque ante ecclesiā
sepultus. Eidem vo ecclesie caule ouiū
inherebāt atque idem locus in quo sepul
tus est: ad easdem oues tendentib9 iter erat. Quadā autē
nocte fur quidā venit: & ingressus caulas vuecem tulit et
concitus exiuit. Sed dum puenisset ad locum vbi sanctus
vir iacebat repente hesit: & gressum mouere nequit: vue
cem de collo deposuit: eumque dimittere voluit: sed manuz la
xare non potuit. Sicque cum pda sua reus ligatus stabat
nec vuecem poterat dimittere: nec cum eo accepto exire.
Factoque mane egressi ab ecclīa clerici hoīez vuecez tenen
tem inuenerunt: & an aial auferre an offerre venisset: dubi
tare ceperunt. Ille vo culpe reus citius indicauit penam
Mirati omnes quod viri dei ibidem iacentis fuisset vtute li
gatus: se pro eo in oīonem dederunt: suisque pcib9 obtinuerūt
vt qui res eorū venerat rapere: vel saltem vacuus posset exi
re. Hec vbi supra capi. xxij.

¶ De abbate quodam sancto. Capl'm. cij.

Abbas quidam sanctus cuius nec nomen
expressum inuenio claruit in monasterio
quodam beati petri apostoli. Quod situm
est in monte prenestine ciuitati preminen
te. Qui monachum quendaz nutriens vsque
ad reuerendos prouexit mores. Quem cuz
vidisset in timore dñi excreuisse: in eodem monasterio fe
cit illum in presbyterum ordinari. Cui post ordinatio
nem suā: qz non longe abesset eius exitus reuelatum est:
idcirco ab abbate petijt: vt sibi sepulchrum pararet. Ille
vo eidem pdixit quod ante eum se mortuū pnouerat: sed tñ
eidem concessit: vt sicut vellet sepulchrum sibi pararet.
Recessit igit & pparauit. Sed post multos dies abbas febre
preuentus ad extrema deuenit: atque presbytero suo iussit
vt in suo sepulchro se poneret. Cumque ille diceret quod ipsum
morū secuturus esset: & sepulchrum vtrunque capere nō pos
set. Abbas respondit quod secure faceret: vt dixerat: qz sepul
chrum

chrum suum ambos capiebat. Defunctum itaq; abbatē in sepulchro qđ sibi ꝓsbyter parauerat posuerūt. Moxq; ꝛ presbyteꝝ lāguor corpis secutus est: ꝛ post modicū vitam finiuit. Cū aūt ad sepulchrū qđ sibi parauerat corp⁹ eius esset delatū: eoq; aꝑto viderunt astātes: locum nō esse vbi poni potuisset: q₂ corpus abbatis oē illđ sepulchrū teneret. Tunc vnus ex fratrib⁹ abbati defuncto quasi improperare cepit: ꝙ verbū eius qđ predixerat deficeret: eo ꝙ sepulchrū ambos nō caperet. Ad cuius vocē subito cunctis videntib⁹: abbatis corpus qđ supinū iacebat: se vertit in latere: ꝛ vacantē locū corpi ꝓsbyteri ꝓbuit: ꝛ q₂ vtrosq; caperet: sicut viuus ꝓmiserat: mortuus impleuit. Hec gregorius tertio dialogorum capi. xiij.

De scō Acontio confessore. Capitlm. ciij.



Acontius apđ vrbem romā clarruit: q̄ basilice principis aplōꝝ custos siue māsionarius fuit: vir magne humilitatis atq; grauitatis: deo oīpotenti fidelr seruiens: ꝛ miraculorū signis effulgēs. Nā cum q̄dā puella paralitica in ecclesia bti petri ꝑmanēs: manibus reperet: ꝛ dissolutis renibus corp⁹ ꝑ terraꝝ traheret: atq; vt sanari mereret: diudum a btō petro aplō petijsset: nocte quadam eidē ꝑ visionē astitit: eiq; iussit: vt iret ad acōtiū māsionariū ipsumq; rogaret: q̄ ipsi salutē restitueret. Illa de tāta vi side certa: s₃ q̄s esset acōti⁹ ignorās: cepit se ꝑ ecclesie loca distrahere: ꝛ q̄s esset acontius inuestigare. Cui cum ille factus esset obuiā: ꝛ interrogat⁹ se acōtium esse dixisset: illa eidē exposuit: q̄liter beatus petrus apls illā ad ipsum miserat: vt ab infirmitate ipsam liberare deberet. Et ille cōtinuo iussit: vt in noīe xp̄i ꝛ mittētis surgeret eiusq; manum tenuit: eāq; sanā ꝓtinus erexit: ita vt solutiōis illius signa nulla vlterius remanerent. Hic post alia sctitatis opera vitāq; laudabilē rome in pace quieuit ꝛ sepult⁹ apđ beati petri basilicam ꝓ virtutibus viuit. Hec vbi supra libro. iij. capi. xxv.

De scō Sanctulo ꝓsbytero. Capitlm. ciiij.



Sanctulus ꝓsbyter clarruit in nursia ꝓuincia tpe bti gregorij pape ꝓmi q̄ ꝛ sanctissime vite fuit: ꝛ miraculoꝝ glīa radiauit. Nā quodā tempore dū in ptibus illis lōgobardi oliuas in ꝓlo ꝓmerent: vt in oleum liquari debuissent: vir dn̄i vtrē vacuum ad prelum detulit: laborātes salutauit: vtrē ꝓtulit: ꝛ iubēdo potius ꝙ petēdo eum sibi impleri rogauit. S₃ gētiles viri: qui tota iā die frustra laborātes: oleū exprimere nullaten⁹ potuerāt: verba illi⁹ moleste ferētes: eū iniurijs affectant. Cū aūt ille iteꝝ ac iteꝝ oleū instāter peteret: ꝛ illi ex ortuis oleum defluere nō cernerent adhuc accēsi maiorib⁹ illum cōtumelijs detestabant. Tūc sanctus vir cernens ꝙ ex prelo nullum oleum liquaret: aquā sibi allatam benedixit ꝛ in prelo iactauit: ex qua cōtinuo tāta olei vbertas erupit: vt illi qui prius incassuꝫ laborauerāt nō solum sua vasa olea: sed vtrem quem sanctulus detulerat implerent. ¶ Alio tpe cum fames ibidē maxima incumberet: ꝛ ecclesia bti laurētij martyris a longobardis incēsa fuisset: vir dn̄i eā restaurare cupiens plures artifices ꝛ operarios adhibuit: quibus ꝛ laborantibus sumptus quotidianos ꝓbebat: sed exigente famis necessitate panis defuit. Cumq; laborātes instāter victū q̄rerēt: ꝛ ille anxius huc illucq; pergeret. ad clibanum deuenit: in quo vicine mulieres pridie panes coxerant: ibiq; incuruatus aspexit: ne forte panis aliquis a coquentibus remansisset. Cum repente panē inuenit mire magnitudinis ꝛ insoliti candoris: quem ipse quidē tulit: ꝛ ne forsitan alienus esset peruicinas hunc mulieres detulit: ac ne cui earum remāsisset inquisiuit. Omnes autem illum panem esse negauerunt: suosq; panes integro numero ex clibano habuisse testate sunt. Tunc ille letus panem artificibus apportauit: ꝛ ad refectionem inuitatis deum benedicens apposuit. Ipsisq; plene satiatis plures ex eo ꝙ panis fuerat fragmenta collegit: que die altera eisdem intulit: et iterum que superfuerant plura seruauit. Sicq; per dies. x. continuos operatores illi omnes ex vno pane satiati: hunc quotidie edebant: ꝛ ex eo quod edi posset in crastinum superabat. ¶ Cum quidam diaconus a longobardis captus esset: eumq; occidere vellent: facto vespere sanctulus ad eos venit: ꝛ ab eisdem petijt: vt eum relaxarent. Cumq; hoc illi oīno facere recusarent: petijt: vt vel mortē eius in crastinum differrent: ac sibi custodiendum darent. Quod illi multis pulsati precibus concesserunt: ea conditione: vt si dyaconus fugeret. Sanctulus ꝓ eo mortem subiret. Cuꝫ autem nocte media longobardos omnes graui somno depressos conspiceret: dyacono suasit: vt fugeret. Ille vero ꝓmissionis viri sancti memor: se fugere nolle respondit: q₂ illuꝫ ꝓ se mori nolle asseuerauit. E cōtra quoq; sanctulus vt fugiat: institit: se vero in manu dei esse dixit: ꝛ ꝙ in euꝫ hostes non possent: nisi quātum ipse permiserit. Fugit igitur dyaconus: ꝛ remansit fideiussor quasi deceptus. Cum ergo mane longobardi hoc cōperissent. Sanctulū sponte accedentem ad occisionem adducunt. Sed q₂ ipsum bonum hominem reputabant: illum per cruciatus varios occidere denegabant: sed optionem sibi cuius vellet necis ꝓponebant. Qui se in manu dei esse respondit: nullāq; mortem eligere voluit: placuit ergo oīb⁹ vt capite truncaret vt sine graui cruciatu perimeret. Ad spectaculum istud omnes concurrunt: ex omnibus suis virum fortissimum eligunt: de quo dubium non erat: quin caput eius vno ictu abscidere debebat. Petijt vir dn̄i: vt sibi daret paululum licentiam orandi. Sed cum diutius orasset: spiculator cū calce percussit: ꝛ vt surgeret decollandus imperauit. Quo surgente ꝛ genuflexo collum tendente: dum ille ensem leuauit: ꝛ sanctulus sanctum ioanneꝫ vocauit. Carnifex igitur brachium percussurus erexit: sed nullatenus deponere potuit: ꝛ sic erecto gladio brachium inflexibile remansit. Concurrunt oēs lōgobardi: vident miraculum: ꝛ stupent: ꝛ vt sanctus vir exurgat iubent: supplicantq; vt carnificem ligatum soluat. Qui nullatenus eum soluere voluit nisi prius ille iuraret ꝙ christianuꝫ quenꝙ nunꝙ occideret. Emissoq; iuramento solutus est. Cum autē longobardi ꝓpter tanti stuporem miraculi eidem iumenta q̄ diripuerant certatim offerrent: ille nihil horum suscipere voluit: sed omnes captiuos quos habebāt christianos petijt: ꝛ quod petijt impetrauit. Et sic omnes cum eo liberi dimissi sunt: ꝛ dum vnus ꝓ vno se mori obtulit: oēs a morte liberauit. Sicq; post multa laudabilia facta domino in pace spiritum reddidit. Hec vbi supra cap. xxxvij.

De sancto Redempto epō. Capitlm. cv.



Redemptus episcopus ferentine ciuitatis tempore beati gregorij pape ꝓmi clarruit. De quo idem beatus doctor eodem dialogorum libro. iij. capi. xxxviij. scribit ꝙ vir fuit mire sanctitatis: ꝛ sibi nimia familiaritate cōiunctus. Qui ꝛ spirituꝫ propheticum habuit: ꝛ q̄dā futura sibi adeo reuelata predixit. ¶ Cum enim aliquando perecias suas ex more circuiret: peruenit ad ecclesiam sancti ʒotici martyris: stratumq; iuxta eius sepulchrum sibi parari fecit atq; ibi post laborem quieuit. Cui nocte media nec dormienti nec plene vigilanti beatus martyr predictus astitit: eidemq; tertio predixit: quia finis veniret vniuerse carni. Et sic visio ab oculis eius euanuit. Mox

quoque terribilia signa in celo secuta sunt: de quibus idem beatus gregorius in homel. mentionem facit. Deinde exercitus longobardorum gens italiam intrauit et persecutiones durissimas in christianos exercens: omnes pene ciuitates depopulauit. In cuius medio tribulationis tempore. Redemptus episcopus sanctitate conspicuus in christo quieuit.

De sancto Speciosos monacho. Capitulum .cvi.

Speciosus monachus beati benedicti discipulus sub eodem patre vita et sanctitate refulsit De quo greg. iiij. dial. capi. ix. scribit quod fratrem habuit germanum nomine gregorium qui ambo nobiles viri et exterioribus studijs eruditi multas pecunias in hoc mundo possederant sed cuncta pauperibus largientes in cassinensi monasterio permanserunt. Dum autem speciosus pro vtilitate cenobij iuxta capuanam vrbem missus fuisset: die quadam frater eius gregorius cum fratribus ad mensam sedens atque conuescens per spiritum sublimatus aspexit et vidit speciosi germani sui animam longe a se positi: ab angelis in celum deferri. Quod mox fratribus indicauit et cucurrit. Iamque eundem fratrem suum sepultum repperit: quem tamen ea hora qua animam eius viderat exisse de corpore inuenit.

De sancto Spe abbate. Capitulum .cvij.

Spes abbas constructor fuit monasterij quod dicitur cample quod .vj. miliario a vetusta nursie vrbe disiungitur. Qui dum sanctitate vite polleret per .xl. annorum spatium lumen oculorum amisit. Sed cum a deo flagello castigaretur corporis: habebat per sanctum spiritum custodiam consolationem cordis. Post annos vero .xl. ei dominus miraculose lumen restituit vicinum eius obitum denunciauit: atque vt in monasterijs circumquaque constructis verbum vite predicaret: admonuit: quatenus corporis recepto lumine visitatis in circuitu fratribus cordis lumen aperiret. Qui statim iussis obtemperans fratrum cenobia circuiuit: et mandata vite que ab angelo didicerat predicauit. Quintodecimo igitur die ad monasterium suum peracta predicatione reuersus est: Ibique fratribus conuocatis astans in medio sacrum dominici corporis sumpsit: moxque cum eis psallere cepit. Qui illis psallentibus orationi intentus animam reddidit. Omnes vero fratres qui aderant ex ore eius exisse columbam viderunt que mox aperto oratorij tecto egressa aspicientibus illis penetrauit celum. Hec gregorius .iiij. dial. capi. xi.

De sancto Probo episcopo. Capitulum .cviij.

Probus episcopus reatine ciuitatis fuit. Qui vita et sanctitate atque doctrina conspicuus non mediocriter effulsit. Appropinquante vero vite eius termino eum grauissima depressit egritudo. Cuius pater maximus nomine circumquaque medicos congregauit si forte eius languori subueniri posset. Qui conuenientes ad tactum vene denunciauerunt eius exitum citius affuturum. Cum vero iam tempus refectionis incumberet: sanctus episcopus de assistentium potius quam de sua salute sollicitus eos cum sene patre admonuit: vt se post laborem ex refectione repararent. Quibus igitur abscedentibus vnus tantummodo ei relictus est puer. Qui dum lecto iacentis assisteret: subito aspexit intrantes ad virum dei quosdam viros stolis candidis amictos: qui eundem quoque candorem vestium vultuum suorum luce vincebant. Qua claritate perculsus puer cepit emissa voce clamare. Qua voce commotus episcopus intrantes aspexit et cognouit: et stridentem puerum cepit consolari dicens: ne timeret quia sanctus iuuenalis et sanctus eleutherius martyres ad se venissent. Ille autem tante visionis nouitatem non ferens: cursu concito extra fores fugit: atque eos quos viderat patri ac medicis nunciauit. Illi vero propere descenderunt: sed egrum quem reliquerant defunctum inuenerunt. quia illi eum secum tulerant. Quorum visionem puer ferre non potuit qui remanserat. Hec vbi supra capi. xiij.

De sancta Romula virgine. Cap. cix.

Romula virgo apud vrbem romam claruit: que cuiusdam anus sanctissime discipula fuit: et in quodam monasterio iuxta beate marie virginis ecclesiam vna cum quadam alia condiscipula cum ea mansit. He tres in vno habitu sanctimonialium commanentes vitam quidem moribus diuitem: sed rebus pauperem ducebant: inter quas tamen romula magnis meritis antecibat. Erat quippe mire patientie: summe obedientie: custos oris sui ad silentium: studiosa valde ad orationis vsum. Que tandem paralypsi percussa: multis annis in lectulo decubans pene omnibus membris ipsos iacebat. nec tamen eius mentem ad impatientiam flagella perduxerant. Et tanto sollicitius ad orandum excreuerat: quanto aliud quodlibet agere non valebat. Nocte igitur quadam vocauit matrem redemptam: que mox consurgens: ad eam cum alia condiscipula accessit. Et dum media nocte lectulo iacenti assisterent: subito celitus lux emissa cellam impleuit: et splendor tante claritatis emicuit: vt corda assistentium pauore perstringeret: atque omne corpus illarum obrigesceret. Ceperunt namque quasi cuiusdam magne multitudinis ingredientis sonus audiri hostium cellule concuti: ac si in trantium turba premeretur: et ingredientium quidem multitudinem sentiebant: sed nimietate timoris et luminis videre nil poterant. Protinusque miri odoris fragrantia subsecuta est: ita vt quas lux terruerat: odoris refoueret suauitas. Cepitque romula magistram consolari: et blanda voce predicere. quia tunc non esset moritura. Post aliquod vero temporis spacium paulatim lux est subtracta. sed is qui subsecutus est odor remansit. cum quo et dies secundus ac tertius transijt. Nocte vero quarta iterum magistram vocauit: viaticum petijt et accepit. Et ecce subito in platea ante ostium cellule duo chori psallentium constiterunt: et sicut se dicebant sexus ex vocibus discreuisse: psalmodie cantus dicebant viri: et femine respondebant: intra tales celestes exequias sancta illa anima carne soluta est. Qua ad celum ducta: quanto chori psallentium altius ascendebant tanto cepit psalmodia lenius audiri: quousque et psalmodie sonitus et odoris suauitas elongata finiretur. Hec quarto dial. capi. xvj.

De sancta Tharsilla amita sancti gregorij pape. Cap. cx.

Tharsilla sancta beati gregorij pape magni amita fuit: de qua idem quo supra lib. ca. xvij. tradit: quod alias duas sorores suas virtute continue orationis grauitate vite singularitate: abstinentie: ad culmen sanctitatis excreuit. Huic per visionem felix sanctus atauus pie fati doctoris romane ecclesie antistes et sanctus apparuit: eamque ad mansionem perpetue claritatis ostendit et ipsam ad illam inuitauit. Que subsequenti mox febre correpta ad diem peruenit extremum. Cum autem multi ad eius obitum conuenientes ipsius lectulum circunstarent: ecce ille subito sursum respiciens: iesum venientem vidit et circunstantibus acclamare cepit: vt recederent et locum iesu venienti darent. Cumque in eum quem videbat intenderet: sancta illa anima e corpore est egressa. Tanta autem fragrantia miri odoris aspersa est vt ipsa quoque suauitas ostenderet illuc auctorem suauitatis venisse. Cum autem eius corpus ad lauandum esset nudatum: longe orationis vsu in cubitis et genibus camelorum more inuenta est obdurata cutis excreuisse et quod viuens spiritus eius semper egerit: caro mortua testabatur.

De sancta Musa virgine. Capitulum .cxj.

Musa virgo apud vrbem romam claruit. de qua idem qui supra lib. iiij. ca. xvij. scribit quod quadam nocte ei per visionem sancta dei genitrix apparuit et cum esset puella parua: coeuas ei in albis vestibus puellas ostendit. Quibus cum illa admisceri appeteret sed se eis iungere non auderet beate virginis voce requisita: an vellet cum eis esse atque in eius obsequio viuere. et cum puella respondisset quod sic mandatum protinus accepit vt nil vltra leue vel puellare ageret a risu et iocis abstineret: et quod inter eas quas viderat die .xxx. veniret.

Quibus

Quibus visis in cunctis suis moribus puella imutata est: oēmqꝫ a se leuitatē puellaris vite deterſit. Et dū parentes eam imutatā mirarenẛ: requisita oia visa narrauit. Sꝫ post .xv. diem febre corripiẛ: die vo .xxx. ad exitū eidē appropinquāti: eadē die genitrix cū puellis ꝗs viderat: denuo reuelaẛ. Cui etiā eā vocanti: apta voce se venire rñdit: atqꝫ in ipsa locutiōe spm̄ reddidit: dē virgineo corpore cum sanctis habitatura virginibus exiuit.

¶ De sctis duobꝰ monachis martyribꝰ. Cap. cxij.



Uo monachi martyres: quoꝝ noīa non habenẛ expressa: in ꝓuincia valerie passi sunt De quibus narrat gregoriꝰ .iij. dialo. cap. xxij. ꝙ dum essent monachi ī quodā monasterio: qđ ꝑ abbatē valentionē regebaẛ: ⁊ ī ipso cenobio lōgobardi seuiētes venissent duos prefatos monachos in ramis vnius arboris suspēderūt. Factoqꝫ vespere vtrorūqꝫ spiritus claris illic apertisqꝫ vocibus psallere ceperunt: ita vt ipsi quoqꝫ qui eos occiderāt: cū voces psallentiū audirent: nimirū mirati terrerenẛ. Quas etiā voces captiui oēs qui illic aderant audierūt: ⁊ eoꝝ psalmodie postmodū testes extiterunt.

¶ De sancto surano martyre. Cap. cxiij.




Uranus abbas ⁊ martyr in ꝓuincia surana passus est. De quo eodē libro cap. xxiiij. habeẛ ꝙ dū esset pater cuiusdā mōasterij ī eadē ꝓuincia siti: captiuis aduenientibꝰ atqꝫ a longobardoꝝ depredatiōe fugientibus: cunctaqꝫ habebat largitus est. Cūqꝫ vestimenta sua ⁊ fratrū ⁊ cellariū: ⁊ quicqđ in horto hri potuit in eleimosynis ꝯsumpsisset: longobardi subito aduenerunt: ⁊ eū tenuerūt: ac auꝝ petere ceperunt. Quibꝰ cum nil oīno se hre diceret: in mōte vicino ab eis ductꝰ est: in quo silua īmense magnitudinis erat. Ibiqꝫ captiuus quidā fugiēs in caua arbore latitabat: vbi vnus ex illis educto gladio suranū occidit. Cuius corpꝰ dū ī terram caderet mons oīs ꝓtinꝰ ⁊ silua ꝯcussa est: ac si ferre nō posse pōdus sanctitatꝭ eiꝰ diceret terra q̄ ꝯtremuisset.

¶ De sctō Justo diacono ⁊ martyre. Cap. cxiiij.



Ustus diaconus ⁊ martyr in marsoꝝ ꝓuincia passus est. De quo ꝑdicto lib. ca. xxiiij scribiẛ: ꝙ vir venerabilis et vite sanctissime fuit. Quē inuentū longobardi tenuerunt: quoꝝ vnus gladio caput eius amputauit. Sed dū corpus eius in terrā caderet: ipse qui hunc occiderat immundo spiritu arreptus: ad pedes martyris corruit: ⁊ ꝙ amicum dei interfecerit. inimico dei traditus ostendit.

¶ De sancto Theophanio confessore. Cap. cxv.



Heophanius ꝯfessor. Quē beatꝰ gregorius de nimia sanctitate ꝯmendat centūcellensis vrbis comes fuit: misericordie actibꝰ deditꝰ bonis opibꝰ intentus: hospitalitati ꝑcipue studens. Exercendi aūt comitatus curis occupatus agebat terrena ⁊ tēporalia: sed vt in fine claruit magis ex debito q̄ ex intentione. Nā cū appropinquāte mortis eiꝰ tpe grauissima aeris tēpestas obsisteret ne ad sepeliendū duci potuisset: cūqꝫ vxor sua ex hoc grauiter defleret: hortatus est illam ne ploraret: q2 mox vt defunctꝰ esset: serenitas rediret. Cuius ꝓtinus vocē mors ⁊ mortem serenitas est secuta. Qđ signū alia etiā sunt signa comitata. Nā manus eius ⁊ pedes qui podagre humore tumentes versi in vulneribꝰ fuerant: ⁊ ꝓfluēte sanie patebāt: dum corpus eiꝰ lauari debuisset sani inuenti sunt ac si nunq̄ vulneris aliqđ habuissent. Sꝫ dū die quarto post eius sepulturā: iuberent ex more marmor eidē suppositū mutare vellent: tanta ex corpore eiꝰ fragrātia emanauit ac si ex putrescente carne ꝓ vermibus aromata ferbuissent. Hec gregorius .iiij. dialog. cap. xxviij.

¶ De sancto Antonio monacho. Cap. cxvj.



Ntonius monachus claruit rome in monasterio beati gregorij pape. De quo idē doctor libro quo supra cap. xlix. dicit: ꝙ dum eēt vita sanctissimus quotidianꝰ lachrymis ad gaudia patrie celestis anhelabat. Cūqꝫ studiosissime ⁊ cum magno feruore sacra eloquia meditareẛ: non in eis verba sciēte: sꝫ fletum cōpunctionis inquirebat. Huic ꝑ nocturnā visionē dictū est. Paratus esto: et q2 dn̄s iussit migra. Cum aūt ille nō haberet sumptus ad migrandum diceret. Responsū ꝓtinus audiuit dicēs. Si de peccatis tuis agiẛ: dimissa sunt. Qđ dum semel audisset ⁊ magno adhuc metu trepidaret nocte quoqꝫ alia in eiusdē verbis est admonitꝰ. Et post dies quinqꝫ febre correptꝰ fratribꝰ cunctis flentibꝰ ⁊ orantibꝰ quieuit ī pace. Ad cuius sepulchrū miracula plurima ostensa sunt.

¶ De sancto Merolo monacho. Cap. cxvij.



Erolus monachus eiusdē cenobij fuit: et eodem tpe claruit de quo vbi supra gregorius scribit: ꝙ dū eēt vehementer lachrymis ⁊ eleimosynis intentus: psalmodia ex ore suo pene nullo tpe cessare consueuerat Huic nocturna visione apparuit: q2 ex albis floribus corona de celo in caput illius descendebat. Qui molestia moꝝ corporis occupatus cū magna animi securitate ⁊ hilaritate spm̄ emisit. Ad cuius sepulchrū dum post annos .xiiij. petrus quidā abbas sibi sepulturā facere vellet: tanta de sepulchro meroli fragrantia suauitatis emanauit: ac si illic floꝝ oīm fuissent odoramenta congregata. Ex qua re manifeste patuit: q̄ verū fuerit: qđ ꝑ nocturnā visionē vidit. Hec gregorius vbi supra.

¶ De sancto Aimone cantuariēn. Cap. cxviij.



Imon cantuariēn. archidiaconus fuit. Qui vite abstinentia ⁊ doctrine sapientia plurimum claruit. Hic sermones elegātes de xp̄i natiuitate: ⁊ de pluribus sctōꝝ festiuitatibꝰ edidit. Summā copiosam de vitijs ⁊ virtutibus scripsit: ⁊ alia plurima vtilia opuscula compilauit. De hoc legiẛ ꝙ dum nocte quadā legeret: ⁊ vigilaret ad studiū in crastinū de incarnatiōe dn̄ica disputaturus: apparuit ei diabolus. Et cū leuaret manū dextrāvt se signaret: tenuit eam diabolus. Et cū vellet se signare sinistra: tenuit eam similiter. Et cū diceret: ego signo me in corde in noīe patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti: diabolus dimisit eū. Et cū quereret ad qđ venerat: rñdit diabolus: ꝙ ad impediendū eū: ne haberet q̄d eleganter diceret: de eo qđ maxime timebat: ꝙ totam virtutem ⁊ potentiam demonum attriuerat ⁊ ꝯfuderat: scilicet incarnatio dei ꝑ ea que deus gessit in carne. Hic post laudabilia virtutū insignia quieuit in pace. Et sepultus cantuarie miraculis copiosus ⁊ clarus effulget.

¶ De sctō Petro tarantasiensi epō. Cap. cxix.



Etrus tarantasiensis archiepūs apō eandem vrbem claruit circa annum domini M. cxl. tpe eugenij pape tertij. Qui sctitate vite ꝯspicuus: multis ⁊ mirabilibus signis radiauit. ¶ Cuius virtutū fama dum ad ciuitatem lansemiam ꝑuenisset Tres viri ibidem in carcere clausi ante hostiū carceris custodibus ludentibus: cum ipsius nomen inuocassent sanctus vir continuo longe positus affuit: et illos solutos eduxit: ac vt se sequerenẛ admonuit. Qui ab eis solus visus: nullis alijs apparuit. Et cum nulla alia esset oportunitas diuertendi: sequentes illum de super tabulas super quibus custodes ludebant: inter illos medios pertransibant. Sicqꝫ ab ipsis inuisi custodibus recesserunt. Nec ante ab eis episcopus disparuit donec ad locum illos securum perduxit: qui iuxta votū emissum non

prius cibum gustauerunt: donec ad sui presentiam liberatoris accederēt. ❡ Hec ex deuotione ab henrico rege angloꝝ accersitus: in via miraculū nouū ostēdit. Erat enī filia cuiusdā petri de fraxineto: que nequitia inuide socrus a malefica fascinata languorē desperatū incurrerat: ita vt nec vini pītiā sustinere posset. Hec a presule sathanas sathanam eiceret: altari malefice tradita fuerat liberanda. Que suis quibusdā pniciosis prestigijs: morsuras duas in brachio ei fixit. At illa extunc languore pmo conualuit: sed alium grauiorē incurrit. Nam ex illo die ex morsura superiori cū nimio puelle cruciatu sicut ipsa testabatur: ex eodē acus pdeuntes visibiliter exibant. Pluresq̄ q̄ triginta acus p tempoꝝ interualla inde sunt egresse. Hec a patre beato viro exhibita: et ab eodē in ipsa morsura contacta egressis inde pluribus acubus ipso pñte: extūc ab eadem fuit passione liberata. Sed recedente scō ep̄o ex morsura inferiori: vtpote quā sanctus minime ptigerat: ceperunt simili modo sudes quasi quercine pdire: ita q̄ p diuersos dies quasi .xvj. exiuerunt. Sed beatus petrus in suo regressu puellam olbus peccatis suis plene pfessā et cōmunicatā eadē morsura inferiori tetigit: eamq̄ oīno sanatam dimisit. Qui postq̄ eccl'ie sue doctrina et exēplis insigniter prefuit: in pace quieuit. Ibidemq̄ sepultus in miraculis stupēdis viuit. Hec frater vincentius in speculo.

❡ De sancto Rhecticio ep̄o. Cap. xx.

Rhecticius eduoꝝ .i. augustudunensis ep̄s tpe constantini impatoris celeberrime fame habitus est. Hic sermonibus clarus et vita laudabilis opuscula quedā fidei perutilia digessit. Nam in gallia legunt eius cōmentarij in canticis canticoꝝ. Extat et aliud grande eius volumen aduersus nouatianū. Et hic in pace quiescens augustuduni tumulatus dormit. Hec hieronymus de viris illustribus libro.

❡ De sancto Iuuenco presbytero. Cap. xxj.

Iuuencus presbyter apud hispaniam claruit. Hic sanctus pollens operibus: quattuor euangelia hexametris versibus pene ad verbū transferens quattuor libros cōposuit. Et nonnulla eodē metro ad sacramentoꝝ ordinē ptinentia pfecit. Floruit āt sub constantino impatore. Et apud hispanias pfessoris noīe celebris habetur. Hec vbi supra.

❡ De sancto Apollinare ep̄o. Cap. xxij.

Apollinaris laudiciensis syrie ep̄s patre pbo pgenitus: grāmaticis in adolescentia operam dedit: et postea sacris scripturis insudans: innumera quasi scribēs volumina sanctitate nō infimus: vt doctrine ipsius vita discors nō fuerit: sub theodosio impatore diē obijt. Extant eius aduersus porphyrium .xxx. libri: qui inter cetera operum eius vel maxime probantur apud laodiciam corpore quiescit. Hec vbi supra.

❡ De sancto Patiano ep̄o. Cap. xxiij.

Patianus pyrenei iugis barcinone ep̄s castitate eloquētia et tam vita q̄ sermone clarus scripsit varia opuscula. De quibus est certus liber contra nouatianos. Hic sub theodosio seniore principe iam vltima senectute in christo quieuit. Hec hieronymus vbi supra.

❡ De sancto Theodoro ep̄o. Cap. xxiiij.

Theodorus tarsensis ep̄s apud eandē sanctitate et doctrina claruit ciuitatē. Qui dū antiochie presbyter magis florere cepit. Scripsit enim plura ad fideliū vtilitatē. Extant eius in apostolū cōmētarij: et multa alia ad eusebium cesariensem: cui contemporaneus extitit: eiusq̄ cum sensum secutus sit: eloquentiam imitari nō potuit propter ignorantiam secularium lraꝝ. Hec vbi supra.

❡ De scō Priscilliano ep̄o et martyre. Cap. xxv.

Priscillianus bapille ep̄s et martyr multa ecclesie dei perutilia digessit opuscula. Hic sub quodā maximiano tyrāno qui tpe theodosij primi gallias occupauit: cū latrociniano quodam: de quo supra dictū est p fidei defensiōe ad mortē quasi cesus vna cū eodē latrociniano apō treuerim quiescit. Hec hieronymus de viris illustribus.

❡ De sancto Gelasio ep̄o. Cap. xxvj.

Gelasius cesaree palestine ep̄s a eugenio in dicti pontificatus sede successit. Qui vita et doctrina virtutū signis admodum eluxit. Et non nulla diuina volumina cōpilauit. Qui etiam in xp̄o quiescens apud ipsā ciuitatē in corpore dormit. Hec vbi supra.

❡ De sancto Theotimo ep̄o. Cap. xxvij.

Theotimus cyrenoꝝ ep̄s insignis sanctitatis et sapientie gloria refulsit. Qui cū plura opa laudabilia edidisset. Inter cetera in morem dialogoꝝ veteris eloquētie breues cōmaticosq̄ tractatus cōscripsit. Et hic humanitatis debitum soluens apud eandem vrbem in christo quiescit. Hec vbi supra hieronymus.

❡ De sancto Amphilaco ep̄o. Cap. xxviij.

Amphilacus iconij ep̄s claruit in ipa ciuitate tpe theodosij senioris. Qui vir moribus et sanctitate redimitus doctrina quoq̄ nō infimus. Inter alia ad btm̄ hieronymū scripsit librum de spiritusancto q̄ sit deus: et q̄ sit oīpotens et adorandus. Et alia fidē nostrā fragrātia opuscula perutilia digessit. Et apud eandē ciuitatē in pace humanitatis debitum soluit. Hec vbi supra.

❡ De sancto Luciano presbytero. Cap. xxix.

